20.2-4

26.603-8

Biblioteca Universitaria
Sala 8
Estante 62
Tabla
Núm. 41

Nº 3
38-71

2 400 40 Caffa MADE IN SPAIN

M.ª de Retorica.
R. 13831

HABES HIC AMICE LECTOR

P. TERENTII COMOEDIAS, VNA CVM SCHOLIIS EX DONATI, ASPERI, ET CORNVTI COMMENTARIIS DECERptis, multo quàm antehac unquam prodierunt emendatiores, nisi quod in ἐκατὸν ζυμωσούμενον scripsit uir apprime doctus IO. CALPHVRNIVS Brixiensis, licet recentior.

INDICATA SVNT DILIGENTIVS CARMINVM GENERA & in his incidentes difficultates, correcta quædam & cõsulum nomina, idq; studio & opera [redacted], non sine præsidio ueterum exemplariorum.

AD HAEC ACCESSIT INDEX ACCVRATVS uocum à Commentatoribus declaratarum.



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

BASILEAE, IN OFFICINA FROBENIANA
ANNO M. D. XXXVIII

del Colle.o de la Comp.a de Jesus de Gran.a

VOLCATII SEDIGITI DE COMICIS LATINIS IAMBI

MVLTOS incertos certare hanc rem uidimus,
Palmam Poetæ comico cui deferant·
Eum, me iudice, errorem dissoluam tibi:
Vt contra si quis sentiat, nihil sentiat.
Cæcilio palmam statuo de comico.
Plautus secundus facile exuperat cæteros.
Dein Næuius qui seruet, pretio in tertio est.
Si quid quarto detur, dabitur Licinio.
Post insequi Licinium facio Attilium.
In sexto consequitur hos Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octauum obtinet.
Nono loco esse facile facio Luscium
Decimum addo antiquitatis caussa Ennium

[illegible] PORCIANVS [illegible]

IOANNI ET STANISLAO BONERIS FRA

TRIBVS POLONIS S. D.

IN TENERIS inquit ille, consuescere multum est, proinde consultum est protinus optimis assuescere. Sic enim fiet, ut quæ natura sunt optima, eadem usu fiant & iucundissima. Nihil autem est homini melius pietate, cuius semina cũ ipso statim lacte sunt instillanda paruulis. Proximum locum habent disciplinæ liberales, quæ licet per se uirtutes non sint, tamen ad uirtutem præparant ingenium, dum id ex syluestri & immiti reddunt mansuetum ac tractabile. Porrò quod Aristoteles negat adolescentes idoneos esse discẽdæ morali philosophiæ, fortassis haud omnino falsum est. Verum id non tam accidit uel rei, uel humani ingenij uitio, quàm eorum culpa, qui uel sero tradunt eam animis iam educatione praua corruptis, ac malis cupiditatibus occupatis: uel moleste & operose tradũt, magis illud affectantes, ut ipsi uideant̃ acuti, cẽp ut discipulos reddant meliores. Alioqui nihil magis secundum naturã est, cẽp uirtus & eruditio, quæ duo si adimas homini, iam homo esse desijt. Vnũquodq; autem animal eius rei maxime docile est, ad quã natura cõpositum est: uelut equus ad cursum, canis ad uenatum, auis ad uolandũ, simius ad lusum. Non est igitur quod naturam incusemus, sed magni refert, unde pietatis & eruditionis elemẽta primũ hauriantur: tum quẽ ad hæc ducem nanciscatur puer, pręsertim rudibus illis annis, quibus ingeniũ etiamnũ à uicijs purum, ueluti cera mollis in omnem fingentis habitũ sequax est & obsecundans. Itaq; multis nominibus uos felices iudico ornatissimi pueri: primum quod hoc seculo nati sitis, quo ut ueræ pietatis, ita & melioris literaturæ syncerit as mirifice reuixit. Nã me puero multũ superstitionis habebat religio, & in scholis adolescẽtes summo cruciatu nihil ferè discebant, nisi dediscẽdum. Deinde quod is uobis pater contigit, qui liberos suos parũ beatos fore iudicat, si opũ ac dignitatis, quibus inter Polonicæ gẽtis proceres præcipuum tenet locum, eos parauerit hęredes, nisi & ueris animi bonis tum locupletes reddiderit tum expolitos. Nec enim ille sibi uidetur parẽtis munus ad plenum obijsse, nisi quẽadmodum genuit corpora, ita fingat & animos, haud ignarus, hãc esse meliorem hominis partem, hanc esse præcipuam hominis possessionem. Vir enim pius non tam sibi uos educat, cẽp Christo & Reip. Quod uos genuit, naturæ est: quod uos curat statim è nutricum sinu egressos, honestissimis disciplinis imbuẽdos, uerę pietatis est: prudentiæ uero quod ad hæc Anselmum Ephorinum delegerit, uirum integritate, prudentia, fide, doctrina, uigilantiaq; cum primis spectatum & exploratum. Quo nimirum acrius uobis enitendum est, ne quum

omnia ad felicitatẽ suppeditata fuerint, ipsi uobis ipsis defuisse uideamini. Magna de uobis, de te præsertim Ioannes Bonere expectatio est. Declarãt hoc tam multæ principum uirorum ad me literæ, quibus indolem tuam mihi diligenter cõmendant: in primis prudentissimi regis Sigismundi, dein ornatissimorum præsulum Cracouiensis & Plocensis, clarissimi uiri Christophori à Schydlouitz, Sarmatici regni præfecti: ne iam commemorem Antoninum medicum, & Iustum regis à secretis, dignitate quidem inferiores, sed beneuolentia pares. Intelligunt enim regna nullis ornamẽtis melius decorari, quàm uiris eruditiõe, prudentiaq; præcellentibus. Hanc laudis partem non minus ambit rex huius æui regum prudentissimus, quàm tot ex hostibus uictoriis delectatur. Et hactenus quidẽ sat feliciter studijs efflоruit uestra Sarmatia, & si quid erat natiuæ feritatis, cõmercio literarũ exuit. Sed bona spes est fore, ut hoc ornamentorum genere cũ qualibet regione certare ualeat, præsertim ductu auspicijsq; Sigismundi regis iunioris, qui præter alias uirtutes excellenti principe dignas, optimis quoq; literis sese regno parat. Verũ exhortandi gratia, nonnihil & antea scripsimus tibi, & in posterum quoties dabitur occasio scripturi sumus. Nunc quo calcar aliquod addamus currẽti licet, Terentij comœdias, Bonerici nominis auspicio prodire uoluimus, sed multo q̃ antea fuerunt castigatiores. Hoc ut uellem, effecit tua Stanislaiq; Glandini famuli tui dexteritas, qui nobis interdum aliquot scenas tam feliciter agere soletis, ut & imitationem, primum ut ait Fabius, in pueris ingenij signum, & memoriã uehementer admirarentur, quicunq; nobiscum spectabãt. Non ex alio scriptore melius discitur Romani sermonis puritas, nec est alius lectu iucundior, aut puerorũ ingenijs accõmodatior. Cæterum id præstabit Ephorini præceptoris dexteritas, ut & ad eloquentiã & ad mores sit utilis. Quemadmodum enim bona prudẽtiæ pars est, nosse uarios hominũ mores, & ingenium: ita decorum & tractatio affectuum, qui cum primis adferunt iucunditatem orationi, Græci uocant ἦθη, ex nullo rhetorum melius discitur. Porrò quum inter oratorias partes præcipua sit argumentorũ inuentio, ad hanc quoq; facultatem in omni causarum genere parandã Terentiana lectio conducit plurimũ. Nec enim sine causa criticorũ suffragia artem huic autori tribuere. Plus enim exacti iudicij est in una comœdia Terentiana, absit nemesis dicto, quàm in Plautinis omnibus. Sed in tali autore uelut in tabula quapiam Apellis, magni refert, quis adsit cõmonstrator. Qui si contingat egregius artifex, hæc lectio non solum ualebit ad exhilarandum animũ, non tantum ad emendate loquendum, non modo ad uberiorem dicẽdi facultatem, uerum etiam non parum adferet philosophiæ moralis, quã unam Socrates existimauit esse perdiscendã homini, qui cupiat beate uiuere. Itaq; ni te sponte currentem uiderem charissime Ioannes, etiã atq; etiam hortarer, ut reputes quantũ sis deo nomen, cuius munificentia, tam felicem indolem docileq; ingeniũ sortitus es, cui debes & parentẽ Seuerinum Bonerũ, & Anselmum parentem

parentem alterum: tum qualium uirorum quanta de te sit expectatio, & in te coniecti oculi: postremò quàm isthæc ætas ad honestas disciplinas sit apposita. Nondum enim ut opinor, annũ decimumquartum excessisti. Nam ad parandam eruditionem plus ualet in teneris annis unicus, quàm decem, ubi iã animus alijs occupatus curis, ad docilitatẽ induruit. Adde huc, quod ea demum in omnem uitam tenacissime hærent, quæ pueri imbibimus. Dimittã te, si prius illud admonuero, ut in omni genere carminum temet diligenter exerceas, eò quod qui hanc eruditionis partem neglexerunt, minore tum fructu, tũ uoluptate uersantur in autoribus, qui carmen conscripserunt. Iidem facilius labuntur decepti mendis codicum, quos sæpenumero prodit metri ratio. Quoniam autem in hoc autore perturbatior ac liberior est carminum ratio, pauca quædam annotauimus, lucis ut opinor, nonnihil allatura parũ exercitatis. Vale, & fruere. Friburgi Brisgauiæ prid. Id. Decemb. Anno à Christo nato M. D. XXXII.

Ante hac damnatus.

DES. ERASMVS ROTERODAMVS DE METRIS

COMICI Latini multam libertatem sibi usurparũt in uersibus sed nemo largius Terentio, adeò ut apud priscos quoq; fuerint qui iudicarent, in huius fabulis nullam esse carminũ legem. Sed hos falli manifestũ est. Rursus fuerunt qui nõ negarunt ab hoc seruari metrorũ leges, sed ob immodicam libertatem nõ esse operepreciũ, torqueri doctos carminum dimensione, quod & res sit immensi laboris, nec ita multum adferat frugis. At ego ab utroq; genere dissentio. nam ut manifestius est, quàm ut egeat probatione, Terentij comœdias uersibus cõstare: ita qui negligendam putarũt metrorum rationem, frequenter Poetæ sermonem corruperunt, dum aliam uocem pro alia subijciunt, quod nimium sæpe usu uenit scribis, in autoribus solutæ dictionis: dum addunt atq; adimunt, dum uerborum inuertunt ordinem. Nonnihil etiam hic peccarũt eruditi, qui dum carminum genera distingunt ac dimetiuntur parum attenti, interiecerunt uerba quædam, ut explerent uersus hiatum, aut resecuerunt quod uidebatur supersesse. Videtur autem studio factum à Terẽtio, ut dissimulato carmine quàm proxime accederet ad orationẽ solutam, quod idem affectasse uidet Horatius in Sermonibus & Epistolis. Hinc tanta in dimetiendo difficultas, ut existimem ipsum Donatum, aut Cornutum, aut Asperum, si uiuerent, in locis aliquot uel hæsuros, uel inter se dissensuros. Proinde nos quatriduanam opellam sumpsimus, ut adolescentulis aliquam huius difficultatis partem adimeremus, non quidem in omnes fabulas, sed in unam perpetuo, & in cæteris carptim: quo ceu filo adiuti, sese facilius è cæteris explicent labyrinthis. Constant autem huius fabulæ his fermè metrorum generibus.

Iambico trimetro, qui & senarij dicuntur à numero pedum.

Iambico tetrametro, qui ab alijs quadrati, ab alijs octonarij dicuntur. Monometrum ac dimetrũ rarò interſicitur. In hoc genere quouis loco pro iambo ponit, tribrachyn, ſpondeum, dactylum, anapæſtum, modo totius carminis penultima ſyllaba ſit breuis. Siquidem in hoc uerſu,

Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius,

omnes ſpondei ſunt excepto ultimo, cuius generis & alios aliquot reperias.

Eandem libertatẽ ſumit in trochaicis, tetrametris catalecticis, ſatis habens ſi totius carminis penultima ſit breuis. Illud tamen ubiq; cauetur, ne uel trocheus ingrediatur iambicum carmen, uel iambus trochaicum.

Iambicum tetrametrum interdum in fine fraudatur una ſyllaba, producta penultima, quoties iambico dimetro acatalectico accinitur dimeter catalecticus. Veluti ſi, Iam lucis orto ſydere, accinas, Cultor dei memento.

Quanquam in hoc quoq; genere uſurpatur, quum communis de qua dictum eſt, Comicorum libertas, tum illa peculiaris, quod pro penultima longa ponit interdum duas breues. Exemplũ eſt in actus quarti ſcena ſecunda.

Iam ubi ubi erit inuentum tibi curabo & mecum adductum.

Hic penultima producta eſt. Ibidem

Orare iuſſit, ſi ſe ames hera, iam ut ad ſeſe uenias Item,

Hanc expetiui, contigit, conueniunt mores, ualeant.

In his pro penultima longa ponuntur duæ breues. Hos uerſus etiam ſcazontes appellant. Eſt ſcazontis genus diminutum, quod dimetro iambico accinit duos trocheos, uelut in actus tertij ſcena ſecunda.

Adhuc Archyllis quæ adſolent. Hic dimeter eſt. quæcq; oportet. Duo ſunt trochei. Cõtrà in alijs additur pes legitimo numero. Interim prior carminis pars eſt trochaica, poſterior iambica, & contrà.

Admiſcentur interdum & cretici, ſiue amphimacri, qui pes mediam habet breuem inter extremas longas: ſic ut ſinguli uerſus habeant quaternos aut ternos creticos, niſi quod hic quoq; uſurpatur libertas comica ſicut in cæteris. Exemplum eſt in quarti actus ſcena prima,

Vt malis gaudeant, atq; ex incommodis

Quatuor cretici ſunt, niſi quod tertius eſt ſpondeus. Ibidem,

Tum impudentiſſima eorum oratio eſt.

Tres habet creticos. Quamcq; arbitror prius carmen uiciatum mutato dictionum ordine. Etenim ſi ſic legas: Et tamen res cogit denegare, ibi tum eorum impudentiſſima oratio eſt: ut poſterior uerſus excipiat ſynalœpham prioris, carmen probe conſtat. Quidam tamẽ malunt hic eſſe trimetros trochaicos catalecticos.

Iambici trimetri facilior eſt dimenſio, quum penthemimeris finit dictionem. Velut, Effertur, imus. Et, Sic cogitabam.

Difficilior quum contrà. Vt Honeſta & liberali adcedo ad pediſſequas. In be cæſura eſt. Idem efficiunt crebræ ſynalœphæ, ut ibi,

Quæ

Quæ ibi aderant, forte unam aſpicio adoleſcentulam.

In tetrametris item iambicis ac trochaicis durior eſt dimenſio, ſi prior dimeter non finiat dictionem, præſertim ſi non ſit iambus. aut ſi accedat ſynalœphe, Vt,

Meum gnatum rumor eſt amare. id populus curat ſcilicet.

Prior dimeter finitur in ma, ſyllabam productam, & excipitur à ſynalœphe reid. Rurſus ibidem,

Qui poſtquàm audierat non datum iri, &c.

Prior dimeter deſinit in i admixta ſynalœphe

Turbat & illud lectorem minus exercitatum, quod interdum repente miſcet iambica cum trochaicis, trimetra interdum & dimetra aut monometra cum tetrametris, acatalectica cum catalecticis, cretica cum iambicis ac trochaicis, quod locis aliquot annotauimus in margine. Ea mixtura maxime fit ubi res ſunt turbulentiores. Fit interdum, ut ſcena prior deſinat in hemiſtichiũ, & ab huius clauſula incipiat ſcena proxima: uelut in Andriæ actus III ſcena III. Sed eccum uideo ipſum foras exire. Dimeter eſt plenus, cum ſequipede. Perficitur initio ſcenę ſequentis. Ad te ibam, quid nam eſt? ut ſit ſcazon tetrameter catalecticus. Nonnunquam dictio quæ pertinet ad ſenſum uerſus ſequentis, per cliſionem annectitur fini præcedentis: ut in prologo Eunuchi. Qui bene uertendo & eas deſcribendo male, ex Græcis bonis, &c. Durius eſt, quũ diſſecta dictione prior ſyllaba finit uerſum, reliquæ incipiũt ſequentẽ, ut Eunuchi act. 3. ſcena 1. Cõtinuo ſiquãdo illa dicet, Phædriã intromittamus commeſſatum, tu Pamphilam,

Eliſiones item & ſynæreſes, præſertim minus uſitatæ apud recentiores, faciunt ut lector imperitus frequenter hæreat in carmine. Eliditur autem in comicis uerſibus u conſonans, ut in prima ſcena,

Sine inuidia laudem inuenias & amicos pares. Rurſus ibidem,

Liberius uiuendi fuit poteſtas, nam antea Item in ſcena tertia,

Enimuero Daue nihil loci eſt, &c.

Carmen enim incipit ab anapeſto. Et ante in ſcena prima,

Enimuero ſpectatum ſatis.

Eliditur & s tum in fine, tũ in media dictione. In fine, ut in prima ſcena,

Sed quid opus eſt uerbis. Sed quid opuſt. Eliſa ſimul & uocali e. Idem fit in ſatis, Nec ſatis digna cui committas, &c.

Rurſus in prologo Andriæ, fit in medio dictionis. Id iſti uituperãt: alijſcq; locis compluribus, quorum aliquot in margine annotauimus. Interdum eliditur l, ut in prima ſcena Andriæ,

Pro uxore habere hanc peregrinam, ego illud ſedulo.

Vt grinam ego il. faciant dactylum. Hanc libertatem frequenter uſurpat Homerus, dum s elidit in ὀδυσεὺς & l in ἀχιλεὺς.

Sæpenumero cõtrahuntur uocales, uelut in his: fuit, deos, dies, meus, ſuus,

ſcias,nihil,mihi,ut ſint monoſyllaba.Similiter ei,eius,huius,cuius, monoſyllaba ponuntur ſubinde:eorum,meorum diſſyllaba. Liberius uiuendi fuit poteſtas. Difuit,facit ſpondæum. Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ, &c. Scias poſ.ſpondeus eſt,& ſuæ,unica ſyllaba eſt. Meum gnatum rumor eſt amare. Meum gna. ſpondeus eſt. Item antehac diſſyllabum eſt.Nam quod antehac fecit. Frequẽter eliditur d in quid,& ſed,pro uocali. & ſicut in periculum, elidimus u. idem hic facit in paululum & annulum. Quin & ſyllabæ quædam aliter pronunciantᵉ,quàm apud recentiores uſurpatæ ſunt: uelut in ſuſpitio,ſecunda producitur:unde factum eſt,ut quidam legant ſuſpectionẽ.Rurſum in caue,uide,mane & abi finalis corripitur.Minimo momento mutatur genus carminis,uelut in actus IIII ſcena I. Si legas,

In denegando modo quis pudor eſt paululum.

Trimeter eſt Iambicus.Rurſus ſi In annectas fini uerſus ſequentis,uerſus conſtabit quatuor creticis.Denegan/do modo/quis pudor eſt/paululum.Si in modo,facias pyrrhichium,erit trimeter trochaicus catalecticus.

Dene/gando/modo quis/pudor eſt/paululum.

Porrò inter iambicos tetrametros acatalecticos & trochaicos tetrametros catalecticos, tanta eſt affinitas, ut interdum nihil referat eundem uerſum utrum per iambos an per trocheos metiaris. uelut in actus III ſcena IIII

Vtinam mihi eſſet aliquid hic quo nunc me præcipitem darem. Si mihi facias unicam ſyllabam, Trochaicus eſt:ſi duas, iambicus eſt: quale eſt & in actus V ſcena prima,

Satis iam ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea.

Item ſequens,

Satis pericli cœpi adire,orandi iam finem face.

Licet per iambos uel per trocheos metiri. Huius generis ſunt & alij complures.Illud mihi monendus eſt lector,ut meminerit,à notato metro idem carminis genus durare,donec repererit annotatum diuerſum.

VBLIVS Terentius Afer, Carthagine natus, ſeruiuit Romæ Terentio Lucano Senatori, à quo ob ingenium & formam,non inſtitutus modo liberaliter, ſed & matu re manumiſſus eſt.Quidam captũ eſſe exiſtimant, quod fieri nullo modo potuiſſe Feneſtella docet: cum in fine ſecundi belli Punici,& ante initiũ tertij natus ſit, & mortuus: nec ſi à Numidis,aut Getulis captus ſit,ad ducem Romanũ peruenire potuiſſet,nullo cõmercio inter Italicos& Afros,niſi poſt deletam Carthaginem,cœpto.Hic cum multis nobilibus familiariter uixit:ſed maxime cũ Scipione Africano,& cum Lælio,quibus etiam corporis gratia conciliatus exiſtimatur.quod & ipſum Feneſtella arguit, contendens utroq; maiorem natu fuiſſe.quamuis & Cornelius Nepos æquales omnes fuiſſe tradat, & Porcius ſuſpicionem de conſuetudine per hæc faciat,

Dum laſciuiam nobilium & fucoſas laudes petit: *Troch.tetram.catalect.*
Dum Africani uoce diuina inhiat auidis auribus:
Dum ad Furium ſe cœnitare,& Lælium,pulchrum putat:
Dum ſe amari ab hiſce credit,crebrò in Albanum rapi
Ob florem ætatis ſuæ:ipſus ſublatis rebus ad ſummam *Hæc carmina ſunt uiciata & mutila*
Inopiam redactus eſt.
Itaq; è conſpectu omnium abiit in Græciam in terram ultimam.
Mortuus eſt in Stimphalo Arcadiæ oppido:nihil Publius
Scipio profuit,nihil ei Lælius,nihil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem ut eſſet quò referret obitum domini ſeruulus.

Scripſit comœdias ſex.ex quibus primam Andriam cum ædilibus daret, iuſſus ante Cerio recitare,ad cœnantem cum ueniſſet,dictus eſt,initium quidem fabulæ,quòd erat contemptiore ueſtitu,ſubſellio iuxta lectulũ reſidens legiſſe:poſt paucos uerò uerſus inuitatus ut accumberet,cœnaſſe unà, deinde cætera percurriſſe non ſine magna Cerij admiratione. & hanc autem, & quinq; reliquas æqualiter populo probauit.Quamuis Volcatius de enumeratione omnium ita ſcribat, Sumetur Hecyra ſexta ex his fabula.

Eunuchus quidem bis acta eſt: meruitq; pretium quantum nulla antea cuiuſquam comœdia,id eſt octo milia numũm.propterea ſumma quoq; titulo aſcribitur.Nam Adelphorum principium Varro etiam præfert principio Menandri Non obſcura fama eſt adiutum Terentium in ſcriptis à Lælio & Scipione,quibus cum familiariter uixit.Eandem ipſe auxit: nunquam enim niſi leuiter ſe tutari conatur,ut in prologo Adelphorum.

Nam

Nam quod iſti dicunt maleuoli,homines nobiles
Hunc adiutare,aſſidueq; unà ſcribere:
Quod illi maledictum uehemens exiſtimant,
Eam laudem hic ducit maximam:cum illis placet,
Qui uobis uniuerſis,& populo placent:
Quorum opera in bello,in otio,in negotio,
Suo quiſq; tempore uſus eſt ſine ſuperbia.

Videtur autem ſe leuius defendiſſe, quia ſciebat Lælio & Scipioni non ingratam eſſe hanc opinionem: quæ tamen magis & uſque ad poſteriora tempora ualuit.

Q.Memmius in oratione pro ſe ait:P. Africanus, qui à Terentio perſonam mutuatus,quæ domi luſerat ipſe, nomine illius in ſcenam detulit. Nepos autore certo comperiſſe ſe ait,C.Lælium quondam in puteolano Cal. Martijs admonitum ab uxore,temporius ut diſcumberet, petijſſe ab ea ne interpellaretur:ſerius tandem ingreſſum triclinium dixiſſe, non ſæpe in ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi:deinde rogatum ut ſcripta illa proferret,pronũtiaſſe uerſus qui ſunt in Heautontimorumeno,
Satis pol proterue me Syri promiſſa huc induxerunt.

Hæc opinio quadrat in rationem temporum.

Santra Terentium exiſtimat,ſi modo in ſcribendo adiutoribus indigueꝛit,nõ tam Scipione & Lælio uti potuiſſe,qui tunc adoleſcentuli fuere:quàm Sulpitio Gallo homine docto,& qui conſularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum:uel Q.Fabio Labeone,& M.Popilio,conſulari utroq;, ac Poeta.Ideo ipſum non iuuenes deſignaſſe,qui ſe adiuuiſſe dicerẽtur: ſed uiros,quorum operã,& in bello,& in otio, & in negotio populus ſit expertus. Poſt editas comœdias nondum quintum atq; trigeſimum egreſſus annum, cauſa euitandę opinionis,quia uidebatur aliena pro ſuis edere:ſeu percipiendi Græcorum inſtituta moresq;,quos perinde exprimeret in ſcriptis, egreſſus urbem eſt,neq; amplius redijt.de morte eius Volcatius tradit,
Sed ut Afer ſex populo edidit comœdias,
Iter hinc in Aſiam fecit:nauim cum ſemel
Conſcendit,uiſus nunquam eſt.ſic uita uacat.

Q. Conſetius redeuntem è Græcia perijſſe in mari dicit cum centum & octo fabulis conuerſis à Menandro. Cæteri mortuũ eſſe in Arcadiæ Stimphalo,ſiue Leucadia tradũt,Cn.Cornelio Dolabella,M.Fuluio Nobiliore coss. morbo implicitum acri, dolore ac tædio amiſſarum ſatyrarum, quas in naui præmiſerat,ac ſimul fabularum quas nouas fecerat.Fuiſſe dicitur mediocri ſtatura, gracili corpore, colore fuſco. reliquit filiam,quæ equiti Romano nupſit.Item hortulos xx iugerum,uia Appia ad Martis uillam: quo magis mitor Porcium ſcribere,
-nihil Publius
Scipio profuit,nihil ei Lælius,nihil Furius,

Tres

Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime. *Facillime agẽtes appellat diuites ac potentes*
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem ut eſſet,quò referret obitum domini ſeruulus.

Hunc Afranius quidẽ omnibus comicis præfert, ſcribens in cõpitalibus, Terentio non ſimilem dices quempiam.

Volcatius autẽ non ſolum Neuio,& Plauto,& Cecilio,ſed Licinio quoq; poſtponit.Cicero in Limone hactenus laudat,
Tu quoq;,qui ſolus lecto ſermone Terenti
Conuerſum,expreſſumq; Latina uoce Menandrum
In medio populi ſedatis uocibus effers,
Quicquid come loquens,ac omnia dulcia dicens.

Item C. CAESAR

Tu quoq; tu in ſummis,ô dimidiate Menander,
Poneris,& merito,puri ſermonis amator,
Lenibus atq; utinam ſcriptis adiuncta foret uis
Comica,ut æquato uirtus polleret honore
Cum Græcis,neq; in hac deſpectus parte iaceres,
Vnum hoc maceror & doleo tibi deeſſe Terenti.

Hæc Suetonius Tranquillus. Nam duos Terentios Poetas fuiſſe ſcribit Metius,quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo,alter libertinus Terentius Afer patria,de quo nũc loquimur.Scipionis fabulas edidiſſe Terentium Valgius in Acteone ait,
Hæc quæ uocantur fabulæ,cuius ſunt *cedo,aut ſimile uerbum deeſt*
Non has qui iura populis recenſentibus dabat, *Forte conſultus*
Honore ſummo affectus fecit fabulas?

Duæ ab Apollodoro translatæ eſſe dicuntur comico,Phormio,& Hecyra:quatuor reliquæ à Menandro.ex quibus magno ſucceſſu, & pretio ſtetit Eunuchus fabula:Hecyra ſæpe excluſa,uix acta eſt.

INITIVM Tragœdiæ & Comœdiæ à rebus diuinis eſt inchoatum:quibus pro fructibus uota ſoluẽtes operabantur antiqui. Nam incenſis iam altaribus, & admoto hirco, id genus carminis quod ſacer chorus reddebat Libero patri, Tragœdia dicebatur,uel ἀπὸ τοῦ τράγου, hoc eſt ab hirco hoſte uinearum,& à cantilena. eius ipſius rei apud Virgiliũ plena fit mentio· uel quod hirco donabatur eius carminis Poeta: uel quod uter eius muſti plenus ſolenne præmium cantoribus fuerat:uel quòd ora ſua fecibus perlinebant ſcenici ante uſum perſonarum ab Æſchylo repertũ.Feces enim dicuntur Græce τρύγες. Et his quidem cauſis Tragœdiæ nomen eſt inuentum.At uerò nondum coactis in urbem Athenienſib. cũ Apollini Nomio,id eſt paſtorum uicinorumq; præſidi deo,conſtructis aris in honorẽ diuinæ rei circũ Atticæ uicos,uillas,pagos, & compita

Hoc uidetur Cornuti aut Aſperi Tragœdia

compita festum carmen solenniter cantarent: orta est comœdia, ἀπὸ τοῦ κωμάζειν καὶ ᾄδειν, quod est comessatum ire cantãtes. quod à Poetis solenni die, uel amatorie lasciuientibus choris comicis non absurdum est. Itaq; ut rerum, ita etiam temporum ipsorum cœpto ordine tragœdia primo prolata esse cognoscitur. Nam ut ab incultis, & feris moribus paulatim peruentũ est ad mansuetudinẽ, urbesq; sunt cõditæ, & uita mitior atq; otiosior processit: ita res tragicę longe ante comicas inuentæ. Quamuis autem retro prisca uol-

Tragœdiæ & Comœdiæ ueteris inuentores

uentibus reperiatur Thespis Tragœdiæ primus inuentor: & Comœdiæ ueteris pater Eupolis cũ Cratino, Aristophaneq; esse dicatur: Homerus tamẽ, qui ferè omnis Poeticæ largissimus fons est, etiam his carminibus exempla præbuit, & uelut quadam suorum operũ lege præscripsit: qui Iliadem instar Tragœdiæ, Odysseam ad imaginem comœdię fecisse monstrat. Nam post illius tale, tantumq; documentum, ab ingeniosissimis imitatoribus & digesta sunt in ordinem, & diuisa ea, quæ etiam tum temere scribebantur adhuc impolita, atq; in ipsis rudimentis haudquaquam ut postea facta sunt, decóra atq; leuia. At nos ea, quæ proprie de Tragœdia dicenda sunt, titulo própositi operis instantes, in alia tempora differamus: & de his fabulis iam loquamur, quas Terentius imitatus est. Postquàm demonstrandæ originis caussa de utriusq; generis initio diximus: quod necesse est iam dicemus. Co-

Ilias Homeri Tragœdia. Odyssea Comœdia

Comœdia uetus

mœdia ferè uetus, ut ipsa quoq; olim Tragœdia, simplex carmen (quemadmodum iam diximus) fuit: quod chorus circa aras fumantes nunc spatiatus, nunc reuoluens gyros, cum tibicine concinebat. Sed primo una persona substituta est cantoribus, quæ respõdens alternis choro, locupletauit uariauitq; rem musicam. tum altera, tum tertia, & ad postremum crescẽte numero, per autores diuersos, personæ, pallæ, cothurni, socci, & cæteri ornatus atque insignia scenicorum reperta: & ad hoc unicuiq; suus habitus: & ad ultimum qui primarum partium, qui secundarum & tertiarum, qui quartarum atq; quintarũ actores essent, distributa & diuisa quinquepartito tota est fabula. quæ tamen in ipsis ortus sui uelut quibusdam incunabulis, & uix dum incipiens,

Legendum suspicor, initijs nata est, aut

κωμῳδίας dicta est ἀρχαίας, idcirco quia nobis parum cognitis uitijs * autem quia inest in ea uelut historica fides ueræ narrationis, & denominatio omnium, de quibus libere describebatur. Etenim per priscos Poetas non ut nunc, penitus ficta argumenta: sed res gestæ à ciuibus palàm cum eorum sæpe, qui gesserant, nomine decantabantur. ideo ipsa suo tempore moribus multum profuit ciuitatis: cum unusquisq; caueret, culpa ne spectaculo cæteris esset, & domestico probro. Sed cũ Poetæ abuti licentius stylo, & passim lædere ex libidine cœpissent plures bonos: ne quisquam in alterum carmen

Satyræ origo

infame proponeret, lege lata, siluêre. Et hinc deinde aliud genus fabulæ, id est satyra sumpsit exordium. quæ à satyris, quos illotos semper ac petulãtes deos scimus esse, uocitata est. etsi aliunde nomen traxisse praue putant alij. Hæc, quæ Satyra dicitur, eiusmodi fuit, ut in ea quamuis duro & ueluti agresti modo

sti modo, de uitijs ciuiũ tamen sine ullo proprij nominis titulo carmen esset. Quod item genus comœdiæ multis obfuit Poetis, cũ in suspicionem potentibus ciuibus uenissent illorum facta descripsisse in peius, ac deformasse genus stylo carminis. quod primo Lucilius nouo conscripsit modo, ut Poesim inde faceret, id est unius carminis plures libros. Hoc igitur, quo suprà diximus modo, coacti omittere satyram, aliud genus carminis τὴν νέαν κωμῳδίαν, hoc est nouam comœdiam reperêre Poetæ: quæ argumẽto communi magis, & generaliter ad omnes homines, qui mediocribus fortunis agũt, pertineret: & minus amaritudinis spectatoribus, & eadem opera multũ delectationis afferret: concinna argumento, consuetudine congrua, utilis sententijs, grata salibus, apta metro. Vt igitur superiores illæ suis quæq; celebrantur autoribus: ita hæc νέα κωμῳδία cum multorum antea, tum præcipue Menandri, Terentijq; est. de qua cum multa dicenda sint, sat erit tamen uelut admonẽdi lectoris caussa, quod de arte comica ueterum chartis continetur, exponere. Comœdia uetus ut ab initio chorus fuit, paulatimq; personarum numero in quinq; actus processit: ita paulatim uelut attrito atque extenuato choro ad nouam comœdiam sic peruẽnit, ut in ea non modo non inducatur chorus, sed ne locus quidem ullus iam relinquat choro. Nam postquàm otioso tempore fastidiosior spectator effectus, tuuc cum ad cantores ab actoribus fabula transibat, consurgere & abire cœpisset: admonuit Poetas primò quidem choros prætermittere, locum eis relinquentes: ut Menander fecit, hac de caussa, non ut alij existimãt, alia. Postremò ne locũ quidem reliquerunt: quod Latini fecerunt Comici. unde apud illos dirimere actus quinquepartitos difficile est. Tum etiam Græci prologos nõ habent more nostrorum, quos Latini habent. Deinde θεοὺς ἀπὸ μηχανῆς, id est deos argumentis narrandis machinatos, cæteri Latini instar Græcorum habẽt: Terentius non habet. Ad hoc πρωτατικὰ πρόσωπα: id est personas extra argumentum accersitas nõ facilè cæteri habent: quibus Terentius sæpe utitur, ut per harum inductiones facile pateat argumẽtum. Veteres, etsi ipsi quoq; in metris negligentius egerunt iambici uersus, duntaxat in secundo & quarto loco: tamen à Terẽtio uincuntur resolutione huius metri, quantũ potest, comminuti ad imaginem prosæ orationis. Tum personarum leges circa habitum, ætatem, officium, partes agendi, nemo diligentius Terentio custodiuit. Quinetiam solus ausus est cum in fictis argumentis fidem ueritatis asseqqueretur, etiam cõtra præscripta comica meretrices interdum non malas introducere: quibus tamen, cur bonæ sint, & uoluptas per ipsum & caussa non desit. Hæc cum artificiosissima Terentius fecerit: tum illud est admirãdum, quod & morem retinuit ut comœdiam scriberet: & tẽperauit affectum, ne in tragœdiam transiliret. quod cum alijs rebus minime obtentum & à Plauto, & ab Afranio, & Accio, & multis ferè magnis comicis inuenimus. Illud quoq; inter Terentianas uirtutes mirabile, quòd eius fabulæ eo sunt tempe-

Comœdia nouæ

ramento,ut neq; extumeſcāt ad tragicam celſitudinem, neq; abijciantur ad hiſtrionicā.Adde quòd nihil abſtruſum ab eo ponitur:aut quod ab hiſtoricis requirēdum ſit,quod ſæpius Plautus facit,& eo eſt obſcurior in pluribus locis.Adde quòd argumenti ac ſtyli ita attente memor eſt,ut nuſquam non cauerit,aut curauerit ea,quæ obeſſe potuerunt:tum quòd media primis atq; poſtremis ita nexuit,ut nihil additum alteri,ſed aptum, ex ſe totum, & uno corpore uideatur eſſe compoſitum.Illud quoq; mirabile in eo,primo, quòd nō ita miſcet perſonas quatuor,ut obſcura ſit earū diſtinctio. Et item quòd nihil ad populū facit actorem uelut ex Tragœdia loquí.quod uitium Plauti frequentiſſimum eſt.Illud etiam inter cætera eius laude dignum uidetur, quòd locupletiora argumenta ex duplicibus negotijs delegerit ad ſcribendum.nam excepta Hecyra,in qua ſcribit Pamphili amorem,cæteræ quinq; binos adoleſcentulos habent. Illud uerò tenendum eſt, poſt νέαν κωμῳδίαν Latinos multa fabularū genera protuliſſe:ut Togatas, à ſcenicis atq; argumentis Latinis:Prætextatas,ab dignitate perſonarum,& Latina hiſtoria:Attellanas à ciuitate Campaniæ ubi actitatæ ſunt plurimæ: Rhyntonicas,ab actoris nomine:Tabernarias,ab humilitate argumenti & ſtyli: Mimos,ab diuturna imitatiōe uilium rerum,& leuium perſonarum. Inter Tragœdiam autem & Comœdiam cum multa,tum in primis hoc diſtat: quòd in Comœdia mediocres fortunæ hominū,parui impetus,periculaq;, lætiq; ſunt exitus actionum.At in Tragœdia,omnia contraria,ingentes perſonæ, magni timores,exitus funeſti habentur.& illic turbulenta prima, tranquilla ultima.In Tragœdia contrario ordine res agūtur.Tum quòd in Tragœdia fugienda uita,in Comœdia capeſſenda exprimitur.Poſtremo,quòd omnis Comœdia de fictis eſt argumētis:Tragœdia ſæpe ab hiſtorica fide petitur.

Fabularum genera
Togatæ
Prætextatæ
Attellanæ
Rhyntonicæ
Tabernariæ
Mimi
Comœdiæ & Tragœdiæ differentia

Fabulæ à quo primum ſcriptæ

Latinæ fabulæ primo à Liuio Andronico ſcriptæ ſunt ad cūctas res,cum etiam tum recentius idem & Poeta & actor fabularum ſuarū fuiſſet. Comœdiæ autē, motoriæ ſunt,aut ſtatariæ,aut miſtæ.motoriæ,turbulentæ:ſtatariæ,quietiores:miſtæ,ex utroq; actu cōſiſtentes. Comœdia per quatuor partes diuiditur,Prologum,Protaſin,Epitaſin,Cataſtrophen.Prologus,eſt uelut præfatio quædam fabulæ:in quo ſolo licet præter argumētum aliquid ad populum,uel ex Poetæ,uel ex ipſius fabulæ,uel ex actoris commodo,loqui. Protaſis,primus eſt actus,initiumq; dramatis.Epitaſis,incrementū,proceſſusq; turbarum:ac totius,ut ita dixerim,motus erroris. Cataſtrophe,conuerſio rerum eſt ad iucūdos exitus,patefacta cunctis cognitione geſtorum. Comœdia eſt fabula diuerſa inſtituta continens,affectumq; ciuilium ac priuatarum rerum:qua diſcitur quid ſit in uita utile,quid cōtrà euitandū. Hanc Græci ſic definiere, κωμῳδία ἐστὶν ἰδιωτικῶν, καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀνύδυνος παρουσία. Comœdiam eſſe Cicero ait,imitationem uitæ,ſpeculum conſuetudinis, imaginem ueritatis. Comœdiæ autem à more antiquo dictæ:quia in uicis huiuſmodi carmina initio agebantur apud Græcos:ut in Italia

Comœdiæ partes
Prologus
Protaſis
Epitaſis
Cataſtrophe
Comœdia quid

Italia cōpitalitijs ludicris admiſto pronuntiationis modulo, quo,dum actus cōmutantur,populus detinebatur. Aut ἀπὸ τῶν κωμῶν, hoc eſt ab actu uitæ hominum,qui in uicis habitabant ob mediocritatem fortunarum: non in aulis regijs,ut ſunt perſonæ tragicæ.Comœdia uerò, quia poema ſub imitatione uitæ atque ſimilitudine compoſitum eſt, in geſtu & pronuntiatione conſiſtit. Comœdiam apud Græcos dubium eſt quis inuenerit primus: apud Latinos certum eſt.Comœdiam,& Tragœdiam Togatam primo Liuius Andronicus reperit:aitq; Comœdiam eſſe quotidianæ uitæ ſpeculum: nec iniuria.nam ut intenti ſpeculo ueritatis liniamenta facile per imagines colligimus:ita lectione Comœdiæ imitationem uitæ, conſuetudinisq; non ægerrime animaduertimus. Huius autem originis ratio ab exteris ciuitatibus,moribusq; peruēnit. Athenienſes nanq; Atticam cuſtodiētes elegantiam, cum uellent male uiuentes notare, in uicos & cōpita ex omnibus locis læti, alacresq; ueniebant:ibiq; cum nominibus ſingulorum uitam publicabant:unde nomen compoſitum ut Comœdia uocaretur.hæc autem carmina in pratis primum mollibus agebantur.nec deerāt præmia, quibus ad ſcribendum doctorum prouocarentur ingenia:ſed & actoribus munera offerebantur,quo libentius iucundo uocis flexu ad dulcedinem commendationis uterentur.Caper nanq; pro dono his dabatur,quia uitibus noxium animal habebatur:à quo etiam Tragœdiæ nomen exortum eſt. Nōnulli autem ex amurca olei fece,quæ eſt humor aquatilis, Tragœdiam dici,uocariq; malue runt. Qui ludi cum per artifices in honorem Liberi patris agerentur, etiam ipſi Comœdiarū Tragœdiarumq; ſcriptores huius dei uelut patris, numen colere uenerariq; cœperunt.cuius rei probabilis ratio extitit.ita enim carmina inchoata proferebantur,ut per ea laudes eius,& facta glorioſa celebrari, proferriq; cōſtaret.tum paulatim fama huius artis increbuit.Theſpis autem primus hæc ſcripta in omnium notitiam protulit. Poſtea Æſchylus ſecutus exemplum,publicauit.de quibus ita Horatius in arte Poetica loquitur,

Ex alio ruſus congeſta

Comœdiæ origo

Tragœdia

Theſpis
Aeſchylus

Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ
Dicitur,& plauſtris uexiſſe poemata Theſpis,
Quæ canerent, agerentq; peruncti fecibus ora.
Poſt hunc perſonæ,pallæq; repertor honeſtæ
Æſchylus,& modicis inſtrauit pulpita tignis:
Et docuit magnumq; loqui,nitiq; cothurno.
Succeſſit uetus his comœdia non ſine multa
Laude:ſed in uitium libertas excidit,& uim
Dignam lege regi.lex eſt accepta:chorusq;
Turpiter obticuit ſublato iure nocendi.
Nil intentatum noſtri liquére Poetæ:
Nec minimum meruére decus ueſtigia Græca
Auſi deſerere,& celebrare domeſtica facta,

Vel qui prætextas,uel qui docuére togatas.

Fabulæ partes FABVLA generale nomen est. eius duæ primæ partes sunt, tragœdia, & comœdia. Si latina argumẽtatio sit,prætextata dicitur. Comœdia autem *Comœdiæ species* multas species habet.aut enim palliata est,aut togata,aut tabernaria, aut at- *Planipedia* tellana,aut mimus,aut Rhyntonica,aut planipedia. Planipedia autem dicta ob humilitatem argumenti eius,ac uilitatem actorum, qui nõ cothurno aut socco utuntur in scena,aut pulpito,sed plano pede.uel ideo quòd non ea ne- gotia continet, quæ personarum in turribus aut in cœnaculis habitantium sunt,sed in plano & humili loco. Personati primi egisse dicuntur comœdiam *Cincius Falisc.* Cincius & Falisc.us:tragœdiam Minutius & Prothonius. Omnium autẽ co- mœdiarum scripta ex quatuor rebus omnino sumũtur,nomine, loco,facto, euẽtu. Nomine,ut Phormio,Hecyra,Gurgulio,Epidicus. Loco, ut Andria, *Comœdiæ formæ* Leucadia,Brundusina. Facto,ut Eunuchus,Asinaria,Captiui. Euentu Com- *Palliata* morientes, Adelphi, Heautontimorumenos. Comœdiarum formæ sunt *Tabernaria* tres, Palliatæ, Græcum habitum ferentes,quas nonnulli tabernarias uocant. *Togata* Togatæ,iuxta formam personarum,habitum togarum desiderantes. Attel- *Attellana* lanæ,salibus & iocis compositæ,quæ in se non habent nisi uetustam elegan- *Comœdiæ partes* tiam. Comœdia autẽ diuiditur in quatuor partes, Prologũ, Protasin, Epi- tasin, Catastrophen. Prologus est prima dictio,à Græcis dicta πρόλογος, *Prologus & eius species* id est antecedens uerã fabulę compositionem elocutio. Eius species quatuor sunt, συστατικὸς commendatitius, quo fabula uel Poeta commendatur. ἀναφορικὸς, relatiuus:quo aut aduersario maledicta, aut gratiæ populo re- feruntur. ὑποθετικὸς, argumentatiuus, fabulæ argumentum exponens. *Prologus* μικτὸς, mistus, omnia hæc in se continens. Inter prologum, & Prologium *Prologium* quidam hoc interesse uoluerunt:quia prologus est ubi Poeta excusatur, aut fabula commendatur. prologium autem est,cum tantum de argumento di- *Protasis* citur. Protasis est primus actus fabulæ,quo pars argumenti explicatur, pars *Epitasis* reticetur ad populi expectationem tenendam. Epitasis,inuolutio argumen- *Catastrophe* ti,cuius elegantia connectitur. Catastrophe, explicatio fabulæ, per quam euentus eius approbatur. In plerisque fabulis ipsarum nomina priora pone- bantur, quàm Poetarum: in nonnullis Poetarum,cẽ fabularum. cuius mo- ris diuersitatem antiquitas probat. Nam cum primum aliqui fabulas ede- rent,ipsarum nomina pronuntiabantur antè, quàm Poetæ pronũtiarentur, ne aliqua inuidia à scribendo deterreri possent. Cum autem per editionem multarũ Poetæ iam esset autoritas acquisita, rursus priora Poetarum no- mina proferebantur:ut per ipsorum uocabula fabulis attentio acquireretur.

Actas diuersis ludis manifestum est inscribi. Nam ludorum quatuor sunt *Megalenses ludi* species,quos Curules Ædiles munere publico curant. Megalenses, magnis *Funebres* diis consecrati, quos Græci μεγαλδίους, appellant. Funebres,ad retinen- *Plebei* dum populum instituti,dum pompa funeri decreta in honorem patricij uiri *Apollinares* plene instruitur. Plebei,qui pro salute plebis æduntur. Apollinares, Apollini consecrati

consecrati adolescentibus duæ aræ ponebant, dextra Liberi, sinistra eius dei cui *Aræ duæ* ludi fiebant:unde Terentius in Andria ait,

Ex ara hac sume uerbenas.

Hinc Vlyssem palliatũ semper inducunt: siue quòd aliquando insaniam *Vlysses palliatus* simulauit:quo tempore tectum se esse uoluit,ne agnitus cogeretur in bella prodire. seu ob singularem sapientiam,qua tectus munitusq; plurimum so- *Personarum comicarum amictus* cijs profuit. Huius enim uirtutis erat,animi semper decipientis ingeniũ. Nõ- nulli Ithacæ incolas,sicut Locros,palliatos fuisse commemorant. Achillis,& Neoptolemi personæ,diademata habent:quamuis regalia sceptra nũquam tenuerint:cuius argumenti probatio talis inducitur. quòd nunquam cum re- liqua Græciæ iuuentute ad gerenda cum Troianis bella, sacramenta coniu- rationis inierunt, nec unquam sub Agamemnonis imperio fuerunt. Comi- cis senibus candidus uestitus inducitur, quòd is antiquissimus fuisse memo ratur. Adolescentibus discolor attribuitur. Serui comici amictu exiguo cõte- guntur,paupertatis antiquæ gratia:uel quo expeditiores agãt. Parasiti cum intortis pallijs ueniũt. Læto,uestitus candidus:ærumnoso,obsoletus:purpu reus,diuiti:pauperi,phœniceus datur:militi,chlamys purpurea: puellæ habi tus peregrinus inducitur. Leno pallio uarij coloris utitur. Meretrici ob auari tiam luteum datur. Syrmata dicta sunt ab eo, quòd trahuntur: quæ res ab *Syrmata* scenica luxuria instituta est. Eadem in luctuosis personis incuriam sui per ne- gligentiam significant. Aulæa quoque in scena in terra sternuntur, quòd pi- ctus ornatus erat ex Attalica regia Romam usq; perlatus: pro quibus sipa- *Siparium* tia ætas posterior accepit. Est autem minutum uelum:quod populo obsistit dum fabularum actus commutantur. Diuerbia histriones pronuntiabant. *Diuerbia Cantica* Cantica uerò temperabantur modis non à Poeta, sed à perito artis musicæ factis. Neq; enim omnia ijsdem modis in uno cantico agebantur, sed sæpe mutatis. ut significant qui tres numeros in comœdijs ponũt, qui tres conti- nent mutatos modos cantici illius. Qui huiusmodi modos faciebãt, nomen in principio fabulæ & scriptoris, & actoris supponebant. huiusmodi adeò carmina ad tibias fiebant,ut his auditis multi ex populo antè discerẽt quam fabulam acturi scenici essent, quàm omnino spectatoribus ipsis antecedens titulus pronuntiaretur. Agebantur autem tibijs paribus, aut imparibus: & dextris,aut sinistris. Dextræ autem tibiæ sua grauitate seriam comœdiæ di- *Tibiæ dextræ & sinistræ in comœdijs* ctionem pronuntiabant. Sinistræ & serranæ acuminis leuitate io- cum in comœdia ostendebant. Vbi autem dextra,& si nistra acta fabula inscribebatur,mistim ioci & grauitates denunciabantur.

ARGVMENTA

CHTHONIS IN P. TERENTII COMOEDIAS.

IN ANDRIAM

NVLLVS est omnino scriptor in Latina lingua, quẽ tam topere cognosci, ediscíq; retulerit, atq; Terentium. Nam cum prima uirtus in oratione sit proprie loqui, nec proprij sermonis artificem meliorem Terentio habeamus, dignus planè est, in quo perdiscẽdo plurimum operæ ac studij ponamus. Et ab ijs qui docent pueros, superstitiosam etiam diligentiam in hoc autore enarrãdo requiro. Primũ prodest monere, quæ comœdiæ natura sit, quidúe spectarint comœdiarum autores, nomen unde factum sit. Atq; hæc quidem Donatus copiosè exposuit. Conuenit autem inter omnes, autores comœdiarũ uoluisse & cõmunium morum & casuũ exempla proponere, quibus uelut admoniti, prudentius iudicemus de rebus humanis, & genere orationis facundiam locupletare. Quæ inculcabunt professores eo diligentius, ut sciant pueri, quid ex illis petere debeant, quem fructum facturi sint legendis comœdijs. Nam quo propius cognorint & uim literarum, & utilitatem, eo impensius iuuat discere. Porrò nomen comœdia, factum est, ut pluritni dicunt, ἀπὸ τοῦ κώμου, id est, à commessatione, & ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, id est, à carmine: ut sit conuiuale carmen. Nam in conuiuijs primum iocoso quodam carmine, ciuium uitia iuuentus liberius taxabat. Postea, ars accessit, & theatrorum consuetudo. Aristoteles περὶ ποιητικῆς, de nominis origine aliter sentit: nec piget ascribere eius uerba: ὡς κωμῳδοὺς οὐκ ἀπὸ τοῦ κωμάζειν λεχθέντας, ἀλλὰ τῇ κῶμας πλάνῃ ἀπαμαζομένους ἐκ τοῦ ἄστεως. Cætera Donatus. In recensendis argumentis fabularum consilium Poetæ summa cura exponendum est. Quarum personarum descriptiones in primis admirationem mercantur, in quibus locis plurimum commoretur Poeta, ubi plurimum neruorum, plurimum eloquentiæ ostentet: quos locos ita cõmendent pueris, ut & familiariter ament, & tanquam digitos suos norint. Et ob hanc causſam fabularum omnium argumenta, ueteri more, in πρότασιν, ἐπίτασιν, κατασροφὴν partiantur, ut distributa facilius adsequatur iuuentus. Ferè autem fabulæ continent periculum quoddam. nusquam enim consilio locus est, nisi in dubijs rebus. neque uero aliud est Comœdia, nisi humanorum consiliorum & euentuum imago quædam. In Andria periclitatur Pamphilus, ut Glycerio fidem promissam præstet, postquàm patri per errorem pollicitus est, futurum se in eius potestate ac ducturum quam uellet. estq; hæc ueluti σάσις fabulæ. Consilia omnia, querelæ omnes, argumenta omnia huc referẽda sunt. Et tota fabula similis est orationi generis suasorij. Nam uarie de tota causa cõsultant senes

senes, adulescentes, ac serui. Sed ut argumentum propius cernere queãt pueri, ordine singulas partes referemus.

Periculum protasis

Cum amaret Pamphilus Glycerium, eiq; fidem dedisset ducturũ se esse uxorem, pater, qui amare filium compererat, consilium capit abstrahendi eius à Glycerio, simulat se uxorẽ daturum, poscitq; ut ne filius id recuset. Is cum & patrem uereretur, & Glycerium deserere parum pium iudicaret, pendet animi, nec habet quò se uortat. Ibi Dauus intelligens simulari rem à patre, consulit herili filio, ut polliceatur patri se in eius potestate futurum: periculi nihil esse, quãdoquidem simulent nuptiæ. filius obsequitur, quanquam ægre: pollicetur patri ducturum se quam uellet.

Epitasis

Interea spargitur de Pamphili nuptijs rumor, rescisount & mulierculæ, quibus cum Glycerio cõsuetudo erat. Et pater cum à filio quod uoluerat, extorsisset, non iam simulat rem, sed seriam fabulam orditur. Chremetem orat, ut gnatam det uxorem filio suo. facile impetrat. Hic de Pamphilo actum fuit. maturare nuptias pater studet, & filius pollicitus erat se in patris potestate futurum esse. Quæso, quomodo ex his turbis se explicet? quid faciat Pamphilus? Hic Dauus cuius imprudentia periculum contractum erat, cum dolus nõ successisset, Chremetem deterret à nuptijs, fidem faciens amari aliam à Pamphilo.

Catastrophe

At pater rem urget: & processisset, nisi casus, qui sæpe plus ualet quàm ratio, dubijs rebus opem attulisset. Venit quispiã Crito, qui docet Glycerium Chremetis filiam esse, gratum omnibus nuncium. Nuptiæ ex sentẽtia Pamphili conficiuntur. Vide ex ex quanto periculo, casu euaserit Pamphilus.

Est autem in more Terentio, in prima ferè scena longa narratione cõmorare occasionem fabulæ: atq; eas narrationes plurimi fecerũt ueteres. Sic in Andria exponit Pamphili amores, & patris consiliũ, quo is filium à Glycerio diuulsurus erat. In reliquis scenis pergit consilium exequi. Sunt aspersa narrationi illi primæ multa rhetorica ornamẽta. Est enim mirabiliter aucta, commemoratione morũ, studiorũ, sodalitij Pamphili, qua occasione Pamphilus deperire in Glycerium cœperit, ubi pater id primum deprehenderit. Hæc accurate expendet professor, & uelim hic immodice etiam anxium esse περὶ πολυπραγμονεῖν interpretem. Est enim modis omnibus efficiendum, ut mirentur, ut ament hunc autorem pueri. Id ita fiet, si rectissime intellexerint. Exigendum ab ipsis pueris, ut suo marte argumenta fabularũ condant, ut locos aliquos retexãt, & pluribus exponant, tanquam ceram refingant: quæ exercitatio, præterquàm quòd familiariorem hunc Poetam facit, facun

diam etiam alit. Fingũtur hic cordati ſenes, Dauus ueterator, honeſta ac pia mente præditus adoleſcens Pamphilus. Verum ut Pamphili ingenium rectius perſpici poſſet, & ut aliquanto plus in fabula turbæ eſſet, cõfertur cum eo Carinus Pamphili diſſimillimus. nihil moderatum in hoc, nihil conſilij: contrà in illo moderatiora omnia penè, quàm uel ætas poſcit, uel ſinit amor.

In primis mirantur eloquentiam Poetæ in Pamphili querelis, in ſenis narrationibus, conſultationibus, & obiurgationibus. Ab his exemplis & uerba, & figuras latini ſermonis, & dicendi rationem aſſueſcant petere adoleſcentes: felicius haud dubiè collocaturi operam, quàm ſi interea, uelut formicæ Indicæ, aurum conuecherent.

IN EVNVCHVM

COMOEDIAE ut hominum uitam, caſus, conſilia imitentur, pericula continent, quòd & conſilijs, & fortunæ, in periculis maxime locus eſt. Itaq; cum diſcutere periculũ ratione contendant perſonæ, finguntur uaria conſilia, in quibus alia fallunt, alia felicia ſunt. Sæpe plus caſus poteſt, cẽꝫ ratio. Dominatur ferè in rebus fortuna.

Superiori fabula propoſuit modeſti adoleſcentis exemplum: is de officio ſuo honeſte conſultat. Hic nulla ſunt honeſta exempla, nullum honeſtum conſilium. Nam meretricij amores deſcribuntur: ut hoc exemplo cernant iuuenes, tanquam in ſpeculo, amentiam huiuſmodi amatorum. Eſt autem duplex propémodum fabula. Propterea geminum argumentum recenſeo.

Primas Thraſo in hac fabula tenet. Ei cum pollicita eſſet Thais, facturam ſe ſui copiam dies aliquot, fallitur is tamen. eaq;, protaſis fabulæ eſt. Cum Thraſone confertur Phædria; niſi enim riualem haberet Thraſo, nihil periclitaretur in amore.

Epitaſis fabulæ eſt, cum minatur ſe ille oppugnaturum ui ædeis Thaidis.

Cataſtrophe ridicula eſt. Nam Thraſo iam fractus, precibus impetrat, ut aliqua ſaltem in parte apud Thaidem hæreat. Porrò quia hæc fabula uaria eſt, multumq; habet turbarum, caſu exoritur alius tumultus, uitiatur uirgo, quam Thaidi miles donarat. Sed eſt læta eius quoq; periculi cataſtrophe. Nam uxor datur hæc adoleſcenti quam compreſſerat.

Vt Thraſonem ridiculum amatorẽ fingeret, addit Gnathonem qui eius mores mirifice depingit, ut ardelionem agnoſcas.

In ſuperiori fabula plurimæ ſunt conſultationes, & tota ferè conſiſtit in genere deliberatiuo. Hic plus eſt expoſtulationum, & accuſatorio ſeu iudiciali generi ſimilior eſt. Nullum autem uitæ genus eſt, ubi non plurimum Thraſonum reperias: neque ulli ferè rebus humanis pernicioſiores ſunt, quàm id genus, ſi contingat imperare. In templis, in aulis, in rebus publicis omnibus omnia miſcent, ut emereantur uulgi plauſum. Quare diligenter eſt intuenda, cõtemplandaq; Thraſonis imago in hac fabula, ut diſcas, quàm ſint inepti

epti, quàm nihili ardeliones iſti. Somnia uerius hominum, quàm homines dicas. Refert autem conferre cum hac ſimiles alicubi deſcriptiones: qualis eſt apud Martialem Attali, apud Catullum Suffeni. nec piget adſcribere, ut ediſcant pueri.

AD VARVM

Suffenus iſte Vare, quem probe noſti,
Homo eſt uenuſtus, & dicax, & urbanus,
Idemq; longe plurimos facit uerſus:
Puto eſſe ego illi milia aut decem, aut plura
Perſcripta. nec ſic, ut fit in palinxyſto,
Relata: chartæ regiæ, noui libri,
Noui umbilici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, & pumice omnia æquata.
Hæc cum legas, tum bellus ille, & urbanus
Suffenus, unus caprimulgus, aut foſſor
Rurſus uidetur: tantum abhorret ac nutat.
Hoc quid putemus eſſe? qui modo ſcurra,
Aut ſi quid hac re triſtius uidebatur,
Idem infaceto eſt infacetior rure,
Simul poemata attigit, neq; idem unquam
Æque eſt beatus, ac poema cum ſcribit.
Tam gaudet in ſe, tamq; ſe ipſe miratur.
Nimirum idem omnes fallimur, neq; eſt quiſquam,
Quem non in aliqua re uidere Suffenum
Poſſis: ſuus cuiq; attributus eſt error,
Sed non uidemus manticæ quod in tergo eſt.

IN ATTALVM

Declamas bene, cauſas agis Attale bene.
Hiſtorias bellas, carmina bella facis.
Componis bene mimos, epigrammata bene:
Bellus grammaticus, bellus es aſtrologus.
Et bene cantas, & ſaltas Attale bene.
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
Nil bene cum facias, facis attamen omnia bene.
Vis dicam quid ſis? magnus es ardelio.

IN HEAVTONTIMORV MENON

TANTA huius fabulæ elegantia eſt, ut pleriq; à Lælio, quo illis temporibus Romæ nemo fuit eloquentior, ſcriptam exiſtimarint: & Poeta ipſe teſtatur in hac puram eſſe orationem, qua laude nulla poteſt amplior excogitari. Quid eſt enim admirabilius, quàm ſermo elegans & uenuſtus? Neq; prædicaturus hoc palàm fuerat Comicus, niſi nouam, inſignem, & penè diuinam ſermonis elegantiam eſſe iudicaſſet. Depingit autem parentum uitia. Nam Menedemus liberaliter amantem Cliniam iuſto inclementius tractat, adoleſcẽtem modeſtum & frugi. Quem poſtquàm domo eiecit, uictum iurgijs & cõtumelijs, multo impotentius deſiderat. adeò multifariã hic peccat. Huic ſeni opponit Chremetem monitorem: ſed quem poſtea uideas multo plura quàm Menedemum peccare. Primum is nunquam olfecit perdite amare filium, & compilari ſe à ſcorto ſumptuoſo. Poſt ubi reſciſcit, multo fert impotentius id mali, quàm illa ſolebat Menedemus: ut agnoſcas ferè ità accidere, ut foris, nõ domi ſapiamus.

Epitaſis

Porrò quia fingebat Poeta uelut oculis captũ Chremetem, qui inſignia filij uitia nõ cernat, adducit patri ob oculos filij amicam: idq; hic periculi eſt, ne reſciſcat Chremes, Bacchidem filij amicam eſſe. Huc omnia conſilia, omnes dolos ſeruuli referemus. Et à Chremete prius argentum emungitur Bacchidi numerandum, quàm comperit filij rem agi. Fallitur autẽ cum fingitur Bacchis eſſe Cliniæ. In prima fabulæ parte, ubi Menedemũ cõfirmat Chremes, oratio eſt deliberatiui, ſeu ſuaſorij generis, qua hic cõſolatur, erigit, monet animi ægrum uicinum. In reliqua fabulæ parte, quæ periculum continet, res omnis translatione rhetorica agitur: quia quæ ad Chremetis filium pertinent, omnia imputantur Menedemi gnato. In primis admirabilis eſt hic ſeruulus, cuius callidiſſimis cõſilijs neutiquam reſpondent euentus. Nec uulgariter de ſuo conſilio ſibi ipſe placet, cũ ait: Hic me magnifice effero, &c. Eſt ea mirifica omnino imago humanorum & cõſiliorum & euentuum. Fallunt enim ferè aſtutiſſima cõſilia mortales. Sicut Ciceronem fefellit euẽtus belli, aduerſus Antonium ſuſcepti. Extant exempla in hiſtorijs innumerabilia.

IN ADELPHOS

Protaſis

TRIPVERAT Æſchinus lenoni mulierculam, fratri gratificatus, qui illam amabat. Id poſtquàm reſciuit Demea, aſpero & incommodo ingenio pater, de eo peccato cum Mitione, cui Aeſchinum dederat adoptandum, expoſtulat, queriturq; eius indulgentia corrumpi. Periclitantur itaq; Aeſchinus & ſeruuli, quomodo lenoni

noni ſatisfiat, quomodo celetur, Demea ne Cteſiphonis peccatum reſciſcat. Neq; enim tam ipſe ſibi, quàm frater curæ eſt.

Præterea amabat ingenuam quandam Æſchinus, cui fidem dederat, uxorem ſe ducturum eſſe: quæ poſtquàm raptam audiuit pſaltriã, grauiter perturbata eſt, metuens ne deſereretur. Habet hæc pars mira conſilia, miras techinas ſerui, quibus fallitur Demea.

Epitaſis

Reſciſcit Demea uitium oblatum eſſe ingenuæ ab Aeſchino, ea uero de re mirã tragœdiam excitat. Magis commouetur poſtquàm deprehendit Cteſiphoni cum Pſaltria rem eſſe. Miſere etiam angitur Aeſchinus, cum in diſcrimen uenit ne uxore excidat.

Cataſtrophe

Hæ turbæ omnes, prudentia, & manſuetudine Mitionis ſedantur. Primas itaq; in hac fabula ſenes habent. Confertur enim cum aſpero & inclementi patre urbanus & comis pater. Et huc omnia ſpectant, ut appareat in re domeſtica, publica, cõmercijs hominũ, ubiq; nullam eſſe neq; utiliorem, neq; gratiorem uirtutem comitate. Conſtat autẽ hæc comœdia, magna ex parte accuſationibus & excuſatiõibus: crebras habet querelas, & penè tragica πάθη. Quare in primis cõducit eius lectio ad locupletandã facundiam.

IN HECYRAM

Protaſis

NVXOREM duxit Pamphilus, cum Bacchidis meretriculæ amore tantopere teneretur, ut duobus menſibus uxorem ne attingeret quidem. Poſtea per conſuetudinem animus uictus eſt, cœpit placere uxor. Porrò cum ipſe peregre abeſſet, illa domũ redit ad matrem, atq; ibi parit mẽſe ſeptimo poſtquàm nupſiſſet Pamphilo. Eam rem celat & affines & patrem anus. Vbi Pamphilus redit, comperit peperiſſe. Hic grauiter adeò commouetur, cum aliunde cõcepiſſe exiſtimaret. Et cum per ſeſe dolent res Pamphilo (amabat enim mulierculam) tum moleſtum eſt ab ea diuelli: neq; enim honeſtum erat reducere. Periclitatur itaq; Pamphilus quomodo honeſte dimittat uxorem, néue illius peccatum proderet. Hæc fabulæ protaſis eſt.

Epitaſis

Inſtant pater & ſocer inſcij quid accidiſſet ut domum reducat: præſertim cum nec ſocrus nec mater, id quod ſenes falsò ſuſpicati fuerant, obſtarent. Quanquam autem permoueri non poſſet Pamphilus ut reduceret, tamen cauſſam conſtantiſſime diſſimulat. Itur eò, ut putent Bacchidis amore deuinctum alieno ab uxore animo eſſe.

Cataſtrophe

Bacchis accerſita, fidem facit nihil ſibi cum Pamphilo rei eſſe. Hic autem prodendum

prodẽdum peccatum uxoris fuit aut reducenda: uerum casu periculum discutitur. Forte enim Philumenæ annulum socrus in digito Bacchidis conspexit, quem olim Pamphilus stupratæ in tenebris Philumenæ detraxerat. Is annulus testatur ex Pamphilo puerum susceptum esse. Ita redit in gratiam cum uxore Pamphilus. Iucunda est cum uxoribus senum concertatio, quæ monet sæpe errore & falsis supicionibus fieri, ut dissentiant coniuges · In primis autem insignis est humanitas, & fides Pamphili in hac fabula.

IN PHORMIONEM

Protasis

CVM Antipho absente patre in puellam quandam unice deperiret, nec posset ea potiri, nisi uxorem duceret (erat enim ciuis Attica) forte nuptiæ confectæ sunt technis sycophantæ cuiusdam Phormionis. Is enim ex composito diem dicit Antiphoni, fingit puellam ei cognatam esse, neq; quẽquam alium propiorem cui nubat. facile est uincere non repugnantem. Ita legibus ducere cogitur Antipho.

Epitasis

Non probatur auaro patri ubi rediit, factum, ut qui malebat filio opulentam aliquam & dotatam obtrudere. Quare cum Phormiõe expostulat, cur in has nuptias se absente filium coniecerit. Tandem paciscitur etiam mercedem, minas triginta, si receperit ad sese puellam. Ibi uero & Antipho in discrimen uenit, ne per eam conditionem ipse unice charam & iucundam coniugem amitteret.

Catastrophe

Interea domum redit & patruus Antiphonis, hic fidem facit puellam Antiphoni nuptam, ex se in Lemno susceptam esse, ubi cũ muliercula quadam cõsueuerit: gaudetq; ita casu cecidisse, se absente, ut is duceret, quẽ maxime ipse generum cuperet, & pauloante ambibat. Ità fit ut & Antipho retineat uxorem, & nuptiæ patri probentur

Secunda catastrophes pars

Porro triginta minæ quos ludos reddidere? Has extorserat Phormio: quanquã dissimularet dandas alteri adolescenti Phædriæ, qui citharistriam mercaretur: & iam perierat pecunia: quam cum reposcunt senes, sycophãta prodit Chremetem apud uxorem, & docet cõsuesse cum alia quadam peregre, simulq; impetrat, ut Phædriæ id argentum condonetur · Estq; ridicula admodum καταστροφὴ pars, ubi mulier maritum obiurgat, parum memorem fidei suæ.

FINIS

PRAEFATIO IN ANDRIAM TERENTII

COMOEDIA Andria, cũ palliata sit, de loco nomen accepit, & à Menandro prius, & nunc ab ipso Terẽtio: qui cũ de Chrysside loqueretur, sic ait, Hei uereor nequid Andria apportet mali · & hoc cõmune uocabulum est & in Græca, & in Latina lingua. Hæc maiori ex parte motoria est, continetq; actus amatorum adolescentium, & patrum piorum. Sunt ibi callidi serui, astutæ ancillæ, seueri senes, adolescentulæ liberales. In hac primæ partes senis Simonis sunt, secũdæ Daui, tertiæ Chremetis, & deinceps reliquorum. Prologus in hac acer inducitur, & in aduersarios non mediocriter exasperatur: sed tamen id subtiliter, ut omnia lacessitus facere uideatur, ac dicere. Hic protasis subtilis, epitasis tumultuosa, catastrophe penè tragica: & tamen repente ex his turbis in tranquillũ peruenit. Hæc prima acta est ludis Megalensibus M. Fuluio, & M. Glabrione, Q. filio ædilibus Curulibus. Egerunt L. Attilius Latinus Prænestinus, & L. Ambiuius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudij filius tibijs paribus, dextris & sinistris. & est tota Græca, edita M. Marcello & Sulpitio COSS. pronuntiataq; est Andria Terentij ob incognitum adhuc nomen Poetæ, & minoris apud populum autoritatis, ac meriti. Deuerbijs autenticis lepide distincta est: & successu spectata prospero, hortamento Poetæ fuit ad alias cõscribendas. Initium autem προτατικὸν πρόσωπον, id est aduentitiam personam recepit Sosiæ propter euoluendam argumenti obscuritatem. Persona autem protatica ea intelligitur, quæ semel inducta in principio fabulæ in nullis deinceps fabulæ partibus adhibetur. Adnotandum sanè puellarum liberalium nullam orationem in proscenio induci in Comœdia Palliata, præter inuocationem Iunonis Lucinæ: quæ & ipsa quoq; post scenam fieri solet.

ARGVMENTVM EIVSDEM IN EANDEM

HREMES Atticus pater Pasibulæ & Philumenæ, cum ex his duabus se Pasibulam perdidisse falsò crederet relictam Athenis, nec uisam postea multo tempore: tanquã unicam sibi putabat Philumenã: quã Charinus adolescens Athenienſis adamabat unice, & sibi petebat uxorem. Sed pater eam Pamphilo cuidã Simonis filio ultrò desponderat: qui Pamphilus contrà sororẽ Chrysidis, ac peregrinam tum creditam, Pasibulam supradictam alterã Chremetis filiã sub nomine Glycerij latenter sic amauit, ut ex ea filium susceperit insçio patre. quare intellecta commotus Simo pater Pamphili, dum per falsas nuptias tentat animũ Pamphili, multis dolis à Dauo ipse deluditur seruo. periculoq; Charini, & Pamphili motus error in fabula, usq; ad eũ finẽ ductus est, dũ Athenas ueniens Andrius quidã Crito rem aperiat, & nodum fabulæ soluat: per quem agnita Pasibula recipitur à parentibus, & traditur Pamphilo amanti: Philumena

Philumena uerò Charino deſpondetur,& traditur exoptanti.Perſpecto argumento ſcire debemus hanc eſſe uirtutem Poeticam,ut à nouiſſimis argumenti rebus incipiens initium fabulæ, & originem narratiue reddat ſpectatoribus:autoremq; præſentem ſibi exhibeat,ubi finis eſt fabulæ.hunc enim ordinem & circulum poeticæ artis, uel uirtutis non modo ſecuti ſunt Tragici,comicique autores:ſed Homerus etiam & Virgilius tenuerunt. Diuiſionem actuum in Latinis fabulis internoſcere difficile eſt. cauſſam iamdudum demonſtrauimus. Vnde autem,aut quo modo,quamuis ægre,tamen intelligi diſtinguiq; poſſint,eſt operæpretium dicere: Principio dicēdum eſt nullam perſonam egreſſam quinquies,ultra exire poſſe.Sed illa re plerunq; decipimur,quòd perſonam cum tacuerit,egreſſam falsò putamus: quæ nihilominus in proſcenio tacens loquendi tempus expectat.Eſt igiť attente animaduertendum,ubi,& quando ſcena uacua ſit ab omnibus perſonis:ut in ea chorus,uel tibicen audiri poſſit.quod quum uiderimus, ibi actum eſſe finitū debemus agnoſcere.Cōfundit ſæpe lectorem id,quòd perſona in ſuperiori ſcena deſinens, & in proxima incipiens loqui non intelligitur ingreſſa: quod ipſum experientes ſtatim dijudicant de rerum ac temporum quantitate. poteſt enim fieri ut & ſit ingreſſa ac egreſſa,quā praue credimus de proſcenio nō receſſiſſe.Poſſe aūt quinto egredi perſonā, nō & neceſſe eſſe dicimus:ut appareat ultrà exire nō poſſe:In Tragœdia & parcius exire & ſolere pariter, & licere. Primus actus in Andria narrationē Simonis apud Soſiam continet argumēti:quod populus hac occaſione perdiſcit:mox querelam apud ſe Daui de domino,& eiuſdem cū domino uerba:& rurſus eiuſdē ſerui delibe/
rationem quid rerum gerat. Secundi actus hæc ſunt. Charini uerba primò cum Birria ſeruo,& poſt cū ipſo Pamphilo de nuptijs:Pamphili ſermo cum patre dolo conſentientis in nuptias.Birriæ uerba:Daui callida oratio aduerſum ſenem. Tertio actui hæc attribuuntur. Myſidis cum obſtetrice colloquium,Dauo,ac Simone audientibus:partus Glycerij ſuſpectus ſeni: & Dauī apud eum fraudulēta ſermocinatio:Simonis uerba cum Chremete de nuptijs:Daui perturbatio ac Pamphili. Quartū actum per hæc intelligimus. prima Charini uerba ſunt indignantis uelut fidem ſibi nō ſeruatam à Pamphilo:tum Myſidis uerba apud Pamphilum,eiuſdemq; queſtus: Dauī adminiſtratio doli aduerſus Chremetem. In quinto actu Simonis & Chremetis prope iurgium diſputatio:tum detectio fallaciarum Dauī, tum indignatio patris aduerſus filium:tum Critonis interuentus, & per eum cognitis rebus in tranquillum res acta,ducentibus uxores quas concupiuerant Pamphilo & Charino. Illud non cōmouere nos debet,quòd in horum actuum diſtinctione uidentur de proſcenio non diſceſſiſſe perſonæ quædam: ſed tenere debemus,ideo Terentium uicinitatis mentionem feciſſe in principio, ut modico receptu & adeſſe,& abeſſe perſonā intelligamus.nihil ergo ſecus factum eſt ab antiquis,qui ad hunc modum Terentianas fabulas diuiſerunt.

FABVLAE INTERLOCVTORES

Simo senex	Birria seruus
Pamphilus adolescens	Crito hospes
Dauus seruus	Chremes senex
Dromo lorarius	Glycerium meretrix
Sosia libertus	Mysis ancilla
Charinus adolescens	Lesbia obstetrix

IDIOMATA PERSONARVM PRAECIPVARVM

Simo pius in filium, sed natura uehementior. Pamphilus pius in patrem, sed fideliter amans, & cordatus ut adolescens. Dauus uafer, ac spei pertinacis. Charinus simplex, ac nullius consilij.

Birria, Dauo dissimillimus, desperandi autor. Crito pauper, sed ob probitatem impatiens contumeliæ. Chremes pius in filium, alioqui Simonis dissimillimus, ingenio sedato & placido componens omnia. Mysis callida & heræ amans.

RATIO NOMINVM.

Simo dictus est à specie. Simi enim ferè sunt iracundi. Chremes, παρὰ τὸ χρέμπτειν, quod senes tussi expurgent pectus. Pamphilus à fideli amore. Charinus à benenolentia animi. Sosias, quod seruatus in bello. Dauus à patria. Opinor & Birria, sicut & Mysis. Nam Mysi quemadmodum Phryges seruile genus erat. Glycerium à uoluptate. Lesbia, à patria. Crito, quod controuersiam dirimat. Dromo à cursu.

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA IN TERENTII ANDRIAM.

SOROREM falsò creditam meretriculæ,
Genere Andriæ, Glycerium uitiat Pamphilus.
Grauidaq́; facta, dat fidem uxorem sibi
Fore hanc, nam aliam pater ei desponderat
Gnatam Chremetis: atq; ut amorem comperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens suus
Quid haberet animi filius, cognoscere.
Daui suasu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum ut uidit puerulum
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat,
Mox filiam Glycerium insperato agnitam,
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino coniugem.

AELII

ACTA LVDIS MEGALENSIB. M. FVLVIO, ET M. GLABRIONE AEDILIB. CVRVLIB. EGERVNT L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS, CLAVDI FILIVS TIBIIS PARIB. DEXTRIS ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRAECA, EDITA M. MARCELLO, CN. SVLPITIO COSS. C. Gla.

PROLOGVS

POETA quum primũ animũ ad scribendũ appulit,
Id sibi negocij credidit solum dari,
Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.
Verum aliter euenire multò intelligit.
Nam in prologis scribundis operam abutitur
Non qui argumentum narret, sed qui maleuoli
Veteris poetæ maledictis respondeat.
Nunc quã rem uitio dent, quæso animũ aduortite.
Menander fecit Andriam, & Perinthiam.
Qui utranuis rectè norit ambas nouerit.
Non ità dissimili sunt argumento, sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ, ac stilo.
Quæ conuenere, in Andriam ex Perinthia
Fatetur transtulisse, atq; usum pro suis.
Id isti uituperant factum, atq; in eo disputant,
Contaminare non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo, ut nihil intelligant.
Qui cum hunc accusant, Næuium, Plautum, Ennium
Accusant: quos hic noster authores habet,
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius, quàm istorum obscuram diligentiam.
Dehinc ut quiescant porro moneo, & desinant
Maledicere, malefacta ne noscant sua.
Fauete, adeste æquo animo, & rem cognoscite
Vt pernoscatis, & quid spei sit reliquum:
Posthac quas faciet de integro comœdias,
Spectandæ, an exigendæ sint uobis prius.

Aut non elidit m aut prologis dixit ut Græci polypus, & nos opilio

Nisi elidas in argumento syllabam non constat trimeter, aut nisi legas dissimili argumento sunt

Eliditur s in isti

AELII DONATI GRAMMATICI ILLVSTRIS IN PROLOGVM ANDRIAE, INTERPRETATIO

POETA quum primum animum ad scribendum appulit.] Principium factum est à commendatione personæ, quòd prudens, quòd honestus Terentius. & honore maiore poetam potius quàm Terentium dixit: ut illum hoc ipso, de quo laborat nomine ornaret. Poeta quum primũ.] Omnis huius prologi intẽtio hoc agit, ut nouo poetæ ueniã paret, & ueteri odium: & ut quàm maxime modestum, minimeq́; errantem Terentium probet.

Poeta quum primum animum, &c.] Iam meritum poetæ dedit, poetam eundem dicendo, & ab animo eius, quem defendit. Poeta quum primum animum ad scribendum appulit

pulit. Senſus hic eſt, Propoſuerat quidem poeta noſter ut in prologis argumenta narraret: ſed hoc imputat Lucio Lauinio aduerſario, qui cum facere non permiſit quod propoſue-
Appellere rat, maledictis ſuis ad reſpondendum eundem prouocans. Appulit.] Appellere proprie dicitur, cum ex pelago aut freto quis ad litus acceſſerit. Virgilius, Hinc me digreſſum ue-
ſtris deus appulit oris. Appulit in ſecunda lectione attulit fuit: ſed appulit magis: ut Te-
Negocium rentius, Nam poſtea ſic animum ad uxorem appulit. Negocij.] Modo pro moleſtia & cu-
Vt ra, non labore. Populo ut placerent.] ut, ne non ſignificat: nec eſt modo cõiunctio. Fa-
Facio bulas.] ad feciſſet, retulit fabulas, nõ ad placerẽt. & eſt figura ſyllepſis. Feciſſet.] Bene fe-
ciſſet, non ſcripſiſſet. Vnde & poetæ ἀπὸ τοῦ ποιῆμ, id eſt, à facien do dicti ſunt, Sic Virg. Pol-
lio & ipſe facit noua carmina. Verum aliter.] Sic Virg. Maior rerum mihi naſcitur ordo. Et, Maius opus moueo. Non enim hoc ſe elegiſſe dicit, ſed quaſi ex ordine ipſo natum ſibi
Aliter eſſe. Intelligit.] Quod credimus, plerunq; falſum: quod intelligimus, certum eſt. Ali-
ter autem, contrà ſignificat. Virg. Diſs aliter uiſum. Verum aliter euenire multo intelli-
git. Adeò nec præparauerat, nec intenderat quẽquam lædere, ut ſpe falſus, laceſſitusq; hoc
Vti faciat. Operam abutitur.] Vtimur fructibus rei, quæ ab amantibus ſaluo uſu nobis ſub
Abuti miniſtratur. Abutimur, quãdo deperdimus & rem & fructum. Nam uſui eſt ager, domus: abuſui uinum, oleum, & cætera huiuſmodi. Cicero, Non debet, inquit, ea mulier, cui uir bo
norum ſuorum uſum fructum legauit cellis uinarijs & olearijs plenis relictis, putare id ad
ſe pertinere. uſus enim, non abuſus legatus eſt. ea inter ſe ſunt contraria. Hæc in Topicis.
Qui Argumentum narret.] Quod uerè prologi eſt officium. Qui.] Pro ut, ergo nõ eſt mo-
do pronomen. Sed qui maleuoli ueteris poetæ:] Primum à natura, maleuoli: deinde à
tempore, uel ab inuidia, ueteris: à ſigno æmulationis, poetæ. Vetus plerũq; refertur ad lau
dem: interdum ad uituperationem, ut hic. & alibi, Vetus, ueternoſus, ſenex. Veteris.] Pro
carioſi & quaſi rancidi poſuit. atq; ideo maleuoli: non criminibus, ſed maledictis. Quid au
tem inter maledictum & crimen interſit, docet Cicero in Tuſculanis. Veteris. Ratio inui
diæ. Poetæ. Cauſa infectationis. Maledictis.] Criminatio aduerſarij. Veteris poetæ. Quia ſenex Lucius edebat fabulas, adoleſcentulo tunc Terentio. Et eleganter, maleuoli
ueteris maledictis: commendatio poetæ à perſona aduerſarij. Reſpondeat.] Excuſatio re
Vitio dare ſpondentis, quòd non obſiſtat, ſed reſpondeat. Nunc quam rem.] Quam, qualem. Vi
Vituperare tio dent.] Vituperent, culpent. Vituperare, eſt mala uitio dare & etiam bona. Nũc quam
Aduertere rem uitio dent. Vtrum, nũc animaduertite: an, nunc uitio dent: & oratorie quaſi multos fa-
cit, cum unum ſuprà dixerit, ut Virgilius, Deſiſte manum cõmittere Teucris. Nunc quæ
animum rem uitio.] Propoſitio eſt. Aduertite.] Legitur & attendite: unde manifeſtum eſt & aduer
Scribere tite & attendite nõ eſſe plenum; niſi addideris animum. Menander fecit Andriam.] Nar
Facere ratio eſt. & proprie fecit. ſcribit enim Terentius, qui uerba adhibet tantum: facit Menãder, qui etiã argumentũ componit, ſed ſæpe ad laudem Terentij, Fecit, pro eo quod eſt tranſtu
lit. Vtranuis.] Prima ſcena Perinthiæ, penè ijſdem uerbis quibus Andria, ſcripta eſt: cæ-
tera diſſimilia ſunt, exceptis duob⁹ locis, altero ad uerſus undecim, altero ad uerſus uigin-
ti, qui in utraq; fabula poſiti ſunt. Qui norit unã, ambas nouerit. Omnem rem uno uer-
Ita ſu nouerit. Vtranuis. Deeſt harum. Non ita diſſimili. Ordo, Ita non ſunt. Ergo Ita ſub
diſtinguendum. Sed tamen.] Diſcretio eſt à ſuperioribus, & eſt ἀναλόγουδον. Non enim
ſuprà poſuit quidem. Non ita ſunt diſſimili oratione] Ita, pro ualde. & caute: potuit enim
dici, Quomodo ergo ſunt duæ diſſimili oratione: Ita, ne Menãdrum culpare uideatur, ita
Oratio adiũxit, quod laudis eſt. Oratione ac ſtylo.] Oratio, in ſenſu eſt: ſtylus, in uerbis. Oratio,
Stylus ad res refertur: ſtylus, ad uerba. Stylus non eſt in tempore, ſed prolata oratione, oratio au-
Argumentum tem, eſt & in cogitatione & in prolatu. Orationem in ſententijs dicũt eſſe, ſtylum in uerbis, argumentum in rebus. Ergo in poemate oratio eſt. Quæ conuenere in Andriam.] Ap-
paret non de induſtria, ſed caſu eſſe translata ea quæ ex Perinthia in Andriam eodem ſen-
ſu, iſjdemq; uerbis perſcripta fuerunt. Quæ conuenere in Andriã. Vnam ergo, nõ duas
tranſtulit. Quæ conuenere in Andriam. Quæ apta & commoda fuerunt, in Andriam
latinam, non Græcam, fatetur tranſtuliſſe. Sed quare ſe onerat Terentius, cum poſſit uide-
ri de una tranſtuliſſe: Sic ſoluitur, Quia conſcius ſibi eſt primam ſcenam de Perinthia eſſe
Iſte translatam, ubi ſenex ita cum uxore loquitur, ut apud Terentium cum liberto. at in An-
dria Menandri, ſolus ſenex eſt. Id iſti uituperant factum.] Iſti, ad reprehenſionem ſumi-
Vituperare tur perſonæ: interdum rei reprehenſionem ſignificat: ut Virgilius, Quid petis iſtis: Vitu
Diſputare perant.] Vitium rei parant. Diſputant.] Immorantur, calumniantur, argumentantur.
Contaminare Contaminari.] Proprie contaminare eſt manibus luto plenis aliquid attingere, & conta
minare, attingere eſt, & polluere. Virgilius, Linquere pollutum hoſpitium. Id eſt, contami-
natum. Cõtaminari.] Tangi & relinqui polluta manu: ac per hoc uoluit fœdari aut ma-
culari

cularĩ: ut ipſe ait, Ne hoc gaudium contaminet uita ægritudine aliqua. Contaminari nõ decere.] Id eſt, ex multis unam non decere facere. Faciunt næ.] Næ quidam corripiunt: *Næ*
& cum interrogatione pronunciant: quidam producunt. quorum alij, ne pro nec accipiũt: id eſt, non: alij næ pro ualde, ut, Næ ego homo ſum infelix. & Cicero, Næ illi uehementer er
rant. Et hoc melius: nam ſtatim infert, Qui cum hunc accuſant. Nævium, Plautũ, Ennium accuſant. In ſingulis magna emphaſis authoritatis: ſed ordo non eſt ſeruatus. Ennius nãq; ante Plautum fuit: ſed, quòd eſt ſummæ authoritatis, Enniũ ultimum dixit. Næ. Nimis, multum. plurimum. Qui cum hunc.] Terentium, inquit, ſpecialiter accuſantes, neſciũt ſe bonis omnibus maledicere, quos ille imitatur. & argumentum eſt ab exemplo & autho-
ritate. Dehinc ut quieſcant.] Recte. nam quieſcere ille dicitur, qui eſt inſolens & inquie
tus. Porrò.] Porrò, in futurũ dixit. Moneo.] Terribiliter dixit, Cicero, Moneo, prædi- *Porro*
co, ante denuntio. Liberatus culpa etiam terret, alibi etiam criminaturus aduerſarios.

Noſcant.] Melius quàm ſi dixiſſet audiant. Fauete.] Iam ad auditores conuertitur, à quibus fauorem captat. Fauete dixit: quaſi dicat, hoc aduerſarij faciunt: Vos autem, quod in uobis eſt, fauete Vos ergo fauorem facite. Et adeſte, non ut abſentibus dicit, quippe qui corporibus præſto erant: ſed, intenti eſtote, fauete, ſilete. ſic & Pontifices dicunt, fauete linguis, fauete uerbis. Vnde Virgilius: Ore fauete omnes. Adeſte. animis ſcilicet, auxiliũ *Adeſſe*
præbete: ut aduocatus reo dicitur adeſſe. Aequo animo.] Ab honeſto. Et rem cog.] A iuſto. Cognoſcite.] Pernoſcite. Sic dixit Cognoſcite, ut pernoſcatis, quemadmodũ in He
cyra, Orator ad uos uenio ornatu prologi: Sinite exorator ut ſiem. Vt pernoſcatis.] Ab utili. Relliquum.] Sunt qui pro relliquorum accipiant, ut ſit ſenſus. De hac fabula ſumi-
te ſpeciem, ut ſciatis an cæteræ uobis ſpectandæ ſint. Nam poſtmodum dictum alio prolo-
go, Alias cognoſtis eius: quæſo hanc noſcite. Relliquum.] Quaſi diceret, Poſtremum, er- *Relliquum*
go aduerbiũ eſt, id eſt, τὸ λοιπόν. Sed ſiue hoc relliquum dicit, ſiue relliquũm pro relliquo-
rum: geminato u ſcribitur. De integro.] Vtrum denuo, an ex integris græcis? Quas *De integro*
faciet comœdias.] Syllepſis, ut ſuprà. ad uerbum enim Faciet declinauit, non ad ſpectãdæ ſint. Spectandæ.] Proprie, ut fabulæ, id eſt probandæ. Exigendæ.] Excludendæ.

ACTVS PRIMI SCENA PRIMA

SIMO SENEX, SOSIA SERVVS

Iambici trimetri

VOS iſtæc intrò auferte, abite. Soſia
Ades dum: paucis te uolo. S O. dictum puta:
Nempe ut curentur recte hæc. S I. imò aliud. S O. quid eſt,
Quod tibi mea ars efficere hoc poſſit amplius?
S I. Nihil iſtac opus eſt arte ad hanc rem quam paro:
Sed his, quas ſemper in te intellexi ſitas,
Fide, & taciturnitate. S O. expecto quid uelis.
S I. Ego poſtquàm te emi à paruulo, ut ſemper tibi
Apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus,
Scis. feci, è ſeruo ut eſſes libertus mihi,
Propterea quod ſeruiebas liberaliter.
Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi.
S O. In memoria habeo. S I. haud muto factum. S O. gaudeo
Si tibi quid feci, aut facio, quod placet Simo: &
Id gratum fuiſſe aduerſum te, habeo gratiam.
Sed mihi hoc moleſtum eſt: nam iſtæc commemoratio,
Quaſi exprobratio eſt immemoris benefici.
Quin tu uno uerbo dic: quid eſt, quod me uelis.
S I. Ita faciam. hoc primum in hac re prædico tibi,

Quas credis esse has,non sunt ueræ nuptiæ.
S O. Cur simulas igitur? S I. rem omnem à principio audies.
Eo pacto & gnati uitam,& consilium meum
Cognosces,& quid facere*in hac re te uelim. *Vel,te hac in re*
Nam is postquàm excessit ex ephebis Sosia,
Liberius uiuendi fuit potestas.nam antea *Nisi elidas u in uiuendi, carmen non constat,& fuit monosyllabum est*
Qui scire posses:aut ingenium noscere:
Dum ætas,metus,magister prohibebant? S O. ita est
S I. Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli,
Vt animum ad aliquod studium adiungant,aut equos
Alere, aut canes ad uenandum,aut ad philosophos:
Horum ille nihil egregie,præter cætera,
Studebat:& tamen omnia hæc mediocriter.
Gaudebam. S O.non iniuria:nam id arbitror
Adprime in uita esse utile, VT NE QVID NIMIS.
S I. Sic uita erat.facile omneis perferre,ac pati,
Cum quibus erat cunque unà his sese dedere.
Eorum obsequi studijs.aduersus nemini.
Nunquam præponens se illis:ita,ut facillime
Sine inuidia laudem inuenias,& amicos pares. *Eliditur u consonans,& nisi sit proceleumaticus in dia sit Synereſis*
S O. Sapienter uitam instituit.nanq; hoc tempore,
OBSEQVIVM AMICOS, ueritas odium parit. *Aliter huic*
S I. Interea mulier quædam ab hinc triennium
Ex Andro commigrauit*huc uiciniæ,
Inopia,& cognatorum negligentia
Coacta,egregia forma atq; ætate integra.
S O. Hei uereor,ne quid Andria apportet mali.
S I. Primùm hæc,pudice uitam,parce,ac duriter
Agebat,lana,ac tela uictum quæritans.
Sed postquàm amans accessit pretium pollicens,
Vnus,& item alter:ita ut ingenium est omnium
Hominum à labore prodiue ad libidinem:
Accepit conditionem·dein quæstum occipit.
Qui tum illam amabant,fortè,ita ut fit,filium
Perduxere illuc secum,ut unà esset,meum.
Egomet continuo mecum,Certè captus est,
Habet. obseruabam mane illorum seruulos
Venienteis,aut abeunteis.rogitabam,Heus puer,
Dic sodes:quis heri Chrysidem habuit?nam Andriæ
Illi id erat nomen. S O. Teneo. S I. Phædrum,aut Cliniam,
Dicebant,aut Nicératum.nam hi tres tum simul

Amabant

Amabant. Eho quid Pamphilus? quid? symbolum
Dedit.cœnauit. gaudebam. Item alio die
Quærebam:comperiebam nihil ad Pamphilum
Quidquam attinere. enimuero spectatum satis
Putabam,& magnum exemplum continentiæ.
Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi, *Eiusmodi trisyllabum est*
Neq; commouetur animus in ea re tamen,
Scias posse habere iam ipsum suæ uitæ modum.
Cum id mihi placebat,tum uno ore omnes omnia
Bona dicere,& laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid uerbis opus est? hac fama impulsus Chremes,
Vltro ad me uenit,unicam gnatam suam
Cum dote summa filio uxorem ut daret.
Placuit,despondi.hic nuptijs dictus est dies.
S O. Quid obstat,cur non uere fiant? S I. audies. *al. Quid igitur obstat,sed tum uere expungendum*
Fere in diebus paucis,quibus hæc acta sunt,
Chrysis uicina hæc moritur. S O .ó factum bene,
Beasti.metui à Chryside. S I.Ibi tum filius
Cum illis qui amabant Chrysidem,unà aderat frequens,
Curabat unà funus.tristis interim,
Nonnunquam conlachrumabat.placuit tum id mihi.
Sic cogitabam,Hic paruæ consuetudinis
Causa,mortem huius tam fert familiariter:
Quid si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?
Hæc ego putabam esse omnia humani ingeni,
Mansuetiq; animi officia.quid multis moror?
Egomet quoq; eius causa in funus prodeo,
Nihil suspicans etiam mali. S O.hem.quid est? S I. scies.
Effertur.imus.Interea inter mulieres
Quæ ibi aderant,forte unam aspicio adolescentulam,
Forma. S O . bona fortasse. S I. & uultu Sosia
Adeò modesto,adeò uenusto,ut nihil supra.
Quæ tum mihi lamentari præter cæteras
Visa est,& quia erat forma præter cæteras
Honesta,& liberali,adcedo ad pedisequas.
Quæ sit,rogo.sororem esse aiunt Chrysidis.
Perculsit ilico animum.at at,hoc illud est.
Hinc illæ lachrumæ·hæc illa est misericordia.
S O. Quàm timeo,quorsum euadas. S I. funus interim
Procedit.sequimur.ad sepulchrum uenimus.

In ignem posita est.fletur.interea hæc soror,
Quam dixi,ad flammam adcessit imprudentius
Satis cum periclo.ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene dissimulatum amorem,& celatum indicat.
Adcurrit.mediam mulierem complectitur.
Mea Glycerium,inquit,quid agis?cur te is perditum?
Tum illa,ut consuetum facile amorem cerneres,
Reiecit se in eum flens,quàm familiariter.
S O. Quid ais? S I.redeo inde iratus, atq; ægre ferens.
Nec satis ad obiurgandum causæ.diceret,
Quid feci?quid commerui,aut peccaui pater?
Quæ sese uoluit in ignem iniícere,prohibui.
Seruaui. honesta oratio est. S O. recte putas.
Nam si illum obiurges,uitæ qui auxilium tulit:
Quid facias illi qui dederit damnum,aut malum?
S I. Venit Chremes postridie ad me,clamitans,
Indignum facinus,comperisse Pamphilum
Pro uxore habere hanc peregrinam.ego*illud sedulo — Eliditur l,aut uersus non constat
Negare factum.ille instat factum.deniq;
Ita tum discedo ab illo,ut qui se filiam
Neget daturum. S O. non tu ibi gnatum? S I. ne hæc quidem
Satis uehemens causa ad obiurgandum. S O.qui cedo?
S I. Tute ipse his rebus finem præscripsti pater·
Prope adest,quum alieno more uiuendum est mihi·
Sine nunc meo me uiuere interea modo.
S O. Quis igitur est relictus obiurgandi locus?
S I. Si propter amorem uxorem nolit ducere,
Ea primùm ab illo est animaduertenda iniuria:
Et nunc id operam do,ut per falsas nuptias
Vera obiurgandi causa sit,si deneget:
Simul sceleratus Dauus si quid consilij
Habet,ut consumat nunc,cum nihil obsint dolí:
Quem ego credo manibus pedibusq; obnixe omnia
Facturum,magis id adeò,mihi ut incommodet,
Quàm ut obsequatur gnato. S O.quapropter? S I. Rogas?
Mala mens,malus animus. quem quidem ego si sensero.
Sed quid*opus est uerbis? Sin eueniat(quod uolo) — opust
In Pamphilo ut nihil sit moræ:restat Chremes,
Qui mihi exorandus est.& spero confore.
Nunc tuum est officium,has bene ut adsimules nuptias:
Perterrefacias Dauum:obserues filium,

Quid

Quid agat,quid cum illo consilij captet. S O. sat est.
Curabo.eamus iam nunc intró. S I.I præ,sequar.

AELII DONATI GRAMMATICI ILLVSTRIS IN ANDRIAM P. TERENTII INTERPRETATIO

NOS isthæc intro auferte. In hac scena hæc uirtus est, ut argumenti narratione actio scenica uideatur,ut sine fastidio longus sermo sit,ac senilis oratio. Vos isthæc. Hæc scena pro argumenti narratione proponitur, in qua fundamenta fabulæ iaciuntur:ut uirtute poetæ,sine officio prologi,uel θεωρ ἀπὸ μηχανῆς, & periocham comœdiæ populus teneat,& res agi magis,quàm narrari uideatur.

Vos isthæc intrò auferte.abite.Molliter retenturus,& experturus Sosiam,imperat ut remaneat.addit etiam causam alijs abeundi,dicendo,Isthæc intrò auferte:ne suspicionẽ iniiciat,Sosiam communicandi secreti causa remansisse.Et bene, auferte. Auferimus enim ea quæ cum fastidio cernimus. Ferimus ea quæ cum honore tractamus. Deinde quasi respicientes increpat,dicendo,abite.Abite,cõcitatius legendum est: quia & respectantes properanter discernit à Sosia. Sosiæ persona protatica est.non enim usq; ad finem perseverat: ut est Daui in Phormione,in Hecyra Philotidis & Syræ. Adesdum.] Ades,imperatiuũ est.dum παρέκτασις:est enim productio,& adiectio syllabæ,ut Ehodum ad me. Paucis te uolo.] deest alloqui,& uerbis:& est figura eclipsis. Dictum puta.] Ad hoc respondet, ut agi res uideatur,quemadmodum suprà diximus. Vt curentur recte hæc,diligenter coquantur.] Curatio proprie medicorum est:cura, reliquorũ.sed coquina,medicinæ famulatrix est. Hæc.] λειτικῶς. Nempe ut curentur.] deest uis:ut sit,nempe uis. Imò aliud.] Bene ἀντίδηπερ τὸ imò,& deest uolo. Mea ars.] Ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς dicta est per syncopam. ἀρετὴ autem uirtus est.Virtutes uero quatuor generales sunt partes,Prudentia,Iusticia,Fortitudo, & Temperantia.sed prudentia,in multis rebus descendit. Efficere.] Facere, est in opere esse:sed efficere,perfectionem designat. Nihil isthac opus est arte.] mire ait,arte opus non est,sed opus est artibus. Sed his quas semper in te intellexi sitas.Ipse hic signatissime ostẽdit,multas,uariasq; artes esse,id est ἀρετάς,quæ uirtutes intelligũtur. Sed his.] Zeugma à superiore,quòd subaudiẽ artibus. Sitas.] constitutas,positas. Fide & taciturnitate.] Fides, est commendatorum fida executio,uel obseruantia. Taciturnitas uerò, obseruantiæ genus in silentio constituta,& in cælando secreta.Quæritautem taciturnitatem, ne prodat Pamphilo secretum quod ei commendaturus est.Fidem,ad complenda: taciturnitatẽ, ad cælanda mandata. Expecto.] Expecto, desydero:ut Virg. Expectate uenis. Quid uelis.] deest,scire.nam si dixisset,quod uelis,nihil desyderasset. Ego postquàm.] Commendatio personæ potius quàm seruí:ne contra filium leui seruo aliquid committi indecore uideatur. Te emi à paruulo.] Tale est,Parruulum ego te Iugurtha,apud Sallustiũ. A paruulo.non enim à paruo, sed à paruulo. Scis.] hoc est à paruulo scis. Semper.] Continuationem significat semper. Iusta & clemens.] Ita dixit iusta,ut alibi,Non necesse habeo omnia pro meo iure agere.Quid enim non iustum domino in seruum? Iusta.In qua nihil iniquum iubetur:clemens,in qua etiam de iusto multum remittitur. Apud me iusta,id est moderata,æqualis.cui contrarium ait Virg. Et iniquo pondere rastri. Et, Iniusto sub fasce uiam dum carpit.Nam qui iustam,debitam,nunc dici putant, nihil afferunt ad iuuandam sententiam. Iusta & clemens fuerit seruitus.Libertatem imputaturus, clementem intulit seruitutem. Seruitus. Mire seruitutem pro dominatu posuit. Sic Sallustius, dein seruili imperio P. C. Feci è seruo ut esses libertus mihi.] Dulcem libertatem fecit oppositione & tractatione uerborum, dicendo ex seruo libertum.nõ enim tantam haberet gratiam si dixisset,feci libertus ut esses:quàm si dicat,feci è seruo ut esses libertus.ac si quis dicat,feci ut esses sanus,non tantam haberet grãtiam,quàm si dicat, feci ut ex ægro sanus esses. Et mihi emphasim habet :quòd mihi libertus factus sis, non filio. Aut ideo mihi additum est:quia libertus ad aliquem dicitur.Et bene mihi: ne pertimescret filium, cui nec liberti munus debeat. E seruo.Mire addit è seruo:ut uim beneficij exprimeret. Scis,feci è seruo ut esses libertus mihi.Hinc Virgil. Nympha decus fluuiorum animo gratissima nostro. Scis ut te cunctis unam,quæcunq; Latinæ Magnanimi Iouis ingratum ascendere cubile, Prætulerim,cœliq; libens in parte locarim. Liberaliter.] bene.quia omne bonum libero aptum est:malum seruo.Idem alibi,Factum à uobis duriter, immisericorditerq;,atq; etiam,si est pater dicendum magis aperte,illiberaliter.Et bene admonuit cur deberit beneficium,eadem & nunc officia quæsiturus.Nunc enim dicit artificiosè,quia suprà

Aufero — Auferte
Fero — Ferimus
Curatio — Curant
Cura — Curant
Ars — Ars
Facere — Facere
Efficere — Efficere
Fides — Fides
Taciturnitas — Taciturnitas
Expectare — Expectate
Iustus — Iusta
Clemens — Clemens
Seruitus — Seruitus
Liberaliter — Liberaliter

ait,nihil isthac opus est arte. Seruiebas.] Bene imperfecto tempore, non perfecto, usus est: ut ostendat eum potuisse sibi etiam atq; etiam seruire.quale est illud Virgilij, Atq; omnes pelagiq; minas cœliq; ferebat Inualidus. ut ostendat eum quamuis inualidus esset, tamen adhuc potuisse laborem exercitiumq; ferre. Summum pretium.] libertatem dicit.

Persolui tibi.] Quia pretiũ dixerat, persolui dixit proprie. Persolui tibi.Modeste pretium redditum dixit, non beneficium erogatum. In memoria habeo.] hoc est, non sum ingratus. In memoria habeo.Plus dixit,in memoria habeo:quàm si dixisset, scio. Nam quæ scimus,possumus obliuisci: quæ uero memoriæ commendamus, nunquam amittimus. Haud muto factum.] Venuste:non me pœnitet.nam si quid pœniteret,infectũ uelle dicebant. Legitur muto·an secundum ius quod aduersus libertos ingratos est,ut in seruitutem reuocentur:sed hoc non conuenit senem dicere. Legitur & multo:hoc est damno, reprehendo.quod si est.sic intelligetur,non nollem factum.Nemo enim potest factum,infectum reddere. Sed admirabiliter dixit,ut dicimus, nollem factum, nollem huc exitum. Ergo,haud muto factum, nõ pœnitet me facti. Si tibi quid feci,aut facio.] Et fecisse se,& adhuc facere ostendit,quamuis eum manumisisset. Gaudeo, si tibi quid feci, aut facio quod placeat.Felicitatis est,ut ea quæ facta & faciẽda sunt,grata sint. Quid.] pro aliquid.

Muto factum
Infectum uelle

Aduersum
Aduersus

Aduersum te.] Apud te,& penes te,Aduersum,sine dubio præpositio est.Aduersus participium potest esse,ab eo quod est aduerto.sed alibi. Ergo aduersum te, dixit pro apud te.

Exprobratio

Exprobratio.] Exprobratio, est commemoratio beneficij cum enumeratione factorum. Quasi exprobratio. Recte ostendit se in memoria habere. Sunt qui ad beneficium referunt immemor, ut Memorem Iunonis ob iram.ut sit sensus, Isthæc commemoratio, quasi est exprobratio immemoris beneficij, id est cuius nemo meminerit. Quin tu uno uerbo:] Vno uerbo, ἀξιώματι ,una sententia·Nam ἀξίωμα sententia est, uel enũtiatio, uno uerbo nexam continens & perfectam intelligentiam. ἀξίωμα enim cõstat ex nomine & uerbo. Sed dic, quod est ἀξίωμα:hoc est, Has bene ut assimules nuptias.ergo omnis uirtus, adsimulatio,est. Quin tu uno uerbo.una sententia :ut in Adelphis, Non meum illud uerbum uerum facio,quod tũ Mitio bene & sapienter dixti dudũ uitium cõmune omnium est, Quod nimium ad rem in senecta attenti sumus.Nam male intellgit qui putet adsimules,uerbum significare. Ita faciam.] hoc est, uno uerbo dicam.& quod uerbum promittit, ibi dicit, Nũc tuum officium est has bene ut adsimules nuptias. Quas credis esse has.] Syllepsis.

Exprobratio

Verbum
ἀξίωμα

Cur simulas igitur? Virgilius, Et quæ tanta fuit Romã tibi causa uidendi? Eo pacto.] Pacto,modo. quoniam antecedit pactum,modus sequitur.Ergo ab eo quod præcedit, id quod sequitur dicit. Et gnati uitã,& consilium meum cognosces: & quid facere in hac re te uelim.] Nam istæ diuisiones sunt.Gnati uitam:quoniã dicturus est, Nam is postquàm excessit ex Ephebis Sosia. Consilium meum: quia dicturus est, Et nunc id operam do. Et quid facere in hac re te uelim:quia dicturus est, Nunc tuũ est officium. Et Gnati uitam, & consilium meũ cognosces,& quid facere in hac re te uelim.Tripartita distributio.& Gnati uitam.Vitam filij in duas partes diuidit in narrationẽ:in anteactam bonã, & præsentem malam.& incipit mala ibi, Interea mulier quædam.Et bene actæ uitæ narratio ad eam rem ualet,ut ostendat quàm iustus dolor patri sit spe decepto. Nam is.] Necessario Is positũ pronomen, ἀναφορᾷ ad illud, Gnati uitam·nam si non posuisset hoc pronomen:Sosia erat intelligendus. Postquàm excessit ex Ephebis.] Argumẽta per coniecturas.Nam is Pamphilus. Ex Ephebis.] Ephebia prima pars adolescentiæ, & extrema pueritiæ. Excessit ex] cum sufficeret unum. Liberius.] Liberius,non est cõparatiuus gradus, non enim potuit libere uiuere,dum ætas,metus,magister prohibebant.Ergo deest aliquanto:ut sit, aliquanto liberius.Liberius uiuendi.deest ei. Qui scire.] Scimus quod certum est, Noscimus quæ adhuc incerta desyderamus.Idem alibi,Forma in tenebris noscinon quita est. Metus,magister.] Magister,pædagogus Ita est.] Intercidit poeta,ne solus Simo loqueretur.cæterum non erat respõdendi locus. Quod pleriq; omnes.] Hæc adiectio dicitur, in primo posita loco.adiectiones uerò,aut in prima parte orationis,aut in ultima adijciuntur.hic ergo Pleriq;,ex abundantia positum est:omnes uerò,necessario additum est. Et alibi, Calesces plus satis.In ultimo,sicut,Interea loci, interibi. Attendenda est sanè locutio, Quod pleriq; omnes.Aut enim quod in quæ uertendum est, ut sit, Quæ pleriq; omnes: Aut quod ad singula eorum studiorum adiungendum erit, Equos alere, canes ad uenandum. Aut certe erit figurata locutio,ut est illud,Si quisquam est qui studeat placere bonis quamplurimis & minime multos lædere: in his poeta hic nomẽ profitetur suum. Et alibi, Aperite aliquis actutum ostium. Plerique omnes faciunt. ἀρχαϊσμός est. Nam errant qui pleriq; πλείονας intelligunt:aut qui subdistinguunt pleriq;, & sic inferunt omnes.hoc enim pro una parte orationis dixere ueteres. eodem modo Græci πολλαχῶς & Latini plusſatis.

Pactum

Ephebia
Liberius

Scio
Nosco
Magister

Plerique omnes

Neuius

Næuius in bello Punico,Pleriq; omnes subiungunt sub suum iudicium. Figurate Terentius, quod pleriq; omnes faciunt,pro,quæ faciunt plerique adolescentuli.

Horum ille nihil egregie.] Est ergo figuratiuum: quod esset rectum, Quæ plerique omnes faciunt adolescentuli,horum ille nihil egregie præter cætera studebat. Adolescentuli.] bene diminutiue,ut propter ætatem facile ignoscatur. Adiungant.] alligent, aprent, aut accommodent. Aut equos alere,aut canes ad uenandum.] Si & equos ad uenãdum alunt,quomodo & canes:quod multi docti improbant:& dicunt separata esse:& ad uenandum extra rationem,pro ad uenatum,ut,Venatum Aeneas,unaq; miserrima Dido. Ad Philosophos.] Eclipsis pulchra & familiaris Terentio. Nam possumus subaudire audendos,siue sectandos. Ad philosophos.Vitium est:quia dixit,ad aliquod studium.aut si ad philosophos,separanda locutio est,sic,ut animum adiungant ad philosophos. Egregie.] Egregium dicitur quod ex grege eligitur.sed hic egregie,ualde,nimis.non est ergo ad laudem positum,Hæc,inquit,ut cætera similiter studebat. Præter cætera.] mediocriter·ergo non extenuauit rem,sed ad laudem retulit. Gaudebam.] non dixit laudabam, sed gaudebam.Laudat enim etiã alienus:Gaudet qui pater est. Non iniuria.] Intempestiue Sosia respondet:sed prudentia tantæ sententiæ,cõpensauit importunitatem. Apprime.] adiectio est confirmationis. Vt.] admirabiliter dixit. Vt ne quid nimis.] Sententia non incongrua seruo,quia est peruulgata.& non refertur ad personam domini dicentis,& de quo dicitur:an magis quia Sosiæ conuenit eiusmodi character in uerbis? Ne quid nimis. de·est agas:ut sit,ne quid nimis agas. Facile omnes perferre.] Latens argumentatio est, qua filium ad meretricem commeasse errans pater,non ad corruptelam,sed ad obsequiũ amicorum crediderit. Perferre,ac pati.] Ferre est cum certo tempore:Perferre, finem expectat effectus.Feruntur onera,& sustinentur supplicia. Perferre,mediocriter stultos, odio sosq;. Cum quibus erat cunq;.] Figura τμήσεως. Dedere.] Plus est dedere,quàm consentire:quemadmodum in hostium potestatem hostes se dedunt· Dedere ergo, pertinacibus.

Egregie

Præter cætera

Fero
Perfero
Dedo

Eorum obsequi studijs,commodiorum scilicet. Eorũ obsequi studijs.Talem esse Pamphilum adiuuat argumentum fabulæ, simul & Carinum. His sese dedere.] Dedere se & obsequi,superioribus:non aduersari,paribus.non se præponere,inferioribus. Ita.] deest faciens,uolens,agens. Vt facillime sine inuidia,Sallustius,Et cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen charus esse. Inuenias.] Secunda persona pro tertia,ut Migrãtis cernas. Sapienter uitam instituit·nam hoc tempore Obsequium amicos, ueritas odium parit. Improbatur à sapientibus hæc sententia. Nam obsequiũ assentator debet, ueritatem amicus:sed in theatro dicitur,non in schola. Obsequium amicos.] Hic uersus per improprium est, Veritas odium parit. Falsum est autem quod Cicero dixit, obsequium primum dixisse Terentium:cum & Plautus & Neuius antè dixerint.& est sententia παράλογος, & magis theatro apta,quàm officio,de qua Tullius multa dixit. Obsequium amicos. sententia,magis probabilis,quàm necessaria & honesta. Interea.] Interea,est cum habet instantiam superiorum actorum. Mulier quædam.] Sic dixit quasi ignoraret nomen eius, paulo·post Chrysidem nominatũrus:sed ideo ut gratam expectationem faciat, simulq; lectorem auidum nominis reddat. Vt Virgilius paulopost nominaturus,ait,Ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum. Interea mulier.Hic digressio est·nam proposuit gnati uitam dicere. Ab hinc triennium.] Artificiose dixit triennium,cũ posset plus minusue temporis ponere:ut sit ueriſimile,unum annum fuisse pudicæ,parcæq; uitæ:sequentẽ, conditionis acceptæ:tertium,mortis.Primo ergo anno ignorata est domus Chrysidis Pamphilo:secundo,Glycerio cognitus:tertio,nupsit Glyceriũ Pamphilo, & pariter inuenit parentes. Huc uiciniæ.] Viciniæ παρέλκον. huc loci,uel huc locorum.legitur & huic uiciniæ.

Obsequium

Interea

Huc uiciniæ

Inopia,& cognatorum negligentia.] Laudatis Pamphili moribus,qui mox ducet uxorem:supereſt ut futuræ quoq; matronæ, id est Glycerio,probitatem debitam pro persona reddat·quæ quia honesta nunquam esse poterit, si sic eam cõstet ante nuptias impudicam ductam esse:partim defendenda,partim laudanda est Chrysis, cum qua commorata est: quam quoniam necesse est meretricem fateri,in conditione turpissimi nominis multum sumitur excusatio uoluntatis. Et cognatorum.] Hic nos iam parat ad Critonis aduentum.

Egregia.] id est eminẽti,præstãtiq;. Atq; ætate integra.] Integra est Aetas quæ in flore consistit,cui neq; addendum iam sit,neq; quicquam adhuc sit imminutum.ut Virgilius,In teger æui Ascanius.Et contulit duo ad quæstum meretricium congrua. Hei uereor ne,quid Andria.] Andria,mire.audiuit enim excessisse ex ephebis Pamphilũ,illatamq; mentionem mulieris peregrinæ adolescentulæ pulchræ. Nequid Andria. eleganter, ex Andro.Andria,nomen ostendit & mulieris & fabulæ.Et bene, apportet: quia portare ignotis est. Primum hæc.] Defendit:ut diximus,uitã Chrysidis,ut potuerit apud eam recte morata

Egregius
Integra ætas

Duriter rata esse Glycerium, quæ ex argumento matrona erit. Primum hæc pudice. Bene hæc qui
Dure dem, id est illa quæ coacta est. Duriter.] Contra rationem regulæ. debuit enim dicere du
re, ab eo quod est durus. Et tamen est differentia: est enim duriter, sine sensu laboris: dure
autem, crudeliter illud ad laborem: hoc, ad sæuitiam relatum est. sed dure in alterum: dur
ter in nos aliquid facimus. Lana & tela.] Subdistingue tela, Finis enim laboris est Vi
ctum quæritans. ut Virgilius, cum fœmina primum, Cui tolerare colo uitam, tenuiq;
minerua Impositum, cinerem & sopitos suscitat ignes. Deinde finem laboris intulit, non
Cibus cibum sed uictum, Cibus enim est, qui etiam delicatis præbetur. Victus in paruis aridisq;
Victus alimoniis est constitutus. Vnde Vergilius, Victum infelicem baccas, lapidosaq; corna Dã
rami. Et post tantum laborem, uictum, non cibum dixit ut Virgilius, At patiens operum,
Quæro paruoq; assueta iuuentus. Et non quærens. sed quæritans dixit. Quærit enim, qui ad ple
Cuærito num & perpetuum reponit. Quæritat qui uix quotidie inquirendo uictum inuenit. La
Amator na & tela uictum. Artificiose ut uideatur pudice apud eam futura materfamilias educari
posse, quam meretricem necessitas fecit Sed postquàm amans.] Amator fingere potest:
Amans Amans uerè amat. Vnus & item alter.] Post unũ duo, ex quibus alter, ut sint tres: inquit
Alter enim post, Nam hi tres tũ simul amabant. ut, alter ab undecimo. Ergo alter, non est secun
Prociue dus, sed tertius. Prociue.] Prociue est porrò inclinatum, uel pronum, inclinatumq;
Accepit conditionem.] Cum uno, quæstus non est: cum altero, non est: cum multis sic
Vt ingeniũ est omniũ hominum. Alia defensio Chrysidis: ut quæ ante fecerat, ipsius sint
Conditio quæ postea peccauerit, naturæ hominum ascribantur. Conditionem.] Conditio est pa
ctio certam legem in se cõtinens. Postquàm accessit unus, & item alter, id est plures: quæ
Perducere stus iam meretricius factus est. Perduxere.] Inuitum isse Pamphilum his uerbis signifi
cat. Perducuntur enim necessitate coacti. Hoc enim uerbum iudices pronunciare solent.
Et hoc est quod suprà ait: His sese dedere, eorum obsequi studijs. Vt unà esset, meum. Et
producte legitur esset, ut cibum capiat: et correpte ut alibi. Vnà.] simul, id est una cibum
caperet. Perduxerunt illum secum, secum duxere, ut secum esset. Ego met continuo me
cum.] Bene mecum: ut appareat nihil temere constitutum, uel prolatum foras: hoc ipsum
satis quæsitum esse, quod statuit de falsis nuptijs, & infensus esset filio. Egomet cõtinuo
Captus est mecum, deest uoluebam, cogitabã uersabam. Captus est.] tenetur & irretitur ex transla
Habet tione ferarum, atq; uenatus. Habet.] id est uulneratus est. Habet enim, qui percussus est:
& proprie de gladiatoribus dicitur: quia prius alij uident, quàm ipsi sentiant se percussos.
Captus est. Sallust. Sin captus prauis cupidinibus. Certe, sine dubio, pro certo captus
est. Haber.] sic dicitur de eo qui lætaliter uulneratus est. Virg. Hoc habet, hæc melior ma
Mane gnis data uictima diuis. Ergo quid sequitur captum, nisi occidi? Obseruabam mane. ma
ne aduerbialiter. Obseruabam.] deest tamen. hoc est, quamuis captus erat, & hæc tamen
Rogitare obseruabam. Rogitabam.] Non rogabam, sed rogitabam: quia sedulo faciebat. Dic so
Sodes des.] Dic, imperatiuum est: ideo temperauit iniuriam blandimento, sodes. est autem, si au
des, & si scias: nam delirat qui interpretatur sodes. Dic sodes. Exhortantis
est uox, ut Amabò, Rogo. Quis heri Chrysidẽ habuit?] Opportune nomẽ intulit Chry
sidis. Et bene illi. quasi dicat, quam tu Andriam nominasti. Quis heri habuit Chrysidẽ?
Nam Andriæ illi id erat nomen. Attico more, peregrinæ mulieri, à patria nomen imposuit.
Et simul celebrat nomen comœdiæ, dicendo, Ex Andro commigrauit: Et nunc, Nam An
driæ illi id erat nomẽ. Quid? Symbolum dedit.] Sed subdistingue quid? ut sit uox quæ
rentis quid dicat de Pamphilo. Eho, quid Pamphilus?] Primo sic egit ut de Pamphilo
quærere uideretur. ad ultimum adiecit nomen, ne quid reliqui faceret. Cœnauit.] cæte
ra in gestu sunt quærentis quid dicat de Pamphilo, nec inuenientis. Symbolum dedit.]
Mire, nulla pro Pamphilo negatio facti est posita: sed per puerilem simplicitatẽ omnia ge
sta narrata sunt. & quidem tacitum est, non cælatum: sed ut non factum esse ita uideatur.
Item Item alio die.] Item, similiter. & uide, diligẽtiæ tempus adiectũ, quasi non sufficeret unus
dies. Comperiebam.] Vide si non uerba patris sunt, & de rebus uenereis circa filij men
tionem agentis. Nihil ad Pamphilum quicquam.] παρέλκον. nam abũdat quicquam nam
Spectatus nemo quisquam, non dicitur. Spectatum.] Ad Pamphilum, nõ ad exemplum refertur:
& spectatum, probatum. Et magnum exemplum continentiæ. ὑπερβολὴ laudis, Pamphi
lus exemplum continentiæ. Nam qui cum.] Qui, animus scilicet aut certe homo subau
Ingenia diendum. Animus.] deest eius. Cum ingenijs.] Ingenia pro hominibus posuit. Con
Conflictatio flictatur.] id est atteritur. Conflictatio est tactus corporum inuicem, & collisio. Neq; com
mouetur.] utrum animus, an homo, ut subaudiamus eius? Neq; animus commouetur.
utrum deest eius? an ordo est. qui animus cum ingenijs conflictatur eiusmodi, neq; com
mouetur in ea re tamen. Ἀναπόλλθορ: eo quòd non præmisso Licet, uel Quanquam, subiecit
Tamen

Tamen. Sallustius, Atq; edita undiq;, tribus tamen cum muris & magnis turribus. Suæ
uitæ Modum, moderationem, regimen. Cum id mihi.] Cum, id est præter quàm quod. *Modus*
Tum uno ore omnes.] Omnes: ne pater amore falli uideretur. & ideo mox ait, Bene dissi *Cum*
mulatum amorem, & celatum indicat. Laudare fortunas meas.] ὑπερπηγορώτερον fortunas,
quàm fortunam. & de more. ut, Qui te tanti talem genuere parentes. Et. Vade ait, ò felix na
ti pietate. Et Plautus, Fortunatus qui illum eduxit sibi. Hac fama.] An uerè laudatus sit,
singula hæc pro argumentis sunt: & excusatio est, non esse stultitia falsum, sed impulsum.
Impulsus.] Bene impulsus, ultro enim uenire impulsus est, qui daret, contra officium so
ceri. Vnicam gnatam suam.] Abundat quidem suam, sed tamen asseuerantius est.
Vnicam gnatam. Quid si tædio multorum filiorum? at unicam. Cum dote summa.]
Quid si pauper est? at cum dote summa. Placuit.] Cum pronũciatione, placuit. Hic *Dictus*
dictus est dies. Vtrum constitutus? an dicatus? ut, Iunoni infernæ dictus sacer. Despon *Despondere*
di.] Ex ueteri more, quo spondebat etiam petitoris pater: unde sponsus & sponsa dicitur.
Placuit.] συντομία. adeò bona conditio fuit, ut quãuis ultro obijcerentur, tamen statim pla
ceret. Despondi. Proprie: nam de sponso dicitur, quia spondet puellæ pater: despondet,
adolescẽtis. Chrysis uicina.] Commemorat nunc quæ esset Chrysis. Vicina hæc.] Su *Spondere*
prà enim ait, Ex Andro commigrauit huc uicinitæ. Vicina hæc. ἀναμνησις. O factum be
ne.] Animaduerte, ubiq; à poeta sic induci comicas mortes: ut cum ad necessitatem argu
menti referantur, non sint tamen tragicæ: Nam aut meretrix sumitur, aut senex, aut de dua
bus simul uxoribus una uxor. Itaq; huiusmodi obitus, aut mediocri tristicia excipitur, aut
etiam gaudio. O factum bene. quasi qui dixerit, Vereor ne quid Andria apporter mali.
Beasti me.] Artificiose quidem gaudium subiecit, ne mors in comœdia, luctus in tragœ
dia personaret. Metui à Chrysíde.] Metuo illum dico, qui mihi ipsi aliquid facturus est. *Metuo*
Timeo ab illo, cuius causa possum aliquid mali pati, etiam si ipse nihil mali in me consulat. *Timeo*
Metui à Chrysíde. ἀρχαϊσμός. Vna aderat frequens.] Vt suprà, Cum quibus erat cunq;
unà, his sese dedere. Aderat frequens.] Possumus enim adesse, & frequentes non esse, si
præsentes non adhæremus his quibus adsumus. & frequens, ut miles apud signa. Cu
rabat unà funus.] Funus, est pompa exequiarum: dictum à funalibus: etenim noctu essere
bantur propter sacrorum celebrationem diurnam. Curabat unà funus. Vt non potue *Frequens*
rit in exequijs uidere patrem. Interim.] Descriptio est huius rei quæ ad narrationem per
tinent superiorem. Nonnunquam conlachrumabat.] Illis enim magis causa flendi fue
rat, qui, quam amabant, amiserant. hic amore, propter suam Glycerium conlachrymabat, *Conlachrima*
qui alienis lachrymis suas commodabat. Sic cogitabam.] Ac si diceret, hoc cogitabam. *re*
sensum tantum cogitationis dicere debuit: sed quia sic cogitabam dixit: ipsum gestum cogi
tantis exponit, & dicitur μίμησις. Hic paruæ consuet.] hoc est, conuiuij tantum: & quia di
xerat puer hoc solum dixisse Pamphilum, nihil aliud, Symbolum dedit, cœnauit. Tam *Familiariter*
fert familiariter.] id est, grauiter: nam quæ nobis sunt familiaria, grauia sunt animo nostro.
Familiariter. quasi familiaris: an potius familiariter? Quid hic mihi f. patri.] Mihi, circa
me, Et postquàm mihi dixit: pondus intulit nominis, dicendo patri. Quid hic mihi. Vi
de quàm uenuste repetierit Hic. Hæc ego putabam.] Putare est eius qui simplicitate pe *Putare*
ctoris aberrauit. Cicero, Non putauit, lapsus est. Hæc ego putabam. Cum adhuc nihil
peccationis ostenderit, tamen dolor in futura prorumpit: ut, Et gener auxilium Priamo,
Phrygibusq; ferebat. Humani ingenij, circa Chrysidem. Mansueti, circa amicos. Ego
met quoq;.] Vt & ipse Pamphilus. aut etiam ego, quem minus crederes. Eius causa.] Ei
usdem mansuetudinis & humanitatis, & eius Pamphili. In funus prodeo.] In funus, in *Funus*
ipsum officium, aut in pompam exequiarum: quod à funalibus dictum est, & uncis uel cu
neis candelabrorum: quibus delibuti funes, & cerei fomites infiguntur. Nihil susp. etiam
mali.] Bene suspendit auditorem. Etiam, alia est suspensio audientis, & excusatio alia. *Etiam*
Etiam. Adhuc. Effertur.] ὑφ' ἑτέρου, Græcum est. quod uitans Virgilius, ne diceret effer *Efferri*
tur, inquit, Tum corpora luce carentum Exportant tectis, & tristia funera ducunt. Effer *Vnus*
ri proprie dicuntur cadauera mortuorum: & Ire proprie ad exequias. Virgilius, Ite, ait,
egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere. Vnam aspicio.] Ex con
suetudine dicit unam, ut dicimus, unus est adolescens. tolle Vnam, & ita fiet ut sensui nihil
desit: sed consuetudo mirantis non erit expressa. Vnam ergo ὃν ἰδιωτισμῷ dixit. uel unam
pro quandam. Adolescentulam forma & uultu.] Et hic duo sunt, & ætas & forma. qui *Forma*
bus additur pudor: quia meretrix non est. Forma & uultu.] Forma, immobilis est & na *Vultus*
turalis: uultus mouetur, & fingitur. Et uultu Sosia adeò modesto. Quia formæ lauda
tio cum meretrice communis est, progreditur artifex poeta ad laudanda ea, quæ honestio
ra sunt, quàm forma. Et uultu Sosia. Quid hic deest, ut eam nurum dignetur Simo, nisi
sola

sola cognitio: & formã probat in puella Pamphili pater, & matronalem modestiã miratur in uultu, & uenustatem supet. Nónne ergo iam cernimus hoc præstruxisse Terentium, ut cum Chremetis filiam esse cognouerit Simo, hanc potius eligat q̃ Philumenam, nurum: quanq̃ ex sororia pulchritudine, & amore Carini, & Daui laudatione idipsum quoq; pro
Modestus be monstrauerit nobis. Vultu.] Hæc laus adiuuat post cognitionẽ futuram nurũ. Adeò
Venustus modesto, adeò uenusto.] Modestus, ad probitatem uultus, & morũ pertinet. Venustus, ad naturã corporis, atq; adeò sibi uultũ fingere multi possunt: formã nemo. Vt nihil suprà.]
ὕπαιφις Terentiana: nam non necesse est subiungere duos uersus. Quia tum mihi.] Excu-
Honestus satio necessaria. Præter cæteras.] id est, plus quàm cæteræ. Honesta ac liberali.] Hone-
Liberalis sta, ad formam: Liberali, ad uultum retulit. Percussit.] hoc est suspicio, uel aliquid tale.
Atat Atat.] Interiectio admirantis. Hoc illud.] ἀπιστικὸν eius rei est quàm in animo cõcepera-
Hoc illud mus. Virg. Hoc illud germana fuit. Hinc illæ lachrymæ.] Hinc, ex hac causa. Quam ti-
Hinc meo.] Non uidetur adhuc Sosiæ plenũ amoris argumentũ: adeò pendet ad ea quæ dictu-
Euadere rus est Simo. Euadas.] id est exeas, uel peruenias. Funus procedit.] Funus à funalibus dictũ est, ut suprà notauimus, & est funus pompa exequiarũ. Et bene, funus procedit, nos sequimur, dixit: quasi post ipsam morituri: unde exequiæ dicunt. Funus interim proce-
dit. ἀσύνδετον. Ad sepulchrũ.] Sepulchrũ κατ' ἀντίφρασιν ut diximus, quòd sine re pulchra sit. an quòd ibi sine pulsu sint, id est mortui: an quòd illic animæ à quibus sepeliantur, id est sepa-
rentur: Et sepulchrũ dixit futurũ, nõ quod iam esset: Sepulchrũ enim à sepeliendo dictum. Virgilius proprie, At pius Aeneas ingẽti mole sepulchrũ Imposuit. In ignem posita est.]
Impersonale uerbum ἀπροσώπως. non enim est Quæ. Et mire, cũ funus suprà dixerit. Fletur.] Hic bene impersonali ter, fletur ab omnibus: extrema enim quæq; mortuorũ omnes cõmouent ad lachrymas.

Hæc soror.] Id est quam dixi esse sororem Chrysidis. Ad flammã.] Innuit affectum so-
roris, unde omnes uincere: cæteri enim flent: hæc flammæ se ingerit. Virg. Extinctum nym-
phæ crudeli funere Daphnim, atq; deos, atq; astra uocat crudelia mater. Ibi tum exani-
matus.] A uoluntate, à facultate, à summo ad imum, ubi sunt dicta & facta, ibi est κάθοδος. &
Bene mire Ibi. Bene dissimulatũ.] Bene, multũ. an quasi dolens, quòd etiã negaturus sit Chre-
meti, dixit bene: Indicat.] Omnia significanter. nõ ostendit inquit, sed indicat: non acce-
dit, sed accurrit: non uestem, aut manus, sed mediã mulierem: non tenet, sed cõplectitur. & quia his tribus rebus inducitur in alicuius rei gestionem persona: affectu, facto, dicto: Affe-
ctus est quod ait, Ibi tum exanimatus Pamphilus. Factum quod ait, Accurrit, mediã mu-
lierẽ complectitur. Dictum quod ait, Mea Glyceriũ inquit, quid agis: cur te is perditũ: In
Indicium dicat.] Indiciũ proprie est oris, & linguæ. factis ergo indicat: non enim dixit, amo. Accur-
rit. Virg. Interiora domus irrumpit limina, & altos Conscendit furibunda rogos. Mea Glycerium.] Mea, quasi amator. Glycerii, quasi familiaris dixit. Quid agis:] Quasi per turbatus. Cur te is perditũ:] Quasi consolaturus. Vt consuetũ facile amorem cerne-
res.] Mire, nõ suspicareris, dixit: sed cerneres. & est ordo, ut facile cerneres. sed cerneres, si-
cut suprà, laudem inuenias & amicos pares. Reiecit se in eũ.] Obiicitur ei quod à Glyce-
rio factum est, ut, Quis unquã tam palàm de honore suo, tam uehemẽter de salute sua con-
tendit, q̃ ille, ne mihi hæc delatio detur. Quid ais: Non interrogantis, sed mirantis est.

Iratus atq; ægre ferens.] Iratus, culpa. ægre ferens: quia præter spem. Nec satis.] Mire
expressit indulgentiam patris erga filiũ. erat, inquit, causa: sed pro amaritudine obiurgatio
nis nõ erat satis, hoc est non idonea uidebatur. Nec satis ad obiurgandũ. deest Habui, uel
erat. Virg. Nec sat rationis in armis. & hic, Erat uel Habui deest ad sententiã. Diceret.] de
est Enim. Quid feci.] Mire fiduciã prætulit argumento quod est in sequẽti uersu. Quid
feci, quid cõmerui aut peccaui:] αὔξησις à maioribus ad minora. Et feci, quasi facinus dixit.
Commereor Facere enim quis & homicidiũ dicitur. Cõmerui, minoris culpæ est. Peccaui, multo mino-
Peccare ris, uel leuioris. Quæ sese.] Illic, mea Glycerii: hic pronomẽ dixit: mira dissimulatio, tan-
quã illam præter periculum nesciat. Nam si illũ.] Argumentum per rationẽ à contrario:
Fero ut si dicas, Viro forti præmiũ debeẽ, si desertori pœna cõstituta est. Tulit.] pro attulit. sed
Damnum multa significat: & aliàs pertulit. Virg. Non tulit hãc speciẽ furiata mente Coroebus. Aliàs
Malum sustulit, ut idem, Omnia fert ætas, animum quoq; pro aufert. Illi.] pro illo. Dederit da-
mnum, aut malum.] Damnũ, rei est: malum, ipsius hominis. Venit Chremes.] Argumen
tũ ex coniectura est, id est à testibus. Et mire suprà, Vltro uenit ad me. Ergo hic causa iusti
doloris ostenditur, quia dolet etiam Chremes: nam potuit, non daturus filiam, nõ uenire.

Postridie ad me.] ut sine dilatione scire posset. & Clamitans, indignantis est, ut, Clamãt
omnes. Indignum facinus.] distinguendum, ut per se intelligatur indignum facinus, &
ipse dolcat Pamphilum corrumpi. Comperisse ergo ab alijs: ut appareat uerum quod
ait, Tum uno ore omnes. &, Hac fama impulsus Chremes. Indignum facinus compe-
risse.

risse. Deest se: incertaq; distinctio. Pamphilum] cum emphasi dixit, id est pudentem & be-
ne moratum. Et nec amicam, sed Pro uxore. Mire ergo, quasi non hoc doleat quòd amet,
sed quòd pro uxore habeat. Et simul excusatur filiam denegaturus socer. Hanc peregri-
Peregrina nam.] Hanc, cum contemptũ dictum est. & peregrinam, ut alibi. Adeóne es demens: ex pe-
regrina: nam hoc nomine etiam meretrices nominabantur. Ego illud sedulo.] Quanto
affectu pater factum quod uiderat, negabat. Sedulo. Quomodo sedulo, si negabat: an
sedulo, ut Sosiæ: id est simpliciter. Factum, impersonaliter. Sedulo: Quia non semel ne-
gauit. uel ille instituit. Negare factum. Officiũ patris, & simul per hoc expressio probatio-
Instat factum nis. Ille instat factum. Plautus, Instare factum, simile est. ἀρχαϊσμός. Instare factum. Ve-
hemẽter instare, id est instat dicere factum esse. Deniq;.] Quid deniq; ad summam properat, & ad
Denique finem dictorum. Denique.] id est postremo. Discedo.] Proprie: non enim abeo. unde
discessio. Vt qui se neget.] Probauit quod non uolebat senex Sosiæ: adhuc superest ut
ostendat quòd non sit irascendum, quin iuste irascatur. Non tu ibi gnatum:] ἀποσιώπησις,
Obiurgare uel eclipsis: deest inuasisti, obiurgasti, adortus es. Ad obiurgandum] incusandum, incla-
mandum. Tu te his rebus.] Modo non addit diceret. Prope adest.] Prope adsunt nu-
ptiæ: in proximo sunt metæ libertatis: & ideo auidius uoluptaria sub finem carpenda sunt.

Quum Quum alieno.] Quum pro quo. hoc enim significat quum. Meo me uiuere interea,
Modus modo. Meo modo, mea uoluntate, meo arbitrio. Relictus est obiurgandi locus:] Mire,
obiurgandi: tanquam incensus pater in filium uideretur. nam suprà commotus plus per
ἀποσιώπησιν significauerat. Si propter.] Hoc erat secundum in diuisione, Et consilium me-
um cognosces. Si propter amorem. Initium consilij sui demonstrandi. Nolit.] legitur
Animaduertenda & nollet. Ab illo animaduertenda iniuria,] Nota participium à passiuo, animaduerten-
da, castiganda, uindicanda est. Ab illo iniuria, quam facit, non quam patitur. Ea pri-
mum animaduertenda iniuria: Vt iam hoc sit peccatum quòd recusat nuptias, non quòd
peccat adolescens. Ideo ergo primum dixit, animaduertenda iniuria est, uindicanda, exe-
quenda est. Et bene ea ab illo dixit iniuria. certissimam enim notat personam, quæ debeat
pro iniurijs pœnas soluere. quòd si dixisset, Iniuria eius, ἀμφιβολίαν fecisset, utrum quam
passus est ab alio, an quam ipse alijs intulit. Et nunc id.] Hic reddit quod dixerat, Con-
silium meum cognosces. Id, id est propter id. Vera.] ἀντίστροφον. quia falsa dixit, intulit ue-
ra. Manibus, pedibusq;.] prouerbiale, id est omnibus membris. Obnixe, cum conatu,
instanter contra conantem. Magis id.] Id propter id. Incommodet, noceat, incommo-
dum afferat. Magis id adeò, mihi ut incommodet. Non enim, inquit, prodest filio amare
meretricem. Quapropter.] Mire Sosia interrogat, quasi ulla causa sit fallendi dominum.
Mala mens.] Voluntas. Est mens etiam ratio. Mala mens. Argumẽtum à natura, & an
aliquis sine causa malus, an ab impulsione. Mala mẽs. Quia dixit. Magis ut lædat, quàm
ut prosit. Quem quidem ego si sensero.] ἀποσιώπησις est grauissimam pœnam ostendentis.

Exorandus.] Legitur & expurgandus. si expurgandus, lege cui, non qui: quia cui per Q
Confieri ueteres scripsere. Confore.] Ab eo quod est confit: id est perficitur, futurum tempus in-
finitiui modi confore facit, id est, perfectum iri. Sic in Adelphis, Verum, quid ego dicam:
hoc confit quod uolo. Confieri, id est perfici. unde confectum negocium dicitur, uel confe-
cta res quæ ad plenum perficitur. Virg. Nunc qua ratione quod instat Confieri possit, pau-
cis, aduerte, docebo. Nunc tuum est officium.] Hoc ad illud tertium respicit quod dixit,
Et quid facere in hac re te uelim. Has bene ut adsimules nuptias. perterrefacias Dauum.
hoc erat tertium de his, quæ dicturum se promiserat. Adsimules.] Hoc est unum uer-
bum Adsimules, quod dixit, Quin tu uno uerbo dic, quid est quod me uelis: Perterrefa-
Obseruare cias.] Venuste & poetice. Obserues filiũ.] Obseruatio in duabus rebus est, in obsequio,
& speculando. Curabo, ut coquus. & suprà sic, Nempe ut curentur rectè hæc. Ipræ.] fi
gura ἀναστροφή, quod nos præi, dicimus.

ACTVS PRIMI SCENA II.

SIMO DAVVS

† D. NON dubium est, quin uxorem nolit filius: *Iamb. Trimetri.*
Ita Dauum modo timere sensi, ubi nuptias
Futuras esse audiuit. sed ipse exit foras.
Mirabar, hoc si sic abiret. & heri semper lenitas *Iamb. tetrameter*
Verebar quorsum euaderet. *Dimeter*

Qui postquàm audierat non datum iri filio uxorem suo,
Nunquã cuiquã nostrũ uerbum fecit, neq; id ægre tulit. *Troch.tetrametri*
S. At nunc faciet: neq;, ut opinor, sine tuo magno malo.
D. Id uoluit, nos sic nec opinanteis duci falso gaudio, *Iambici tetrametri*
Speranteis iam amoto metu, interea oscitanteis opprimi,
Ne esset spatium cogitandi ad disturbandas nuptias. *Trochaicus tetrã.*
Astute. S. carnufex quæ loquitur. D. herus est, neq; præuideram. *Iambici*
S. Daue. D. hem, quid est? S. ehodum ad me. D. quid hic uolt? S. quid ais?
D. qua de re? S. rogas?
Meum gnatum rumor est amare. D. id populus curat scilicet.
S. Hocine agis, an non? D. Ego uerò istuc. S. sed nunc ea me exquirere,
Iniqui patris est. nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet.
Dum tempus ad eam rem tulit, siui, animum ut expleret suum.
Nunc hæc dies aliam uitam defert, alios mores postulat.
Dehinc postulo, siue æquum est, te oro Daue, ut redeat iam in uiam.
D. Hoc quid sit. S. omnes qui amant, grauiter sibi dari uxorem ferunt.
D. Ita aiunt. S. tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum,
Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunq; applicat.
D. Non hercle intellego. S. non? hem. D. non Dauus sum, non Oedipus.
S. Nempe ergo aperte uis, quæ restant me loqui. D. sanè quidem.
S. Si sensero hodie quidquam in*his te nuptijs *al. hisce.* *Redit ad trimetros*
Fallaciæ conari, quo fiant minus:
Aut uelle in ea re ostendere, quàm sis callidus:
Verberibus cæsum te in pistrinũ Daue dedã usq; ad necẽ, *Rursus ad tetram.*
Ea lege, atq; omine, ut si te inde exemerim, ego pro te molam.
Quid, hoc intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? D. imò callide:
Ita aperte ipsam rem modo locutus, nihil circuitione usus es.
S. Vbi uis facilius passus sim, quàm in hac re, me deludier.
D. Bona uerba quæso. S. irrides, nihil me fallis. sed dico tibi,
Ne temere facias. neq; tu haud dicas tibi non prædictum, Caue.

† *Esse, redundat in metro, ni facias synæresin in audijt, aut nisi elidas e in sed, quod aliquoties facere uidetur Terentius, sd ipsi, ut sit interiectio ueluti conticescentis repente.*

NON dubium.] Narratione iam habita, persona Sosiæ non erat necessaria. ergo subsistit senex, per quem agenda sunt reliqua. Non dubium. Ad hoc certus inducitur Simo, ut magis perturbetur inopinata consensione Pamphili ad ducendam uxorem, & præterea nihil agat cum Chremete de tradenda filia, confirmandisq; nuptijs. Ita modo.] Non recessit de loco senex: sensit ergo antè, quàm cum Sosia loqui cœpisset. Ita modo Dauum timere sensi. Argumentum quod suprà, ab eo quod nostri faciunt. Modo antè quàm cum Sosia loqui cœpisset
Digãmum Simo. & Dauus non rectè scribitur, Dauos scribendum, quòd nulla litera uocalis geminata unam syllabam facit. Sed quia ambiguitas uitanda est nominatiui singularis, & ac-
Sic cusatiui pluralis: necessario pro hac regula, digammo utimur, & scribimus DaFus, serFus, corFus. Mirabar hoc.] Hic locus est in quo Dauus insinuatur spectatoribus multa ge-
αὖτως sturus. Si sic.] Sic, pro leuiter & negligenter, quod Græci αὖτως dicũt. significat autem οὕτω, id est sic: & est de his quæ adituanda gestu sunt, ut Tantillum puerum, & Huius non faciam

faciam. Lenitas.] Clementia, facilitas. cui contraria, asperitas & difficultas. Et heri sem- *Lenitas*
per.] An semper lenitas. ut sit ὑφὴρ Lucretius, Semper florentis honoris. Semper lenitas *Asperitas*
Ac per hoc simulata usq; nunc lenitas, Nam nemo in diuersis actibus semper lenis est: nisi
forte fictus assimulator, & callidus. Semper lenitas. Sine differentia est importuna leni-
tas. Quorsum euaderet.] Ad quam partem crumperet. Et euadere, est per quancunque *Euadere*
difficultatem ad aliquid peruenire. Verbum fecit.] Non dixit litigiũ, aut rixam: sed uer- *Verbũ facere*
bum. istæ exiguitates, assceuerationes dicuntur. & cum pronũciatione: ut intelligatur, ne uer-
bum quidem. Neq; id ægre tulit.] Hoc est semper lenitas. Faciet.] Subaudiẽdum Ver-
bum. & est Faciet, persona tertia pro prima. Faciet, id est irascetur, denuntiabit, loquetur.
Sine tuo magno malo,] id est comminabitur tibi, & minas contemnes, ut ad pœnas per-
uenias. Id uoluit.] Aut absolute accipiendum Id: aut Id, quomodo Sic demonstratio est,
ut magis gestu quàm sensu intelligatur, ut suprà diximus. Nec opinãtes.] ὑφὴρ. Duci.] *Ducere*
Ducere est expectatione longi temporis malum prolatare. Vel induci, ut feras in retia.
Falso gaudio.] Velut ex ira, & uitæ senis iracundia. Amoto metu.] Ista singula sunt, &
amoto metu. sic dixit quasi metus sit corpus brutum quod cum molimine mouetur.
Oscitantes.] Oscitatio est animi otium & securitas. dictum ab ore ciendo, id est commo- *Oscitatio*
uendo. Oscitantes, securi, uel nihil prouidentes. Cogitandi ad disturbandas.] Miranda
locutio: ut si dicas, cogitat ad dicendum. Astute.] Hoc & gestu, & uultu seruili, & cum *Carnifex*
agitatione capitis dixit. Carnifex.] Aut excarnificans dominum, aut ipse dignus carnifi- *Præuidere*
ce ut caro fiat, id est lanietur: Lucilius, Carcer uix carcere dignus. Neque præuideram.]
Præuidentia duplex est: aut enim animo, aut oculis præuidemus. Hem.] Quasi correptio *Hem*
totius corporis. Ehodum.] Nutus est, intentionem animaduersionemq; deposcens eius *Ehodum*
cum quo uult loqui. Ehodum. Dum παρίλκον est hoc loco. Quid hic uolt?] More serui-
li, & uernali gestu. sic enim uocati à dominis, secum uultuose agunt. Qua de re?] Negan-
tis uim habet hæc interrogatio. plus est enim qua de re, quàm nihil. Rogas?] Hoc cum
interrogatione indignantis. Meum Gnatum Rumor Est Amare.] Mire apud seruum dissi-
mulat id quod iam probauit. Meum gnatum rumor est amare. Grauiter, cõstanterq; senex *Scilicet*
nondum fatetur se credere: nec uerum scire, ne amittat uim, uindicaturi si rescierit. Id po-
pulus curat scilicet.] Quia rumigeratio populi est. sed hoc auersus ab illo, contumaciter. sic
Virgil. Scilicet is superis labor est. Scilicet, semper cum ὑφωνσία ponitur. Hoccine Agis.]
Agis, id est audis. Alibi sic, Hoc age amabo. Plautus. Vos hoc agite spectatores: pronun-
tians simul demonstratiue, ueluti aurem suam tangens. Istuc.] Deest ago. uel audio. Ini-
qui patris est.] Iniqui est, si nunc uelim quærere actus liberos adolescentis. Nam quæ an-
tehac fecit. Pro ante hæc, consuetudine magis, quàm ratione dicitur. Nihil ad me.] Id a- *Ante hac*
git ut superius consilium se seruare ostendat. Dum tempus ad eam rem tulit. Deest se: ut
sit, dum tempus se præbuit: quia suprà dixit, Tute his rebus finem præscripsisti pater.
Ad eam rem tulit. Absolute, & deest se. Siui, animum ut expleret suum. Mira ratio cur *Sino*
siuerit, ut & hoc quod permisit, ad bonum permiserit, non ad luxuriam, Siui autem distin-
gue. est autem siui modo, permisi, cessaui, siue, antique. Aliter in Adelphis, Non siuit ege-
stas facere hoc nos. Nunc hic dies aliam uitam affert.] Hoc est, recte, & seuere, & inexora- *Alius*
biliter denuntiat. Aliam uitam, pro diuersam & contrariam. sic & Virgilius, Dijs aliter ui- *Iam*
sum est, Te oro Daue.] Grauius illud fecit, nomine appellando. Vt redeat iam in uiã.]
Iam, modo tarditatis est signum. & in uiam dixit, quasi qui deuius sit, & errarit à recta uia.
Siue æquum est.] προδιόρθωσις Vt redeat iam in uiam. Prouerbiale. Hoc quid sit? ὕπαλ-
λος, deest enim quæris. Ita aiunt.] Hæc credunt & loquuntur uniuersi. & est trepida con-
fessio, & quasi inuiti responsio, ut in Heauton. Ita credo: monente patre filium. Tum si
quis magistrum.] μεταφορικῶς. an quia & pedagogus est magister: ut Geta in Phormione, Me
filijs relinquunt quasi magistrum. Ad eam rem.] Id est super eam rem, hoc est super a- *Aeger*
morem. Animum ægrotum.] Pro ægro, nam animus æger: corpus ægrotum. Hem.] *Aegrotus*
Interiectio est irascentis. Dauus sum, non Oedipus.] Multiplex contumelia, potest e-
nim senem quasi sphingem dixisse, id est deformem, monstricq; similem. potest etiam inhu-
manum & ferum, ut sphinx. Potest per Oedipum, se ultorem promittere futurum, atque
oppressorem sapientiæ senis. Dauus sum, non Oedipus. Facete se negauit Oedipum,
ut senem sphinga esse confirmet. Non Oedipus. Imitationum duo sunt genera. quandam
necessitas, quandam introducit uoluntas. Non Oedipus. Si latine pronunties, geniti- *Sane*
uus Oedipi faciet. si græce, Oedipodis. Sane quidem.] Sane, ualide: quia qui sanus, & ua- *Hodie*
lidus est. Si sensero.] Comminatio & fit pronuntiatio, ut in singulis uerbis ardeant mi-
næ. Hodie.] Non ad tempus non plenum, sed ad comminationem refertur. ut Verg. Nun
quam omnes hodie moriemur inulti. Et dies pro nocte accipitur. ut hoc ipsum, Nunquam

Minus omnes hodie moriemur inulti. Quo fiant minus.] Quo minus, hoc est quo impeditius.
Dare Verberibus cæsum Te in pistrinum Daue. Vult in pronomine,& nomine exagitare com
Dedere minatione seruum,ne quid relinquat iracundiæ. Dedam.] Dare,est quod repetas:Dede
re est ad perpetuum. Damus,& amicis.dedimus,tantum hostibus. Ea lege atq; omine.]
Lex Lege,ad homines:omine,ad rem diuinam refertur.id est firmamentum per humana & di
Omen uina,Omen autē est quicquid ore dicitur. Ea lege atq; omine,Bene lege atq; omine,quia
leges auspicijs seruatis ferebantur. Ergo sic intellige, quasi dixerit,ea lege & conditione.&
antiqui auspicato omnia faciebant,quæ rata esse uellent. An nondum etiam.] Quartum
πυρίλλαρ,quin abundat Etiam. Ipsam rem.] Ipsam rem,id est uoluntatem suam: aut inter
Nihil minationem suam,hoc est pistrinum & pœnas seruiles. Nihil circuitione.] Nihil pro nō.
Circuitio Circuitione,periphrasi. Vsus es.] Legitur & usor es. Vbiuis facilius.] Admonitio.
Bona uerba quæso. Vbiuis facilius. Cicero,Non est in hac causa peccandi locus ullus. Bona uerba quæ
so.] Hic in εἰρωνίᾳ est ὑφημισμός. quasi dicat,meliora loquere rogo te.ergo cum admonitione,
bona uerba,inquit,rogo. Nihil me fallis.] Non te ignoro,non me decipis.sic Menander,
Fallere οὐδέν με λανθάνοις ἅμ. Nihil me fallis.Figura est ἰλλητισμός. Fallis. Lates,ut fit οὐδέν με λήσεις.
Nihil me fallis.Nihil pro non,etiam nunc. Neq; tu haud dicas tibi non prædictum.]
Negatiuæ duæ & tres. Duæ negatiuæ faciunt unam affirmatiuam: tres negatiuæ pro una negatiua accipiuntur:
ut hic,neq; haud non. Sallust. Haud impigre,neq; inultus occiditur. Vera ergo lectio est,
neq; tu haud dicas.quod plurimi non intelligentes,hoc dicas,legunt. Neque haud tu di
cas tibi non præ dictum. Vera lectio,neq; haud dicas. est enim quintum πυρίλλαρ. Plautus
in Bacchidibus,Neq; haud subdititia gloria oppidum arbitror.

ACTVS PRIMI SCENA III.

Iambici tetrametri.

DAVVS

In Enimuero eliditur m & u consonans.

INIMVERŌ Daue nihil loci est segnitiæ,neq; socordiæ,
Quantum intellexi modo senis sententiam de nuptijs.
Quæ si non astu prouidentur,me,aut herum pessundabunt.
Nec quid agā, certum est: Pamphilúmne adiutem,an auscul
Eius & huius sunt monosyllaba. Si illū relinquo,eius uitæ timeo.sin opitulor,huius minas, (tem seni.
Cui uerba dare difficile est.primum iam de amore hoc comperit:
Me infensus seruat,ne quam faciam in nuptijs fallaciam.
Si senserit.perij.aut si libitum fuerit,causam ceperit:
Quo iure,quaq; iniuria præcipitem*me in pistrinum dabit. *me redundat*
Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam hæc Andria, *Trimetri*
Siue*ista uxor,siue amica est:grauida e Pamphilo est. *ista redundat*
Audireq; eorum est operæ pretium audaciam.
Nam inceptio est amentium,haud amantium:
Quicquid peperissent decreuerunt tollere.
Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,
Ciuem Atticam esse hanc.fuit olim quidam senex
Mercator:nauem is fregit apud Andrum insulam.
Is obijt mortem:ibi tum hanc eiectam,Chrysidis
Patrem recepisse orbam,paruam,fabulæ.
Videtur Trochaicus Hypercatalecticus. Mihi quidem hercle non fit uerisimile:atqui ipsis commentum placet.
Sed Mysis ab ea egre ditur.at ego hinc me ad forum,ut *Trimeter Iamb.*
Conueniā Pamphilū,ne de hac re pater imprudentē opprimat. *Iamb.tetrā.*

Enimuero

ENimuero Daue.] Hic breuis & comica deliberatio est, magnā expectationem plurimarum rerum imminentium cum motu excitans, Daui consyderatione proposita. Enimuero Daue. Omnis persona aut ab altero commendatur,aut seipsam populo commendat,aut & ab altero & à seipsa, ut hic Daui, & per Simonem suprà descripta est,ubi dicit. Mala mens, malus animus. & hic per se, dum hoc,gestu ac sermone agit ac disputat secum. Enimuero Daue. Enimuero,significationem habet nimiam permoti atq; iritati animi. Cicero,Hic cum alijs ex alia parte, Enimuero ferendum non est u.m. *Enimuero*
Segnitiæ.] Ad agendum. Socordiæ.] Ad cōsyderandum. *Segnities*
Socordia
Quantum modo.] Quantum pro inquantum. Prouidentur.] Prouisio rerum duas significationes habet. Prouidemus enim nobis tam bonum quàm malum. Malum, sicut quis eminus ueniens, telum prouidit,atq; sic caueret. Ergo hic Prouidenter, cauentur, uitantur. Et nuptias uelut undam nauigio imminentem fecit: quòd si quis undam ex aduerso uenientem prora non exceperit, demersus undis in pessum abit. est ergo metaphora. *Quantum*
Prouidere
Me aut herum.] Herum hic, herilem filium. Pamphilum ne adiutem,an auscultem seni.] Semper deliberatiua uerba,habent quendam sonum per quem exitus rei demonstratur:ut hic ostendit se,Pamphilum magis adiuturum,quàm uerbis senis obtemperaturum.
Si illum relinquo.] Partium tractatus quæ suprà sunt, Pamphilum ne adiutem,an auscultem seni. Vitæ eius timeo.] Vt alibi,Syre tibi timui male. Sin opitulor.] Opem ferre dicitur in malis rebus, & ijs qui de salute dubij sunt:ut,Fer opem,serua me obsecro. Opitulor & opitulatio dicta ab opem tollendo,hoc est ferendo. Huius minas.] Subauditur, timeo. Cui uerba dare.] Verba dare,fallacia est:& illud spectat,Nihil me fallis. Difficile est.] Non dicit impossibile est.ergo ostendit partem se sequi quæ pro Pamphilo est. Primum iam.] Primo,inquit,iam infensus est senex. deinde à Pamphilo grauida est Glycerij. *Opem ferre*
Opitulari
Verba dare
Primum iam.ὑφὴν est enim ἀναστροφή, pro iam primum. De amore hoc.] Hoc amore, sic quasi cùm tædio & reprehensione eius amoris loquatur. Ne infensus.] Scilicet de amore filij,senex me seruat,& reuera timendus est. Seruat.] φυλάττει. Ne quam faciam.] Hoc ad illud spectat, Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum. Quo iure, quaq; iniuria.] Prouerbiale hoc est:qualia sunt,fas & nefas,nolis uelis. Ad hæc.] In ipsa re maior est difficultas, quia grauida est Glycerium. Siue ista uxor.] Et hoc cum quodam tædio, & indignatione stomachi interrupit. Operæ pretium.] Dicitur de mirificis & laudabilibus. nam & ea quæ magna sunt,etiam si mala,tamen miramur:quia libenter audiamus. & hoc pretium est operæ,id est audiendi. Et audaciam.] Proprie dixit: ut in Eunucho, Audaciam meretricum specta. Nam inceptio est amentium, haud amantium.] Amabant ueteres de proximo similia dicere:ut Cicero,Minus charū putauit fore de armario, quàm quòd de sacrario fuisset ablatum. Et quidem si in uerbis sunt, παρόμοιον dicitur: in nominibus, παρωνομασία. Quicquid peperisset.] Maiorem reprehensionem sonat, quicquid peperisset.paritur enim aut masculus, aut fœmina: & solet iustior esse causa tollēdi, si marem uxor peperit.sed nimij amoris est non expectare quid tollas. Decreuerunt.] Decernere est de magnis rebus certam proferre sententiam. unde etiam Senatus decretum. Et fingunt.] Argumenti partem narrat:& non credit futura esse quæ dicit,ut superfit locus errori. Et fallaciam quandam,ne uerisimilis sit. * ipsa fallacia totius cōtemptionis & uilitatis. Fuit olim.] Modo totius summæ argumentum populo narratur: sed ut restet aliquid ad errorem,abrogatæ fides. Fuit olim quidam senex.à διηγηματικῷ ad μιμητικὸν transfit. Is obijt mortem.] Plene dixit,quod nos obijt tantum. Virg. Morte obita qualis fama est uolitare figuras. Recepisse orbam,paruam.] Paruam propterea adiecit, ut fiat uerisimile non posse eam facilè suos agnoscere. Fabulæ.] Rēdit ad narrationem. Atq; ipsis.] Atq; pro tamen.ut sit,tamen ipsis commentum placet, Quod comminiscuntur probant. *Decernere*
Obire mortē
Atque
Sed Mysis.] παραπτῶσι alterius scenæ. Mysis. Semper autem nomina comicorum seruorū,aut à nationibus sunt indita,ut Mysis,Syrus,aut ex accidentibus,ut Lesbia uelut ebriosa, à Lesbo insula,quæ est ferax suauissimi candidissimiq; uini. aut à moribus & uernilitate, ut Pseudulus. aut ex negotio,ut Chrysalus. aut ex qualitate corporis, ut Chylacus. aut ex specie formæ, ut Pinacium. Ego hinc.] Nihil adhuc Dauus inuenit consilij, nisi ut quærat Pamphilum, moneatq;. Ego hinc me ad forum. Vultuose hoc pronunciatur:ut desit,pergam,aut ducam me.

ACTVS PRIMI SCENA IIII.

Trochaici tetrametri catalectici.

MYSIS ANCILLA.

AVDIVI Archillis iamdudum Lesbiam adduci iubes.
Sanè pol illa temulenta est mulier, & temeraria:
Nec satis digna, cui committas primo partu mulierem.
Tamen eam adducam. Importunitatem spectate aniculæ,
Quia compotrix eius est. Dij date facultatem obsecro
Huic pariundi: atq; illi in alijs potius peccandi locum.
Tet. Iambicus nisi. sed. sit extra uersum additum
Sed quid nam Pamphilum exanimatũ uideo? uereor, quid fiet.
Opperiar, ut sciam nunquid nam hæc turba tristitiæ adferat.

AVdiui Archillis.] Hæc sunt inuentionis poeticæ, ut ad οἰκονομίαν facetiæ aliquid addant. nam οἰκονομία est ut accersatur obstetrix, & conueniatur Pamphilus. facetia scribentis in his uerbis est, quòd Archillis cõpotricem potissimum adduci iubere fingitur. Audiui Archillis. Frequenter hoc modo Terentius compendium facit, ut egrediens loquatur persona de eo quod est gestura: & si mul doceat quid ab altera gestum sit. Audiui Archillis, iamdudum Lesbiã adduci iubes. Vtrum iamdudum audiui, an iamdudum iubes, incerta distinctio est. & sunt qui iamdudum, iam primum intelligant: ut, Iamdudum sumite pœnas. Sanè pol.] Sanè, multum. aliàs ualde: nanq; ualidus est, qui multum rerum necessariarum habet ad salutem. Temulenta.] Producit primam syllabam Te. Temulenta. Vinolenta, hoc est ebriosa. quia temetum, uinum dicitur, unde abstemius, sobrius. Dictum autem temetum ab eo quia tentet mentem. Temulenta, uino: Temeraria, natura. Nec satis digna.] Bene in conclusione illa specialiter probauit, dicendo non idoneam cui committatur primus partus mulieris. Sed mirè significateq; dixit Committas. etenim committimus magna, & quæ salutem in dubio habent. Nec satis digna. Duas res, nec parientem, nec primo partu. Figura λύσις ἀπὸ τοῦ ἑνός. ut Virgilius, Non me tibi Troia Externum tulit. &, Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxum Accolet. Tamen adducam.] Redit ad illud, quòd ui coacta. Importunitatem.] Importunitas neq; loci, neq; temporis habet commoditatem. Aniculæ.] Archillis scilicet. Quia compotrix.] In uultu remansit oratio. deest enim, per figuram ἀποσιώπησις, ideo illam uult accersiri. In alijs.] Vtram in alijs mulieribus, an in alijs rebus? Exanimatum.] Exanimatus, est perturbatus. Virg. Exanimata sequens impingeret agmina muris. Exanimus, mortuus. Idem, Corpus ubi exanimum positum Pallantis Acestes. Vereor quid sit.] Quid, ob quid, propter quid sit exanimatus. Aut aliter: quid sit, id est quid sit negocij. Sed quidã putant quid pro quare ut Quid ueniant. Aut deest, potest: ut sit, quid esse potest. Nunquidnam.] Comicum est, & Terentianum. Nunquidnam: quum exemptis nũm & nam, sufficere ad interrogationem potuisset quid.

Iam dudum
Temulentus
Abstemius
Temetum
Committere
Importunitas
Exanimatus
Exanimus
Nunquidnam

ACTVS I. SCENA V.

PAMPHILVS ADOLESCENS. MYSIS

Iãb. tetr. P. HOC ne est humanũ factum, aut inceptũ? hocine officium patris?
M. Quid illud est? P. prò deûm atq; hominum fidem, quid est, si nõ hæc contumelia est?
Tetrametro accinitur monometer
Vxorẽ decrêrat dare sese mihi hodie. nónne oportuit *Tet. Iamb.*
Præsciſſe me anté? nónne prius communicatum oportuit?
M. Miseram me, quod uerbum audio. *Dimeter*
P. Quid Chremes, qui denegarat se commissurum mihi *Troch. tetrametri.*

Gnatam

Gnatam suam uxorem? id mutauit, quia me immutatum uidet.
Itáne obstinate operam dat, ut me à Glycerio miserũ abstrahat? *Tetr. Iamb.*
Quod si fit, pereo funditus. *Dimeter*
1 Adeon' hominem esse inuenustum, aut infelicem quenquam ut ego sum?
Prò deûm, atq; hominum fidem, nullóne ego *Dimeter, redundante pede*
Chremetis pacto adfinitatẽ effugere potero? quot modis *Tetrametri Iambici*
Contemptus, spretus? facta, transacta omnia. hem *Iambicus trimeter*
Repudiatus repetor. quamobrem? nisi si id est, quod suspicor. *Troch. tetram.*
Aliquid monstri alunt: ea quoniam nemini obtrudi potest,
Itur ad me. M. oratio hæc me miseram exanimauit metu.
P. Nam quid ego dicam de patre? ah *Dimeter Iambicus*
Tantámne rem tam negligenter agere? præteriens modo *Tetrameter Iãbicus*
Mihi apud forum, Vxor tibi ducenda est Pamphile hodie, inquit. para,
Abi domum. Id mihi uisus est dicere, Abi cito, & suspende te.
Obstupui: censen' ullum me uerbum potuisse proloqui:
Aut ullam causſam, ineptam saltem, falsam, iniquam? obmutui.
Quòd si ego rescissem id prius: quid facerem, si quis nunc me roget: *Prius unica syllaba est*
Aliquid facerẽ, ut hoc ne facerẽ. sed nũc quid primùm exequar? *Troch. Tetra.*
Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuerse trahunt:
2 Amor, misericordia huius, nuptiarum sollicitudo.
Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo usq;*adhuc, *al. ad hoc* *Iambici tetra.*
Quæ meo cunq; animo libitum est, facere. cí ne ego ut aduersér? hei mihi,
Incertum est quid agam. M. misera timeo, hoc incertum quorsum accidat.
Sed nũc peropus est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa aduersus hunc
Dum in dubio est animus, paulo momento huc, illuc impellitur. (loqui.
P. Quis hic loquitur? Mysis salue. M. ó salue Pãphile. P. quid agit? M. rogas?
Laborat è dolore, atq; ex hoc misera sollicita est, *diem *al. die*
Quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ. tum autem hoc timet,
Ne deseras se. P. hem, egóne istuc conari queam? *Trimetri Iambici*
Ego propter me illam decipi miseram sinam,
Quæ mihi suum animum, atq; omnem uitam credidit:
Quam ego animo egregie charam pro uxore habuerim,
Bene, & pudice eius doctum, atq; eductum, sinam
Coactum egestate ingenium immutarier?
Non faciam. M. haud uereor, si in te solo sit situm.
Sed uim ut queas ferre. P. adeon' me ignauum putas?
Adeon' porrò ingratum, aut inhumanum, aut ferum?
Vt neq; me consuetudo, neq; amor, neq; pudor
Commoueat, neq; commoneat, ut seruem fidem?
M. Vnum hoc scio, hanc meritam esse, ut memor esses sui.
P. Memor essem? ó Mysis Mysis. etiam nunc mihi

Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis
De Glycerio.iam fermè moriens me uocat:
Accessi.uos semotæ nos soli incipit,
Mi Pamphile,huius formam,atq; ætatem uides.
Nec clam te est, quàm illi utræq; res inutiles,
Et ad pudicitiam,& ad tutandam rem sient.
Quod ego per hanc te dextram oro,& genium tuum,
Per*tuam fidem,perq; huius solitudinem *tuam unica syllaba est*
Te obtestor,ne abs te hanc segreges,neu deseras.
Si te in germani fratris dilexi loco,
Siue hæc te solum semper fecit maximi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.
Te isti uirum do,amicum,tutorem,patrem.
Bona nostra hæc tibi cõmitto,&*tuæ mando*fidei. *tuæ & dei monosyllaba sunt*
Hanc mihi in manum dat.mors continuo ipsam occupat.
Accepi.acceptam seruabo. M.ita spero quidem.
5. P. Sed cur tu abis ab illa? M. obstetricem accerso. P. propera.
Atq; audin'? uerbum unum,caue de nuptijs,
4. Ne ad morbum hoc etiam. M.teneo.

1 *Prior dimeter est trochaicus, alter est dimeter catalecticus in penultima duas breues habens pro longa,potest tamen totus esse Iambicus, si legas,adeo. aut in inuenustum, elidas u consonantem.*
2 *Iambicus tetrameter catalecticus penultima longa.* 3 *Sunt duo dimetri catalectici, posterior habet duas breues in penultima pro longa.* 4 *Hic Senarius perficitur initio proximæ scenæ, Quid ais Birria.*

HOcine est.] Hic inducitur adolescentis animus circa nuptias:ut ex magnitudine eius ingens gaudium comparetur in fine fabulæ,cognita Glycerio.& si mul id agitur,ut magis magisq; per Mysidem Pamphilus excitetur ad resistendum patri nuptias inducenti. Hocine est. Ab iracundia & dolore coepit.Iracundia descendit ex iniuria:Dolor, ex miseria. Hocine est humanũ factum.Quasi deliberatio est, in qua duæ partes sunt, una patris, altera amicæ.pro suasore Mysis est.Principium ab inuectione:in qua ut hominem accusat, deinde ut patrem. Hocine est.Hoc est dilatare orationem,ne diceret quod fecit & est peruersa αὔξησις, à maioribus descendens ad minora per amplificationẽ accusationis. Factum aut inceptum.] In alijs,factu aut inceptu,fuit. Hocine est officium.] Officium ab efficiendo, ab eo quòd quæritur quid efficere in eo unumquenq; conueniat pro conditione personæ.

Iracundia *Dolor* *Officium* *Quid est, si non hoc est:*

Quid est,si non hoc.] Sic dicimus de his quæ necessario hoc sunt quod dicimus. Si nõ hoc.] Hoc cum stomacho dictum,quasi aliquo contradicente non esse contumeliã.Cicero, Quid est quæso Metelle,iudicium corrumpere,si hoc non est? Vxorem decrerat.] Decernere,est de magnis certam proferre sententiam. Vxorem decrerat.Propositio iniuriæ.

Decernere

Nónne oportuit.] Oportuit:Sed ad patrem refert. Nam nec sic consentirem ad nuptias. sed fac me uelle:Nónne oportuit præscisse me antè? Dolet autem se spacium non habuisse consilio. Nónne prius consultum oportuit?] Quàm de stomacho repertum est oportuit. Et de more,Præscisse me ante.Præscisse proprie ad eum refertur,hoc est Pamphilum. Communicatum.] Quod neq; huius proprium est,neq; illius. Et Ante abundat,aut certe Præcum sufficiat scisse. Communicatum. Quia nuptiarum non omnis potestas in patre est.

Quod uerbũ.Verbũ pro ἀξίωμα more suo posuit, id est, uxorem dare quòd ait. Quid Chremes?] Transit à patre nunc, & ad socerum redit. Quid,non ad Chremetem dicitur: sed ad illum transeuntis est,& nõ considerantis quid dicat. Quid Chremes. Irascitur patri quòd

Verbum

iri quòd cogat,Chremeti quòd non neget uxorem. Noue dolet,non odio haberi, non repudiari. Qui denegarat se commissi.] Non latuerat Pamphilum,repudiasse Chremetẽ, unde & Dauus ait,Qui postea quàm audierat non datum iri filio uxorem suo. Id mutauit.] Noue dixit Id,Id enim ad Denegarat. Commissurum.] Putauerat nuptias. & Chremetem mutare sententiam. Id mutauit, quoniam me immutatũ. παρόμοιον. Nam quoties uerba sunt,παρόμοιον dicitur,quoties nomina, παρωνυμία. Itane obstinate.] Obstinate facere aliquid,est in alterius malum cũ conatu facere perseueranter,& in alterius perniciem nimis niti. Abstrahate?] Magna ui uerbi & proprietate usus est.unde illud est,Iphitus & Pelias mecum,diuellimur inde. Abstrahat. Magna indignatione usus est: tãquam Chremes non tam filiæ consultum uelit,quàm læsum Pamphilum. Alia exclamatio est aduersum socerum, Adeon' hominem. Neminem putat esse in genere humano ita infelicem ut se:quod est commune omniũ qui in aliquo mœrore consistunt.itaq; non se,sed conditionem humanam dolet:& queritur natum esse quenquam, qui possit esse tam miser, ut ipse est,ac per hoc se. Adeon' hominem.] Amatorie,amore nominato exiliuit in gemitus. Sic Virg. Aut si lux alma recessit,Hector ubi est? Inuenustũ aut infelicem.] Inuenustus est sine uenere,id est sine gratia,quem omnes respuãt,repudientq; pulchræ & quem deformes appetant.Inuenustum aut infelicẽ.Inuenustus,cui displicens obijcitur.Infelix,cui placens negatur. Aut infelicem quenquam ut ego sum. Adeo se miserum dicit,quòd sibi repudiare non licet ut propter se doleat humanũ genus,in quo sit aliquis tã miser. Virg. Heu cadit in quenq; tantum scelus? Vt ego sum.] ἀνακόλουθον est Vt.quàm enim inferre debuit, non Vt. Prò deum.] Quàm ferueat indignatione,hinc aspice, quòd frequẽter exclamat.

Παρόμοιον *Παρωνυμία* *Inuenustus*

Effugere.] In totũ fugere. Quot modis cõtemptus,spretus?] Si Chremes spretus intelligimus Pãphilũ dicere,quòd operã dederit,ut se repudiaret Chremes, ut suprà dixit, Mutauit,quia me immutatũ uidet. Quot modis cõtemptus. Chremes,an Pamphilus? Facta,transacta omnia.] Prouerbiale est in id negocij,de quo nihil superest ad agendũ. Facta autẽ,à Pamphilo:transacta etiã à Chremete. Repudiatus repetor.] Quasi hæc iniuria sit, repudiare & repetere.Et tale est in Eunucho,Excluserit,reuocat. Nisi si id est.] Coniectura le argumentũ. Aliquid mõstri alunt: ea.] Duplex contumelia, monstri & aliquid. minus enim esset,aliquod monstrũ.sic, Quid hominis uxorem habes? Et mutauit genus dicendo ea:quoniã fœmina est.Sic in Eunucho,Taces monstrum hominis? non dicturus es?

Effugere

Aliquid monstri.Dum monstrũ dixerat,Ea subiunxit,tanq; non uerbis,sed sententiæ seruiens. Nemini obtrudi.] Mire obtrudi,quasi inuito.& totũ cũ iracũdia obtrudi,infringi, impingi. Itur ad me.] Dotem amator nõ cogitat:& ad utilitatem trahit quòd ultrò uenit, & quòd se repetit Chremes. Itur ad me.Quasi ad hostẽ.Plautus in Pseudulo,Itur ad me. Et Virg.Simul ense relicto,Ibat in Euryalũ propere. Oratio hæc.] Etiã pauca uerba uetares orationẽ dicebãt. Nam quid ego.] Redit ad patrẽ,in quo nouc hoc accusat,negligẽter eũ agere quod noluit fieri. Tantã ne rẽ.] Summũ uoti ac nuptias. Præteriens modo.] Hic ostendit specialiter quid peccauerit. Pater præteriens modo mihi apud forũ.Vndiq; conflatur excusatio.ex facto,quòd præteriens.ex tẽpore,q modo.ex hoc loco,quia in foro. ex uerbis,Vxor tibi ducenda est.Mire Ducenda.semper hoc genus declinationis,necessitatem ostẽdit.ut Virg.Vt pacẽ Troiano ab rege petendũ.Sall.Agendũ,atq; obuiã eundũ est.

Obtrudere *Oratio* *In dus nomina*

Abi cito,& suspende te.] Ad hodie,Cito retulit:ad Vxor tibi ducenda est,Suspende te.

Ineptã saltẽ,falsam.] Duo cõparãtur in defensionẽ.aut uera,aut ad tẽpus accõmodata.Ineptũ est,quod à quouis reprehẽdi potest.Falsum,quod etiã prudentẽ possit fallere.Quod si ego rescissem. Si mecum cõmunicasset prius. Quid facerem?] Ipse se reprehẽdit. Quid facerem.ὑποφορά. Vt ne hoc facerẽ.] Tacerem.& nota facerem pro tacerẽ. Sed nunc.] Deliberatio,& partes eius. Amor,misericordia.] Hæc oratoria sunt,cũ unũ negociũ in multas distrahimus partes. Diuerse trahũt.] Pro,in diuersa trahunt. Amor.] A necessario. Misericordia.] ἀπὸ τοῦ αἰσίου. Misericordia huius, ἀμφιβολία. Nuptiarum sollicitatio.] A perturbatione.Quibus colligit consulere se non posse.Solicitudo est quæ inhæret mentibus. Solicitatio,quæ ab alio fit. Tum patris pudor.] ἀμφιβολία. Qui me tam.] Explanatio, in quo pudendũ sit sibi apud patrẽ.Et ad illud spectat.Tute his rebus finẽ præscripsisti pater.

Ineptum *Falsum* *Diuerse* *Solicitudo* *Solicitatio*

Ei ne ego.] Pronomẽ hoc,uim qualitatis habet.& est,An tali,tam bono? Qui me tam leni passus est animo.Atqui accusabat eum,Sed amator est. Egóne ut aduerser?] Videt inclinasse ut secundũ patris animũ consistat,sed amore ad incerta iterũ deuoluit. Quorsum accidat.] Ad quam rem,quo uersus. Sed nũc per opus est.] Calliditati fœminæ,& astutiæ sententia hæc congruit. Cum ipsa.] Ipsa,nunc domina mea. Aduersum hũc.] Apud hunc.ut alibi,Et id gratum fuisse aduersum te,habeo gratiam. Dum in dubio est animus.] Translatio hæc est à mole alicuius ponderis,quæ antè,quàm in loco sederit,cum incerta,

Aduersum

incerta pendet,facillime commouetur. Quis hic loquitur?] Hoc secum. deinde conuer-
Salue sus,ut uidit,Mysis salue. Salue.] Difficile est aliud inuenire uerbum quod sic declinetur, salue, & saluete. quippe huius uerbi per modos est rara declinatio. Quis hic loquitur? Principium Terentianum in iungendis personis. O salue.] O,interiectio optantis aduentum,aut reperite perculsi. Quid agit?] Amatorie,& familiariter non addidit quæ. Virgilius,Quæ mihi reddat eum,uel eo me soluat amantem. Rogas?] Lenta quædam, & tristis est responsio,& dolore plena. Laborat è dolore.] Duplicem laborem Glycerij esse dicit,unum paritudinis,alterum curæ & solicitudinis nuptiarum Pamphili. Laborat è dolore. Callide aggreditur iuuenem. nam utraq; propter illum perpetitur, & dolorem, & solicitudinem. Atq; ex hoc.] Mysis,quæ contra patrem suasura est,incertum inuenies Pamphilum, facilè ad se conuertit mentione dominæ suæ: & maxime quòd addidit, cur illam ægram esse dicat. quare statim perfectum est quod uolebat, ut dicat Pāphilus, Egóne istuc conari queam? Constitutæ.] Nec addit à patre: sed inuidiosè quasi & à Pamphilo sint constitutæ. An timet in negocio? In hunc diem.] Idem enim dies est quo placuerant desina-
Tum tæ nuptiæ,quamuis Chremes denuntiauerat. & suprà, Hic nuptijs dictus est dies. Tum autem.] Tum,præterea. Tertiam solicitudinem habere Glycerium,ne deseratur à Pamphilo. Solicita est.] Solicitudo rerum incertarum magis est. Quòd in hunc diem sunt constitutæ nuptiæ. Hic certior metus est,& grauior. Egóne istuc.] Ideo sic Pamphilus,quia illa inuidiosè non Deserere cogaris,dixit: sed,deseras. Egóne istuc conari. Non perficere, sed conari uelle aliquid ad scelus,effectio est,etiamsi non potest fieri. hic enim uoluntas, nō
Conari factum damnatur. ut Virgilius,Ausi omnes immane nefas,ausoq; potiti. Egóne conari. Leuius est conari,quàm facere. Egóne propter me?] Magna uis est in pronominibus. & diuersa sunt, & singula, & non præcipitantur, nec dicuntur uno spiritu, sicut in Eunucho, Egóne illam,quæ me,quæ illum? Quæillum,deest,amat: quæ me,deest,non amat. Egóne. Suadenter. subditur,ut fieri sinam. Quæ mihi suum animum.] Ab eius beneficijs.
Suum animum.] Quantum ad amorem pertinet. Atque omnem uitam.] Hoc est ut maritum speraret. Quæ mihi suum animum,atque omnem uitam credidit. Argumenta à consequenti. Si eam deserit, hæc subijciuntur. Quam ego animo egregie charam.] Egregie,præter cæteras: id est nimis. Bene & pudice.] Hic illud soluitur. Lana & tela uictum quæritans,ut hoc præstruat bene & pudice Glycerium esse educatam. Lana & tela uictum quæritans. Et non pertinet ad argumentum, nisi post uitam Glycerij intelligas. Bene & pudice. Ab honesto. Bene & pudice eius Doctum. Hanc sententiam quasi de exemplo probat. nam bene educata est à Chryside,quæ primo pudice uitā,parce, & duriter agebat. Coactum egestate.] Propterea quòd Chrysis, inopia & cognatorum negligētia coacta. Coactum egestate. Non paupertate, sed egestate. cui contrarium. Inopia, & cognatorum negligentia. Haud uereor.] Acuit animum adolescentis contra patrem, cuius etiam nomen graue est. Sed uim ut queas.] Hæc uereor subauditur. Vt,pro Ne non posuit: ut sit, sed uereor ne non queas uim patris ferre. Et ne non possis,non damnatio est, uerum adolescentis prouocatio in contemptū patris. Adeon' me ignauum.] A uerisimili. Ignauum. Quod aduersum necessitatem proferēdum fuit,id primum dixit,adesse sibi uirtutem. quæ sequuntur,ad fidem pertinent. Ità pro tempore contemptum patris pro fortitudine habet.
Ignauum.] Ignauus est,qui uim non potest ferre,qui non est perseuerans. Adeon' porrò ingratum. Porrò, coniunctio est expletiua,aliàs aduerbium temporis. Ignauum & in-
Porro gratum, ἀῤῥησις est. Inhumanum aut ferum. Post subiecta dixit, Adeon' porrò ingratum, aut inhumanum. Mira omnis conuersio. non enim dixit, Adeon' me obsequentem patri existimas,adeo gratum,adeo pium,adeo mansuetum? ita amatoris per omnia seruat conditiones,ut oratorie hoc colligat,scelus esse si parēret nūc patri. Vt neq; me consuetudo.]
Mansuetus Non ordinem reddit. ferum enim reddit ad mansuetum,quod etiam feræ mansuescunt. Neq; amor.] Ad illud,Inhumanum. Amor nanq; uehemētior est in homines. Virgilius, Quid iuuenis,magnum cui uersat in ossibus ignem Durus amor. Pudor. ad ingratū retulit. Vt neq; me consuetudo: neq; amor. ἀπόδοσις ad superiora. Consuetudo, aduersus feritatem. Amor, aduersus inhumanitatem. Pudor aduersus ingratum animum. Cōmoueat neq; cōmoneat.] ἀῤῥησις est ad maiora. Vt seruē fidē.] Exquisite: nō dixit ut cōtemnā patrē.
Vnū hoc scio.] In eodē hæret, ut excitet iuuenē: neq; audire se fingit quod dicit. Vnū hoc scio. Vide q; callida sint quæ à Myside subijciunt ad irritandā promissionē Pamphili. Vnū hoc scio, Subijcit illa quæ ardentē incēdant magis. nā dixit ille omnia quibus cogitur seruare fidē: sed de merito eius aut nihil dixit, aut parū. Vnum hoc scio. Quasi hoc dicat, Quid tu facturus sis equidem nescio, sed unū scio. Vt memor esses sui.] Inuidiosè, quasi oblito: adeo cōmouet hoc dicto Pāphilus. Vt memor esses sui, bene præterito quoniā quæ præte-

rita

rita sunt,in recordatione magis lachrymabilia sunt. ut Virg. c. p. i. & q. t. d. r. Idē alibi, Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat. O Mysis, Mysis.] Primum uocandi, alterum increpandi est. Etiam nunc scripta.] Id argumētum est quàm uiuæ memor sit, qui etiam mortuæ uerborum meminerit Chrysidis de Glycerio. Iam fermè.] Fermè, aduerbium est festinantis. Moriens me uocat.] Ex tempore probauit locutam uera esse, nō ficta & simulata. nam qui sani sunt, spe longioris uitæ adulantur. Virg. Et dulcis moriens reminiscitur Argos. Iam fermè moriens. Affectus à tempore, quòd postrema uox erat. Accessi. uos semotæ. nos soli. Figuræ proprie Terentianæ, ἀσύνδετον καὶ ὑπερβατόν. Vos semotæ. deest. estis. Nos soli. deest remansimus, ut est illud, Egóne illam, quæ illum, quæ mē? Vos semotæ. nos soli. Habuit fidem, quòd soli fuimus, quòd nemo testis. an timuit, ne hoc pater ante firmatum amorem cognosceret? Incipit.] Deest, dicere. Præparatio, & quasi uestibulum orationis est. Inceptio dicitur orationis, quæ longa taciturnitate, meditate, grauiterq; profert. ut Virgilius, Tum pater omnipotēs, rerum cui summa potestas, Infit. Mi Pamphile.] μίμησις per προσωποποιΐαν. & principium à blandimento. Mi Pamphile. Imitatus est etiam blandimentum Chrysidis. Huius formam.] Amat compendium lassitudo. formam enim dicendo, pulchritudinem significat. ætatem, quòd parua. Huius formam atq; ætatem. Duplex cautela commendationis, forma & ætas, ut suprà, Forte unam aspicio adolescētulam Forma, &c.
Mi Pamphile. Vide redditam uoci morientis densis interuallis interruptam orationem, utpote lasso anhelitu interueniente. Vtræq; res inutiles.] Legitur, & utiles. Et ad pudicitiam.] Propter formam dixit. Et ad rem tutandam. Propter ætatem. ἀπόδοσις. Quod te per.] Quod, propter quod. ut, Quod te per superos. Et est ordo, Propter quod te oro.
Per hanc dexteram.] Tenet eum, ut apparet. Per hanc dexteram. Fidei & fœderis mēbrum. Ad manum fit conuentio. Et ingenium.] Legitur, & genium. Per huius solitudinem. Legitur, & sollicitudinem. Obtestor.] Obtestatio dicitur quando eum adiurantes quem rogamus, oramus per eas res propter quas rogamus. Virg. Per cuersæ genitor fumantia Troiæ Excidia obtestor. Ne abs te hanc segreges, neu deseras. Ad fidem, ne segreges, retulit: ad solitudinem ne deseras. hoc est, ne aliam ducas, aut amare desinas, etiamsi aliam ducas. Ne abs te hāc segreges. Quasi ipsam manu tenens, Hanc: propter formā, & ætatem. Segreges. Hoc uerbum simplex fieri non potest. neu deseras. postremo te obtestor. Sextum παρέλκον. dixit enim iam, Quod ego te per hanc dextram oro. Si te in germani.] Sic tunc dicimus, quando præstitimus aliquid, & tamen nolumus exprobrare, ut Virgilius, Si qua tuis unquā pro me pater Hyrtacus aris Dona tulit. Et alibi, Si bene quid de te merui. In germani fratris. Non fratris solum, sed etiam germani. Siue hæc, te solum.] Si aut te mihi quoq; prætulit, aut nullum alium nouerit amatorem in domo meretricis. Morigera.] Hoc quasi amanti utile fuit. Virgilius, Fuit aut tibi quicquam Dulce meū. Te isti uirum do.] Hæc, ut diximus, & singula sunt, & non præcipitantur, nec dicunt uno spiritu. Amicum.] Potest enim & maritus esse, sed non amicus. sed affectu mariti retulit amicum. Tutorem.] Quasi orbæ. Patrem.] Quasi paruæ. Virum.] Ne segreges.
Amicum.] Ne deseras. Patrem.] Ad illud quod ait, Et ad pudicitiam. Bona nostra tibi hæc commendo, & tuæ committo fidei. Conclusio per mandatum & obtestationem efficax satis. Te isti uirum do. Apparet quòd iunctis dextris hæc dicebat. idq; &, Per hanc dextram te oro. Bona nostra.] Hæc uerba quasi suppellectilem suam ostendentis sunt. Bona nostra. Hoc est, Ad rem tutandam. Hanc mihi in manum dat.] Confirmatæ sunt legitimæ nuptiæ per in manum conuentionem. Et mire hanc, non, huius manum. Mors continuo ipsam occupat. Quo magis memorem oportet esse eorum, post quæ illa nihil locuta est. Accepi.] Proprie, quasi uxorem. Acceptam seruabo.] Concluſit partem deliberationis suæ per electionem. Sed cur tu.] Corripit, quòd abeat ab illa. Cur, non interrogantis, sed corripientis est, & increpātis quòd Glycerium deserat. Obstetricem.] Quæ opem tulerit parienti, obstetrix dicitur: unde & parturientes fer opem clamant. Propera. atq; audin'?] Et interrogatio quo eat, & reuocatio, ad argumentum magni amoris accedit.
Verbum unum caue de nuptijs.] Deest, dicas. figura ἔλλειψις. De nuptijs.] Non quod hodie futuras nescierit Glycerium: sed quod illas hodie indixerit pater filio: cum suprà & Pamphilo & Glycerio disturbatæ uiderentur, Quia sunt constitutæ in hunc diem. Caue.] Annotant quidam caue hic corripiendum esse. Ne ad morbum hoc etiam. Iterum ἔλλειψις. deest enim, accedat.

ACTVS

Incipere oratione

Si te in germani

Accipere uxorem

Obtestari

Quod

ACTVS SECVNDI SCENA PRIMA

CHARINVS ADOLESCENS. BIRRIA SERVVS. PAMPHILVS

Daturne, etc Dimeter eſt

QVID ais Birria? datúrne illa hodie Pamphilo
Nuptum? B. ſic eſt. C. qui ſcis? B. apud forum modo *Senarij*
De Dauo audiui. C. uæ miſero mihi. ut animus in
Spe, atq; in timore uſq; ante hac attentus fuit:
Ita poſtq; adempta ſpes eſt, laſſus, cura confectus ſtupet. *Tetrametri Iamb.*

B. Quæſo ædepol Charine, quoniam id fieri quod uis non poteſt, uelis
Quod poſſit. C. nihil aliud, niſi Philumenam, uolo. *Senarius*
B. Ah, quanto ſatius eſt, *Monometer*
Te id dare operam, qui iſtum amorem ex animo dimoueas tuo, *Duo troch.*
Quàm id loqui, quo magis libido fruſtra incendatur tua. *tetrametri*
C. Facile omnes, quum ualemus, recta conſilia ægrotis damus: *Iamb. tetrametri*
Tu ſi hic ſis, aliter ſentias.. B. age age, ut lubet. C. ſed Pamphilum
Video. omnia experiri certum eſt prius quàm pereo. B. Quid hic agit?
C. Ipſum hunc orabo. huic ſupplicabo· amorem huic narrabo meum·
Credo impetrabo, ut aliquot ſaltem nuptijs prodat dies.
Interea fiet aliquid ſpero. B. id aliquid nihil eſt. B. Birria,
Quid tibi uidetur? adeon' ad eum? B. quidni? ſi nihil impetres,
Vt te arbitretur ſibi paratum mœchum, ſi illam duxerit?
Iambici trimetri C. Abi hinc in malam crucem cũ ſuſpicione iſtac, ſcelus. *Suſpicor abin aut abeas legendum ut conſtet uerſus*
P. Charinum uideo. ſalue. C. ó ſalue Pamphile.
Ad te uenio, ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium expetens. *Troch. tetrametri*
P. Neq; pol auxilij locum habeo, neq; conſilij copiam.
Eliditur ſ. in iſtud Sed iſtud quid nam eſt? C. hodie uxorem ducis? P. aiunt. C. Pamphile
Si id facis, hodie poſtremum me uides. P. quid ita? C. hei mihi,
Vereor dicere· huic dic quæſo Birria. B. ego dicam. P. Quid eſt?
B. Sponſam hic tuam amat. P. næ iſte haud mecum ſentit. ehodum dic mihi,
Nunquid nam amplius tibi cum illa fuit, Charine? C. ah Pamphile
Nihil. P. quàm uellem. C. nunc te per amicitiam, & per amorem obſecro,
Principio ut ne ducas. P. dabo equidem operam. C. ſed ſi id non potes:
Aut tibi nuptiæ hæ ſunt cordi. P. Cordi? C. ſaltem aliquot dies
Profer, dum proficiſcor aliquò, ne uideam. P. audi nunc iam. *Si diuidis iam. uerſus conſtat*
Ego Charine, neutiquam officium eſſe liberi puto, *Iamb. tetrameter niſi*
Cum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi. *elidas u in poſtulare*
Trochaici Nuptias effugere ego iſtas malo, quàm tu adipiſcier.
C. Reddidiſti animum. P. nunc ſi quid potes aut tu, aut hic Birria,
Facite, fingite. inuenite, efficite, qui detur tibi.
Ego id agam, mihi qui ne detur. C. ſat habeo. P. Dauum optume

Video

Video, cuius conſilio fretus ſum. C. at tu hercle haud quicquam mihi,
Niſi ea, quæ nihil opus ſunt ſcire. fugin' hinc? B. ego uero, ac lubens. *In opus elidi/tur s*

QVid ais Birria?] In hoc colloquio altera pars oſtenditur fabulæ. Siquidem Andria ex duorum adoleſcentium pauoribus, gaudijſq; componitur, cum ferè ſo/lam Hecyram Terentius ex unius comœdia adoleſcentis effecerit. Quid ais Birria? Has perſonas Terentius addidit fabulæ· nam non ſunt apud Menandrum, ne τραγικώτερον fieret Philumenam ſpretam relinquere ſine ſponſo, Pamphilo aliam ducente. Quid ais Birria? Ex uerbis Charini apparet Birriam nuntiaſſe nuptias futuras cum Pamphilo: nec adducitur tamen ut ſtatim credat, & accommodet animum. Sæpius ergo repetit interrogando. Et bene Illa, uelut amatorie, de certa loqueretur *Ille* perſona. Sic Virgilius, Solam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiã tibi credere ſenſus. Ergo non Aeneas, ſed ille. Et item hæc, non Philumena, ſed illa, dixit. Quid ais Birria? Miratur magis, quàm interrogat uel potius indignatur. Sic eſt.] Hoc cum indignatione ſtomachi dixit. Qui ſcis?] Non uult enim uerũ eſſe. Qui, quatenus, unde hoc ſcis? Apud forum.] De loco. De tempore, modo. De perſona, de Dauo. Væ miſero.] Tandem aliquãdo productus eſt ut crederet. Væ interiectio in his rebus quas execramur. Apud forum modo de Dauo audiui. Plurima dixit ad confirmandum Birria, quando interrogatus eſt: à loco, à tempore, à perſona. Vſq; antehac.] Id eſt antè, quàm tua uerba audirem. & duas præpoſitiones poſuit ut dicitur: ſed una eſt tantum, uelut aduerbium, nõ iam præpoſitio. Attentus fuit.] Vt attentius audire, dicitur. Vſq; antehac attentus. Nulla præpoſitio præpoſitioni adiungi ſeparatim poteſt. Vſq;, eiuſmodi eſt, ut ſine aliqua præpoſitiõe raro inueniatur. Laſſus cura, confectus ſtupet. Laſſus cura, ex præterita ſpe. nunc confectus, id eſt ſic uulneratus, aut percuſſus, ut ſanari non poſſit. Laſſus, cura confectus, ſtupet. Laſſus, adempta attentione. Cura confectus, confirmato timore. Stupet, abiecta ſpe. Quæſo ædepol.] Obiurgantis eſt Quæſo, uel etiam rogantis. Quoniam non poteſt.] Conſolatio ad *Confectus* id quod fieri non poteſt, ſuadens, Id uelis quod poſſit. Prouerbiale. Nihil aliud.] Hoc magis gemitu amatorio, quàm ut reſponderet Birriæ, dicit: quaſi magis Philumenam uelit, q̃s uitam & lucem. Idem alibi, In eo me oblecto: ſolum id eſt charum mihi. Non enim dixit, Nullam uolo aliam quàm Philumenam: ſed, Nihil uolo aliud: quod infinitum eſt. Qui iſtum.] Qui, pro ut. Ex animo.] Legitur ex corde ejcias.· Tu ſi hic ſis.] Hoc geſtu ſceni co melius commẽdatur. Nam hæc magis ſpectatoribus, quàm lectoribus ſcripta ſunt. Hic ergo ſeipſum oſtendens, dicit, & eſt Hic pronomen. Sed Pamphilum.] Sed, inceptiuum *Sed* pro atq; eccum Pamphilum: ut Salluſtius, Sed & Metellus in uulnere. Hoc nõ diſcretiuum: ut ſi dicas, ſapiens, ſed miſer· hic enim diſcretiuum erit. Age age ut lubet.] Aduerſus hæc non habuit quid loqueretur. & eſt permiſſio reprobantis ea quæ conſentit. Sed Pamphilum uideo.] Hæc per ἀποτροφὴν fingũtur. Omnia experiri.] Idem alibi, Omnia prius experiri, quàm armis, ſapientem decet. Virgilius hanc quoq; poſuit ſententiã, Ne quid inexpertum fruſtra moritura relinquat. Ipſum hunc.] Bene ipſum, quaſi autorem & principem. *Ipſe* refertur etiam ad dignitatem. Orabo· huic ſupplicabo.] Oramus, quæ bona ſunt: Suppli *Oro* camus in aduerſis magis, uel cum lachrymis. Amorem.] Non ſtudium, aut uoluntatem: *Supplico* ſed amorem: Nec petam, ſed narrabo dixit: totum magnifice. Hunc orabo, huic ſupplicabo. Proœmia ſunt petitionis, quibus oſtendit poeta rationem, qua noua, & improba res, tamen petitur. Vt aliquot ſaltem.] Saltem, deſperatis rebus ſolam petẽtes ſalutem, hoc uer- *Saltem* bo utimur. Prodat uerò, proferat, prolatet, differat. Lucilius in quinto, An porrò proden- *Prodere* da dies ſit: Interea fiet aliquid.] Tale eſt hoc, quale illud. Interea aliquid accidet boni. Sed nihil illum dixiſſe, poeta per ſeruum oſtendit, dicẽdo, Id aliquid nihil eſt. Fiet aliquid. Vt ſuprà, Impetrabo. Adeon' ad eum?] Conſuetudine magis quàm ratione dicitur, unum enim Ad abundat. Quid, niſi nihil, impetres? aut. Quid niſi nihil, impetres ut te, &c. In utroq; idem ſenſus eſt: ſed ſuperior per εἰρωνείαν inferior per ſimplicem explanationem ſoluitur. Et ſi Quid ni legitur, ſubaudiendum, adeas: ut ſit, Quid ni adeas? ut ſi nihil impetres, te arbitretur paratum mœchum, ſi illam duxerit. Si nihil impetres.] Impetres per, ὑποφορὰν dictum uidetur, pro petas, quoniã petitionem ſæpe impetratio ſequitur. Charinum uideo.] Non imperite Pamphilum priorem loqui fecit, ſed ut fiduciã det Charino loquendi: quod & Virgilius eleganter, Heus, inquit, iuuenes monſtrate, mearum Vidiſtis ſi quam hic errantem forte ſororum. Charinum uideo. Ad hoc prior incipit Pamphilus, ut ad cõfeſſionem Charino minus clauſa præ pudore ſit uia. Conſilium expetens.] Eleganter, quoniam demens & improbum eſt quod petit, nouiſſimum poſuit conſilium: ut ſi non

possit concedi,uel consilium expetat ad sanandam dementiam. Cicero,Tu da salutem,qui spem dedisti. Salutem,auxilium,consilium expetens. Vt in petitionibus fieri solet,beneficium petens utitur partibus deliberatiuæ. Neq; pol consilij locum.] Apud amantẽ neq; cõsilij facultas,apud inopem neq; copia auxilij. His duobus ostendit etiam sese amatorem

Neq; pol consilij locum habeo,quia amo:neq; auxilij,quia sum miser. Sed istud quid nam est? Hoc si non adderet,locus confitendi amoris Charino nullus fuisset. Hodie uxorem ducis?] Vide miram interrogationem,ante confessionem. Aiunt. *Aiunt*

] De ea re dicimus, quam uolumus esse falsam. Si id facis.] Nihil prius,quàm se moriturum dixit, pudenda dicturus. Inde datum est,ut ille instantius quæreret causam. Hodie,postremum. *Postremum*

] Plus dixit,quàm si dixisset,Morior hodie. Hodie postremum. A necessario:quia uiuere non potest.& postremum aduerbium est. Sponsam hic tuam amat.] Nulla cunctatione Birria, sed facete, παρρησιαστικῶς seruili paratissime narrat. Næ iste haud.] Næ,ualde.ut & Cicero, Næ illi uehementer errant. Sensus hic est,Non id amat quod amo, nec id odio habet quod odi. hoc est,ualde iste,inquit,non mecum sentit:id amat quod ego odi. Sponsam hic tuam amat. Callide & sponsam,& amat:hoc est,neq; adhuc uxor tua est, neque aliquid admisit, quia amat tantum. Næ iste haud mecum sentit. Næ,ualde:aut,ut quidam uolunt,ó quàm. Lucilius in decimo,Næ in arce bouem discerpsi magnifice,inquit. Nihil ne amplius tibi cum illa fuit?] Artificiosè personã expressit Terentius nuptias recusantem:& simul τὸ πρέπον uirgini seruauit. Quam uellem.] Vtiq; ut esset causa recusandæ. Per amicitiam.] Suam & Pamphili. Et per amorem.] Suum tantum circa uirginem. Vt ne ducas.] Sufficeret dixisse,ne ducas. Dabo equidem operam.] Plus illi promisit,quàm ille poposcit. Non potest.] Deest,fieri.& hoc ad patrem retulit. Aut tibi hæ nuptiæ.] Hoc ad Pamphilum pertinet. non enim unum,& idem est nam si idem esset:nuptiæ hæ sunt tibi cordi, superuacuũ esset additum. Cordi?] Animo.acute. *Cor*

Dabo equidem operam. Pronuntiatione leuandum est. Plus enim dixit,dabo operam quàm si diceret,non ducam. Saltem aliquot.] Primo quæ maiora sunt,petit:postremo quæ ex his uidentur minima.& hoc arte, ut, Incute uim uentis,submersasq; obrue puppes. Et ad postremum,Aut age diuersas,& dissice corpora ponto. Profer.] Prolata,produc,differ. Aliquo,ne uideam.] Aliquo dixit, ut exilium esset incertum. Audi nunc iam.] Correptio impatientis,qui nõ sustineat audire de exilio. Ego Charine.] Sententiæ quæ ex pronominibus incipiunt, sera semper, sed uera promittunt. Virgilius,Me natam nulli ueterum sociare procorum Fas erit. Ego Charine,neutiquam officium. Sensus hic est,Non puto,inquit,hominem liberum,qui cum nihil præstet,haberi gratiam sibi poscat. ergo,cũ tibi nihil præstem, nolo mihi gratias agas non enim tui causa fugio,quòd prius quàm me peteres,magis nolebam ducere,quàm tu cupis. *Proferre*

Cum nihil promereat.] Mereri,est aliquid mercedis pro labore sumere. cũ dicimus, Nihil meretur,hoc intelligit,nihil mercedis dignus est accipere. Neutiquam.] Vna pars est orationis,pro nequaquam. Aut alio modo dicitur,cum is nihil promereat, id est præstet. ut Virg. Quicq; sui memores alios fecere merendo. Et, Nunquã regina negabo Promeritam. E contrario,lædit. Quid commerui,aut peccaui patres? Cum is nihil promereat. Laboret,uel mereatur,uel mercedis petere debeat. ut, Quid meret machæra? Plautus in Pseudolo. Id gratiæ apponi sibi.] Addi in gratiam suam,id est sibi gratiam merere. Nuptias effugere.] Interposita distinctione,uultuose hoc dicitur, hoc est cum gestu. Reddidisti animum.] Plus dici non potuit. Aut tu,aut hic Birria.] Hic ἀκριτόμυθος quasi efficaciorem ostendit. ergo ad comparationem alterius refertur. Facite. fingite. inuenite. efficite.] Fit quod uerum est. Fingitur quod falsum est. Inuenitur,ne temere fiat. Inuenite ergo,agite dicit post cogitationem. Efficite,id est in effectum perducite. Sallust. Nam & prius quàm incipias, consulto:& ubi consulueris,mature facto opus est. Facite. fingite. inuenite. Mire expressit Pamphili animum nuptias recusantis, cui quicquid dixerit parum est. Qui detur.] Qui,pro quemadmodum. Ne mihi.] Veteres frequenter Ne pro Non dicebant. Ego id agam mihi qui ne detur.] Non dixit,ego non instabo ut ducam:sed,quod est amplius.& recte utriusq; opera opus non enim continuo ducet Charinus,si non duxerit Pamphilus. *Mereri* *Neutiquam* *Reddere animum* *Facere* *Fingere* *Inuenire* *Efficere*

Sat habeo.] Sic antiqui pro sufficit,sat habeo dicebant, an uel abundat? At tu Hercle.] Deest,affers,dicis,nuntias. Nisi ea quæ.] Hoc est,Datúrne illa hodie Pamphilo nuptum? B. Sic est. C. Qui scis? B. Apud forum modo de Dauo audiui. Quod memor est Charinus se non libenter audisse. Fugin' hinc?] Comminantis est,& abigentis à se. Ego uero,ac lubens.] Nemo libenter fugit,nisi coactus necessitate. Hic, etiam lubens dixit:quod est,lubenter. *Sat habeo*

ACTVS SECVNDI SCENA II.

Trochaici tetrametri

DAVVS, CHARINVS, PAMPHILVS.

D. DI BONI, boni quid porto sed ubi inueniam Pamphilum?
Vt metũ,in quo nunc est,adimã:atq; expleam animũ gaudio.
C. Lætus est,nescio quid. P. nihil est. nondum hæc resciuit mala.
D. Quem ego nunc credo,si iam audierit sibi paratas nuptias,
C. Audin' tu illum? D. totum me oppido exanimatum quærere.
Sed ubi quæram? aut quò nunc primùm intendam? C. cessas alloqui?
D. Abeo. P. Daue ades,resiste. D. quis homo est,qui me? ô Pamphile.
Te ipsum quæro. euge ó Charine. ambo opportune uos uolo.
C. Daue,perij. D. quin tu hoc audi. C. interij. D. quid timeas,scio.
P. Mea quidem hercle certe in dubio uita est. D. & tu quid,scio.
P. Nuptiæ mihi. D. & id scio. P. hodie. D. obtũdis,tametsi intellego.
Id paues,ne ducas tu illam. tu autem, ut ducas. C. rem tenes.
P. Istuc ipsum. D. atq; istuc ipsum,nihil periclí est me uide.
P. Obsecro te,quàm primum hoc me libera miserum metu. D. hem
Libero uxorem tibi iam non dat Chremes. P. qui scis? D. scio.
†Tuus pater modo me prehendit. ait tibi uxorem dare *Tuus unica syllaba est*
Se hodie: item alia multa, quæ nunc non est narrandi locus.
Continuo ad te properans percurro ad forum,ut dicam tibi hæc.
Vbi te non inuenio,ibi ascendo in quendam excelsum locum.
Circunspicio. nusquam. forte ibi huius uideo Birriam.
Rogo. negat uidisse. mihi molestum. quid agam,cogito.
Redeunti interea ex ipsa re mihi incidit *suspicio hem, *In suspicio antepenultima producitur*
Paululum obsoni ipsus tristis de improuiso nuptiæ
Non cohærent. P. quorsum nam istuc? D. ego me continuo ad Chremem:
Quum illò aduenio,solitudo ante ostium. iam id gaudeo.
C. Recte dicis. perge. D. maneo. interea *introire neminem *Introire trisyllabum est*
Video,exire neminem,matronam nullam. in ædibus
Nihil ornati,nihil tumulti. accessi intro,aspexi. P. scio.
Magnum signum. D. num uidentur conuenire hæc nuptijs?
P. Non opinor Daue. D. opinor narras non recte accipis,
Certa res est. etiam puerum inde abiens conueni Chremis.
Olera,& piscículos minutos ferre obolo in cœnam seni.
C. Liberatus sum Daue hodie tua opera. D. at nullus quidem.
C. Quid ita? nempe huic prorsus illam non dat. D. ridículum caput.
Quasi necesse sit,si huic non dat,te illam uxorem ducere:
Nisi uides,nisi senis amicos oras,ambis. C. Bene mones.
Ibo,etsi hercle sæpe iam me spes hæc frustrata est. Vale.

DI boni.] Hæc ſcena conſilium continet perſonarum, ad quas maxime pertinet argumentum. Et hic eſt locus in quo, ut fieri ſolet, fortuna miſta rebus diſpoſitis, magnas turbas dat. Di boni, boni quid porto. Non mirum quòd inſolentius Dauus exultat, qui, ut Simo dicebat, timidus fuit: ut ipſe Dauus, etiam deſperauit ex nuptiarum terrore, quas nunc falſas cõperit. Di boni, boni quid porto. Ex proximo repetiuit bis: ſed tamen alterum, nominatiuo plurali: alterum, genitiuo ſingulari dictum eſt. Quid porto.] Non ſolum corpore, ſed etiam animo portamus tam bona, quàm mala. Sic alibi, Ne quid Andria apportet mali. Vt metum in quo nunc eſt, adimam, atq; expleã animum gaudio. Ordine locutus eſt. prius enim metum adimere: ſic demum gaudio perfundere. Hic ordo etiam in laude ſeruatur. Neſcio quid.] Deeſt propter: ut ſit, propter neſcio quid. Quid.] Aduerbiale. Exanimatum.] Perterritum, perturbatum. Sed ubi quæram?] Nunc in omnes ſe partes uerſat, quærens quò dirigat curſum. Abeo.] Videtur quaſi conſtitiſſe: deinde quaſi elegiſſe, quò pergat. Habeo per Hinueni. legitur & abeo: uti meritò illi dicatur, Reſiſte. Quis homo eſt, qui me? ô Pamphile.] Antè uidet, quàm compleat orationem. Euge ô Charine.] Euge, modo pro interiectione poſitum eſt. Opportune.] Deeſt, adeſtis: non, opportune uos uolo. Daue, perij.] Proprium eſt dolentibus præfeſtinare quæ dolent. ἀκολουθία. Habet nonnullum affectũ quod addidit, Daue. Quin tu.] Quin modo pro imo aliàs, cur nõ? Mea quidem Hercle.] Videtur Charinus plus dixiſſe, Perij, quàm Pamphilus, Mea quidem hercle certe in dubio eſt uita. Sed non eſt hoc. plus enim Pamphilus dixit. Nam qui uiuit, non poteſt interiiſſe: is autem qui uiuit, uitam poteſt in dubio habere. Ideo & iurauit, Hercle: & affirmans iuſiurandum, Certe addidit. Bene Certe: quaſi illud interij, falſum ſit. Ita Pamphilus plus fecit periturum ſe eſſe dicendo, quàm Charinus interiiſſe. Et quid tu, ſcio.] Mira compẽdia, quæ contrahit poeta longitudine fabulæ: nec tamen perdit affectus perſonarum. Et tu quid. Deeſt timeas. Et id ſcio.] ἐν ὑποκρίσει. tanquam dicat, nihil eſt. Et id ſcio. Legitur, etſi ſcio.

Hodie.] Tempus addidit, tanquam rem ſciens. Obtundis.] Sæpe repetendo, idem dicere, obtũdere eſt. translatio à fabris, qui ſæpe repetũt tundendo aliquid malleo, & idem obtundunt, & hebetant. Obtundis, tametſi.] Poteſt eſſe ἀνατροφὴ: ſed ſyncerius eſt, & melius ſubdiſtinguere. Id paues.] Deeſt Ob: ut ſit, ob id. hoc autem Pamphilo dicit. Tu autem ut ducas.] Pro ne non, ut poſuit. Hoc Charino. Atq; iſtuc ipſum ἐν ὑποκρίσει. Ille enim hoc idem dixerat cum exclamatione: quod quaſi uanum contemnit. Me uide.] Vtrum, lætus ſum? an, me ſpecta fidei datorem? ut dici ſolet, me habe, me reſpice. Obſecro te.] Cum precibus & tẽpus admiſcuit. Et bene libera. perfecta enim ſecuritas, liberatio nominatur.

Hem.] Ecce, demonſtratio eſt facti. Vxorem tibi non dat iam Chremes.] Oratorie à ſumma cœpit: cuius partes, multis dicentur. Iam non dat.] Bene Iam. quod ſi non dixiſſet, intelligeret Pamphilus uel poſtea Chremetem filiam eſſe daturum. Sed addito Iam, plena ſecuritas eſt. Iam enim, renuntiatio eſt perpetuitatis. Scio.] Præparatio eſt auditoris ad eam narrationem, quæ oſtendit argumenta falſarum nuptiarũ. Me prehendit.] Pro prendit. Addita aſpiratione geminauit ſyllabam. Et prehendit dixit, quaſi uitãtem ac fugientẽ.

Ait tibi.] Ait, propriè quia contemnenda dicuntur. Ait tibi uxorẽ dare ſe. Coniectura facit ex malis, quæ præceſſerunt. Ait tibi uxorem dare ſe. Dicit cur primò crediderit ueras, dicturus ſubinde cur falſas. Item alia multa.] Bene diſtulit narrationem, ne ſi audirent Charinus & Birria, deſinant dolos ſtruere aduerſum uigilantiſſimum ſenem. Item alia multa. Commoda narratio à neceſſarijs tantum. Minas autẽ ſenis prætermiſit, ne corrumperet bona quæ nuntiabat. Quæ nunc.] Argumentũ eſt, quærere potuiſſe eum qui ſit territus. nam timor curam parit. Narrandi locus.] Modo tempus, ſpatium. Quæ nunc non eſt narrandi locus. Non uult dicere quàm minaciter ſecum egerit ſenex, quamq; inſtet nuptijs, ne Charinum Birriamq; de ſpe deijciat, quos uult ſecum adniti, ne uxorem Pamphilus ducat. Properans percurro.] Vide quantum dixerit, Properans, & percurro, ut continuationem curſus oſtenderet. Vbi te nõ inuenio.] Vbi, modo non eſt aduerbium loci, ſed temporis, pro poſtquàm. Vbi te non inuenio, ibi. A ſummo ad imum diuiſiones, quibus dicta & facta continentur: ſub quorum genere ſunt ſpecies nunc dictorum, nunc factorum, cum conſideratione rerum perſonarumq;. Nuſquam.] Deeſt, uidi. Video Birriam.] Deeſt ſeruum. & recte. dixerat enim, Apud forum modo de Dauo audiui. Rogo. negat uidiſſe.] Mira breuitas, & imitanda. Paululum obſoni.] Hinc eſt quod ait, Nimium parce facere ſumptum.] Ipſus triſtis. de improuiſo nuptiæ.] Mire, & moraliter. ex his eũ quæ facta non ſunt, docet quid feciſſe deberet. &, de improuiſo nuptiæ, pronuntiandum.

Ego me continuo.] Et bene continuo ad Chremem: ut ſi ab utroque hoc fieret, eſſet uera ſuſpicio Daui. Ego me continuo. Deeſt duco. Conſuetudine dictam eſt, & ἐλλειπτικῶς.

Egomet

Portare
Me uide
Liberatio
Hem
Iam
Prehendere
Aio
Euge
Quin
Certe
Percurro
Vbi
Obtundere
Vt
Locus

Egomet. Vna pars orationis eſt. Chremem.] Chremem, & Chremetem, ut Darem & Daretem. Solitudo ante hoſtium.] Signa ab his quæ ſunt, quæ non eſſe deceret. Iam id gaudeo.] Quaſi auerſum, & non conſentientem Pamphilum excitat ad gaudium lætitia ſua. Iam id gaudeo. Sic Virgilius, Cum uenit auleis iam ſe regina ſuperbis. Recte dicis, perge.] Vultu enuntiandum. Hoc dicit Pamphilus. Maneo.] Ne, At parum temporis fuiſti. Interea.] Temporis longi ſignificatio. Introire neminem.] A non factis. Exire neminem.] Quid ſi intus erant? ideo ait, exire neminem. Nihil ornati.] ἀρχαϊσμός. Sic Salluſtius: Ergo Senati decreto ſeruiendúmne ſit. Signum.] Proprie, pro argumẽto. Non uidentur. A ſequentibus argumentum. Non opinor.] Ille opinionem accommodat tantum, hic multũ tribuit coniecturis. Non opinor.] Quoniã argumenta ſunt, & coniecturæ, opinor dixit. Nam contra opinionem, certa res eſt. quæ autem opinamur putamus: quæ putamus, incerta ſunt. Opinor narras?] Bene à prima ad ſecundam perſonam. Piſciculos minutos.] Sufficeret diminutiue piſciculos dixiſſe. Quòd ſic minutos dixit, & pretium, obolo eſſe emptos: quæ eſt ultima nummorum ſignificatio. Sunt enim genera minutorum piſcium quæ magno uenẽt. Hic ergo ex pretio uiliſſimos piſces ſignificauit. Et, quid ſi minutos, ſed omnibus? Seni dixit, ut obſonationis oſtenderet cauſam. Olera & piſciculos.] Quod ſupra generaliter, paululum obſoni: hic ſpecialiter dixit. Chremi.] Sic Chremi, ut Vlyſſi, & Achilli. Etiam puerum.] Etiam, pro præterea. In cœnam ſeni.] Mire ſeni, cuius eſt maior cura domi. Nullus.] Pro, non: ut alibi nullus dixeris. Quid ita?] Vna pars orationis. Ridiculum caput.] Pro toto homine. nemo enim ore contempto, ex alijs membris hominem uelit ſignificare. & eſt ὀνυκικῶς καὶ τροπικῶς. Quaſi neceſſe ſit, ſi huic nõ detur, te illam uxorem ducere.] Oſtendit ἐνθύμημα uitioſum hoc eſſe, in quo, altero ſublato, nõ neceſſario alterum relinquatur. Niſi uides, niſi ſenis amicos oras, ambis.] Hoc laborat Dauus, quemadmodũ Philumenam Charinus proprijs laboribus promereatur uxorem. Niſi uides, niſi ſenis amicos oras. Artificioſe Dauus Charinũ excitat, ut ſi fieri poſſit, adiuuetur negocium Pamphili dum ille ſibi prouidet. Niſi uides.] Prouides. Ambis.] Magnarum rerum deſiderium & appetitus, ambitio dicitur. Confirmata re à factis & à perſonis, deliberatiua naſcitur.

Interea
Ornati
Signum
Opinari
Putare
Obolus
Etiam
Nullus
Videre
Ambitio

ACTVS SECVNDI SCENA III.

Trochaici tetrametri catalectici.

PAMPHILVS DAVVS

QVID igitur ſibi uolt pater? cur ſimulat? D. ego dicam tibi.
Si id ſuccenſeat nunc, quia non det tibi uxorem Chremes,
*Ipſus ſibi eſſe iniurius uideatur, neq; id iniuria,
Prius, quàm tuũ animũ ut ſeſe habeat ad nuptias, perſpexerit.
Sed ſi tu negaris dicere, ibi culpam in te transferet.
Tum illæ turbæ fient. P. quid uis patiar? D. pater eſt Pamphile.
Difficile eſt. tum hæc ſola eſt mulier. dictum ac factum, inuenerit
Aliquam cauſam, quamobrem eijciat oppido. P. eijciat? D. cito.
P. Cedò igitur, quid faciam Daue? D. dic te ducturum, P. hem. D. quid eſt?
† P. Egóne dicam? D. cur non? P. nunquam faciam. D. ne nega.
P. Suadere noli. D. ex ea re quid fiat, uide.
P. Vt ab illa excludar, huc concludar. D. non ita eſt,
Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem,
Ducas uolo hodie uxorem, tu Ducam, inquies.
Cedò, quid iurgabit tecum? hic reddes omnia.
Quæ nunc ſunt certa ei conſilia, incerta ut ſient,
Sine *omni periculo, nam hocce haud dubium eſt, quin Chremes

In ipſus elidit s

Iambici trimetri

Omni ſupere eſt.

Tibi non det gnatam.nec tu ea cauſſa,minueris
Hæc quæ facis:ne is mutet ſuam ſententiam.
Patri dic uelle:ut cum uelit,tibi iure iraſci non queat. *Iambici tetrametri*
Nam quod tu ſperes,propulſabo facile.uxorem his moribus
u eliditur Dabit nemo.*inueniet inopem†potius,q̄ te corrũpi ſinat. †*Potius diſſyl. eſt*
Sed ſi te æquo animo ferre accipiet,negligentem feceris.
Aliam ocioſus quærat.interea aliquid acciderit boni. *al. alia*
P. Ita credis? D. haud dubium id quidem eſt. P. uide quò me inducas.
D. quin taces? *Vide pyrrhichius eſt*
P. Dicam.puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe†ab illa,cautio eſt. *al. ex*
Nam pollicitus ſum ſuſcepturum. D. ò facinus audax. P. hanc fidem
Sibi me obſecrauit,quî ſe ſciret non deſerturum, ut darem.
D. Curabitur.ſed pater adeſt,caue te eſſe triſtem ſentiat.

† *Duæ ſyllabæ deſunt. forte ſcriptum erat, faciam Daue, & quoniam ſequitur nomen perſonæ, lector putauit idem bis poſitum.*

Perſpicere QVid igitur ſibi uult pater?] Hæc ſcena deliberationem continet Daui & Pamphili. Et bene igitur: ſi enim falſæ ſunt nuptiæ, quid cogitat? ſtomachoſe etiam hoc dixit Sibi uult. Virgilius, Quid uult concurſus ad amnem? Sibi.] Id, ob id, propter id. Neq; id iniuria.] Id eſt, uſqueadeo iniuſtus ſibi uidebitur, ut ſe iniuſtitiæ ipſe cõdemnet. Perſpexerit.] Perſpicere eſt ad plenum, & perfectum uidere. Tum illæ turbæ.] Illæ, ad terrorem retulit. Quid uis patiar?] Hoc eſt, patiárne uxorem ducere? Pater eſt Pamphile.] Hoc uultuoſe pronuntiandum eſt. & mire pater dixit: ut ipſo nomine uideatur habere autoritatẽ. & ueluti dormitãtem & oblitum poteſtatis paternæ, his rebus excitat. Quid uis patiar?] Sunt qui quiduis, pro, quicquid euenerit, intelligant: quia dixerat, Adeon' me ignauum putas? Alij pronũtiant, ut ſit ſenſus, quid me uis facere? an ut hoc patiar, uxorem mihi dari? Pater eſt.] A neceſſario argumentum. Difficile eſt.] Hoc eſt reſiſtere, cõtradicere. Pamphilo difficile, pernicioſum Glycerio. Sola autem.] Sine defenſoribus proprijs. & ſola, & mulier dixit. Sola, ſine auxilio, *Dictum ac factum* ac per hoc deſerta. Difficile eſt.] ἀποσιώπησις cum uultu. Deeſt, reſiſtere. Dictum ac factum.] Prouerbium celeritatis, id eſt cito. Inuenerit.] Pro inueniet. Coniunctiuo modo pro indicatiuo uſus eſt: & eſt honeſta locutio. Quamobrem eíjciat.] Callide ad eius periculum ſe conuertit, cui plus amator timet, quàm ſibi. ideo uincitur ſtatim. Apparet autem Dauum male ſuadere, qui tum caueat Pamphilo, cum maxime formidat ſenem. Oppido.] Ex ciuitate. Eíjciat? Miratur & ſtudet. Cito.] Illo admirante, hic etiam confirmauit. addidit & tempus celeritatis. *Cedo* Cedo.] Singularis tantum numeri eſt: cætera etiam pluralis, ut ſalue ſaluete. Dic te dicturum.] Pronuntia dic: quaſi rem facilem, & nullius præiudicij. Dic te ducturum.] Hoc eſt quod ab initio nitebatur. Egóne dicam?] τὸ Ego, ἴμ, *Nunquam* φασιν habet: hoc eſt, uel quem non oporteat dicere, uel quem non conueniat fallere, atque mentiri. Cur non?] Non interrogat, ſed facilitatem rei oſtendit. Nunquam.] Plus habet negationis, quàm non. Ex ea re quid fiat uide.] ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως. *Concludor* Vt ab illa excludar, huc concludar.] Mire hanc cum pronomine ſignificat, dicens ab illa. Illi nec ſexum ſeruauit, ne uxor eſſe uideatur. Et ex ferarum translatione concludar dixit, ut alibi, Concluſam hic habeo uxorem ſæuam. Vt ab illa excludar.] ἐμ ὑποκρίσει. Nam aliud infert, atq; intelligit Dauum dicere. *Hic* Nempe hoc ſic eſſe.] Coniectura, atq; diuinatio, an hoc, an illud uen*Reddere* turum ſit. Nempe hoc ſic eſſe opinor. Ab imitatione (μίμησις enim dicitur) deducitur. Nempe hoc. A poſſibili. Cedo.] Cedo ſingulariter tantum, cætera pluraliter. Hic redes omnia.] Hic, aduerbium loci non eſt, ſed aduerbium temporis. ut Virgilius, Hic annis grauis atque animi maturus Aletes. Reddes.] Facies, reſtitues. Cedo quid iurgabit? Ab utili. Incerta ut ſient.] Hic eſt euentus. Sine omni periculo.] Hoc eſt ſine dubitatione. Philumena. Nec tu ea cauſſa, minueris.] Hoc eſt quod ſuprà. Id mutauit, quoniam

me immutatum uidet. Nec tu ea cauſſa.] Quia promiſeris te eſſe ducturum.
Ne is.] Chremes ſcilicet. Ne is mutet. Ad conſilium redit, & coniungit euentum. Patri dic uelle, ut cum uelit.] Scilicet ne ſecurus quod non ſit Chremes daturus filiam ſuam, parui faciat iram patris, & neget uxorem ducere, utpote fretus neminem alium ſibi commiſſurum coniugem. Nam quod tu ſperes.] Sunt qui pro ſperes, timeas habeant. ut ſit, Nam quod tu timeas. ſcilicet aliam ducturum. Propulſabo.] Hoc eſt cauſam inanem eſſe *Propulſare* monſtrabo. id eſt oſtendam nihilominus te eſſe ducturum aliam uxorem, etiam ſi hanc nõ duxeris. Propulſabo.] Eleganter pro eo quod eſt repellam. His moribus.] Deeſt aliquid. ut ſit, his moribus agenti, aut his moribus prædito. Vxorem his moribus dabit nemo.] Ne, At alteram quæret. Inueniet inopem.] ὑποφορὰ εὐτροχος. Negligentem feceris.] Hoc eſt, etiam in paratis nuptijs. Aliam ocioſus.] Ex ocio, hoc eſt ſecurus. Interea aliquid boni acciderit.] Scilicet ne, At quærendo inueniet. Interea aliquid. Mortem patris *Accidere* adoleſcenti in delicto pro bono ſeruus oſtentat. Acciderit.] Et ad cauſam refertur: & certe quia mortem patris bonum denuntiat. Acciderit. Nota acciderit etiam pro bono & ab hoc, & apud ueteres frequentatum. Haud dubium.] Plus intulit, quàm eſt interrogatus.
Inducas.] In eadem translatione permanſit, quia ſuprà dixit. Huc concludar. Bona οἰκονομία, ut mox iuſte Dauo ſuccenſeat Pamphilus. Quin taces?] Cur non ſecurus es, ſignifi*Tacere* cat. nam nunc tacere, ſecurum eſſe ſignificat: ut in Adelph. Tace, egomet conueniam Pamphilum. Et ideo ille, ut conſentire dicenti, Quin taces, uidereturait, Dicam. ut ſcias illum, non ſilentium, ſed ſecuritatem imperaſſe. Quin taces? Correptio eſt ſilentium præcipientis, de eo duntaxat, ne timeat de nuptijs. id eſt, eſto ſecurus. nam tacere, ſecuri eſt. Puerum autem.] Videtur hoc illi contrarium eſſe, quod dixit, Quicquid peperiſſet, decreuerunt tollere. Sic ergo ſoluitur, Quod ibi ſeruus cum ſtomacho dixit, hic tantum Pamphilum uere*Puer* cunde locutum accipimus. Puerum autem ne reſciſcat. Aut diuinat: aut puerum pro quolibet ſexu, ſobolem hoc eſt fœtum, ut, Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere. ut Græci pueros παιδας, Homerus, πριαμὸς πριαμοῖδη παῖδας, & Horatius, Dicam & Alcidem, puerosq; Lædæ. Cautio eſt.] Cautione opus eſt, hoc eſt cauẽdum eſt. Nam pollicitus ſum.] *Cautio eſt* Promiſſio & pollicitatio eandem uim habent: ſed pollicitatio, maioris aſſeuerationis eſt. *Promiſſio*
Hanc fidem.] Ordo eſt, ut hanc fidem ſibi darem, me obſecrauit, qui ſe ſciret non deſer*Pollicitatio* turum. Curabitur.] Non curabo, ſed imperſonaliter, cum difficultate, quod quaſi arduũ *Curabitur* eſſe, & graue oſtendit.

ACTVS II. SCENA IIII.

Iambici trimetri.

DAVVS, PAMPHILVS.

D. REVISO quid agant, aut quid captent conſili.
Hic nunc non dubitat, quin te ducturum neges.
Venit meditatus alicunde ex ſolo loco,
Orationem ſperat inueniſſe ſe,
Qua differat te. proin tu face, apud te ut ſies.
P. Modo ut poſſim. D. crede mihi hoc inquam Pamphile,
Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
Vnum eſſe uerbum, ſi te dices ducere.

REVISO.] Hæc ſcena nodum injicit erroris fabulæ, & periculũ comicũ. Facit etiã executionẽ conſiliorum. Reuiſo quid agant, aut quid captent conſilij. Quid *Reuiſo* agant: auribus opus eſt, πρὸς τὸ quid captent conſilij, prudentia & ſagacitate. & quod ſuprà dixit, nõ pœnituit idem repetere. Obſerues filium quid agat, quid conſilij cum illo captet. Quod enim prudenter dictum fuerit, non piget repetere. Actio tamen ex his tribus cõſiſtit, cogitatione, dicendo, gerendo. Reuiſo. Redeo ut uideã. Quid agãt. Quid reſpõdeant, quid dicant. Hic nũc nõ dubitat.] Non dixit, ſenex, aut pater: ſed hic, cũ odio, quoniã animo aduerſo loquit. Ex ſolo loco.] Solo, deſerto, ubi meditari facilius poſſit. Et orationem dixit, quod quaſi ad plenum cogitari potuiſſet, quippe meditatus

ex ſolo loco.Menander, ὑφιστικὴν εἶναι ἔφασαν τὴν ἐρημίαν οἱ τὰς ὀφρῦς ἀίροντες. Venit meditatus alicun de.Terror obiurgaturi patris,hortatio eſt ad promittendum Pamphilo quod iubetur.

Differre Qua differat.] Diſturbet,& in diuerſum ferat. Virg. Atq; arida differt Nubila.Et in Adel
Apud ſe eſſe phis,Miſeram me,differor doloribus.hoc eſt in diuerſum rapit,diſſipat. Apud te ut ſies.]
Vt Non,ne timeat,cauet Dauus: ſed ne amore à conſilio ſuo alienetur Pamphilus. Apud te ſies.Præparatus ſis.Cui contrarium eſt,non ſum apud me. Modo ut poſſim.] Vt, pro ne non. Modo ut poſſim.A poſſibili,poſſim apud me eſſe. Nunquã hodie.] Ab utili euen tu,Nunquam,plus aſſeuerationis habet quàm non ut Virg.Nunquam omnes hodie mo
Commutare riemur inulti. Commutaturum patrem.] Iurgium habiturum.hoc eſt enim uerba mu
uerba tare. Commutaturum uerbum.Altercaturum.Sic in Phormione, Non cõmutabis uer ba inter nos hodie.hoc eſt dabis atq; accipies,id eſt iurgabis,Ego puto commutare uerba hoc eſt,pro bonis dictis mala ingerere,hoc eſſe iracundia in maledicta compelli.

ACTVS SECVNDI SCENA V.

Iambici trimetri.

BIRRIA. SIMO. DAVVS. PAMPHILVS.

B. HERVS me relictis rebus,iuſſit Pamphilum
Hodie obſeruare·ut quid ageret de nuptijs,
Scirem.id propterea nunc hunc uenientem ſequor.
Ipſum adeò præſtò uideo cum Dauo. hoc agam.
S. Vtrunq; adeſſe uideo. D.hem ſerua. S.Pamphile.
D. Quaſi de improuiſo reſpice ad eum. P.hem pater.
D. Probe. S.hodie uxorem ducas,ut dixi,uolo.
B. Nunc noſtræ parti timeo,hic quid reſpondeat.
P. Neq; iſtic,neq; alibi uſquam tibi erit in me mora. B.hem. *S eliditur in iſtic*
D. Obmutuit. B.quid dixit? S.facis,ut te decet,
Quum iſtuc,quod poſtulo,impetro cum gratia.
D. Sum uerus? B.herus,quantum audio,uxore excidit.
S. I iam nunc intro:ne in mora,cum opus ſit,ſies.
P. Eo. B.nullane in re eſſe homini cuiquam fidem?
Verum illud uerbum eſt,uolgo quod dici ſolet,
OMNES SIBI melius eſſe malle,quàm alteri.
Ego illam uidi uirginem,forma bona
Memini uidere.quo æquior ſum Pamphilo,
Si ſe illam in ſomnis,quàm illum amplecti maluit.
Renuntiabo,ut pro hoc malo, mihi det malum.

HErus me relictis rebus.] Vide quàm mire,quum omnes conſulto conſilio ſi bi agere uideantur, tamen omnes rerum exitu inopinato ludificantur & Si mo, & Dauus, & Pamphilus, & Charinus, & ipſe Birria. Herus me reli ctis.Ad hoc uenit Birria, ut in errorem conculcet Charinum. & in hac ſce na quatuor perſonæ ſine implicatione intellectus loquuntur. Herus me
Imponere manum rebus relictis rebus.Imponitur manus rebus,cum perficitur id quod cœperit. ut Virgilius, Im ponit regina manum.Relinquuntur uerò res,cum imperfectæ relinquuntur. Item Virgi lius,Atq; opere in medio defixa reliquit aratra. Hodie obſeruare.] Obſeruatio duplex eſt,uel captionis,uel obſequij. Relictis rebus me, Adeò præpoſuit hoc negocij rebus omnibus. Id propterea.] Neceſſe eſt aut alterum eſſe ſuperuacuum, aut propterea poſt accipiendum. Hoc agam.] In geſtu eſt,nam eſt figura corporis obſeruantis quid agatur.

Vtrunq;

Vtrunq;] & Dauum, & Pamphilum. Quaſi de improuiſo reſpice.] Intereſt eius qui repente aſpexerit·nam uidebitur nihil doloſe locuturus:ut,Magnam reſpexit ad urbem.
De improuiſo.] Scilicet,ne meditata intelligat eum habuiſſe conſilia. Hodie,&c.uolo.]
Nolo Nolo & uolo,nimis imperioſa & ſuperba dictio eſt, ut alibi, Piſces cæteros purga Dromo.
Volo Congrum iſtum maximum in aqua ſinito ludere Pauliſper. ubi ego uenero, exoſſabitur,
Hem Prius nolo. Vſquam erit in me mora.] Recuſantis eſt magis,quàm non uolentis, conſen ſio ea ſegnis,ac tepida, ſi penitus conſideres. Hem.] Perculſus hoc dicto Birria,interie
Postulo ctione magis,quàm uerbo exclamauit. Quid dixit?] Nota hic Birriæ perſonam quar
Peto tam,ſed non admiſtam. Cum iſtuc quod poſtulo impetro.] Nimis obſequenter locutus
Posco eſt pater. Et poſtulo,pro iubeo: & impetro,pro extorqueo.Poſtulo,iuſte uolo.Petimus enim
Impetro precario:Poſcimus imperioſe:Poſtulamus iure.Impetro,pro, cũ impetrem. Vxore exci
Cadere ſpe dit.] Cadere ſpe dicantur,qui leuati animo,à ſummo ad inferiora labuntur.Vxore,hoc eſt
Verus matrimonio ac nuptijs. Sum uerus?] Id eſt,ueridicus:ut falſus, pro falſidicus. Vxore
Falsus excidit.] Quod Græci dicunt ἐξέπεσεν, καὶ ἀπέτυχεν. Nulla ne in re eſſe homini cuiquam fi dem?] Non in nullis terris, ſed neq; in terris neq; in perſona.ut Virgilius.Nuſquam tuta fi des. cũ in amore fracta eſſet ab eo,Quem ſubijſſe humeris confectum ætate parentem. Alt bi Terentius,Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris,uerêre ei uerba credere? ubi quid mi hi lucri eſſet? Illud uerbum.] Id eſt prouerbium & ſententia.& ſic ueteres uerbum pro ſen
Verbum tentia. Omnes ſibi melius.] Sic alibi, Proximus ſum egomet mihi. Ego illam uidi.]
Hic corrigitur à poeta quod per iracũdiam dixit Pamphilus,Aliquid mõſtri aiunt. Me
Memini uidere mini uidere.] Aut memor ſum me uidiſſe.Aut memini uidere,hoc eſt intelligo,ſcio.Aut me mini quòd uiderim.Memini uidere,pro uidiſſe.Ennius,Memini me tum fieri pauidum.Ali bi ſic,memini uidere,non probare. Forma bona.] Diſtinguitur. Quo æquior,] Hoc eſt quare æquior Pamphilo,beneuolẽtior,non iratus,uel minus iniquus. In ſomnis.] Per no ctem.ait Virg.Libra dies,ſomniq; pares ubi fecerit horas.Plautus, Miris modis ludos fa ciunt hominibus,mirisq; exemplis omnia in ſomnis. Quam illũ.] Dicit nunc quod uul go dicitur,cũ illa mancre,cũ illa dormire.Alij,inſomnis,uigilans:ſed melius, per noctem.

ACTVS II. SCENA VI.

Iambici trimetri.

DAVVS SIMO

D. HIC nunc me credit aliquam ſibi fallaciam
Portare,& ea me hic reſtitiſſe gratia.
S. Quid Dauus narrat? D. æque quidquam nunc quidem.
S. Nihil ne? hem. D.nihil prorſus. S.atqui expectabam quidem.
D. Præter ſpem euenit·ſentio.hoc male habet uirum.
S. Potin' es mihi uerum dicere? D.nihil facilius.
S. Num illi moleſtæ quippiam hæ ſunt nuptiæ,
I Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem?
D. Nihil hercle.aut ſi adeò,bidui eſt,aut tridui
Hæc ſollicitudo:noſtin'? deinde deſinet.
Etenim eam ſecum rem recta reputabit uia.
S. Laudo. D.dum licitum eſt illi,dumq; ætas tulit,
Amauit,tum id clàm.cauit,ne unquam infamiæ
Ea res ſibi eſſet,ut uirum fortem decet.
Nunc uxore opus eſt·animum ad uxorem appulit.
S. Subtriſtis*uiſus eſt eſſe aliquantulum mihi. *uiſuſt*
D. Nihil propter hanc rem·*ſed eſt quod tibi ſuccenſeat. *In ſed eliditur d*

Quid

2 S. Quid nã est? D. puerile est. s. †Quid est? D. nihil. s. quin dic quid est.
D. *Ait nimium parce facere sumptum. s. mé ne? D. te. *Ait unica syllaba est*
Vix inquit drachmis obsonatus est decem.
Num filio uidetur uxorem dare?
Quem inquit uocabo ad cœnam*meorum æqualium *Meorũ dissyllabũ est*
Potissimum nunc? & quod dicendum hic siet,
Tu quoq; perparce nimium.non laudo. s. tace.
D. Commoui. s. ego,istæc recte ut fiant,uidero.
Quid nam hoc rei est? quid nam hic uolt ueterator sibi?
Nã si hic mali est quidquã, hem illic est huic*rei caput. *Rei monosyllabum est*

1 *Hic uersus uidetur deprauatus inuerso dictionum ordine. Constabit si legas, Huiusce propter consuetudinem hospitæ.* 2 *Si legas, quid id est, aut quid nam est, uersus constabit.*

Gratia [I]Ic nũc me credit.] Hæc scena dolos cõtinet utriusq; personæ, quibus utraq; capit,& capitur miro modo. Hic nũc me credit aliquã sibi fallaciã. Dauus ita uidetur loqui,ut nullus spectator audiat: sed hoc ait,ut uelit audiri à sene. Gratia.] Gratia ueteres pro causa,ponebant. Quid Dauus narrat?] Videtur illi blandius locutus esse. Aeq; quicquam nũc quidem.] Bene, nũc quidẽ similiter nũc nihil,ut paulo ante,cum dixit, Id populus curat scilicet. *Hem* Aeque quicq; nunc quidẽ. Hoc est,nihil. Nihil ne? Hem.] Hem interiectio est irati aduersum eum qui neget se aliquid locutum esse. simul quid sit æque quicq; nunc quidem, senex explicat,cum ait, Nihil? Et est *οὐφησισμὸς* antiquorum pro Nihil. *Nihil prorsus* Nihil prorsus.] Id est neq; *Expecto* prorsus. Nihil prorsus dicitur,in quo nulla est ambiguitas. & est confirmatio nẽgãtis. At *Spero* qui expectabam quidem. Expectamus tam bona, quàm mala: Speramus bona. Præter *Præter* spem euenit.] Præter,pro contra: ut, Præter ætatem tuam. Hoc male habet uirum.] *ἰρωνι-* *Potis* κῶς uirum dixit defessum senem. modo enim uirum ioculariter dixit. Virum.] Ad uituperationem cum ironia. ad laudem uerò sine ironia. Potin' es uerum.] Integrum, potis neid est potes. Vt Virg. Nec potis ionios fluctus æquare sequendo. & deest illi Es. Est enim nomen potis: & facit, potis potior potissimus. Num illi molestæ quippiam.] *Quippiam* Quippiam, significationem minimæ rei habet. Propter huiusce hospitæ cõsuetudinẽ.] Hæc omnia pro nominibus bene mollita sunt. etenim atrocia sunt, si cum suis nominibus nuda ponantur. Et huiusce hospitæ, non, meretricis: & consuetudinem, non amorem dixit. ita omnia extenuat, ut Dauus audeat confiteri. Aut si adeo, bidui est, aut tridui.] Bene, aut si adeo: ne si omnino negaret: Cur igitur tristis est illec diceret. Sollicitudo.] Propter turbationem.
Reputo Nostin'?] In significationem multorum, quæ compendio facimus, Nostin' dicimus.
Puto Recta reputauit uia.] Reputauit, retractauit: quia putare, purgare est. unde & arbores, &
Via uites putare dicimus. Via. Consilio, ratione. Laudo.] Senex inducitur, & credit. Dum
Ferro licitum est.] Deest, per te: hoc est, dum tu permisisti. Et mire hic utitur uerbis senis. ipse eñ
Licitum suprà dixit, Dum tempus ad eam rem tulit, siui, animum ut expleret suum. Dumq; ætas
Placitum tulit. Dum esset ætas immatura nuptijs. Tulit, duo significat: attulit, & abstulit: passus est,
Puditum & pertulit. Dum licitum est ei.] Sic ueteres & placitum, & puditũ dicebant: quæ nos, pudicuit, puduit. Tum id clàm.] Bene clàm, quia nunc liquido apparet Pamphilum uoluntatẽ, propositumq; mutasse. Cauit ne unquam infamiæ sibi esset.] Mire utitur senis uerbis. ipse enim suprà dixerat, Dum tempus ad eam rem tulit, siui, animũ ut expleret suum.
Appello Nunc uxore opus est.] Quasi denuntiatio est quædam necessitatis seni impositæ. Et bene appulit, quasi ab iactatione fluctuũ, & marini æstus. has enim tempestates habet amor. Et sic dixit, ad uxorem animũ appulit, ut suprà, animũ ad scribendum appulit. Subtristis
Sub uisus est.] Sub, temperamentum est plenæ pronũciationis: ut subtristis, subridet, nõ ad plenum tristis aut ridet, ut confessionem eliceret. Subtristis uisus est aliquantulum mihi. Mire seruatum est in adolescente libero *τὸ πρέπον*: & in amatore *τὸ παιδαιῶδες*. Nam & honesto iuueni non congruebat uersipellis uultus: & in amatore absurdũ fuerat, ingenuũ celare tristitiã. Itaq; nec ad plenũ tristis fuit, quia dixit celanda res erat: nec gaudiũ fuerat, quia ingenium & amoris necessitas in tristitiam retrahebat. Sed èst quod succenseat tibi.] Quòd ille à summo

summo ad imum opposuit, hic causæ derivationem opposuit. Quod succenseat tibi.] Succensere potioris est. Succensere in re graui, & iusta irasci. Puerile est.] Apparet Dauũ nunc quærere quid respondeat: & ad quam causam deriuet auersa suspicione tristitiã Pamphili, quam animaduertit senex. Puerile est, nihil est.] Vtrum magis ideo suspendit, ut senex audire desyderet: an quia necdum commentus est causam contrà rependendam propositioni senis? Nihil est. Videtur inuenire non posse. Ait nimium parce facere sumptum.] Mire ipsum dicere ueluti fecit & nimium, & parce. Nimium parce facere sumptum. Pepercit, ne diceret sordide. Méne?] Perturbati indicium est, quia seipsum prodomine ostendit. Meorum æqualium potissimum?] Aequalium ætate, potissimum dignitate: etenim potis. potior potissimus facit. Et quod dicendum hic siet.] Bene hic, ubi non sit adolescens. Tu quoq; perparce.] Bene quoq;, quasi dicat, cum ille peccet, quod puerilitèr succenseat: tu quoq; peccas, perparce nimium faciendo sumptum. Tu quoq; perparce nimium. Et perparce, & nimium, cum sufficeret unum. Et nimiũ, uituperatio est, ut, Ne quid nimis. Non laudo.] Et quia perparce, & quia nimium. nam parce agere, laudis: nimium, peccati. Et magna moderatione, non laudo, dixit potius, quàm uitupero. Commoui.] Ideo commoui, quia argumenta dixit seni, quibus proditur non esse ueras nuptias.

Succensere *Aequalis* *Potissimum* *Perparce nimium*

Commoui. Suprà sollicitaui dixit, modo commoui. & commoui dicit apud se, ut spectator audiat, non senex. Quid nam hoc est rei?] Verba sunt secum cogitantis senis aut de his quæ nunc locutus est Dauus, aut de aduentu mulierum quæ in scenam ueniant.

Quid nam hoc est rei: Pulsatus est senex argumento falsarum nuptiarum, paululum obsonij, tanquam se illuderet Dauus. Quid nam hic uolt ueterator sibi?] Veterator, est uetus in astutia, & qui in omni re callidus est. Et hi duo uersus ostendunt pulsatum esse senem argumento falsarum nuptiarum: illo argumento quòd ait, paululum obsonij: tanquam se illuderet Dauus. Sunt ergo uerba, ut diximus, secum cogitantis senis aut de his quæ nunc Dauus locutus, aut de aduentu mulierum quæ in scenam ueniunt modo. Nam si hic est mali quicquam.] Si promissa non compleuerit Pamphilus. Illic est huic rei caput.] Caput, est origo & summa uniuscuiusque rei, ut Virgilius, O Latio caput horum & causa malorum.

Veterator *Caput*

ACTVS TERTII SCENA I.

Iambici trimetri.

MYSIS. SIMO. DAVVS. LESBIA OBSTETRIX. GLYCERIVM MERETRIX.

M. [A]TA pol quidem res est, ut dixti Lesbia:
Fidelem haud fermè mulieri inuenias uirum.
S. Ab Andria est ancilla hæc. quid narras? D. ita est.
M. †Sed hic Pamphilus. s. quid dicit? M. firmauit fidem. s. hem.
D. Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.
M. Nam quod peperisset, iussit tolli. s. ó Iupiter
Quid ego audio? actum est, si quidem hæc uera prædicat.
L. Bonum ingenium narras adolescentis. M. optumum.
Sed sequere me intrò, ne in mora illi sis. L. sequor.
D. Quod remedium nunc huic malo inueniam? s. quid hoc?
Adeon' est demens, ex peregrina? iam scio, Ah.
Vix tandem sensi* stolidus. D. quid hic sensisse se ait? *In stolidus eliditur s*
S. Hæc primum adfertur iam mihi ab hoc fallacia. *(in fine*
Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.
G. Iuno Lucina fer opem: seruа me obsecro.
S. Hui, tam cito? ridiculum. postquàm ante ostium

Me au-

Me audiuit ſtare,approperat.non ſat commode
Diuiſa ſunt temporibus tibi Daue hæc. D.mihin'?
S. Num immemor es diſcipuli? D.ego,quid narres,neſcio.
S. Hiccine me ſi imparatum in ueris nuptijs
Adortus eſſet,quos mihi ludos redderet.
Huius mono/ſyllabum eſt Nunc*huius periculo ſit.ego IN PORTV NAVIGO.

† *In ſed uidetur elidi d litera,aut certe uocalis e.*

TA pol quidem res eſt.] In hac ſcena nouo modo ceſſante Dauo fallitur Simo, per nimiam ſagacitatem ſuam.ſimul in hac ſcena id agit poeta,ut ad nuptias faciendas magis accendatur Simo.& quædam induſtria, quædã uelut caſu euniunt:ut nunc ſuſpicio ſenis.in multis enim οἰκονομίᾳ comicorum poetarum ita ſe habet,ut caſu putet ſpectator ueniſſe,quod conſilio ſcriptorum factum ſit.

Ita pol quidem res eſt,ut dixti,Lesbia.Et hoc ſermone,quem habent ingrediẽtes, ſcenæ apparet principium.quod enim auditur,non quod incipitur,initium dicunt. Ita pol quidem.Productio eſt narratiua ad explendum modo potius iuſirandum. Vt dixti.] Et di/
Fidelis xti,& dixiſti legitur. Fidelem haud fermè.] Fidelem maluit, quàm fidum dicere. fidum
Fidus enim honeſtius dixiſſet.Fermè pro facile poſuit.& fermè, facilitatẽ ſignificat,quia ſunt ad/
Ferme uerbia extenuationis. Inuenias.] Secũdam pro tertia perſona poſuit, pro inueniat quis. uel inuenire poſſit.ut Virgil.Migrantes cernas,totaq́ ex urbe ruentes. Ab Andria hæc ancilla eſt.] Simpliciter dixit ab Andria eſt,pro,Andriæ eſt.nam & uſu ſic dicere ſolemus.
Ab illo eſt Ergo ab Andria eſt,hoc eſt Andriæ fauet,Andriæ eſt.ut cum dicimus,Ab illo eſt,hoc ſigni/
Hem ficamus,illi fauet,illi accommodat ſuffragium. Sed hic.] Semper Sed,contrariæ ſenten/
tiæ ſignificatiõ eſt.Et bene Hic,ut oſtendat de illo fuiſſe ſermonem. Hem.] Interiectio eſt accipientis uerba,& admirantis. Vtinam aut hic ſurdus.] Comice & facete,aut hic ſur/
Suſcipi dus,qui audire non poſſit.aut hæc muta facta ſit,ne poſſit dicere. Aut hic ſurdus,aut hæc
Tollere muta facta ſit. σύλληψις per genera. Iuſſit tolli.] Hæc eſt fides:ſuſcipi filios legitimos faciũt
Actum eſt parentes.& ſublatio,matris eſt:patris tollere. Iupiter quid ego audio.] Bene rurſum ad/
Ilicet ducitur ad deſperationem ſenex Myſidis uerbis. Actum eſt.] In ſumma rerum deſpera/
Periſti tione ponitur,Actum eſt,Ilicet Periſti.Hæc res,ſecundum ius ciuile dicitur: in quo cauetur ne quis rem actam apud iudices,repetat. Sic ipſe in Phormione,Actum,aiunt,ne agas.
Ingenium Bonum ingenium.] Ingenium,naturam. Quid hoc?] Secum ſenex ἀλλοπῶς: deeſt enim,rei eſt. Adeon'eſt demens ex peregrina?] ἔλλειψις per ἀποσιώπησιν apta cogitanti.reliquum autem ſic pronunciat,quaſi reperto conſilio. Et bene adeò: quia tam demens eſt quod amat ex peregrina,id eſt ex meretrice.Mulieres enim peregrinæ,inhoneſtæ ac meretrices habebantur.Sic ipſe alibi,Samia mihi mater fuit,ea habitabat Rhodi.Et ſeruus, Poteſt taceri hoc quidem.hoc eſt,meretricem habuiſſe te matrem ueriſimile eſt. Ex peregrina?] ἀποσιώπησις. deeſt eñ,ut filium ſuſcipiat:aut aliquid tale. Vix tandem ſenſi ſtolidus.] Pulchro colore inducto,poeta oſtendit non minus falli ſuſpicioſum, quàm qui ſtultus eſt. huic enim ueritas fallacia uidetur, dum nimis eſt acutus ac perſpicax. & hoc eſt quod ab euentu fingit poeta.non enim in Dauo eſt ſic errare hunc ſenem. Vix tandem ſenſi ſtolidus. Quinq́ ſunt ſenſus,quorum duos,uiſum & auditũ,magis ſenſibiles habemus, quàm pecora. Vnde Cicero,Non ſolum uideam,ſed etiam audiam, planeq́ ſentiam. quaſi ad tactum retulit,quo etiam pecora impelluntur ad ſenſum.duabus ergo rebus ſcimus: aut ratiocinatione,aut ſenſu:quibus maxime præſtamus cæteris animalibus. Ergo ſenex ſe non ſenſu,nõ ratiocinatione ſenſiſſe,ſed ueluti calcaribus & ſtimulis punctum. Hæc primũ.] Satis ſe ſagacem ſenex oſtendit,quando principia ipſa inceptionesq́ comprehendit. Hæc primum. Bene primum:quaſi ex multis quas parauerat Dauus contra Chremetem.
Iuno Lucina Quo.] Qua re. Iuno Lucina fer opem:ſerua me.] Iuno Lucina, Iunonis filia. Græce εἰλείθυια dicitur.Latine Iuno à iuuando dicta. Lucina ab eo quod in lucem producat. Et gemina uota ſunt,ut & partus,& pariens ſeruetur.nam fer opem, propter partum: ſerua me, propter pariẽtem dicitur. Iuno Lucina fer opem: ſerua me obſecro. Nota, hoc uerſu totidem uerbis uti omnes puerperas in Comœdijs,nec alias induci loqui in proſcenio: nam hæc uox poſt ſcenam tollitur. Fer opem.] Propter quod Lucina eſt.inde obſtetrix, quòd opem tulerit. Serua me obſecro. Hoc, extra etiam hanc poteſtatem, Iunoni attribuitur:

quanquam

quanquam illam Menander Dianam appellet,& hoc ſentiat in Bucolicis Virgilius. Hui, tam cito?] Tam cito ut felicitatem partus oſtendat incredibilem.Tam cito,ad reprehenſionem. Ridiculum.] Ad irriſionem.& inſpice,ridiculum aduerbium ſit,an nomẽ,ut ſit,ui/ *Ridiculum* de hominem ridiculum.ſed aduerbium eſt magis. Non ſat commode diuiſa.] Confuſa ſunt tibi omnia,inquit:nec unumquodq́ ſuo tempore geritur,qua re proderis. Non ſat, non ſatis. Diuiſa ſunt,digeſta,& compoſita,& diſtributa temporibus,id eſt per tempora.

Mihin'?] Adhuc Dauus non percipit,& bene,quaſi dicat, cum ille loquatur, illæ agant.

Num immemor es?diſcipuli.] Diſcipuli Myſis,Lesbia,& Pamphilus,omnes per quos agitur fallacia.Bene ergo diſcipulos imperitos oſtendit,& magiſtrum Dauum,quia ſuprà dixit, Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum. Num immemor es diſcipuli? *Diſcipulus* Alij hic Pamphilum ſignificari putant diſcipulum:quia Dauus magiſter.Nam nomina ad *Magiſter* aliquid ſunt,diſcipulus & magiſter:& tunc diſcipuli,genitiuus eſt ſingularis caſus.Alij nominatiui pluralis putant:ut diſcipulos dixerit,omnes per quos agitur fallacia, ſecũdum illud,Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rẽ improbum. Ego,quid narres neſcio.] Quaſi fabulam. Num immemor es diſcipuli?Deeſt,nunc.Et bene diſcipuli: quia ipſum magiſtrum ſuprà fecit. Ego,quid narres,neſcio.ſemper ita reſpondet Dauus ſeni,tanquã non intelligat quid loquatur. Hiccine me ſi imparatum.] Redit ad illam ſentẽtiam, Simul ſceleratus Dauus,ſi quid conſilij habet,ut conſumat nunc cum nihil obſint doli. Adortus eſſet.] Adortus dicitur qui ex inſidijs repente inuadit.dictum ab eo, quod corpora aggredientium exurgant ſubito,atq́ increſcant. Adortus,aggreſſus.Omnia hæc ex translatione * maris dicta ſunt μεταφορικῶς.

al. Martis

ACTVS III SCENA II.

LESBIA. SIMO. DAVVS.

L. ADHVC Archillis quæ aſſolent,quæq́ oportet
Signa ad ſalutem eſſe,omnia huic eſſe uideo. *Iambici dimetri tres,quibus accinũtur duo trochei*
Nunc primùm fac iſtæc ut lauet poſt deinde
Quod iuſſi ei dare bibere,& quantum imperaui
Date.mox ego huc reuertar. *Dimeter catalecticus*
Per ecaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo. *Iambicus trimeter*
Deos quæſo,ut ſit ſuperſtes,quandoquidem ipſe eſt ingenio bono. *Iamb.tetrametri*
Cumq́ huic ueritus eſt optumæ adoleſcenti facere iniuriam.
S. Vel hoc quis non credat,qui norit te.abs te eſſe ortum? D. quidnam id eſt?
S. Non imperabat coràm,quid opus facto eſſet*puerperæ. *Puerperæ triſyllabum eſt*
Sed poſtquam egreſſa eſt,illis,quæ ſunt intus,clamat de uia.
O Daue,itáne contemnor abs te?aut itáne tandem idoneus
Tibi*uideor,quem tam aperte fallere incipias dolis? *Si legas uidebor conſtat uerſus*
Saltem accurate,ut metui uidear certè ſi reſciuerim
D. Certe hercle nunc hic ſe ipſus fallit,haud ego. S.edixin tibi?
Interminatus ſum,ne faceres?num ueritus?quid retulit?
Credóne tibi hoc nunc peperiſſe hanc è Pamphilo? *Iambicus trimeter*
D. Teneo quid erret:quid ego agam habeo. S.quid taces? *Item hic*
D. Quid credas?quaſi non tibi renuntiata ſint hæc ſic fore. *Iambici tetrametri*
S. Mihine quiſquam? D. Eho an tute intellexti hoc adſimulari? S. irrideor.
D. Renutiatum eſt.nam quî iſtæc tibi incidit ſuſpectio?
S. Qui?quia te noram. D.quaſi tu dicas factum id conſilio meo.
S. Certe enim ſcio. D.Non ſatis me pernoſti etiã qualis ſim Simo. *Troch.tetr.*

S. Egóne te? D. sed siquid narrare occepi, continuo dari
Tibi uerba censes. S. falsó. D. itaq; hercle nihil iam mutire audeo. *Iambici tetrametri*
Huic uersui deest syllaba, nã est scazon. S. Hoc ego scio unum, neminem periisse hic. D. intellextin'? Sed nihilo secius mox deferent puerum huc ante ostium. *Trochaici tetrametri*
Id ego iam nunc tibi renuntio here futurum, ut sis sciens.
Ne tu hoc posterius dicas, Daui factum consilio, aut dolis.
Prorsus à me opinionem hanc tuam ego esse amotam uolo.
S. Vnde id scis? D. Audiui, & credo. S. Multa concurrunt simul,
Qui coniecturam hanc nunc facio. iam primùm hæc se è Pamphilo
Grauidam dixit esse inuentum est falsum. nunc, postquàm uidet
Nuptias domi apparari, missa est ancilla ilico
Obstetricem accersitum ad eam, & puerum ut adferret simul.
D. Hoc nisi fit, puerum ut tu uideas, nihil *mouentur nuptiæ. *al. morentur*
S. Quid ais? cum intellexeras *Trochaicus dimeter catalecticus*
Id consilij capere, cur non dixti extemplo Pamphilo? *Rursus troch. tetrametri*
D. Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? nam omnes nos quidem
Scimus quàm misere hanc amarit. nunc sibi uxorem expetit.
Postremo id da mihi negocij. tu tamen has nuptias
Perge facere ita, ut facis. & id spero adiuturos deos.
S. Imò abi intrò ibi me operire, & quod parato opus est para.
Non impulit me, hæc nunc omnino ut crederem: *Iambici trimetri*
Atq; haud scio, an quæ dixit, sint uera omnia.
Sed paruipendo. illud mihi multo maxumum est,
Quod mihi pollicitus est ipsus gnatus. nunc Chremem
Conueniam orabo gnato uxorem si impetro,
Quid aliàs malim, quàm hodie has fieri nuptias?
Nam gnatus quod pollicitus est, haud dubium est mihi id,
Si nolit, quin eum merito possim cogere.
Iambic. tetrameter scazon catalecticus Atq; adeò in ipso tempore eccum ipsum obuiam Chremetem.

Adhuc ADhuc Archillis.] In hac scena specta, quàm scite expressa sit consuetudo medici, uel medicæ egredientis ex ægri domo. Nam ueniẽs, de negocijs eius loquit: abiens, de morbo. & hæc sunt præter οἰκονομίαν, quæ dicuntur ῥήματα. Adhuc Archillis. Sic ueteres scribebãt adhuc, quando incerti futurarum rerũ, ex præsentibus firme nuntiabant: quod est genus certissimæ promissionis, & cautæ.

Adsolet *Oportet* Adhuc Archillis, quæ adsolent, quæq; oportet. Medicina aut in ratione, aut in consuetudine, aut in exemplis. Adsolent ergo, consuetudinis est: Oportet, rationis. Signa esse ad salutem.] Deest hærentia, aut pertinentia. sic in Heautontimorumenos, Atq; hæc sunt ad uirtutem omnia. Ergo absolute dixit, ut desit aliquid tale. unde & nos dicimus, Quid ad rem? uel, Quid ad me? Nunc primum fac isthæc ut lauet.] Imperitiæ notantes Menandrũ, aut Terentium, ipsi ultrò imperiti inueniuntur. nam & ille λούσατε αὐτῶν dicens, à cõsuetudine nõ recessit: cum lauisse, aut non lauisse dicimus, à parte totũ significantes. & Terẽtius propius ad significationem accessit, isthæc dicendo, ne pudenda nominaret. Et sunt qui, Adhuc Archillis, correptionem esse nimium solicitæ nutricis putẽt. quod ego nõ probo. Fac isthæc ut lauet.] Isthæc quæ ex puerperio fordebãt. Quidam isthæc, ipsam puerperam dicunt. sic enim & Menander, λούσατε αὐτῶν: sed imperitiæ accusantur, quòd nõn continuo solent post puerpe-

rium lauare, sed diebus omissis. Quod iussi dare bibere, &c. quantum imperaui, dare.] Consuetudine magis, quàm ratione dixit, pro, Date ei potionem. Lucilius in sexto, Date bibere summo. Nam duo uerba actiua, nullam habent significationem sine nomine, aut pronomine: ut si dicas, Dic facere. Quod iussi dare bibere, & quantum imperaui date. Et qualitatem, & modum rei dixit. Mox huc.] Vide, ut autoritatem & iactantiam medicorum imitetur, dicendo, quod iussi. & non sufficiebat, sed etiam, imperaui dixit. simul, hæc quæ solent medici promittere frequenter, Mox ego huc reuertar. Scitus puer.] Satis obstetrici est adhuc incertum, qualem dicat. Ita & à matre sanguinolentum, non pulchrum: quod ipsum nimium uideretur cito dicere: sed scitum pronuntiat. Ideo, sublandi-
Dare bibere
tur, ut operæ pretium maius accipiat. Per ecastor.] Per castorem, & pollucem, ornatiua
Ecastor
sunt iurandi, apta fœminis. Et natus est Pamphilo.] ut Virgilius, Quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad undam. Scitus.] Elegans, pulcher, quẽ
Scitus
Græci κόσμιον dicunt. Quod enim quis scit, hoc scitum, & pulchrum. Et est διαίρεσις. nam ordo est, Perscitus ecastor. ut in Hecyra, Per pol quam paucos reperias meretricibus fideles
Superstes
euenire amatores. ut sit, per quam paucos. Deos quæso ut sit superstes.] Superstes, nunc saluus, aliàs superstites sunt senes & anus: quia ætate multis superstites, iam delirant. Vnde
Superstitiosi
& superstitiosi, qui deos timent nimis, quod signum est deliramenti. Vt sit superstes. Superstes, nunc saluus. Quandoquidem ipse est.] Quando, & cum, interdum sunt coniunctiones causales. & quando pro quoniam & pro quia intelligimus. Quando quidem
Quando
ipse. transit à puero ad ipsum Pamphilum. Vel hoc quis non credat?] εἰρωνία est. Vel,
Cum
modo non est disiunctiua coniunctio, sed pro etiam posita. ut apud Virgilium, Vel Priamo miseranda manus. Et, Carmina uel cœlo possunt deducere lunam. Et bene, uel hoc.
Vel
subaudias, exceptis illis quæ reprehendit suprà. Abs te esse natum?] Et ortum legitur, ut sit, instructum, commentum, & compositum. Non imperabat coràm.] Coràm, ad
Coràm
certas personas refertur: Palàm, ad omnes. Quid opus esset facto.] Esset, impersonatiue
Palàm
dicitur, Opus facto esset. Puerperæ.] Datiuus casus est, ut sit, ipsi puerperæ coràm non imperabat, quid facto opus esset. Sic enim dicimus, quid uis tibi faciam? Puerperæ. Omnis
Esset opus facto
quæ peperit, puerpera. πρωτοτόκος, quæ primum. Et non quòd puerum, sed quòd filium peperit, puerpera dicta est. Et apud ueteres, puer puellus, puera puella. Illis quæ sunt intus.]
Puerpera
Argumentum ex eo quod nõ factum est, cum fieri potuerit: & ex eo quod factum est, cum
Puera
fieri non oportuit. Clamat de uia.] Mire clamat, quasi dicat, maluit clamare, quàm sine labore intus imperare. Itáne contemnor.] Hoc est, usque adeóne contemnor? ualde con-
Temnor
temnor. Temnor autem, Græcum est, id est cædor & reijcior, τὸ τίμνομαι. nam ueteres temno dicebant sine præpositione. Itáne tandem?] Indignatio est ad æstimationem reuocantis eius dicta uel facta, à quo contemnitur quis. Idoneus.] Aptus, & ei rei natus. Aperte
Idoneus
fallere.] Νῦν δὲ ἴρῶς. & fallere, & aperte. Saltem adcurate.] Mire saltem: quod ponitur in desperatione rerum. primo enim fuerat hortatus Dauum, ut non conaretur fallere. Saltem accurate. ἐπίτηδες à superiore, fallere incipias. aut certe σύλληψις fallere incipias. Certe
Interminari
si resciuerim.] Et utrum pro cum resciuerim. an quia stultum me putas? Certe hercle nũc hic se.] Hoc ita dicitur, ut audiat spectator, non ut Simo. Edixin' tibi?] Hic illud reddit,
Veritus
Edico tibi, ne temere facias. Interminatus sum.] Pro minatus sum. Plautus in Aulularia,
Metuere
Præterea tibicinam, quæ mihi interbibere sola, si uino scateat Corinthiensem fontem, & Pyrenæum potest. Non ueritus?] Veretur liber, metuit seruus: & deest es: apta eclipsis ira-
Referre
scenti. Alibi, Non simultatem meam reuereris? Quid retulit?] Retulit, profuit, uel interfuit: & producit re syllabam. & est sensus, Sic contempsisti quasi tibi non comminatus sim.
Teneo quid erret.] Hoc dixit, non ut Simo, sed ut spectator audiat. hoc deniq; senex probat dicens Dãuo, Quid taces? Et quid agam habeo.] Et quid respondeam scio. Quid credas?] Propter quid, aut propter quam rem, aut quo modo, aut propter quid. Quid credas? Repetit uerbum eius, quod ait, Credon'. quare adiuuandum pronuntiatione est.
Quasi tibi non renunciata.] Nuntiata, compositum pro simplici. Mihin' quisquam.] Fauet sibi senex in eo, quòd se uult perspicaciorem uideri. Eho an tute.] Eho modo interiectio est admirantis, aliàs ad se uocantis. Ehodum ad me. Nam qui.] Qui, unde.
Quasi tu dicas.] Dicas, pro credas. non enim dicimus nisi quod credimus, ab eo quod sequitur, id quod præcedit, figura μετάληψις à posterioribus ad priora. Idem alibi, Audacter dicito. Et alibi, Fœneratum istud beneficium pulchre tibi dices, id est credes, scies, senties.
Etiam
Etiam qualis.] Etiam proadhuc. ut Virgilius, Idæumq; etiam currus. etiam arma tenentem. Egóne te?] Duobus istis pro nominibus ostendit se senex scire omnia. Sed si quid
Occepi
tibi narrare occepi.] Occepi melius quàm incepi. dicitur ab occipio. est enim occepi, quasi caput rei institui. Falsò.] Potest & εἰρωνικῶς falso pronuntiari. potest & falso loqueris, dici:

Mutire ut Salluſtius, Falſo queritur de natura ſua humanum genus. Et uocalitatis cauſa ſic dixit, ut ſedulo, optato, certo: quaſi ſedule, optate certè. Nihil iam mutire.] Ennius, Nec dico,
Nemo nec facio. Vnde & mutos dicimus, quod Græci μύτης. Neminem peperiſſe hic.] Nemi-nem dicendo, maiorem confirmationem fecit, non ſolum Glycerium non peperiſſe, ſed etiam neminem. & Hic oſtendit domum. Et eſt neminem, nullum hominem, Et nota, in fœ-minino genere etiam neminem poſitum. Mox deferent puerum.] Quaſi dicat nobis.

Id ego iam tibi renuntio.] Fingit ſe prodere quod ipſe facturus eſt: ut non credat ſenex, ab eo fieri, quod prædixerit fore. Id ego iam tibi renuntio here futurum. Re ſyllaba, apud
Renuntio ueteres interdum abundat ut modo renuntio pro nuntio: & Cicero, Renuntiatur mihi. Renuntio.] Quaſi ſecretum conſilium: ut ſuprà, Renuntiatum eſt. Daui factum conſi-lio, aut dolis.] Commodius, & magis cum inuidia dixit, Daui, quàm ſi meo dixiſſet. ut Vir-
Prorſus gilius cum Turnus incuſaretur, dixit, Nulla mora in Turno. Prorſus à me.] Prorſus quaſi porrò uerſus: quod Græci μάπαν dicunt, id eſt uel longum actum. Prorſus à me. Quidam prorſus pro μάπαν poſitum putant. Ego pro eo quod eſt omnino. Sunt qui coniunctionem uelint eſſe. Opinionem hanc tuam.] Hanc tuam, cum tædio dixit, hoc eſt nimis moleſtam, nimis ſuſpicacem, nimis accuſatricem. Sic dixit hanc tuam, ut ille de apibus, Vere ſuo. Et, Solemq́ ſuum, ſua ſydera norunt. Et in Adelphis, Iam uerò omitte Demea tuam iſtam iracundiam. Audiui, & credo.] Locus communis, an famæ credendum ſit. Et bene ſubiunxit, Credo. nõ enim audiſſe, ſtatim credere eſt. Multa concurrunt.] Reſtat enim ut multis concurrentibus ſignis, una coniectura confletur. Iam primum hæc ſe è Pamphilo grauidam dixit eſſe. inuentum eſt falſum.] Secundum quod credit ſenex. Et à ſummo ad imum, & ex factis, & ex dictis, & ex rebus atq; perſonis ſumit argumenta. Poſt-quàm uidet nuptias domi apparari.] Eleganter omiſit, in cuius domo. Miſſa eſt ancilla
Illico illico.] Quod Græci dicunt αὐτόθεν ἐπίμηθυ. Nam loci ſignificatio eſt, etiam breuitatem tem-
Moueri poris notans. Nihil mouentur nuptiæ.] Non perturbantur nuptiæ. Mouentur.] Differuntur. Quid ais? cum intellexeras id conſilij capere.] Quaqua ſe uerteret Dauus, obuium infeſtumq́ inuenit ſenem: & tamen ita uerſute it obuiam, ut etiam comprehenſus clamabatur. Quis igitur illum ab ea abſtraxit?] Non frigide intulit, dixiſſe ſe: ſed cum magna aſſeueratione. & Abſtraxit proprie, ut ſuprà, Me à Glycerio miſerum abſtrahat? &, Diuellimur inde, Iphitus & Pelias mecum. Quis igitur eum. Hoc ſic audiendum eſt quaſi dicat, Dixi. Id mihi da negocij.] De proiectione pueri pro foribus. Tu tamen idem.] Idem abundat. Apud ueteres, Tamen idem, integrum fuit. unde apud nos, Tandem, & tamen natum eſt. ſic & idem * eorumq́ dictum. Miſere hanc.] Miſere, ualde nimis.

Nunc ſibi uxorem expetit.] Oratorie, pro eo quod eſt non recuſat, expetit. Id mihi da negocij. Vt cauceatur ab appoſitione pueri ante oſtium. Tu tamen idem. Tamen idem, aut pro tamen poſitum eſt, aut pro tandem, ut ſit, tu tamen has nuptias perge facere, ita ut facis. Quod parato opus eſt.] Diſerte, & latine dixit, quod parato opus eſt. Non impulit, non perſuaſit, non perfecit ut crederem Glycerium peperiſſe. Et cũ dicit Omnino, oſtendit quædam ſe credidiſſe, in quibuſdam iam eſſe circumuentum. Mire autem cautum capi-in ducit ſenem, ut crederet quòd Glycerium nõ peperiſſet. Quæ dixit, ſint uera omnia.] Quæ poſtea dixit Dauus. Et bene, omnia: ut appareat ſenem multa credere uera eſſe, quæ Dauus dixerit. Multo maximum.] Multo etiam comparatiuis antiqui adiunxerunt.
Pollicitatio Quod mihi pollicitus eſt.] Pollicitatio, multarum rerum promiſſio. Gnato uxorem.]
Tempus Subauditur, ut det. Quid aliàs.] Pro, cur aliàs, alio tempore. In ipſo tempore.] In ipſa opportunitate, in ipſo articulo. Eccum ipſum obuiam Chremetem?] Continuo mutauit declinationem, ut, Iubeo Chremetem.

ACTVS

ACTVS III SCENA III.

Iambici tetrametri.

SIMO, CHREMES, SENES II

s. IVBEO Chremetem. c. ó teipſum quærebam. s. & ego te. c. optato aduenis.
Aliquot me adiere. ex te auditum qui aiebant hodie filiam
Meam nubere tuo gnato· id uiſo, túne, an illi inſaniant.
s. Auſculta paucis· & quid ego te uelim, & tu quod quæris, ſcies.
c. Auſculto· loquere quid uelis. *Iambicus dimeter*
s. Per te ego deos oro, & noſtram amicitiam Chreme, *Iambici trimetri*
Quæ incepta à paruis cum ætate adcreuit ſimul·
Perq́ unicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cuius tibi poteſtas ſumma ſeruandi datur·
Vt me adiuues in hac re· atq; ita, uti nuptiæ
Fuerant futuræ, fiant. c. ah ne me obſecra·
Quaſi hoc te orando, à me impetrare oporteat.
Alium eſſe cenſes nunc me, atq; olim, cum dabam?
Si in rem eſt utriq;, ut fiant: accerſi iube.
Sed ſi ex ea re plus mali eſt, quàm commodi,
Vtriq;: id oro te, in commune ut conſulas·
Quaſi illa tua ſit, Pamphiliq́ ego ſim pater.
s. Imò ita uolo, itaq; poſtulo ut fiat, Chreme.
Neq; poſtulem abs te, ni ipſa res moneat. c. quid eſt?
s. Iræ ſunt inter Glycerium, & gnatum, c. audio.
s. Ita magnæ, ut ſperem poſſe auelli. c. fabulæ.
s. Profecto ſic eſt. c. ſic hercle, ut dicam tibi,
AMANTIVM iræ, amoris redintegratio eſt.
s. Hem, id te oro, ut ante eamus, dum tempus datur,
Dumq́ eius libido occluſa eſt contumelijs.
Prius quàm harum ſcelera, & lachrymæ confictæ dolis,
Reducant animum ægrotum ad miſericordiam,
Vxorem demus. ſpero conſuetudine, &
Coniugio liberali deuictum Chreme,
Dehinc facile ex illis ſeſe emerſurum malis. *Emergere actiue*
c. Tibi ita uidetur. at ego non poſſe arbitror
Neq; *illum hanc perpetuo habere, neq; me perpeti. *In illum eliditur l*
s. Qui ſcis ergo iſtuc? niſi periclum feceris?
c. At *iſtuc periclum in filia fieri, graue eſt. *In iſtuc eliditur s*
s. Nempe incommoditas deniq; huc omnis redit·
Si eueniat, quod di prohibeant, diſceſſio. At

Si corrigatur,quot commoditates,uide.
Principiò,amico filium restitueris.
Tibi generum firmum,& filiæ inuenies uirum.
c. Quid istuc? si istuc animum induxti esse utile.
Nolo tibi ullum commodum in me claudier.
s. Meritò te semper maximi feci Chreme.
Iambici tetrametri catalectici scazontes c. Sed quid ais? s. quid? c. qui scis eos nunc discordare inter se?
s. Ipsus mihi Dauos,qui intimus est eorum consilijs,dixit.
Et is mihi suadet,nuptias quantum queam ut maturem.
Num censes faceret,filium nisi sciret eadem hæc uelle?
Tute adeò iam eius uerba audies. heus euocate huc Dauum.
al. Atq; *Sed eccum uideo ipsum foras exire. Hæc pars est scazontis sequentis

IVbeo Chremetem.] Hæc congressio duorum senum ad tale periculum adigit fabulam,ut id non uideatur cõsilio,sed euentu posse uitari;qui euētus, est Critonis præsentia.nam nunc ex falsis fient ueræ nuptiæ. Iubeo Chremetem.Firme aliquid iubere,uelle est.Iubeo ergo,uolo.& deest,saluere: quod exprimitur ab alterius personæ interuētu,ut Virgilius,Reddiq; uiro promissa iubebat. Et μεταληπτικῶς, quia qui dicit saluc,iubet.uolumus enim animo: iubemus, uerbis. Teipsum quærebam.] Placabilis & lenis amicus per totam fabulam inducitur Chremes, ut cognitioni ad ultimum interesse possit. Optato aduenis.] Optato,aduerbium est.ut Virgilius, Ac uelut optato uētis. Aliquot me adiere.] Aliquot, hoc est nec multi,nec pauci.Adiere, non accesserunt:quia aditus arduus, difficilisq; est.Ergo adiere,quasi importune,& interpellantes adierunt.sic alibi,Birria quid tibi uidetur? adeon' ad eum? Ex te auditum.] ut
Viso est,De Dauo modo audiui. Ex te auditum.ergo non rumor,sed ueritas. Id uiso.] Ob id uiso.deest te:ut uiso ad uidendum uenio. Tùne,an illi insaniant.] Tu insanis, si dixisti: illi insaniunt,si non audita referunt Paucis.] Et paucis,& pauca legitur. Et quid ego te uelim.] A docilitate, Per ego te deos oro.] Ordo est,te per deos oro,ut Virgilius, Per ego te has lachrymas. Et nostram amicitiam Chremes.] Legitur & Chreme. Quæ incepta à paruis,cum ætate.] Mire autem incepta à pueris cum ætate,ut ostendat non nuper coitam amicitiam,sed antiquam.ut, Veterem Anchisen agnouit amicum.Idem alibi, Neque enim nouus iste Dianæ Venit amor. Adcreuit.] ut suprà,Adcurate. Ad præpositione utitur familiariter. Adcreuit.Hinc Virgilius,Crescent illæ, crescetis amores. Et meũ gnatum.] Ineptum est sic adiurare aliquem,Per salutem filij mei, ut facias id quod te rogo. sed
Obtestatio huic etiam subiungit,Cuius tibi potestas datur seruandi summa.in tua est,inquit, potestate,& tuus est.hæc ergo obtestatio dicitur,cum per eas res adiuramus aliquem, de quibus agitur causa.Vt,Iliaci cineres, & flamma extrema meorum.Idem alibi, Per euersæ genitor fumantia Troiæ Excidia obtestor. Vt me adiuues in hac re.] Atq; ipsam petitionem,ut nuptiæ fuerant futuræ fiant Breuiter & latine.Et hoc genus compositionis ueteres mutabant.
Nec obsecra.] Pro,ne obsecres. Quasi hoc te orãdo à me impetrare oporteat.] Hæc plena uox est & charitatis,& officij.quod enim amicus ab amico petit,iustum esse debet: nec pro eo quod non est iustum,supplicare oportet. Olim cum dabam.] Nos dicimus, cum darem.Virgilius,Tum decuit,cum sceptra dabas,En dextra,fidesq;.Et nota Olim pro nũper. Alium esse censes nunc me.] Non personæ,sed rei conditio est commutata. Si in rem est utriq;.] ὃ δ' ἀντίφρ συλλογισμῷ praue proposuit,ut recte replicaret. Hic syllogismus negatiuus dicitur.nam in secundo ὑμμασι negat quod prius dixit,Sed si ex ea re plus mali est, quàm commodi. Si in rem utriq;. Ab utili argumentum. Vterque duobus constat.
In commune Bene utrique,mihi & tibi:non,alteri utile,alteri inutile. Sed si ex ea re.Id est nuptiarum, mutauit numerum,ex plurali singularem.Fiant.& Ex ea re. In commune consule.] Id est,ex æquali prouide. Quasi illa tua sit, Pamphiliq; ego sim pater.] Nota suauissimam
Itaq; uarietatem.non dicit,quasi tua sit,& ille meus. Imò ita uolo.] Quia utile est,quia in rem est. Itaque postulo.] Itaq;,modo duæ partes orationis sunt,ut in Hecyra.Itaq; nos unà in ter nos ætatem agere liceat. Neque postulem.] Quia postulo prætulit. Iræ sunt inter Glycerium

Glycerium & gnatum.Hoc lato uultu pronũtiat Simo: & hoc à possibili est. loquitur enim apud eum,ex quo audierat Pamphilum pro uxore habere hanc peregrinam. Audio.] εἰρωνία.Mox.fabulæ.Et hic paulo sapientior inducitur,& minus obnoxius dolis. Profecto
Profecto sic est.] Profecto,confirmatio est. Amantium iræ.] Sententia γνωμικὴ in qua à specie recedit,& in omnes aliquid dicitur. παροιμία Est autem sine autore sententia. Redintegrãtio.] Instauratio. Id te oro.] Deest obiurat sit,ob id.ut Virgilius:Quod te per superos oro.
Sententia *Parœmia* *Redintegratio*
Priusquàm harum.] Inuidiosius, harum,quum una sit.sic in Eunucho,Non perpeti meretricum contumelias. Animum ægrotum.] Hoc ut suprà,Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem applicat. Vxorem demus.] ἠθικῶς, ut in Heautontimorumeno. Quo modo minimo periculo id demus adolescentulo. Neq; illum hanc perpetuo.] ἀμφιβολίαν de industria posuit:aut utrunq; significat. Nisi periculum feceris.] Periculum tentamentum.Cicero,Tute melius periculum feceris.Idem Terentius, Fac periculum in literis.
Periculum facere
At istuc periculum in filia fieri,graue est.Memorabile dictum, & id quod merito in prouerbium cesserit. Quod di prohibeant. παρένθεσις, per ὑφαιρεσιν. At si corrigatur.] Alter est syllogismus per contraria κράσεως, & ipse negatiuus. Principio,amico filium.] Principio,nec intulit,secundo. Restitueris.inuenies.] Ergo ἀνακόλουθον duplex. Amico filium.] Ab honesto. Quid istuc?] Concedentis,& uelut uicti uerbum.tanquam si diceret, quid? & abundat istuc.Vel potius,quid istuc,significat hominem de loco,ac de sententia decedere.ut è contrario,perstare ac resistere dicitur,qui aliquid negat. Si id animum induxti.] Legitur &,animum induxisti.sed illud,plenum est: hoc,per μετασχηματισμοῦ συγκοπὴν diminuitur.
Ipsus mihi Dauus dixit.] Commendatio testis,ut, In foro modo de Dauo audiui. Ergo Ipsus,quasi qui maxime sciat. Tute adeò.] παρέλκεται Adeò modo & abundat.ut Virgilius,Tu quoq; adeò quem mox quæ sint habitura deorum Concilia, incertum. Sed eccum.] Eccum,quasi ecce eum,ueteres dixerunt.eccum eccuius.Ellum,quod apertius significat ecce illum,& obscurius elium.

ACTVS TERTII SCENA IIII.

Scazontes ut ante.

DAVVS. SIMO. CHREMES.

D. AD te ibam. s.quid nam est?
D. Cur† uxor non accersitur? iam adueſperascit. s. Audín' tu illum? *Vxor redundat in uersu,& uidetur additum ab interprete.*
Ego dudum nonnihil ueritus sum Daue abs te, ne faceres idem *Iambici tetrametri*
Quod uolgus seruorum solet dolis ut me deluderes,
Propterea quòd amat filius. D. egon' istuc facerem? s. credidi.
Idq; adeò metuens uos cælaui,quod nunc dicam. D. quid? s. scies.
Nam propemodum habeo iam tibi fidem. D. tandem cognosti qui siem.
s. Non fuerant nuptiæ futuræ. D. quid non? s. sed ea gratia
Simulaui,uos ut pertentarem. D. quid ais? s. sic est res. D. uide,
Nunquam† quiui ego istuc intelligere.uah consilium callidum. *Aut cliditur u in quiui, aut s in istuc*
s. Hoc audi.ut hinc te iussi introire,opportune hic fit mihi obuiam.
D. †Hem numnã perijmus? s. narro,quæ tu dudũ narrasti mihi. *al.* narro huic *†Hem pendet à priore uersu*
D. Quid nam audio? gnatam ut det,oro,uixq; id exoro.
D. occidi. *Trochaicus tetrameter catalecticus*
s. Hem,quid dixti? D. optume inquam factum. s. nunc per hunc nulla
est mora. *Rursus octonarij Iambici*

C Domum modo ibo ut apparentur, dicam, atq; huc renuntio.
S. Nunc te oro Daue, quoniam ſolus mihi effeciſti has nuptias.
D. Ego uerò ſolus. S. corrigere mihi gnatum porrò enitere.
D. Faciam hercle ſedulo. S. potes nunc, dum animus irritatus eſt.
D. Quieſcas. S. age igitur. ubi nunc eſt ipſus? D. mirum, ni domi eſt.
S. Ibo ad eum, atque eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam eadem illi. D. †nullus ſum. *In nullus eliditur s*
Quid cauſæ eſt, quin hinc in piſtrinum recta proficiſcar uia?
Nihil preci loci relictum, iam perturbaui omnia.
Herum fefelli in nuptias conieci herilem filium.
Feci hodie, ut fierent, inſperante hoc, atq; inuito Pamphilo.
Hem aſtutias. quòd ſi quieſſem, nihil eueniſſet mali.
Sed eccum ipſum uideo, occidi. *Dimeter Iambicus*
Vtinam eſſet mihi aliquid hic, quo nunc me præcipitem darem.*

**Trochaicus tetrameter catalecticus.*

AD te ibam.] Dauus ut rectè ſcribatur, Dauos ſcribendum eſt, quia nulla litera uocalis geminata, unam facit ſyllabam. ſed quia ambiguitas uitanda eſt nominatiui ſingularis & accuſatiui pluralis, neceſſario pro hac regula, digamma utimur, DaFus, ſerFus, Fulgus, corFus. Ad te ibam. Locus eſt, in quo iam ad diſcrimen mali producta comœdia, in meliorem partem iam incipit inclinare.

Dudum Ego dudum.] Semper grauis inceptio orationis quæ exordium ſumit à pronomine ego: ut, Ego te quæ plurima fando. &, Ego poſtquàm te emi à paruulo. Ego dudum. Aduerbia temporis, aut certa ſunt, ut hodie, cras: aut incerta, ut dudum, nuper. Itaq; incertis certum additur tempus: ut iam dudum, nunc nuper. Non nihil ueritus Daue abs te.] Breuiter, pro, ueritus ne quid abs te fieret. ſicut ſuprà, Hei, metui à Chryſide. Et Cicero, Quod precatus ſum à diſs immortalibus. pro eo quod eſt, quæ ab diſs petij, precatus eos. Quod uolgus ſeruorum ſolet.] Totum cum extenuatione protulit, tanquam qui ſatisfactum uoluerit Dauo ob comprobatam fidem eius. Nam propemodum habeo.] Ridicula dilatio eius rei, quæ iamdudum nota eſt auditori. Nam propémodum habeo iam.] Hoc eſt propémodum, cuius actus eſt, admodum. Sed ea gratia.] Gratia, pro cauſa poſuit, noue.

Nuper *Iam dudum* *Nunc nuper* *Propemodũ* *Admodum*

Sic eſt res Sic eſt res.] Quod Græci dicunt, οὕτως ἔχει. Num nam.] Nam παρέλκεται. ut in quis nam Quid nam audio? Legitur & audiam. Menander enim ſic ait, τί δ' ἔστ' ἀκούσω Occidi. optume.] Bene uſus eſt παρομοίᾳ, occidi. & optime, ut ſimilitudine falleret audientem.

Per hunc.] Chremetem ſcilicet. Ibo atque huc renuntio.] Varie, ibo & renuntio.

Nunc te oro Daue.] Te, id eſt per quem ſtat ſumma negocij. Et modo magis uerè rogat, quàm tunc cum ait, Dehinc poſtulo, ſiue æquum eſt, te oro Daue. Ibi enim iracundia latet, cum dixit ſiue æquum eſt. Effeciſti has.] Non feciſti. eſt enim efficere, perficere faciendo. Et bene has: quarum cauſa laboro. Ego uero ſolus.] Et hoc ad increpationem dicit, non ad confirmationem. Solus.] Id eſt cui non aſſentiebat Pamphilus. Porrò.] In futurum, deinceps. Futuri temporis aduerbium. uel adhortantis: ut, Porrò q q que.

Porrò *Eniti*

Enitere.] Labora: quaſi difficile ſit, & conatu ſit opus. Hercle ſedulo.] Productiones ſunt Comici ſtili ad fucum orationis poſitæ. Potes nunc.] A poſſibili argumentum.

Irritati Dum animus irritatus.] Quia dixerat. Iræ ſunt inter Glycerium & gnatum. Irritatus eſt. commotus, ira prouocatus. ut in Phormione. Dicitur autem uerbum à canibus, qui re ſtrictis dentibus hanc literam r imitantur. Quieſcas.] Id eſt conquieſce imperatiui

Age modi, ne iniurioſum uideretur. Age igitur.] Age, dic: ut eſt, Egi, atque oraui tecum. aut aduerbium eſt hortandi. Quieſcas. Pro quieſce. aut deeſt uolo, aut facito. Mirum ni domi eſt.] Exiſtimationem intulit, incertum fugiens: & eſt compoſitum quaſi miror.

Mirum ni domi eſt. compoſitum eſt, quaſi hoc eſt mirum ni domi eſt, Cautè ſeruus callidam interrogationẽ ſenis paratus excepit. Memor ſimulatæ diſcordiæ cũ amica, fingit non ſe alibi eum eſſe ſuſpicari, quàm domi. Dicam eadem illi.] In alijs itidem ſcriptum eſt. quod ſi eſt, pro item accipiamus. An ego idem, pro item? Nullus ſum.] Plus eſt nullum eſſe,

Nullus ſum

eſſe, quàm periſſe, nam qui perit, uel corpus habet reliquum: qui uerò nullus eſt, ita non eſt, ac ſi natus non ſit. Recta proficiſcar uia?] Bene recta, ut corporis impulſionem lucrifaciam, aut recta, ut non cam ad precatorem, aut ad Pamphilum. Et bene proficiſcar. proficiſci enim in rem ægram ac difficilem dicimus. Et recta uia, plana dixit, non tantum recta.

Hinc.] Id eſt, ex hoc loco. Nihil eſt preci loci relictum.] Subiungit ergo cauſas cur proficiſcatur in piſtrinum. Nihil eſt preci. Quod prædixit ſenex. Iam perturbaui omnia.] Alloquutio in qua quid metuat, quid uelit, manifeſtum eſt. Herum fefelli.] Hæc enumeratio cauſarum eſt, quia magnifice exaggerauit errores ſuos. Conieci.] Nec immiſi, ſed conieci: quod impetum & iniuriam ſignificat. Herilem filium.] τὸν τρόφιμον. Feci hodie.] Nec ſolum feci, uerum etiam addidit tempus, Hodie: ut ne diecula quidem eius ſit, quod fecerat, mali. Inſperante hoc, atq; inuito.] Inſperante & inuito, duplex offenſio. Hem aſtutias.] Bona ἰρωνεία. Pluraliter dixit aſtutias, quaſi is qui abundet aſtutijs, ut ei una non ſufficeret. Vtinam mihi eſſet aliquid.] Non dixit gladium, aut laqueum, ne eſſet tragicũ. Ergo expreſſit bene, dicens: Quo me nunc præcipitem darem.

Conijcere

ACTVS TERTII SCENA V.

Iambici tetrametri.

PAMPHILVS. DAVVS.

P. UBI illic ſcelus eſt, qui me perdidit? D. perij. P. atq; hoc cõfiteor,
Iure obtigiſſe, quandoquidem tam iners, tam nulli conſili
Sum. ſeruón' fortunas meas me commiſiſſe futili?
Ergo pretium ob ſtultitiã fero, ſed inultum nunquã id auferet.
D. Poſthac incolumem ſat ſcio fore me, nunc hoc ſi deuito malum.
P. Sed quid ego nunc dicam patri? negabón' uelle me, modo
Qui ſum pollicitus ducere? *qua fiducia id facere audeam?
Nec quid me nunc faciam, ſcio. D. †nec quid de me, atq; id ago ſedulo.
Dicam aliquid iam inuenturum, ut huic malo aliquam producam moram. P. oh.
D. Viſus ſum, P. ehodum bone uir, quid ais? uiden' me conſilijs tuis
Miſerum impeditum eſſe? D. at iam expediam. P. expedies? D. certe Pamphile.
P. Nempe ut modo. D. Imò melius ſpero. P. oh, tibi ego ut credam furcifer?
Tu rem impeditam, & perditam reſtituas? †hem quo fretus ſiem,
Qui me hodie ex tranquilliſſima re conieciſti in nuptias.
An non dixi hoc eſſe futurum? D. dixti. P. quid meritus es? D. crucem.
Sed paululum ſine ad me ut redeam. iam aliquid diſpiciam. P. hei mihi,
Cur non habeo ſpacium, ut de te ſumam ſupplicium, utut uolo?
Nanq; hocce tempus præcauere mihi me, haud te ulciſci ſinit

**Qua refertur ad dimetrũ priorẽ.*

†Nec pertinet ad dimetrum priorem.

†Hem additur extra metrum

VBi illic ſcelus eſt.] Hæc ſcena, cuius perturbationis eſſe debeat, etiam ſuprà poëta præſtruxit, cum ad conſentiendum Daui conſilio tardum Pamphilum faceret. Vbi illic ſcelus eſt. Accuſatio. Vbi illic ſcelus. Nimium terribile eſt ſæuire antè q̃s uideas eum contra quem iraſceris. Vbi illic ſcelus eſt. Ad intellectum, nõ ad uerba redegit. & eſt figura σύλληψις per genera. Virg. Pars in fruſta ſecãt. Sed hic figura eſt per numeros: nã quia ſcelus, ſceleſtus intelligit, modo q̃ ſubiũxit, nõ quod. Tam iners.] Sine arte. Tã nulli cõſilij.] Vna pars orationis eſt, nulli cõſilij. nos, nullius & ſolius, rectè

Iners

rectè autem ueteres,nullo nulli,solo soli declinabant. Me commisisse.] Non, commendasse:sed,commisisse. Committimus enim quæ cum magno periculo uolumus esse seruata. Futile uas

Futile uas Futili.] Leui.nam à uase,quod futile dicitur,quod non deponunt ministri sacrorum, quod est acuto fundo,& paulo ore,coq; instabile est. Virgilius, Consilijs habitus non futilis autor. Ergo pretium.] Pretium pro stultitia, pœna est: pro uirtute,præmiũ. Ergo pretium generaliter pro bene,aut malefacto redditur.sed discernitur ita: nam pretium pro stultitia,est pœna:pretium pro uirtute,honor est,& lucrum. Pretium ob stultitiam.] Sic Plautus locutus est,Pretium ob asinos.pro, asinorum pretium. Virgilius, Rem magnam, Pretiumq; moræ fore. Et alibi,Illum Titides alto pro talibus ausis Affecit pretio. & est figura ὑπαλλαγὴ, ut apud Virgilium,Inuidisse deos patrijs ut redditus oris. Posthac incolumem sat scio fore me. Sic dicere solemus in magno periculo positi: nunquam nos periclitaturos, si illud periculum potuerimus euadere. Posthac.] Audacter se incolumem in futurum promittit fore,cũ uita hominis tam uarijs multisq; sit periculis conferta. sed hoc dicit, Sic inquit periclitor.si hoc euasero,scio me non postea periclitaturum. Menander sic *

Pretium
Præmium
Ob

& est sensus, Tam difficile est hinc euadere,ut qui hinc euaserit, uideatur immortalis futurus. Dicam patri.] Bene patri,non Simoni: ut de autoritate huius nominis summus terror exurgat. Modo pollicitus sum.] Modo: mire. etenim maiorem uim habent recẽtiora promissa. Modo pollicitus sum. Oratorie melius pollicitus sum dixit, quàm si promisi, diceret. Qua fiducia.] Qua fiducia,ad personam suam retulit. & fiducia modo impudentiam significat. Nec quid me nunc faciam.] Nos quid faciam.ueteres autem Me addebãt. Et nota faciam,cum ablatiuo casu. Ablatiuus casus,me. Atq; id ago.] Id quæro, hoc est inueniam quid faciam. Aliquam producam.] Productem legitur,& producam. Significat autem differam,protendam,prolatem. Eho dum bone uir.] Grauis interrogatio, & minantis cum iracundia. Et hoc ὑποστολὴ prosequitur, cum omne genus contumeliæ leue in eum dicimus,in quem ferimur iracundia. Viden' me.] Hoc est nunquid negare potes?

Pollicitus sum
Fiducia
Facio cum ablatiuo
Producere

Impeditus Impeditum esse.] Impeditus est proprie, qui ita pedes habet illigatos, ut progredi non possit. Sed hic ad negocium retulit. At iam expediam.] Non se defendit, sed emendaturum promittit. & bene ad impeditum,expediam retulit: duo promisit simul, & tẽpus cum celeritate,& effectum. Imò melius.] Bene melius cõparatiuo est usus, quasi hoc bonum sit,illud melius. Furcifer.] Furciferi dicebantur,qui ob leue delictum cogebãtur à dominis,ignominiæ magis, quàm supplicij causa circa uicinos furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus,& prædicare peccatum suum,simulq; monere cæteros nequid simile admittant. Itaq; & Cicero de seruo, Quid inde furcifer? quò progreditur? Impeditam & perditam restituas?] Multum progressus est,impeditam dicere: modo perditam dixit. Sensus hic est,Integram perdidisti,& perditam restituas? Tu.] Hoc est,qui integram expeditamq; turbasti. Quo fretus siem.] Est memor se antè dixisse,Dauum uideo, cuius consilio fretus sum. Hoc futurum.] Vt ab illa excludar,huc concludar.&,Vide quò me inducas. Crucem.] Plena satisfactio est,confessio peccati sine recusatione pœnarum. nam mitiores eos reddimus,quibus uultu operæ pretium pro delictis nostris offerimus. Virgilius,

Impeditus
Furciferi

Equidem merui,nec deprecor inquit. Ad me ut redeam.] Redire ad se dicitur, qui animum recipit,& sedem mentis. Virgilius, Victus ad se redit. & hic de corpore dixit. Ad se autem redit,qui amens esse desistit. Dispiciam.] Dispicere,est disquirere consilium. despicere,deorsum aspicere. Cur non habeo spatium.] οἰκονομία. Nanq; hoc tempus præcauere. Sic Virgil. Sed motos præstat cõponere fluctus. & est οὐλαλαγὴ: illud enim cogit, hoc finit.

Redire ad se
Dispicere
Despicere

ACTVS QVARTI SCENA I.

CHARINVS, PAMPHILVS, ADOLESCENTES, DAVVS

C. HOCINE credibile est,aut memorabile, *Hic est Iamb.pentameter*
Tanta uecordia innata cuiquam ut siet, *Cretici dimetri,id est quatuor pedum*
Vt malis gaudeant,atq; ex incommodis
Alterius sua uti comparent commoda? ah
Id ne uerum est? imò id genus hominum est pessumum, In
Denegando modo quis pudor est paululum.

Post

Post ubi est tempus promissa iam perfici,
Tum necessario sese aperiunt,& timent,
Et tamen res* cogit denegare. Ibi *Deest aliquid metro, nam pro quarto cretico po-* *al. premit*
Tum impudentissima eorum oratio est. *Cretici tres.* *(suit Iambum*
Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus, *Et hic pro quarto ponitur Iambus*
Proxumus sum egomet mihi. Attamen,ubi fides, *Cretici quatuor*
Si roges,nihil pudet.hic,ubi opus est, *Cretici tres*
Non uerentur.illic,ubi nihil opus est,ibi uerentur. *Trochaicus scazon*
Sed quid agam? adeámne ad eum,& cum eo iniuriam hanc expostulem? *Trochaici tetrametri catalectici*
Ingeram mala multa atq; aliquis dicat, Nihil promoueris?
Multũ molestus certe ei fuero,atq; animo morem gessero. *Iamb.tetrameter*
P. Charine,& me & te imprudens,nisi quid di respiciunt,perdidi.
C. Itáne? imprudens. tandem inuenta est causa. soluisti fidem.
P. Quid tandem? C. etiam nunc me* subducere istis dictis postulas. *al. seducere*
P. Quid istuc est? C. postq̃ me amare dixi, cõplacita est tibi. *Troch.tetrametri*
Heu me miserum,qui tuum animum ex animo spectaui meo.
P. Falsus es. C. non tibi satis esse hoc uisum solidum est gaudium,
Nisi me lactasses amantem,& falsa spe produceres?
Habeas. P. habeam? ah nescis quantis in malis uerser miser,
Quantasq; hic suis consilijs mihi confecit sollicitudines, *Iambici trimetri*
Meus carnifex. C. quid* istuc tam mirum est,si de te exemplum capit? *In istic elliditur s*
P. Haud istuc dicas,si cognoris uel me,uel amorem meum.
C. Scio,cum patre altercasti dudum & is nunc propterea tibi
Succenset. nec te quiuit hodie cogere,illam ut duceres.
P. Imo etiam,quo tu minus scis ærumnas meas. *Iambici trimetri*
Hæ nuptiæ non apparabantur mihi,
Nec postulabat nunc quisquam uxorem dare.
C. Scio: coactus tua uoluntate es. P. mane,
Nondum scis. C. scio equidem illam ducturum esse te.
P. Cur me enecas? hoc audi. nunquam destitit
Instare,ut dicerem esse ducturum patri.
Suadere,orare,usqueadeo,donec perpulit.
C. Quis homo istuc? P. Dauos. C. Dauos? P. interturbat. C. quam ob
rem? P. nescio. *Iambicus tetrameter*
Nisi mihi deos satis scio fuisse iratos,qui auscultauerim. *Et hic tetrameter*
C. Factum est hoc Daue? D. factum est. C. hem,quid ais scelus? *Trimetri rursus*
At tibi di dignum factis exitium diunt.
Eho,dic mihi,si omnes hunc coniectum in nuptias
Inimici uellent: quod,ni hoc consilium,darent?
D. Deceptus sum,at non defatigatus. C. scio.
D. Hac non succesit,alia aggrediemur uia.

Nisi

Nisi putas,quia primo processit parum,
Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum.
P. Imò etiam.nam*satis credo,si aduigilaueris, *In satis elidit ur s
Ex unis,geminas mihi conficies nuptias.
D. Ego Pamphile,hoc tibi pro seruitio debeo
Conari manibus,pedibus,noctesq́,& dies,
Capitis periculum adire,dum prosim tibi.
Tuum est,si quid præter spem euênit,mihi ignoscere.
Parum successit quod ago,at facio sedulo.
Vel melius tu aliud reperi,me missum face.
P. Cupio.restitue,in quem me accepisti,locum.
D. Faciam. P.at iam hoc opus est. D.hem sed mane.concrepuit à Glycerio ostium. *Iambici tetrametri.*
P. Nihil ad te. D.quæro. P.hem,nuncine demum? D.at iam hoc tibi inuentum dabo.

HOccine est credibile.] Elegans perturbatio,in qua inter se Simo,Pamphilus Dauus,Charinus,Birria,Chremes,omnes omnibus redduntur offensi.

Hocine est credibile.Et incredibile est inquit,& nefandũ,è contrario enim ab interrogatione quadam incipiunt,qui nimis irascuntur,ut & illud,Hocine humanum factum Et totum hoc in pronũtiatione est, hoc enim genus interrogationis uim negandi exprimit. Hocine est credibile. A generalitate incipit.ut Cicero,Quàm facile serpat iniuria & peccandi locus,quàm non fir u hocine sclum,hosce clareo g s o h i Cuiquam ut fiet) Singulari & plurali numero respondet.

Comparo Vt malis gaudeãt.] Cum dixisset cuiquam,intulit numerum pluralem,ut alibi,Si quisquam est qui placere se studeat bonis Quãplurimis,& minime multos lædere: In his poeta hic nomen profitetur suum. Vt malis gaudeant. Legitur & gaudeat. Ex incommodis alterius.] Et hic,gaudeant,subauditur. Sua uti comparent.] Hoc est acquirãt,uel æstiment. Atq; ex incommodis alterius, sua comparent ut commoda? Hoc est, nõ intelligũt commoda sua,nisi ex alterius incommodis ea æstimauerint. Inde est uerum?] imò id genus. Alij sic,Verum est hoc genus hominum * hominem se probauit esse, cum malus sit: & sic contra hoc,imò non hominem,sed pessimum hominem se probauit. Id ne est uerum?imò id genus.Parum accusauerat,dicens:Id ne est uerum hominum genus?& ideo addidit, Imò id genus hominum est pessimum.ut hoc facere,non hominis modo sit, sed pessimi hominis. In denegando modo.] Modo pro tantummodo. Quis pudor paululum adest.] Adest pudor,ne denegent:non adest,ut & præsteni. Post ubi tempus.] Deest est:ut sit tempus est. Necessario se aperiunt.] Mire ait necessario:quia sunt tales:necessitas autem in natura est constituta. Aperiũt.] Mire,aperiunt:quoniam tunc cum promittebant,mali erant:sed latebat malitia intra pectoris altitudinem. Et timent,& tamen.] Bis numero subauditur denegare.Et melius timẽt,quàm si diceret,pudet eos.nam timor,est malorum: pudor,tantum bonorum. Res.] Malitia scilicet:tanquam mali sint ad rem quam præstare non possunt. Quid mihi es?quis tu es?] Quis tu es,ad dignitatem refertur. quis mihi es,ad necessitudinem,id est frater,aut cognatus.Et hæc uerba,mollia sunt dictu, sed animo aspera. Cur meam tibi?] ἰπλεψις. Heus,proximus sum.] Heus significatio est modo nominis ad intentionem considerationemq́ reuocandi. Proximus sum egomet mihi.] Id est charior mihimet ipsi sum,quàm quisquam alienus. Proximus.Charus,benеuolus.& hoc est quod ait supra,Quo æquior sum Pamphilo, si se illam in somnis, quàm illum amplecti maluit. Inde proximi & propinqui dicuntur,qui nobis chari esse debent. Nihil pudet.] Pudor est mali facti: Verecũdia,recti & honesti.Ergo mire posuit. Si roges.] Abundat, si roges:sed ἰδιωτῶς additum est. Hic.] Vbi promiserant. Illic,ubi nihil opus est, ibi.] Illic & ibi,aptum irascenti repetitiõis genus. Hic ubi opus est.Saluo pudore. Illic.Legitur & illi. Vbi nihil opus est.] Vbi nondum promiserunt,ibi uerentur.quod ait suprà. In denegando

Modo
Aperire se
Timor
Pudor
Heus
Proximus
Pudor
Verecundia

denegando modo quis pudor est paululum. Adeam ne ad eum?] Hic locus deliberationis est:an adeat ad Pamphilum.& unum Ad abundat.& moraliter uerba Charini sunt posita. Iniuriam.] Pro,de iniuria. Expostulem?] Expostulatio est aduersus eum quem incusamus.nam expostulare,est querelam apud cum ipsum deponere,de eo ipso qui fecit iniuriam.Postulare autem,querelam dicere de altero apud alterũ. Ingeram mala multa.] Quasi tela,ita se dicit ingesturum mala. Atq; aliquis dicat, nihil promoueris.] Hoc dicit.Etsi existat aliquis qui mihi dicat,quid profeceris?respondebo,Multum. Multum.] Non subiunxit,quo modo multum? sed illud faciam. Multum. Subauditur, promouero. Molestus certe ei fuero.] Transitum fecit dicendo,Molestus certe ei fuero.hoc est,si nihil aliud promouero,certe ei molestus fuero. Atq; animo morem gessero.] Erit fructus iracundiæ ex uindicta.Et per iracundiam atque turbationem non inuenit, quod sit multum,aliud.ergo inuenit,molestus certe ei fuero. Charine,& me,& te.] Mire, & artificiose fecit Pamphilum priorem alloqui ad perfringendam iracundiã Charini. alioquin si prior uocifetari potuisset,tragica exclamatione usus fuisset. Imprudens.] Defensio ab imprudentia.etenim nisi bonæ esset conscientiæ,nunquam diceret,te perdidi,purgaturus. Itáne imprudens.] Imprudens,distingue.& attende hoc illum repetere,quod indignatur magis, quasi audierit imprudens,& non audierit reliqua. Itáne imprudens. Quia articulus omnis defensionis per concessiuam qualitatem hoc dicto est constitutus: idcirco hoc ipsum Charinus per infirmationem repetit,hoc cupiens eripere Pamphilo quo ille maxime nititur. Qui tuum animum.] Legitur &,Cum. Falsus es.] Modo participium est, id est falleris:si Pamphilum dicit. Si uero coniungitur,pro fallax accipitur. Hoc solidum.] Solidum,plenum,idoneũ,integrum. Nisi me lactasses.] Produxisses,oblectasses, induxisses. quæ significatio frustrationem ostendit. Lactare, est inducere in aliquam uoluptatem.à lactando,unde & oblectare dicitur. Habeas.] Permissio animi irati. Habeam?] Vt suprà, Aut si tibi hæ nuptiæ sunt cordi.P.Cordi? Hic suis cõfilijs mihi confecit.] ἰρωνία. Dixit ut suprà,cuius consilio fretus sum.Et cum uerser protulerit,Conficiat debuit inferre. est ergo ἀνακόλουθον. aut ut est illud,Principio,amico filium restitueris. Tibi generum firmum, & filiæ inuenies uirum. Confecit.Legitur & conflauit. Solicitudines.] Perturbationes. Meus carnifex.] Id est in me carnifex,qui me torserit:ut alibi, Deo irato meo:hoc est in me ira to deo. De te sic exemplum capit.] Vtrum,si te imitatur:an, si de te exigit pœnas: ut ipse alibi,Vterq; exempla in te edent.sed melius,te imitatur, accipimus. Haud istud dicas si cognoris.] Nosti enim,sed si cognoris,non ita dicas. Cum patre altercasti.] Ab ijs quæ facta sunt,ad ea quæ facta non sunt Cum patre altercasti.Legitur & altercatus es. nõ enim altercò dicimus. Nec te quiuit hodie cogere.] Hoc argumetum attulit ex ijs,quæ nõ sunt facta,cum fieri debuerint. Imò etiam.] Propterea & amplius. Imò etiam.Deest,audi.

Quo tu minus scis.] Quo,id est quòd.& deest,audi,uel accipe:ut sit, quòd,uel quoniam minus scis.Vel quo, id est ex quo,aut qua re: Aut certe erit sensus cum huiusmodi tamen subauditione,Imò etiam quo tu minus scis ærumnas meas,eo magis audi. Aut, Imò etiam hæ nuptiæ nõ parabantur mihi,quo ipso minus tu scis ærumnas meas. id est,falsæ nuptiæ erant:quæ res te fallit magis,irascíq; mihi cogit merito. Hæ nuptiæ.Legitur & hæc nuptiæ. sic enim ueteres dixerunt. Non apparabantur.] Apparari cum datiuo casu semper eladem & pernicie significat,ut Virgilius, Mihi sacra parari. Coactus tua uoluntate.] Hæc est accusatio. ille enim excusat per imprudentiam: hic arguit uoluntatem. hoc ergo dixit, Eo grauius,quo nullo cogente peccasti. Cur me enecas?] Excrucias. Instare, suadere, orare.] Quia dixit,instare,suadere,orare,non plus dicere posset: quando nihil potest esse.

Dauus.] Dauus,cum admiratione pronuntiandum. Interturbat omnia.] Deerat, ut & hic,Dauus,diceret:sed plus intulit,interturbat. Et inter,modo non mediocriter, significat:est enim adauctiua particula.ut interfectus,interemptus.Modo post.ut,Hunc inter,fluuio Tyberinus amœno Vorticibus rapidis & multa flauus arena In mare prorumpit.

Nescio.] Quia irascitur Dauo,dixit Nescio alio quin scit. Nisi mihi deos satis scio fuisse iratos.] Deest,quia:ut sit,nisi quia. Factum est hoc.] Non quod nõ credat, interrogat, sed quòd increpet. At tibi dij.] At, principium increpationi aptum.ut Virgilius, At tibi pro scelere.& Horatius,At ô deorum quisquis in cœlo regis Terras,& humanum genus.

Eho dic mihi.] Eho,interiectio est intentionem audientis exposcens. Dic mihi.] Semper τὸ dic mihi,iniuriosum est.ut Virgilius,Dic mihi Damœta,cuium pecus. Quod, nisi hoc,consilium darent.] Cum odio Hoc pronunciandum est.ideo coniectum dixit. Deceptus sum.] Concessio. Scio.] τὸ Scio,non ad deceptionem,sed ad defatigationem redit.ergo cum ἰρωνία sonandum.Hac non successit.] Deest, quod conabamur. & proprie de bono sic dicitur. Alia aggrediemũr uia.] Vel adoriemur,id est enitemur.Adoriri proprie

Expostulare
Postulare
Molestus
Falsus
Solidum
Lactare
Oblectare
Exemplum
Altercor
Enecare
Interturbo
At
Eho
Dic mihi
Succedere
Adoriri

Seruitium pric dicitur repente ex inſidiſs aliquem inuadere. Hoc tibi pro ſeruitio debeo.] Seruitiũ pro ſeruitute poſuit: ut, Seruitio enixæ tulimus. Conari manibus pedibus. Ad id intulit quod ait ſuprà, Quem ego credo manibus, pedibus q; obnixe omnia facturum. Et accuſatiuo caſu ſine intermiſſione ſignificat, noctes & dies. Manibus, pedibus. ὑπερβολικῶς.

Præter ſpem euenit.] Euênit, productum magis: quia hoc perpetuo non uult Pamphilo accidere. Ergo euênit: non autem euenit, media correpta. Parum ſuccedit quod ago.] Si

Sedulo noſtrum eſt officia præbere: at noſtrum non eſt fortunam poſſe præſtare. Et bene, ſuccedit,

Missum face ut quod agimus, oſtendat ſucceſſus eſſe fortunæ. Sedulo.] Id eſt ex animo, & ſine dolo. Me miſſum face.] Id eſt noli uti opera mea. Parum ſuccedit quod ago. Vtilis ſententia pro ſapiente contra fortunam. Reſtitue in quem me accepiſti locum.] Senſus his eſt, O-

Sed mane mnia mihi integra & ſalua redde, qualia tibi tradidi conſulturo, uel quum nihil promiſiſ-

Demum ſem patri. Hem. ſed mane.] Hoc quaſi incipientis, demonſtrantisq; aliquid noui ſe inueniſſe. Nihil ad te.] Hæc enim ad cogitantem nihil pertinere oportuit. Nuncine demũ.] Pro denique. Atiam hoc tibi inuentum dabo.] Conſilium ſcilicet, quo in priſtinum locum reſtituaris.

ACTVS QVARTI SCENA II.

Iambici tetrametri ſcazontes catalectici.

MYSIS. PAMPHILVS. CHARINVS. DAVVS.

M. TAM ubi ubi erit, inuentum tibi curabo, & mecum adductum
Tuum Pamphilum. tu modo anime mi noli te macerare.
†*Verſus conſtat, ſi legas,* P. Myſis. M. quid eſt? hem Pamphile, †optume mihi te offers.
optune te mihi offers P. Quid eſt? M. orare iuſſit, ſi ſe ames, hera, iã ut ad ſeſe uenias.
Videre ait te cupere. P. uah perij. hoc malum integraſcit.
Sicine me, atq; illam opera tua nunc miſeros ſollicitari?
Nam idcirco accerſor, nuptias quòd mihi apparari ſenſit.
C. Quibus quidem quàm facile poterat quieſci, ſi hic quieſſet?
D. Age, ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. M. atq; ædepol
Ea res eſt propter quam nunc miſera in mœrore eſt. P. Myſis,
Per omnes adiuro deos, nunquam eam me deſerturum.
Non, ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omneis homines.
Hanc mihi expetiui, contigit. conueniunt mores, ualeant
Qui inter nos diſſidium uolunt. hanc, niſi mors, mihi adimet nemo.
C. Reſipiſco. P. non Apollinis magis uerum atq; hoc reſponſum eſt,
Si poterit fieri, ut ne pater per me ſtetiſſe credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ, uolo. ſed ſi id non poterit.
Id faciam, in procliui quod eſt, per me ſtetiſſe ut credat.
Quis uideor? C. miſer æque, atq; ego. P. conſilium quæro. C. fortis.
Scio quid conere. D. hoc ego tibi profecto effectum reddam.
P. Iam hoc opus eſt. D. quin iam habeo. C. quid eſt? D. huic, non tibi habeo,
ne erres.
C. Sat habeo. P. quid facies? cedó. D. dies hic mihi ut ſit ſatis, uereor,
Ad agendum ne uacuum me eſſe nunc ad narrandum credas,
Proinde hinc uos amolimini, nam mihi impedimento eſtis.

Ego

P. Ego hanc uiſam. D. quid tu? quó hinc te agis? C. uerum uis dicam?
D. imò etiam
Narrationis mihi incipit initium. C. quid me fiet?
D. Eho tu impudens, non ſatis habes, quòd tibi dieculam addo.
Quantum huic promoueo nuptias? C. Daue, attamen. D. quid ergo?
C. Vt ducam. D. ridiculum. C. huc face, ad me ut uenias, ſi quid poteris.
D. Quid ueniam? nihil habeo. C. attamen ſi quid. D. age, ueniam. C. ſi quid,
Domi ero. D. Tu Myſis dum exeo, parumper me hic operire.
M. Quapropter? D. Ita facto opus eſt. M. matura. D. iam inquam hic adero.

TAm ubi ubi erit.] In ſcena hac, inſtauratio eſt adhortationis Pamphili per Myſidem. Opus eſt enim exhortari rurſus adoleſcentem, ne ſub patris oppreſſione frangat. Iam ubiubi erit. Opportune rurſus æſtuante Pamphilo, amicæ mentio obijcitur per Myſidem, ne ſuccumbat ad nuptias patri, quamuis promiſerit patri ſe ducturum coniugem. aduerſus quam difficultatem, quia ipſius perſona non ſufficit: id agit ut ad Glycerium modo adducat Pamphilum: cuius affectum excitat, non ex eo ſolum, quod eum puella uocat, ſed etiam quòd deſiderat eum uidere. Vbi ubi erit. Vbi ubi, In prima parte uim ſuam tenet. in poſteriore productionem: & eſt quemadmodum ut ut, qua qua: unde unde: pro ubicunq;, utcunq;, quacunq;, undecunq;. Iam ubi ubi erit, inuentum tibi curabo.) Non ſolum ſe adducturam promiſit, ſed & tempus addidit. Et bene tibi, quaſi amanti Anime mi.] Mollis oratio & fœminea multis implicata blandimentis. Ait enim, Tu modo anime mi. Mi, pro meus. Integraſcit.] Integratur, quod ad integrum redit, quod repetitur, quod inſtauratur. Virg. Ramoq; ſedens miſerabile carmen Integrat. Sollicitarier.] Perturbari. Hoc malum.] Amor meus, aut Glycerij ſolicitudo, quam neſcire oportuit nuptias. Quòd mihi apparari. Apparari, ad honorem & timorem refertur: & datiuo caſui ſubiunctũ, cladem & perniciem ſignificat. ut Virgilius, Mihi ſacra parari. Age ſi hic non inſanit ſatis.] Hic excitus, comprimit Charinum, ne fomenta iracundiæ, Pamphilo præberet. Aut, ſi pœnitet te, quãtum hic ſua ſponte inſanit. Si hic non inſanit ſatis. εἰρωνίαν. aut laus ad mitigandum Pamphilum. Ea res eſt.] Id eſt nuptias apparari ſenſit. Myſis.] Aſſeueratio eſt, ſi à nomine eius incipias, cum quo loqueris. Per omnes adiuro deos.] Ad, auctiua particula eſt: ut admirabiliter, ualde mirabiliter, & aduerbõ. Et hoc ſupereſt amiſſa fide, ut adiurandum ſit. Omnes homines.] Mira uerecundia: omnes homines maluit dicere, ut in his quoq; parentes ſignificaret, quàm aperte dicere patrem, cuius metu promiſit nuptias. & eſt contra illud, Sed uim ut queas ferre. Omnes homines. Ita dixit de uno, hoc eſt patre, omnes homines: ut idem alibi, O cœlum, ô terra, ô maria Neptuni. Nunquid & cœlum, Neptuni eſt? non utiq; ſed omnia hæc maria uoluit eſſe. ut Virg. Omnia uel medium fiant mare. Contigit.] Quod uix euenit, contigiſſe dicitur.

Vbi ubi
Vt ut
Qua qua
Vnde unde
Mi
Integrare
Sollicitari
Apparari
Contigit

Conueniunt mores.] Recte id quod matrimonium firmat. Valeant.] hoc eſt, abeant, recedant: quia & diſcedentibus & mortuis, uale dicitur. ut Virgilius. Salue æternum mihi maxime Palla Aeternumq; uale. Vel potius τῷ ὑφημισμῷ, cum male optaturus eſſet, conſiderato patre παραλόγως locutus eſt: & non dixit quod intenderat, percant. Et attende quàm moderate pluraliter dixerit, cum ſignificaret patrem. Valeant. Renuntiationis & imprecationis eſt uerbum. Hanc, niſi mors, mihi adimet nemo.] Etſi ualeãt, hanc, niſi mors, ne mo adimet. Conceſſio hic eſt. hoc enim per conceſſionem dicitur. Hanc, niſi mors mihi adimet nemo. Perſeuerat, ne dicat, pater: pro, Non adimet pater. Reſipiſco.] Spiritum reuocat ſenſus. Magis uerum.] Aut magis uerum; aut uerius dicimus. Vt ne pater.] Vt ne, pro ne non. Per me ſtetiſſe.] Stetiſſe, hoc eſt eſſe: ut Virg. Deſertaq; montis ſtat domus. Aliter, plenum eſt: ut idem, Stant & iuniperi, & caſtaneæ hirſutæ. Aliter horreat. ut, Stant lumina flamma. & Lucilius, Stat ſentibus fundus. Per me ſtetiſſe. Hoc eſt, per me factũ eſſe, ne fierent nuptiæ. Miſer æque atque ego.] Bene atq; ego: quia hic amore uexatur. Et intulit παραλόγως. Nam uolebat Pamphilus ſibi dici, fortis: quod illi tamen mox dicetur. Hic igitur aliter reſpõdet, atq; interrogat Pamphilus, ideò quòd uideat impoſſibile eſſe, palàm reſiſtere parenti. Scio quid conere.] Senſus eſt, Scio quidem quid coneris: ſed an efficere poſſis, neſcio. Scio quid coneris. Si Pamphili eſt perſona, cum εἰρωνία dicitur: ſi Charini, ſimplex laudatio eſt. ſed ſi Pãphili eſt, hoc ſignificat quod ſuprà, Ex unis geminas mihi con

Reſipiſcere
Vt ne
Sto

ficies nuptias. Sed non esse personam Pamphili, ex subiectis ostenditur. Non tibi fiabeo, ne erres. Deterret etiam nunc Charinum, ut & ipse adiuuet Dauum, ne Pamphilo nubat Philumena. Et eodem sensu utitur Dauus aduersum Charinum, quo suprà, Quasi necesse sit, si huic non dat, te illam uxorem ducere. Non tibi habeo, ne erres. Velut etiam pro se Charinus sentiat, hoc dicit. uel ut solent serui contumaciores aduersum amicum domini, quia nuper à Charino accusatus est. uel quia & quid dicat non habet: & uidet tacendū non esse. Sat habeo:] Quia dilatio facta est. Vt satis sit.] Vt, pro ne non. Ne uacuum esse me.] Ne, pro nedum. aut aduerbium est prohibentis: ut sit, ne, non. Sallust. secundo lib. Ne illa tauro parita sint. pro nedum. Proinde hinc uos amolimini. Amoliri dicuntur ea quæ cum magna difficultate. & molimine summouentur, & tolluntur è medio. sic dixit quasi odioso, & molesto. Discedere dicitur, qui facile abit è medio: Amolitur, qui uix recedit. Proinde hinc uos amolimini. Molestum impedimentum ex rei magnitudine iacētis in medio. & ideo impedientibus se, dixit amolimini hinc, non, abite. Proinde hinc uos amolimini. Spe iniecta, etiam domino imperat seruus callidus. Nam mihi impedimento estis.] Vtrū hoc uere dicit, an fingit qui adhuc consilium non inuenit quod narrare possit? Hanc.] Glycerium scilicet. & cum miseratione puellæ, hanc. Quo nunc te agis?] Vt tarditatem discedentis ostendat. Agere enim se tardi, & tristes dicūtur. sic Virgilius, Amissis remis, atq; ordine debilis uno, Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat. Idem alibi, Ecce gubernator sese Palinurus agebat. Quo hinc te agis? Admonitio discedentis ut solet. nam à quo discedere desideramus, admonemus eum, quo uadat, uel quo eat. Id facere, per interrogationē admonet Dauus Charinum: ut ipse abscedat Charinus, qui nunc ultimus remanet. Verum uis dicā?] Pro initio sedulæ narrationis hoc sumimus. Ac sic respondet Charinus, tanquam qui intelligat non discere uelle Dauum quo eat: sed id agere, ut abscedat. Narrationis mihi incipit initium.] Narrationis scilicet quo eat. quia, Verū uis dicam, uelut proœmium narraturi est. Quid me fiet? Quid igitur, inquit, quid de me fiet? Ab eo hoc, quasi à iocante, pronuntiandum est, nam sic illi imprudens, respondet. Quid me fiet? De Philumena ducēda. Eho tu impudens.] Proprie Charino dixit impudens, quasi insolita & multa poscenti. quippe qui & sponsam alienam petere ausus sit: & non satis habeat, per Dauum sibi moram præstitam Pamphili nuptiarum. Quod tibi dieculam addo?] Dieculam, horam. & est ὑποκόρισμα. Dieculam, hoc est tempusculum: & sumitur ab eo quod est hæc dies. Diecula mora, & quasi parua dies. & dieculam, in qua scilicet ambias, quantum poteris, ad ducendam Philumenam. Vult enim se Dauus adiuuari per Charinum & Birriam. Promoueo.] Differo. Promoueo nuptias. Memoriter Dauus. scit enim illum his uerbis petijsse, Saltem aliquot dies profer, dum proficiscar aliquo, ne uideam. Cuius rei oblitus Charinus, etiam ut ducat uxorem petit. Ridiculum.] Deest, hominem. Age, ueniam.] Vix concedentis, uix consentientis est, age ueniam. Dum exco.] A Glycerio scilicet.

Ne Amoliri

Agere se

Promoueo

ACTVS QVARTI SCENA III.

Iambici trimetri.

MYSIS.

NIHIL ne esse proprium cuiquam? Di uestram fidem.
Summum bonum esse heræ putabam hunc Pamphilum:
Amicum, amatorem, uirum in quouis loco
Paratum. uerum ex eo nunc misera quem capit
Dolorem? facile hic plus mali est, quàm illic boni.
Sed Dauus exit. mi homo, quid istuc obsecro est?
Quò portas puerum? *Hemistichium absoluitur proxima scena.*

NIhil ne esse proprium cuiquam?] Hæc scena administrationem doli habet, quo fit ut deterreatur Chremes filiam suam Pamphilo dare. Et uide non minimas partes in hac comœdia Mysidi attribui, hoc est personæ fœmineæ: siue hæc personatis uiris agitur, ut apud ueteres: siue per mulierem, ut nunc uidemus. Nihil ne. Ne, aduerbium percunctantis. Nihil ne esse proprium cuiquam? Omne quod habemus, aut mutuum est, aut proprium. Ergo proprium, perpetuum: ut Virgilius: Propria hæc si dona fuissent. Ergo nihil nobis proprium esse potest. quod enim non fuit, nec esse quidem

Proprium

quidem potest. aut quod eripi potest, non est nostrum: nisi illa quæ eripi non possunt, ut sapientia, iustitia, prudētia: quæ fortuna neq; dare, neq; eripere cuiquam potest. Et simul hoc ipsum & à re, & à persona hic ostendit. A re, Nihil ne esse proprium? A persona, Cuiquam.

Proprium. Perpetuum, non temporale ac mutuū. Dij uestram fidem.] Admirantis aduerbium cū exclamatione. Fidem dixit opem & auxilium: ut, Tyrrhenamq; fidem. Summum bonum esse.] Mire pro pleno. Et neutro extulit, summum bonum. Amicum, amatorem, uirū.] Amicus. animi est: Amator uerò, corporis. non enim continuo amator est qui bene uult. ut, Dido amauit quidem Aeneam: sed non & amica fuit, quæ ait, Non potui aut uult sum diuellere corpus, & undis Spargere. Et itē Catullus, Cogit amare magis, sed bene uelle minus. & est hic officium, & blandimentum. Amatorem & uirum dixit ad discretionem: ut per ea quæ enumerat, maritum ostenderet. In quo uis loco paratum.] Paratū dixit ad omnes affectus, quicunq; de proximo esse possunt. & maxime ad Homericam sententiam respexit. * Verum ex eo.] Id est Pamphilo. Nunc misera quē capit dolorem.] Cū admiratione pronuntiat quem, & cum exclamatione quadā. Facile hic plus mali est, q̄ illic boni.] Facile, aduerbium confirmantis est, id est, liquido & manifesto. Veteres dicebant facile, pro certo. Vt Cicero, Illius ciuitatis facile princeps. Dolorem. Dolorem distinxit. probe: & post intulit separatim quod sequitur, Facile hic plus mali est, in dolore, & metu scilicet amittendi, q̄ in uoluntate retinendi. Quàm illic boni. In summo bono. Dicit enim, Ex bonis quæ bona existimamus, plus nos mali capere, cum aut amissuros nos credimus, aut amittimus: quàm boni, cum habemus. Facile hic plus mali est. Plus mali, in dolore & metu, ut diximus. Quàm illic boni, id est in amico, amatore, & uiro. Mi homo, quid istuc obsecro est? Ex Mysidis uerbis, quid Dauus faciat demonstratur. Quid istuc obsecro est? Inuolutum puerum portabat Dauus: & ideo dicit mulier, Quid istuc obsecro est? Tum ille euoluit puerū, & profert. quē postq̄ expediuit, tū illa dixit, Quo portas puerum?

Fides
Summum
Amicus
Amator
Facile

ACTVS QVARTI SCENA IIII.

DAVVS. MYSIS.

D. MYSIS, nunc opus est tua *Iambici trimetri*
M. Mihi ad hanc rem exprompta memoria, atq; astutia.
Quid nam incepturus? D. accipe à me hunc ocius:
Atq; ante nostram ianuam appone. M. obsecro,
Humine? D. ex ara hinc sume uerbenas tibi,
Atq; eas substerne. M. quam ob rem id tute non facis?
D. Quia si forte opus sit ad herum iurandum mihi
Non apposuisse, ut liquido possim. M. intelligo.
Noua nunc religio *te istæc incessit, cedo? *al. in te*
D. Moue ocyus te, ut quid agam porro intelligas.
Prò Iuppiter. M. quid? D. sponsæ pater intéruenit.
Repudio consilium, quod primum intenderam.
M. Nescio quid narras. D. ego quoq; hinc ab dextera
Venire me adsimulabo. tu, ut subseruias
Orationi, utcunq; opus sit uerbis, uide.
M. Ego quid agas, nihil intellego. sed si quid est,
Quod mea opera opus sit uobis, aut tu plus uides:
Manebo: ne quod uostrum remorer commodum.

MYsis nunc opus est.] Hæc scena actuosa est. magis enim in gestu, quàm in oratione est constituta. Mysis nunc opus est. Properantis & impense agentis Daui uerba monstrantur. Exprompta.] In medium prolata. Memoria atq; astutia.] Memoria, ut præcepta Daui retineat. Astutia, ad agendum strenue quæ imperet. Memoria. Simpliciter magis, ut memor sit Daui præceptorum

Exprompta
Memoria
Astutia

ceptorum. Et memoria, modò pro intelligentia. ut Virg. Instamus tamen immemores.

Ex ara hinc sume uerbenas.] Ex ara, scilicet Apollinis, quem Ἀλίου Menander uocat. aut quòd Apollini comœdia, dicata est: in cuius honorem aram constituebant comœdiam celebrantes. Apollini ergo comœdia, Libero patri tragœdia. Sume uerbenas tibi. Verbenæ, quasi herbenæ, redimicula sunt ararum. Tibi. τὸ tibi, quasi gestum quendam & motum stomachãtis habet: ut alibi. Quid uis tibi? Et tibi sume, dixit, & nõ, tibi substerne. Ex ara sume uerbenas. Verbenæ, sunt omnes herbæ frondesq; festæ ad aras coronandas: uel omnes herbæ frondesq; ex aliquo loco puro decerptæ. Verbenæ autem dictæ quasi herbenæ. sic Menander * Quamobrem id tute non facis?] Tute nunc dicitur, cũ pro nomen ad eam reuocatur personam, à qua sumitur: ut uerbi gratia, cum dicimus: Tu lege: ille nobis respondeat, Cur tute non legis? Quia si forte opus sit ad herum iurandum mihi.] Sic locutus est, ut explicari atq; intelligi nõ possit. aut enim deest ius, ut sit iurandũ pro iusiurandum: aut (ut uulgo dicitur) iuramentum. Et opus est illam rem: non, opus est illa re. Vt liquido possim.] Liquido, pure, & manifeste. Nam quæ sunt pura & defecata, liquida sunt. Noua nunc religio.] Bene iusiurandum metuere seruum monstri simile est.

Noua religio. In seruo, & subita. Noua nunc religio. Seruum nolle mentiri, noua religio est. Cedo.] Porrigentis est manum. Porrò intelligas.] Porrò, modo aduerbium est ordinis: aliàs, temporis. Sponsæ pater interuenit.] Mire non dixit Chremes: ne, cum dixisset, quis Chremes? rursus hic responderet, sponsæ Pater. & non temere hoc facit poeta: nam promiserat se rediturum domum Chremes, Domũ modo ibo: ut apparentur, dicam: atq; huc renuntio. Quod primum intẽderam.] Verbum à uenatoribus translatum, qui retia intendunt ad feras captandas. Quia ergo parat Chremem & Simonem fallere, intenderam dixit. Vel à sagittis atq; arcu. Nescio quid narres.] Bene narres. narrare enim aliena, & quæ nobis non sunt necessaria, dicimus. Ego quoq;.] Bene ait Quoq;: quia & Chremes ueniebat. Tu ut subseruias.] Recte, ut subseruias, dixit. nõ enim tantum loquitur Mysis, quantum Dauus. Orationi. utcunq; opus sit uerbis.] Tuis uerbis orationi meæ. plura enim loquetur Dauus. inde orationi dixit. Illa subsequetur, ideo uerbis. Vide.] Cauta esto, intellige, specta. Aut tu plus uides.] Si sapis, intelligis. Remorer commodum.] Remorer, retardem, retineam. Remorari à remora pisce minutissimo, qui naues retinet. nam Græce ἐχενηὶς uocatur.

ACTVS QVARTI SCENA V.

Iambici trimetri.

CHREMES. MYSIS. DAVVS.

C. REVERTOR, postquàm quæ opus fuere ad nuptias
Gnatæ, paraui, ut iubeam accersi. sed quid hoc?
Puer hercle est. mulier tun' apposuisti hunc? M. ubi
Illic est? C. non mihi respondes? M. hem, nusquam est. uæ miseræ mihi. *Iambicus tetrameter*
Reliquit homo me, atq; abijt. D. dij uostram fidem,
Al. litigat Quid turbæ est apud forum? quid illic hominum* litigãt? *Troch. catalecticus*
Tum annona chara est. quid dicam aliud, nescio. *Rursus trimetri Iambici*
M. Cur tu obsecro hic me solam? D. hem, quæ hæc est fabula?
Eho Mysis, puer hic unde est? quisue huc attulit?
M. Satin' sanus es, qui me id rogites? D. quem igitur rogem,
Qui hic neminem alium* uideo? C. miror unde sit. *al. uideam*
D. Dicturán' quod rogo? M. Au. D. concede ad dexteram
M. Deliras. non tute ipse? D. uerbum si mihi
Vnum, præterquàm quod te rogo, faxis: caue.
M. Male dicis. D. unde est? dic clare. M. à uobis. D. ha he.

Mirum

Mirũ uerò, impudenter mulier si facit meretrix — *Iãbicus scazon catalecticus. Serarius erit, si legas, Mirum impudenter mulier si meretrix facit.*
Iambici Trimetri C. Ab Andria est ancilla hæc, quantum intellego.
D. Adeon' uidemur uobis esse idonei
In quibus sic illudatis? C. ueni in tempore.
D. Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua.
Mane, caue quoquam ex istoc excessis loco.
M. Di te eradicent' ità me miseram territas.
D. Tibi ego dico, an non? M. quid uis? D. at etiam rogas?
Cedò, cuium puerum hic apposuisti, dic mihi.
M. Tu nescis? D. mitte id quod scio: dic quod rogo.
M. Vestri. D. cuius uestri? M. Pamphili. D. hem, quid Pamphili?
M. Eho, an non est? C. recte ego semper fugi has nuptias. *Eho est extra uersum aut annectitur priori*
D. O facinus animaduertendum. M. quid clamitas?
D. Quèm ne ego heri uidi ad uos adferri uesperi?
M. O hominem audacem. D. uerum uidi Cantharam
Suffarcinatam. M. Dis pol habeo gratias
Cum in pariundo aliquot* adfuerunt liberæ. *adfuerunt trisyllabum est*
D. Næ illa illum haud nouit cuius caussa hæc incipit.
Chremes, si positum puerum ante ædes uiderit,
Suam gnatam non dabit. tantò Hercle* magis dabit. *In magis eliditur s*
C. Non Hercle faciet. D. nunc adeò, ut tu sis sciens:
Ni puerum tollis iam hunc ego in mediam uiam
Prouoluam. tecq; ibidem peruoluam in luto.
M. Tu pol homo non es sobrius. D. fallacia
Alia aliam trudit. iam susurrari audio,
Ciuem Atticam esse hanc. C. hem. D. coactus legibus
Eam uxorem ducet. M. eho obsecro, an non ciuis est?
C. Iocularium in malum insciens pene incidi.
D. *Quis hic loquitur? ó Chreme, per tempus aduenis. *In Quis eliditur s*
Auscultа. C. Audiui iam omnia. D. ah, ne tu omnia.
C. Audiui inquam à principio. D. audistin' obsecro? hem
Scelera. hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi.
Hic ille est: non te credas Dauom ludere.
M. Me miseram. nihil pol falsi dixi, mi senex.
C. Noui rem omnem. Sed est Simo intus? D. est. *Pentameter est nisi legas. intus est. in fine.*
Iamb. tetra. M. Ne me attingas sceleste. si pol Glycerio non omnia hæc.
D. Eho inepta, nescis quid sit actum. M. *quid sciam? *al. qui Trimetri*
D. Hic socer est. alio pacto haud poterat fieri,
Vt sciret hæc quæ uoluimus. M. prædiceres.
D. Paulum interesse censes, ex animo omnia
Vt fert natura facias, an de industria?

REuertor.] Adest nunc ipse Chremes, cuius causa scena fraudibus instructa est, ne promissas compleat nuptias. Vt iubeam accersi.] Recte iubeam: quia summa potestas nuptiarum in patre puellæ est. Sed quid hoc?] Non interrogantis, sed mirantis & non intelligentis est, & apparet eum non oculis prius, quàm corporis offensu puerum sensisse latentem. Puer Hercle est.] Ornatiua particula est Hercle. Mulier.] Magis, quàm Mysis. Vbi illic est?] Dauum quærit, qui nunc abscessit, ut & ipse de foro uenire uideatur. Non mihi respondes?] Bene, non respondes: Se enim memor est uetitam quicquam dicere, nisi subseruiat orationi Daui. Reliquit me homo.] Mire hominem, non Dauum dixit: ut etiam si audiat Chremes, incertam personam hominis audiat, non Dauum. Dij uestram fidem.] Aduerbium admirantis cum exclamatione. Quid turbæ est apud forum?] Hæc uerba sunt uenientis de foro. Quid illic hominum litigant.] Legitur & litigat. Tum annona cara est.] Comminiscentis est potius, quàm alicui referentis. Quidnam aliud dicam?] Hoc ad spectatores. Cur tu obsecro hic me solam,] ἀποσιώπησις tertia. Fabula.] Fabulam se dicit audire, qui rei principium rationemq; ignorat. Eho. Eho interiectio est, uel principium animaduersionem in se poscentis, aut repente cernentis. Hic neminem uideo.] Callide affirmat non sibi usum Chremem, cum & præuiderit uenientem, & præsentem uideat.

Miror unde Miror unde sit.] Miror ueteres cum Vnde, pro nescio ponebant. nam admiratio ab ignorantia descendit. Plautus, Ne quis miretur qui sim, paucis eloquar.

Au Au.] Interiectio consternatæ mulieris. Concedé ad dexteram.] Et bene dexteram. sinistra enim uenit Chremes: & non uult proximum ei Chremetem, sed iuxta. suprà enim dixit, Ego quoq; hinc ab dextera uenire me adsimulabo. Deliras, nō tute ipse?] Deest eum mihi dedisti. Sed & suprà, & nunc interturbat Dauus: ne mulier totū dicat. Non tute ipse? Submissa uoce. Verbum si mihi unum:] Accommodate comminatur Dauus: penè enim Mysis uniuersa narrabat. Præter quàm quod te rogo.] Hoc & sensim, & ut senex sentiat, pronuntiari potest.

Faxis caue.] Gestu comminantis est, & uultu: ut suspenderet comminationem, deinde inferret gestum. Ordo, Caue faxis. Male dicis.] Cum contemptu loqueris, conuitium facis. Apparet ergo male dicis lentius esse dictum, cum subiungit, Dic clare. Male dicis. Noue male dicis pro comminatione posuit, cum pro conuitio soleat poni. Nisi forte, quia contumeliæ genus est comminatio. Quidam putant esse unam personam, Daui scilicet, dictum superius Mysidis non satis manifestum Chremi, in maledicti similitudinem deriuantis. Vnde est, dic clare.] Hic expressius dixit. A uobis,] Quia à uobis parum intelligebatur, hic addidit morem meretricis: ut uel sic intelligat senex.

Vero Mirum uerò.] Sæpe ad εἰρωνίαν refertur. Impudenter mulier si facit.] Bono ordine locutus est. primo enim, causa impudētiæ natura est: deinde conditio. Adeon' uidemur uobis Esse idonei. Idoneus est aptus ad omnia, & bona, & mala. In quibus sic illudatis?] Et illudo in te, septimo casu: & illudo te accusatiuo dicimus. sed in primo superuacuum est: ut sit, quibus illudatis.

Ab Andria est ancilla hæc.] Effecit quod uolebat Dauus, nā intellexit Chremes ex qua

In tempore sit Pamphilo natus puer. Adeon'.] Adeóne, an adeóne ad eum?

Tempore Veni in tempore.] Cum prouisus sit, interuenisse putat. Veni in tempore. Opportune. nos sine præpositione dicimus, tempore & tempori. Propera adeo puerum tollere.] Hic uersus clare dicitur: sequens, ne senex audiat, presse. Caue quoquam ex isto excessis loco.] Necessario Dauus retinet Mysidem. nondum enim omnia audiuit Chremes, nondum comperit unde sit mulier, & puer de quo susceptus sit. Excessis, pro excedas: ut faxis pro facias. An etiam rogas?] Rursum iurgium repetit, & turbulentam orationem. Cedo.] Cedo idem significat quod dic, & da mihi. Ergo repetitionem significat, non superuacuam orationem. & est dictum cum quadam fiducia, & contemptu eius cum quo sermo est, interrogantis aliquid. Mitte id quod scio.] Hoc lentius, & summisse. Hem, quid Pamphili?] Apparet mulierem Vestri Pamphili lentius pronuntiasse, quàm Dauus uellet: & ideo nunc repetisse nomen nostri, & Pamphili. Hem, quid Pamphili? Duas res operatur Dauus simul, & ut ignarissimum se ostendat, & ut Pamphilus nominetur. Et argute repetit nomen Pamphili: quasi per indignationem, ut soceri auribus adolescentis nomen inculcet. metuit enim, ne non audiat uelut senex. Recte ego has.] Et hic efficit quod uoluit Dauus, ut Pamphili Chremes puerum esse cognoscat, & recuset gerum. Has.] Id est huiusmodi. O facinus animaduertendum.] ἀποσιώπησις quarta.

Quid clamitas?] Clamauit enim Dauus, ut puerum audiret Chremes. Quem ne ego heri uidi ad uos adferri uesperi?] Vult negando irritare mulierem ad confirmanda quæ uult. O hominem audacem.] Exclamatio Mysidis. testimonium ueritatis est. Verum uidi Cantharam suffarcinatam.] Vide infirmum argumentum. prius uidi puerum

afferri

afferri, dixit: pòst, non puerum, sed Cantharam suffarcinatam. Cantharo, nomen est anus. Et hoc dicit, ut leuiter redarguat Mysidem, nō ut uincatur. hoc enim uidisse se innuit, Cantharam suffarcinatam, nō puerū portantem. Suffarcinatam. Proprium est anibus suffarcinatas esse. ut Persius, Pannucia Baucis. Et Paulus, Doliarem, claudam, crassam. Quod in pariundo aliquot affuerunt liberæ.] Indicium secuta confirmatio est, quam expressit Daui refutatiō. supererat etiam ut & concludatur effectus doli, negante Chreme se daturum filiam: quod subinde efficit Dauus dolo. Aliquot liberæ. Nec paucæ, hec multæ. Liberæ. Testimonia libera contra seruum. Et hoc proprium Terentij est. nam de Romano more hoc dixit. Næ illa illum.] Næ, ualde. Cicero, Næ illi uehemēter errant. Chremes, si positum puerum.] ἐν ὑποκρίσει. Et est μίμησις. transit enim à mixto ad imitatiuum characterem. Næ illa illum. Chremetem scilicet. Chremes si positum puerum. μίμησις, quando aliqua uerba sic pronuntiamus, ut uana uideantur. Non hercle faciet.] Bene enim de se tertiam personam fecit, ut suprà, At nunc faciet. Vt tu sis sciēs.] Eloquēter. sic enim ueteres pro scias dixere. In mediam uiam prouoluam.] Bene, in mediam uiam: quia ante fores positus iacebat. Teq; ibidem peruoluam in luto,] De proximo παρόμοιον repetit. Et quādo nomina sunt, παρωνομασία: quando uerba, παρόμοιον dicitur. Prouoluā. Id est, porrò uoluam. & dolo quidem minatur quod facturus non est: uerum sedulo id agit, ut iam puer tollatur è medio. simul eum seruat Chremeti: ut ipse recuset generum, non ut à quoquam passus uideatur iniuriam. Tu pol homo non es sobrius.] Sobrius, est sanæ mentis, quasi sebrius, hoc est ab ebrio separatus, secretus, separatus ab ijs qui discernuntur. Fallacia alia aliam trudit.] Prouerbium. cui subiacet, memorem mendacem esse oportet. Ciuem Atticam esse hanc.] Transit ad imitationem. Eho.] Interiectio est conturbatæ mulieris. Iocularium in malum.] Econtrario pro graui, & molesto, ac nimio. Iocularium igitur κατ' ἀντίφρασιν.

Sis scieris *Prouoluere* *Sobrius*

Quis hic loquitur? ô Chreme.] Principium loquendi Dauus Chremeti dat, perfectus quæ ipse conatus est. Per tēpus aduenis.] Idem est per tempus, quod in tempore. aut certe per tempus, tempestiue. O Chreme, per tempus aduenis. Astute, quasi eū nunc primum uiderit. An nec tu omnia.] Aut nec pro non legitur. aut ne tu omnia, ut ne producatur, & accipiatur pro non. Tu omnia. Audisti, subauditur. Audistin' obsecro hem.] Exultans Dauus infert, & inculcat frequenter repetendo. Audistin' obsecro hem. Difficilè credendō, affirmat se non sciuisse præsentem Chremem: ut hac confirmatione nihil illum de se faciat suspicari. In cruciatum.] Non in crucem, sed cruciatum. Hic ille est. Cum ἐμφάσει, quasi uir magnus. sed hoc, Chremetem ostendens, dicit cum εἰρωνείᾳ. Non te credas Dauum ludere.] Virg. Non Diomedis equos, non curus cernis Achillis. Mi senex.] Bene senex: quia quasi alienior est, & ignotus Mysidi. Mi, suppalpatio muliebris. Ne meatingas.] Quædam ostenduntur aperte in comœdijs: quædam ex alijs personis intelligūtur. Si pol Glycerio non omnia hæc.] ἀποσιώπησις tertia, quòd alienæ personæ interuentu reticeatur. Fiunt autē ἀποσιωπήσεις, id est reticentiæ tribus modis. aut enim tacet per seipsum & ad alium transit: & est prima. aut tacet, nec ultra aliquid dicet: & est secunda. aut alterius interuētu personæ silet: & est tertia. Nescis quid sit actum.] Nescis, plerunq; dicitur ei, nō quem uolumus redarguere imperitiæ aut ignorantiæ, sed quem facere uolumus ut uelit liberiter audire. Paulum interesse.] Noue, pro multum. Et est ταπείνωσις χάριτος. Ex animo omnia, ut fert natura, facias. Figura ἐπεξήγησις. Nam quid est ex animo, nisi, ut fert natura? Et hæc sententia à Terentio ἐρωτηματικῶς prolata est: quam Menander ἐπιδεικτικῶς posuit. Vt fert natura. Hoc est, naturalis & ingenita actio. An de industria?] Id est sciētia, & prouidētia. ea enim quæ discimus & scimus, operatione genita & industria quadam scimus. ut Virgilius, Et cui putre solum, nanq; hoc imitamur arando.

Per tempus *Aposiopeses tribus modis* *Nescis* *Ex animo* *Industria*

ACTVS QVARTI SCENA VI.

CRITO HOSPES. MYSIS. DAVVS.

C. IN hac habitasse platea dictum est Chrysidem. *Iambici trimetri*
Quæ se inhoneste optauit parare hic diuitias *Eliditur u consonans*
Potius, quàm in patria honeste pauper uiuere. *in diuitias*
Eius morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos perconter uideo. salue te. M. obsecro
Quem uideo? estne hic Crito sobrinus Chrysidis?

Is est

Is eſt. c.ó Myſis ſalue. M.ſaluos ſis Crito.
C. Itáne Chryſis M.hem,nos quidẽ pol miſeras perdidit. *Duo troch.tres cretici.*
**Sic addũt interpretes, & ſine illo nõ cõſtat uerſus trimeter* C.Quid uos? quo pacto hic? ſatisne recte? M.nósne? *ſic
Vt quimus,aiunt,quandò ut uolumus,non licet. *Iambici trimetri*
C.Quid Glycerium? iam hic ſuos parentes repperit?
M. Vtinam. C.an nondum etiam? haud auſpicato huc me appuli.
Nam pol,ſi id ſciſſem,nunquam huc tetuliſſem pedem.
Semper enim eius dicta eſt hæc,atq; habita eſt ſoror.
Quæ illius fuerunt,poſſidet.nunc me hoſpitem
Lites ſequi,quàm hic mihi ſit facile,atq; utile,
Aliorum exempla commonent.ſimul arbitror,
Iam eſſe aliquem amicum,& defenſorem ei.nam ferè
Grandiuſcula iam profecta eſt illinc.clamitent,
Me ſycophantam,hæreditatem perſequi,
al.lubet Mendicum.tum ipſam deſpoliare non*licet.
† M. Optume hoſpes pol Crito antiquum obtines.
C. Duc me ad eam quandò huc ueni,ut uideam. M.maxume.
D. Sequar hos,nolo me in tempore hoc uideat ſenex.

† *Si addas morem in principio,conſtat uerſus:aut ſi pro optume legas oportune,& probabile eſt hoc commiſſum ſcriptoris uicio. Nam Donatus nõ addit morem.*

Platea IN hac habitaſſe platea.] In hoc loco perſona ad cataſtrophen machinata,nunc loquitur.Nam hic Crito nihil argumento debet,niſi abſolutionẽ erroris eius.ſimul ex uerbis ſuis,quàm grauis,quàm modeſtus, quamq; iuſtus ſit oſtendit.
In hac habitaſſe.Non habitare:ſed quia mortua eſt, habitaſſe dicit. Platea. Græci πλατεαν dixerunt, quam nos plateam dicimus, Secundum formam
Optare eiuſmodi, μηδεαν & Medean, κορινθον & ſpondeum ſcribimus. Quæ ſe inhoneſte optauit. Optare,eſt unum de duobus eligere. Virgilius, Pars optare locum tecto. Parare hic diuitias.] Animo hæredis dixit parare diuitias. Potius quàm in patria.] Primum dolet Crito quòd meretrix fuit Chryſis.ſecundo progreſſus,quæritur quòd mortua eſt. Et nota quòd tria dixit Crito contemplaſſe Chryſidem: patriam, honeſtatem, & paupertatem. τὸ χρήσιμον etiam ſeruatum eſt graui uiro,cum illum ſobrinæ pudet. ſimul hic oſtenditur eius generis fuiſſe Chryſidem ut quæ probe uiuere potuerit:niſi, ut ait, neceſſitas cogeret.
Quàm in patria honeſte. ἀντίδοτον primum. Potius quàm in patria honeſte pauper uiuere.His uerbis à poeta iam honeſtus inducitur Crito,& dignus cui credi oporteat. Pau-
Redire bona per uiuere ad illud reddidit,Sed inopia,& cognatorum negligentia coacta. Ea ad me le-
Interrogare ge redierunt Bona.] Hic ius tractauit dicendo redierunt: quia in familiam redeunt, ſi non
Percontari eſt hæres de proximo,aut ex teſtamento. Perconter.] Interrogatio, eſt cui neceſſario reſpondetur aut etiã,aut non.Percontatio,cui nihil horum:ut ſi quis dicat, Cur adulterium commiſiſti? Simul etiam modeſte, & matúre, & de ſe nihil interrogaturus, cœpit à blandi-
Sobrini mentis. Eſt ne hic Crito ſobrinus Chryſidis?] Sobrini ſunt conſobrinorũ filij: nam ſic dicit Menander.uerum ut alij putant, de ſororibus nati,ut ſobrini quaſi ſororini.
Saluus ſis Saluus ſis Crito.] Saluus ſis, aſſeueratio ſalutantis eſt, non quaſi reſponſio. Itan' Chryſis? hem.] Non nunc interrogat, ſed commiſeratur: & ita ſequebatur ut diceret, periſt. ſed magis gemitus ſignificat, quòd minus dixerat. Nos quidem pol miſeras perdidit.] Hic intelligitur,ſupra ſubaudiendum periſt: Nam pro periſt, hæc repoſuit perdidit. Quid uos? quo pacto hic?] Progreſſio loquentis ad interrogandum.Id eſt,puta, inquit, quòd illa periſt:uos autem quo modo? Quo pacto hic?] Significatio eſt peregrinantis. Nós ne?
Sic ut quimus.] τὸ ſic, nudum eſt:& eſt ſignificatio langüoris cuiuſdam, & lentitudinis.

Sicut

Sic ut quimus,aiunt,quando ut uolumus non licet.Et ad præſentis,& ad præteritæ uitæ excuſationem pertinet iſta reſponſio:qua purgatur uoluntas Chryſidis in quæſtu meretricio. Cecilius in Plocio, Vitas ut poſſis,quando nequis ut uelis. Quid Glycerium? iam hic ſuos.] Cónuenit hæreditatem petẽti, cónuenit iudici futuro,de pluribus indagare. Ergo recte & ordine quæſiuit,Quid Chryſis? quid uos? quid Glycerium? Vtinam.] Nouo genere exoptationem pro negatione intulit. Haud auſpicato huc me appuli.] Id eſt inauſpicatus,quòd non eſſet auſpicatus.& uſitatum ueteribus ſic dicere, ſi quid aliquando aliter euenìſſet quàm uellent. Nunquam huc tetuliſſem pedẽ.] Virg. Mene efferre pedem genitor te poſſe relicto Speraſti? Et,Ferte ſimul Faunique pedem,Dryadesq; puellæ.Sed Critici adnotant alienius eſſe charactere comico, tetuliſſem pedem. Semper enim eius dicta eſt atq; habita ſoror.] Aut ueris credendum eſt,aut etiam falſis,quæ tamen inueterauerint. *Habitus* Hinc Cicero,Ita habeantur,itaq; dicantur.Habita ergo plus eſt,quàm credita. Semper *Creditus* eius.A poſſibili & utili. Nunc me hoſpitem lites ſequi.] Mire dicit me,cum ἐμφάσει,id eſt ſenem & remotum à litibus.Hoſpitem,id eſt peregrinũ.Lites ſequi, id eſt pauperem. totum per ἔμφασιν. Quam hic mihi ſit facile atq; utile.] Id eſt difficile, & inutile. & eſt comicum.
Grandiuſcula iam,] Ad partem ætatis refertur grandis,id eſt grandis natu eſt. Maior au- *Grandis*
tem,generaliter & ad ſummam ætatis refertur,& ad comparationem ætatis pariter poſitum *Maior*
eſt. Sycophantam.] Hoc eſt,cum in me conueniunt lites. Sycophantam.Bene ſycophãtam:quia bonam cauſam habet,nihil aliud timet quàm conuitia. Et ſycophantam, ſubdiſtingue:& ſic infer ſequentia. Tum ipſam deſpoliare non licet. Ab honeſto. & bene, quia nihil ſuum habet,niſi Chryſidis.Antiquum obtinet.] Antiquũ,abſolute dixit, ut æquum. aut bonum,quod antiqui ſolebant:aut certe per ἦθος,id eſt morem,& ingenium. Duc me ad eam,quando huc ueni,ut uideam.] Vel hoc inquit, ut uideam. cur autẽ ut uideam? quia timet.& eſt ordo,Duc me ad eam,ut uideam.quando huc ueni. Videat ſenex.] Bene ſenex.Simo enim cum Chremete eſt.propter hoc uideri non uult,ne eius utatur apud ſocerum teſtimonio,rem eſſe Pamphilo aduerſus Glycerium:& rurſus nuptiæ cõfirmentur.

ACTVS QVINTI SCENA I.

Trochaici tetrametri catalectici.

CHREMES. SIMO.

C ATIS iem,ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea.
Satis pericli cœpi adire orandi iam finem face.
Dum ſtudeo obſequi tibi,penè illuſi uitam filiæ.
S. Imò enim quàm maxime abs te poſtulo atq; oro Chreme,
Vt beneficium uerbis initum dudum,nunc re comprobes.
C. *Vide,quàm iniquus ſis præ ſtudio,dum efficias id quod cupis. **Vide corrigit ſicut cæue*
Neq; modum benignitatis,neq;, quid me ores,cogitas.
Nam ſi cogites,remittas iam me onerare iniurijs.
S. Quibus? C.ah rogitas? perpuliſti me,ut homini adoleſcentulo
In alio occupato amore,abhorrenti ab re uxoria,
Filiam darem in ſeditionem,atq; incertas nuptias.
Eius labore,atq; eius dolore gnato ut medicarer tuo.
Impetraſti incepi,dum res tetulit:nunc non fert,feras.
Illam hinc ciuem eſſe aiunt,puer eſt natus.nos miſſos face.
S. Per ego te deos oro,ut ne illis animum inducas credere,
Quibus id maxime utile eſt,illum eſſe quàm deterrimum.
Nuptiarum gratia hæc ſunt ficta atq; incepta omnia.
Vbi ea cauſa,quamobrem hæc faciunt,erit adempta his deſinent.

Erras

C. Erras.cum Dauo egomet uidi iurgantem ancillam. S.ſcio. C.at
Vero uoltu,cum ibi me adeſſe neuter tum præſenſerat.
S. Credo,& id facturas Dauos dudum prædixit mihi,
Et neſcio quid tibi ſum oblitus hodie,ac uolui,dicere.

SAtis iam ſatis Simo.] Hæc ſcena officiorum diſceptationem continet, patrum inter ſe de officio amicorum & paterna pietate tractantium. Satis iam ſatis. Hæc ueluti quædam controuerſia eſt: nanq; iniuriarum reus ſit Simo.contradicitur per coniecturam,falſum eſſe quod intendit:cum Pamphilus neque a/met,neque ex eo natus ſit filius. & adhibetur deriuatio cauſæ,qua dicitur meretricem iſta omnia eſſe molitam ad diſturbandas nuptias. Satis iam ſatis. Benè, negaturus filiam,
Spectata purgat prius officium ſuum de fide promiſſi:& ultrò accuſat ipſum. Spectata.] Probata. ut Virgilius ait,Rebus ſpectata iuuentus. Imò enim.] Enim παρέλκτον eſt figura. Imò enim quàm maxime abs te poſtulo.Renuntiare affinitati Chremetem aut parum adhuc intelli/
Initum git Simo,aut ſubtiliter diſſimulat:ut ad fidem promiſſi hominem compellat. Initum.] Cœptum ab ineundo:unde & initia quoq; dicta. Quod cupis.] Quod uelis. Legitur &, quod iubes. Neq; modum benignitatis,neq; quid me ores,cogitas.] Id eſt,nõ cogitas aut quantum de benignitate amoris exigendum,aut præſumendum ſit:aut quòd ſit impoſſibi le quod petis. Remittas iam.] Remittas pro mittas. Perpuliſti me ut homini adoleſcentulo.] Hæc eſt tota accuſatio. Homini adoleſcentulo. Sic Salluſtius,Occultans ſe tugurio mulieris ancillæ. Filiam ut darem.Inuidioſe,non,promitterem,inquit,ſed darem quantum in te eſt. Dum res retulit.] Conpoſitum pro ſimplici eſt retulit.& altius quàm decet comicum characterem,dictum uidetur. Per ego te deos oro.] Defenſio per coniecturam. & eſt ordo,Per deos oro te ego. Quibus id maxime utile eſt.] Argumentum à perſona.
Quibus id maxime utile eſt. à cauſa ratiocinatiua. Vbi ea cauſa.] quamobrem hæc faciunt. ἀναπόλυθον. nam non intulit,ob quam cauſam:cum ſupra dixerit, ea cauſa. ſed quaſi dixerit,Vbi ea res:intulit,quamobrem hæc faciunt. Erit adempta.] Aut rem abundat, aut cauſa. Vero uoltu.] Quaſi dixerit Simo,ſimulabat ancilla. Cum ibi me adeſſe neuter tum præſenſerat.] Credit.Aut etſi uiſus à Myſide erat,tamẽ ignorobatur eſſe Chremes, donec diceret Dauus,Hic ille eſt.non te credas Dauum ludere. Cum ibi me adeſſe.Tum deeſt,ut ſit integrum,Tum cum. Dauus dudum prædixit mihi.] Hic oſtenditur,quòd uidit callidus Dauus,ut prædiceret futurum ſeni id quod ipſe erat facturus. Neſcio quid.]
Ac Deeſt propter:ut ſit,propter neſcio quid,aut neſcio pro qua re:ut ſit aduerbiale. Ac uolui.] Ac.pro contra quàm.

ACTVS QVINTI SCENA II.

Trochaici tetrametri.

DAVVS. CHREMES. SIMO. DROMO. SERVVS.

D. ANIMO iam nunc ocioſo eſſe impero, C.hem Dauom tibi
S. Vnde egreditur? D.meo præſidio,atque hoſpitis. S.quid
*illud mali eſt? *In illud eluditur l*
D. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non uidi.
S.ſcelus,
Quẽ nã hic laudat? D. OMNIS RES eſt iam in uado. S. ceſſo alloqui?
D. Herus eſt.quid agã? S.ó ſalue bone uir. D.hem Simo. ó noſter Chreme,
Omnia apparata iam ſunt intus. S.curaſti probe.
D. Vbi uoles,accerſe. S.bene ſanè:id enimuero hic nunc abeſt.
Etiam tu hoc reſpondes? quid iſtic tibi negoci eſt? D.mihin'? S.ita.
D. Mihine? S.tibi ergo. D.introĩ modo. S.quaſi ego, cẽ dudum,rogem.
D. Cum tuo gnato unã, S.ánne eſt intus Pamphilus? crucior miſer.
Eho,non

Eho, non tu dixti,eſſe inter eos inimicitias carnifex?
D. Sunt. S.cur igitur hic eſt? C.quid illum cenſes? cum illa litigat.
1 D. Imò uerò indignum Chreme iam facinus faxo ex me audias.
Neſcio quis ſenex modo uenit.ellum confidens,catus.
Cum faciem uideas,uidetur eſſe quantiuis precij.
Triſtis ſeueritas ineſt in uoltu,atq; in uerbis fides. *In triſtis eliditur s*
S. Quidnã apportas? D.nihil equidẽ,niſi quod illã audiui dicere. I*ãb.tetrameter*
S. Quid ait tandem? D.Glycerium ſe ſcire ciuem eſſe Atticam. *Trochaici rurſum*
2 S. Hem Dromo,Dromo. DR.quid eſt? S.Dromo. D.audi. S.uerbum ſi addideris.Dromo.
D. Audi obſecro. DR.Quid uis? S.Sublimem hunc intrò rape,quantum
potes. *Iambici tetrametri*
DR. Quem? S. Dauom. D. quamobrem? S.quia lubet. rape inquam. D. quid feci? S.rape.
D. Si quidquam mentitum inuenies,occidito. S.nihil audio. *Duo troch.tetrametri*
Ego iam te commotum reddam. D.tametſi hoc uerum eſt. S.tu tamen
Cura adſeruandum uinctum,atq; audin'? quadrupedem conſtringito.
Agenunc iam ego pol hodie,ſi uiuo,tibi *Iambici trimetri*
Oſtendam herum quid ſit pericli fallere,&
Illi patrem. C.ah ne ſæui tantopere. S.Chreme,
Pietatem gnati.nónne te miſeret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age Pamphile.exi Pamphile.ecquid te pudet?

1 *Niſi in uero elidas u conſonans,uerſus erit Iambicus tetrameter catalecticus.*

2 *Si hem eſt in uerſu,Iambicus eſt tetrameter.Si annectas uerſui præcedenti, trochaicus eſt tetrameter catalecticus.*

ANimo iam nunc ocioſo eſſe impero.] Hæc ſcena,principium indicij, & iracundiam ſenis continet:atq; in ea uehementer exprimitur conſuetudo patris,ac domini offenſi,& indignantis. Animo iam nũc ocioſo.Exultans egredit Dauus, *Otioſus*
nuntians prona eſſe omnia ad ſecuritatem.Et otioſo,ſecuro:quia negotium, ſo/ *Impero*
licitudo eſt. Impero,pro uolo.an ut ſtatim fiat, tanquam illud quod imperatur? Et impero,ſuperbe dixit.ſummum enim indicium ſecuritatis eſt ſuperbia. Vnde egreditur,] Hic non interrogat:ſed cum admiratione,uel magis cum indignatione dicit. Meo præſidio atq; hoſpitis.] Id eſt,Animo iam nunc ocioſo eſſe impero. Atq; hoſpitis. Scilicet Critonis. Ego commodiorem hominem.] Hic Dauus admiratur, quod in ipſo articulo periculi ſuperuenerit Crito, Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non uidi.Poteſt enim & commodus eſſe quis, & alieno tempore ſuperuenire poteſt. & cõmodum in homine eſt,ſed & oportunus malum etiam aduentum habere poteſt. nam commodum, in homine eſt:aduentus,in facto eius:tempus,in opportunitate facti. Commodiorem hominem,aduentum,tẽpus. ὑμμετρίας. Scelus,quemnam hic laudat?] Non eſt hic ſoloeciſmus ad ſenſum enim,non ad uerba reſpexit.etenim propter ſenſus,uerba ſunt:non propter uerba ſenſus. Omnis res eſt iam in uado.] In uado,in ſecuritate. nam ut in profundo periculum eſt:ita in uado ſecuritas eſt.Prouerbiale,in uado,in tuto. Quid agam?] Plus eſt dicere quid agam,quàm cogitare de fuga. Salue bone uir.] εἰρωνία maior eſt, quàm increpatio.

cum enim omne genus criminis aliquis superauerit: tunc excluſi, εἰρωνεία laudamus.

Hem.] Interiectio perturbati eſt. O noſter Chreme.] Noſter dicendo, latenter ſignificat Glycerium filiam Chremetis eſſe inuentam. Omnia apparata iam ſunt.] Quia infecta ſunt de paratis. Curaſti probe.] Probe, memoriter ut ſolet. ſuprà enim dixerat ſenex, Imò abi intro, ibi me opperire: & quod parato opus eſt, para. Vbi uoles, accerſe.] Vbi pro quando. nō eſt enim loci, ſed tēporis aduerbium. Bene ſanè.] Valide: quia qui ſanus eſt,

Abeſt idem & ualidus. Abeſt.] Pro, deeſt. Etiam tu hoc reſpondes?] Deeſt, an non. Etiam tu hoc reſpondes? Etiam, aut hortatio eſt, aut coniunctio. Et uide quanta dixerit, & quid, & iſthic, & tibi. Mihine?] Quando non ſumus parati ad reſpondendum, ducendo tempus eludimus. Mihine? Apparet ita turbari Dauum modo conſilio poetæ, ut omnes amittat fallacias & oppreſſus prodat Pamphilum, dum malum comminus perhorreſcit. totumq; hoc ex argumento eſt. Vult enim iā poeta cataſtrophen fieri. Modo introij.] Hoc ſignum, perturbatum induci ob conſcientiam Dauum. Cum tuo gnato una.] Serui excuſatio, filij accuſatio eſt. & hoc quaſi à perturbato dicit ſeruo: ſed conſilio poetæ ad exitum feſtinantis, & reſolutionem fabulæ. An ne eſt intus Pamphilus?] Cauſa iræ uehementior inuenta eſt. Sunt.] Nulla ratione dicit, ſunt: ſed ne nihil reſpondeat. nam turbatus eſt, utpote oppreſſus. Quid illum?] Deeſt, propter: ut ſit, propter quid illum eſſe cenſes. Cum illa litigat.] Chremi cōuenit hic ſermo hic enim irridet: qui & ſuprà dixit, Amantium iræ, amoris redintegratio eſt. & ſic hoc dicit ut alibi, Credo, ut ſit miſera præ amore, excluſit hunc foras.

Cum illa litigat. Irridet Simonem Chremes, quia dixerat, Iræ ſunt inter Glycerium & gnatum. Imò uerò indignum Chremes.] Bene ad eum loquitur, qui eſt à nuptijs deterrendus: uel qui non interturbet orationem ſuam: uel quem etiam ſibi precatorem deſtinet.

Ita loquitur quaſi hæc ſit cauſa cur ſit Pamphilus ingreſſus: quòd quaſi his ei intendatur à Critone hoſpite ducēdæ uxoris, quam ciuem Atticam uitiauerit. Neſcio quis ſenex modo uenit.] Bene, neſcio quis. etenim ſi notus eſſet, uideret gratificari, id eſt gratioſus eſſe teſtis & minus uerus. Ellum.] Veteres quod nos illum dicimus, uel ellum, uel ollum dicebant, quamuis ellum, quidam ecce illum uelint intelligi: tanquam pro ipſo domum Glycerij oſtendat Dauus, dicens: Ellum, quaſi en illum. eſt enim, ut alij uolūt, pronomen: ut alij, aduerbium demonſtrantis. nam pronomen huiuſmodi ueteres ſic proferebant, ille, ellus, ollus. ſed (ut diximus) aduerbium compoſitum ex pronomine uideri poteſt: ut ſit, en, uel

Confidens ecce illum. Confidens.] Confidentem hic pro conſtanti non mala ſignificatione poſuit.

Catus Catus.] Callidus, doctus, ardens: παρὰ τὸ καίειν. Vnde Cato dictus. ingeniorum etenim igneus uigor eſſe uidetur. Quantiuis pretij.] Ad magnitudinem refertur quantiuis, non

Triſtis ad paruitatem pretij. Et totum oratoric. ſcite enim locutus eſt. Sed intereſt inter quamuis, & quantiuis. nam alterum contemptionis, alterum laudis. Triſtis.] Ad laudem interdū ſumitur, non ad amaritudinem, triſtis. Cicero: Iudex triſtis & integer. Glycerium ſe ſcire ciuem eſſe Atticam.] Bene conſtanter ad ea quæ locutus eſt, ſcire ſe dixit. Dromo Dromo.] Commotus ira & dolore nihil dixit, niſi quod lorariū repetendo ſæpius uocat. Verbum

Sublimem ſi addideris.] Bene, qui omnia præſente ſocero contra nuptias loquitur. Audi obſecro.] Plerunq; à uerberandis. * uel indulgentia loquitur, uel mora. Sublimem.] Id

Quantum potes eſt in ſublime, per altum. Quantum potes.] Hoc eſt celerrime: quia ſegniores ſe oſtendunt ſerui ad puniendos collibertos: ſcilicet mora ueniam captantes indignantium domi norum. Quia lubet.] Hoc ſenſu & ſuprà dictum eſt: Aut ſi libitum fuerit, cauſam ceperit quo iure, quaq; iniuria. Quia lubet. Dauo dicit. Rape inquam.] Hoc Dromoni. Si quicquam inuenies mētitum, occidito.] Hic plus dixit. Vbi enim uerbera, ſuprà dixit: nūc occidito. Commotum.] Citum, celerem. Quadrupedem.] Vtrum ligaturæ genus ſic dicitur, quadrupedes? an quadrupedem ut feram? an quadrupedem, id eſt cum pedibus & manibus? an quadrupedem pro ſeruo, ac fugitiuo poſuit? Sic Virgilius, Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit. Conſtringito.] Mire, ne quid fiat tragicum in Comœdia, uſq; ad uincula ira progreditur: nec quicquam tentat ulterius. Si uiuo.] Qui certa minari uolunt, incertam faciunt uitam ſuam. Herum quid ſit pericli.] Herum, & patrem cum ingenti pronunciatione dixit. Et alibi, Nam qui mentiri, aut fallere inſuerit patrem, aut audebit: tanto magis audebit cæteros. Ne ſæui tantopere.] Ne, imperatiuo magis quàm coniunctiuo adiungitur. ut Virgilius, Næ ſæui magna ſacerdos. Pietatem gnati.] ὑπαλλαγὴ. deeſt enim uides, aut quid tale. Et eſt εἰρωνεία, pro impietate. Et uide inuidiam quaſi parricidam accuſantis. non enim pudorem dixit, ſed pietatem. Tantum laborem capere ἐνάλλαγις. aſſumendum eſt enim extrinſecus Me.

ACTVS

ACTVS QVINTI SCENA III.

Iambici trimetri.

PAMPHILVS. SIMO. CHREMES.

P. QVIS me uolt? perij, pater eſt. S. quid ais omnium? c. ah,
Rem potius ipſam dic: ac mitte male loqui.
S. Quaſi quidquam in hunc iam grauius dici poſſiet.
Ain' tandem? ciuis Glycerium eſt? P. ita prædicant.
S. Ita prædicant? ó ingentem confidentiam,
Num cogitat, quid dicat? num facti* piget? *al. pudet*
Vide, num eius* color pudoris ſignum uſquam indicat? *co corripitur*
Adeo impotenti eſſe animo, ut præter ciuium
Morem, atq; legem, & ſui uoluntatem patris,
Tamen hanc habere ſtudeat cum ſummo probro?
P. Me miſerum. S. modóne id demum ſenſti Pamphile?
Olim iſtuc, olim, cum ita animum induxti tuum,
Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi,
Eodem die iſtuc uerbum uere in te accidit.
Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam ſenectutem huius ſolicito amentia? an
Vt pro huius peccatis ego ſupplicium ſufferam?
Imò habeat· ualeat· uiuat cum illa. P. mi pater.
S. Quid mi pater? quaſi tu huius indigeas patris,
Domus, uxor, liberi, inuenti inuito patre.
Adducti qui illam ciuem hinc dicant. uiceris.
P. Pater, licétne pauca? S. quid dices mihi? c. at
Tamen Simo audi. S. ego audiam? quid ego audiam
Chreme? c. at tamen dicat ſine. S. age dicat· ſino.
P. Ego me amare hanc, fateor. ſi id peccare eſt, fateor id quoq;. *Troch. tetrametri*
Tibi pater me dedo. quiduis oneris impone. impera.
Vis me uxorem ducere? *hanc uis amittere? ut potero, feram. *Hanc ſupereſt, niſi legas, uxorem hanc*
Hoc modo te obſecro, ut ne credas à me adlegatum hunc ſenem.
Sine me expurgem, atq; illum huc coram adducam. S. adducas?
P. ſine pater.
C. Æquum poſtulat. da ueniam. P. ſine te hoc exorem. S. ſino.
Quiduis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar Chreme.
C. Pro peccato magno paulum ſupplicij ſatis eſt patri.

QVis me uolt? perij.] Hic accuſatio eſt: quæ ſoluitur defenſione, in eo quod ad amorem pertinet, per conceſſionem: in eo quod ad Critonis perſonā, per conſecuturam. Quid ais omnium?] ἀποστιώπησις tertia: & eſt ad deformationem perſonæ. Et eſt irati familiaris ἀποστιώπησις, cum pro dignitate peccati non inuenit conuitium. Quid ais? Non interrogantis, ſed inuehentis. & eſt ὑπαλλαγὴ multa ſignifi-

Ain tandem? cans, in eo quod ait, omnium. Quasi quicquã in hunc iam grauius dici posset.] Quàm quod fecit, quàm puod peccauit. Ain' tandem?] Quærit Probus, ain quæ pars oratio/nis sit: & an una sit. est autem ain', quasi ais 'ne. Et mire, quasi ipse dicat quod Dauus dixerit. Ergo ain, percontatiuum uerbum est. Tandem.] Pro tamen. Prædicãt.] Artificiose pro dicunt posuit. Adeò in hac re uehemẽter commotus senex hoc ipsum repetit, Ita prædicãt, per iracundiam. Et ita est ὑφ' ἕλκει, ut repetantur uerba, in quibus arguitur impudentia. O

Confidentia ingeritem confidentiam.] Et cõfidentia modo pro audacia est cũ improbitate, ut sit in Phor/mione, Homo confidens. Aliter hic suprà confidens pro constanti, & graui. Ergo confiden/

Fiducia tia interdum in bona significatione, interdum in mala ponitur: sed fiducia semper in bona Num cogitat quid dicat? num facti piget?] Amens est qui nesciat quid dicat: amentior, quem non pœniteat facti sui. Num cogitat quid dicat? Quia iniuriarum se alligat.

Num facti piget? Quia dicit prædicant: non, dicunt. & ut solent irascentes, auertit oratio/

Signum nem à secunda ad tertiam personam: ab ea cum qua loquebatur, ad aliam. Num eius co lor pudoris signum usquam indicat? Signum, est parua quædam significatio, indicans to/tius rei qualitatem. Num eius color pudoris signum usquam indicat? Paterno animo di cit. Nanq; patribus uelle erubescere filios, pudentes q; esse, familiare est: cui contrarium est, Erubuit, salua res est. Hoc ergo dicit, Nec timet, inquit, nec eum pœnitet, nec pudet. Præ/

Præter ter ciuium morem.] Præter, contra nunc significat. Impotenti.] Nimis potenti. uel certe debili, & deuicto. Ciuium morem, atq; legem, & sui uoluntatem patris.] Tria contempta sunt, mòs, lex, imperium patris. Tamen.] Cum nõ dixerit quãuis, subiecit tamen: & figu ra est ἀνακόλουθον. Me miserum.] Initium defensionis, & deploratio calamitatis & miseriæ, quia in amorem culpam remouet à uoluntate sua, cum pater quòd amat filius uitium men/

Sentire tis dicat esse, non impulsum dei. Modo ne id demum sensisti Pamphile?] Comprobatio/ne ostendit eum esse miserum. Demum autem, signum est tarditatis. Et sentire dicitur, qui uix colligit se, uix q; animaduertit: ut alibi, Vix tandem sensi stolidus. Olim istuc olim.] Obiurgatio est, quod dictum est olim, confirmationem autem per repetitionem ostendit. Vt Virgilius, Diuũ c d e o euenit fuit. Aliquo pacto.] Quoquo modo. Sed quid ego?] Proprium est parentibus indignatione uelut abijcere curam filiorum, cum destoma/chati fuerint. Sed quid ego. ἔκλειψις per ἀποσιώπησιν. Solicito.] Solicitam reddo, id est, cõ tristo & perturbo. Cur meam senectutem.] Non me, sed meam senectutem: quod plus est, & miserabilius dicit. Imò habeat, ualeat.] Non irascitur ut pater, sed dissimulat ut alienus: quia uehementer dolet. Et habeat, subauditur illam. Mi pater.] Mi, meus. & principium factum à conciliatione personæ. Quasi tu huius indigeas patris.] Huius, ostendens se di/xit: ut Virgilius, Est hic, est animus lucis contemptor. Domus, uxor, liberi inuenti.] Mira grauitate sensus elatus est. nec de Menandro, sed proprium Terentij Et liberi inuenti dicit, cum unus esset: sed inuidiosius liberi. Et inuenti, non geniti, secundum illud, Hoc ego scio, neminem peperisse hic. Domus addidit, non, lupanar. Et oratorie, de uno plu raliter loqui/mur. Viceris.] Verbum est eius qui uix sibi extorquet ut abijciat curam. Et proprium pa tribus, ac familiare iratis. Pater, licet ne pauca?] Titubans, & balbutiens oratio pudore & conscientia. Age dicat, sino.] Hoc totum non ex animo permittentis, sed cum stomacho patientis est. Ego me amare hanc fateor.] ἀμφιβολία τίς ἐστιν. Et bene hanc dicit, non Glyce rium, cuius nomine offenditur senex: nec peregrinam, ignominiam scilicet uitans. Si id peccare est, fateor id quoq;.] Noli, inquit, me accusare quia amo. amantem enim nemo ac/cusat, ut febricitantẽ nemo accusare potest cur febricitet. sed amare, inquit, si putas esse pec catum: fateor etiam me hoc peccasse. Mire igitur & sub defendit culpam: & assensus irato est. Fateor id quoq;.] Peccare me scilicet. Si id peccare est. Peccare dicit: quia amor deus est, non uoluntas. Tibi pater me dedo.] Bene dedo, quasi hostilia & cõtraria uolenti. nam deditio, in hoste fieri solet. Quiduis oneris impone. impera.] Executus est translationem oneris, dicendo impone, ut potero feram. Vis me uxorem ducere: hanc uis amittere?] Et quod unum est, duo fecit: ut ostendat se non posse ferre. Vt potero feram.] Obsequium si ne uoluntate ostendit: & multum ualet sub Chremetis præsentia hæc confessio ad recusan/

Allegare das nuptias. Vt ne.] Pro, ut non. Allegatum.] Adhibitum. Hunc senem.] Critonem scilicet. Et non Critonem, sed senem dicit: ut de hac appellatione pondus adijceret testimo nio. Aequum postulat. da ueniam.] Artificiose interponit loquẽtem Chremetem: quem uolens usq; ad cognitionem filiæ suæ retinere, non facit irasci Pamphilo ob contemptum fi liæ suæ, & post hoc abire de medio. Da ueniam.] Concede, indulge. Sine te hoc exo/rem.] Id est, ut me purgem: non, adducam. Ab hoc me falli comperiar.] O paterna pie/tas. ipse accusator est, & redargui se cupit. Paulum supplicij.] Supplicium dicit ipsam accusationem.

ACTVS QVINTI SCENA IIII.

Trochaici tetrametri catalectici.

CRITO. CHREMES. SIMO. PAMPHILVS.

CR. MITTE orare. una harum quæ uis caussa me, ut faciam, monet·
Vel tu, uel quod uerum est, uel quod ipsi cupio Glycerio.
CH. Andrium ego Critonem uideo? & certe est. saluos sis Crito.
Quid tu Athenas insolens? CR. euênit. *sed hicine est Simo? *sed redũdat nisi elidas e
CH. Hic est. s. mén' quæris? eho tu Glycerium hinc ciuem esse ais?
CR. Tu negas? s. Itáne huc paratus aduenis? CR. qua re? s. rogas?
Tú ne impune hoc facias? tú ne hic, homines adolescentulos,
Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis?
Solicitando, & pollicitando eorum animos lactas? CR. sanúsne es?
S. Ac meretricios amores nuptijs conglutinas?
P. Perij. metuo, ut subsset hospes. CH. si Simo hunc noris satis,
Non ita arbitrere. bonus hic est uir. s. hic uir sit bonus?
Itáne attemperate uenit hodie in ipsis nuptijs,
Vt ueniret antehâc nunquam? est uerò huic credendum Chreme?
P. Ni metuam patrem, habeo pro illa re quod moneam probe.
S. Sycophanta. CR. hem. CH. sic Crito est hic· mitte. CR. uideat, qui siet.
Si mihi pergit, quæ uolt, dicere· ea, quæ non uolt audiet.
Ego *istæc moueo, aut curo? non tu tuum malum æquo animo feres? *s eliditur in istæc
Nam ego quæ dixi, uera an falsa, audieris· iam sciri potest.
Atticus quidam olim naui fracta, apud Andrum eiectus est,
Et istæc unà parua uirgo. tum ille egens, forte applicat
Primum ad Chrysidis patrem se. s. fabulam inceptat. CH. sine.
CR. Itáne uero? obturbat. CH. perge. CR. tum is mihi cognatus fuit,
Qui eum recepit. ibi ego audiui ex illo, sese esse Atticum.
Is ibi mortuus est. CH. eius nomen? CR. nomen tam cito tibi?
Phania. CH. hem, perij. CR. uerum Hercle opinor fuisse Phaniam.
Hoc certo scio, Rhamnusium se aiebat esse. CH. ó Iuppiter.
CR. Eadem hæc Chreme multi alij in Andro tum audiuere. CH. utinam id sit *Tetrameter*
Quod spero. eho dic mihi, quid eam tum Crito? suámne aiebat esse? *scazon catalecticus*
CR. non Octonarius Iambicus
CH. Cuiam igitur? CR. fratris filiam. Iambicus Dimeter
CH. Certe mea est. CR. quid ais? s. quid tu ais? P. arrige aureis Pamphile. *Trochaici tetrametri*
S. Quî credis? CH. Phania ille. frater meus fuit. s. noram, & scio. CH. Is
Bellum hinc fugiens, meq; in Asiam persequens, proficiscitur·
Tum illam hic relinquere est ueritus. post illa nunc primum audio, *Iamb. tetra.*
Quid illo sit factum. P. uix sum apud me, ita animus commotus est metu,

Spe,gaudio,mirando hoc tanto,tam repentino bono.
S. Næ iſtam multis tuam inueniri gaudeo. P.credo pater.
CH. At mihi unus ſcrupulus etiam reſtat qui me male habet. P.dignus es
Cum tua relligione,odio.nodum in ſcirpo quæris. CR.quid iſtuc eſt?
CH. Nomen nō cōuenit. CR.fuit Hercle aliud huic paruæ. CH.quod Crito?
Nunquid meminiſti? CR.id quæro. P.Egó ne huius memoriam
patiar meæ
Voluptati obſtare? cum ego poſſim in hac re medicari mihi.
Non patiar. heus Chreme quod quæris, Paſſibula eſt. CR.ipſa eſt,
CH.ea eſt.
P. Ex ipſa audiui milies. S.omneis nos gaudere hoc Chreme,
Te credo credere. CH.ita me Di ament,credo. P.quid reſtat pater?
S. Iamdudum res reduxit me ipſa in gratiam. P.ó lepidum patrem,
De uxore ita,ut poſſedi,nihil mutat Chremes. CH. cauſa optuma eſt
Niſi quid pater aliud ait. P.nempe. S.ſcilicet. CH.dos Pamphile eſt,
Decem talenta. P.accipio. CH.propero ad filiam.eho mecum Crito.
Nam illam me haud noſſe credo. S.cur non illam huc transferri iubes?
P. Recte admones.Dauo iſtuc dedam iam negoti. S.non poteſt.
P. Quî? S.quia habet aliud magis ex ſeſe,& maius. P.quidnam?
S.uinctus eſt.
†Iube Pyrrichius eſt P.Pater,non recte uinctus eſt. S.haud ità iuſſi. P.†iube ſolui obſecro.
S.Age fiat. P.at matura. S.eo intrō. P.ó fauſtum, & felicem hunc diem.

MItte orare.] Hic in ſcenā progreditur Crito:in cuius uerbis non modo quod ipſe promittit,ſed etiam quod & Pamphilus dixerit,demonſtratur. Et hic omnis error aperietur fabulæ. Mitte orare, una harū quæuis cauſſa.] Pamphilo dicit.& dicendo una harum, oſtendit multas eſſe cauſas: etiam pares magnitudine eſſe.dicendo Quæuis. Andrium ego Critonem uideo?] Bonum initium agnituri filiam.Itaq; compendij cauſa,non laborat de agnitione perſonæ Critonis,ut ab eo facile doceri poſſit. Saluus ſis Crito.] Ne laboret ad perſuadendum: miro compendio poetæ, iam Crito notus eſt Chremi. Quid tu Athenas inſolens?] Inſolens,inſolitus,inſuetus.Cicero,Moueor etiam loci inſolētia.Salluſtius, Inſolens uera accipiendi.Inſolens & arrogans intelligitur.Qui præter legem agit humanam, & naturalem,inſolens dicitur. Cicero,In uictoria,quæ natura inſolens,& ſuperba eſt. Euenit.] Pudet fateri propter hæreditatē ueniſſe.Et uide ipſum eſſe,qui dixerit ſuprà, Clamitent me ſycophantam,hæreditatem perſequi. Paratus aduenis?] Hoc eſt ſubornatus, & compoſitus dolo. Tū ne impune hoc facies?] Mire acriter Critonem aggreſſus,dilatauit incuſationē,& generalem fecit uirtute oratoria,quæ ἀσυνάτως dicitur. Tu ne hic.] Id eſt Athenis, ubi delicta uindicantur. In fraudem illicis.] Illigas.unde Virg.Terna tibi hæc primum tripli ci diuerſa colore Licia circundo. Licia enim dicta ſunt quaſi ligia. Eorū animos lactas?] Hinc etiam oblectatio dicitur. Lactas. Quaſi teneros animos. Lactare, eſt dulcedine aliqua tenere,ad perſuaſionem inducere:unde & delectare, & oblectare dicimus. Ac meretricios amores nuptijs cōglutinas?] Vide oratorie agi,ut grauius Critonem accuſet Simo, nunc defendit filium,quem dudum increpauerat. Ac meretricios amores. Peius lenocinio crimen ingeſſit:non amicam facere de meretrice,ſed coniugem. Nuptijs cōglutinas? Hoc grauius eſt lenocinio. Metuo ut ſubſtet hoſpes.] Vt, ne non. Lucilius, Tuam ut memoriā retineas.Et bene hoſpes ait,non homo,uel Crito.eſt enim in ipſo nomine cauſſa diffidentiæ. Non ita arbitrere.] Id eſt,nō arbitreris. Bonus eſt hic uir.] Cum pōdere,& diſtinctione inferendum.Hic uir ſit bonus?Hic, per εἰρωνείαν nec uirum,nec bonum eſſe dixit.

Inſolens
Illicere
Licia

Hic uir

Hic uir ſit bonus?Mire poeta cum oportuerit Critonem inimiciorem Chremi eſſe quàm Simoni,ſic rem inducit,ut notior ei ſit cōtra quem maxime uenerat, atq; ab eo defendatur magis,ut res progredi ad cataſtrophen poſſit. In ipſis nuptijs.] In ipſo articulo nuptiarū. *In ipſis nuptijs*
Vt ueniret ante hac nunquā?] Plerūq; caſus imitatur induſtriā: & hoc ſæpe fit, ut etiam ſedulò facta,ſint ſuſpecta. Sycophanta.] Hoc eſt quod minime uoluit ſibi dici Crito.nam ita locutus eſt ſuprà,Clamitent me ſycophantam, hæreditatem perſequi. Hem.] Principium iracundiæ.audiuit enim quod maxime uitabat:nā ut ſuprà, Clamitent me ſycophantam. Sic Crito eſt hic.mitte.] Hic Chremes traducit illum ab iracundia, dicēdo ſic eum eſſe.Menander. * Errecte: quia naturæ ignoſcitur, uoluntati non item. Si mihi pergit quod uult,dicere.] Grauiter & mature. Ego iſtæc moueo,aut curo?] Eſt enim ſycophantæ perturbare rem bonam,& curare malam. Hoc igitur dicit cum ὑποπτεύω, Ego hæc turbo,aut cogito quemadmodum tu dicis Simo. Non tu tuum malum æquo animo feres?] Non filium,ſed amorem in filium,ſignificat.An quia iratus eſt?Et quæritur,an conueniant hæc uerba,Pamphilo ueniente.Imò enim conueniunt:nam quanto magis diſſimulat fauorem,tanto plus acquirit fidei ad ea quæ loquitur. Iam ſciri poteſt.] Addidit & temporis celeritatem,& magna maturitate dixit. Atticus quidam olim.] Hæc pars argumenti eſt:quæ & ſuprà iam dicta. Forte applicat.] Applicat,proprie de naufragio in litus iecto atq; egenti. Primum ad Chryſidis patrem.] Quid eſt,primum?an quia poſtea mortuus eſt? Fabulam inceptat.] Aut ad comœdiam retulit, fabulam: quia fabula comœdia: & quia argumentum quaſi fabulæ narratur.aut certe ad irriſionem narrationis dicit. etenim Olim fabulæ proprium:ut Horatius, Olim Ruſticus urbanum murem mus paupere fertur accepiſſe cauo,ueterem uetus hoſpes amicum. Itáne uerò obturbat?] Si ſubdiſtinguit:interſtrepit accipe.Si non diſtinguit,euertit intelligas. Itáne uero obturbat?Poteſt itá ne uerò,ſubdiſtingui:& ſic cum commination inferri,obturbat. Ibi audiui ex illo.] Magna confirmatio ueritatis eſt. Nomen tam cito tibi?] Non negantis eſt,ſed difficilè ſe dicturum oſtendit. Phania.] Hoc ita dicit Crito,ut nemo audiret:ſcilicet adhuc dubitans,an ipſe ſit.Hem.] Sunt qui putant Simonem dicere iraſcentem filio Critonem ſubmonenti. *Applicare* *Fabula* *Comœdia*
Periſ.] Hoc Pamphilus poſt iracūdiam patris,An Chremis eſt dolentis ad uel eius mentionem,uel quòd in filiam penè peccarat? Verum Hercle opinor.] Hoc adhuc contanter eſt dictum:& ideo indiget confirmatione. Rhamnuſium ſe.] Piræus,& Rhamnus,& cætera huiuſcemodi,maritima Atticæ oppida intelligenda ſunt.Rhamnus, pagus Atticæ eſt.
Multi alij in Andro.] Hoc teſtimonium cæcum dicitur. Teſtimoniorum enim modus duplex eſt:manifeſtus,& cæcus. Manifeſtus,eſt qui certos teſtes,& præſentes habet. Cæcus, in quo multitudinem,aut ciuitatem dicimus ſcire.ut Cicero,Teſtis eſt tota Sicilia. Quod tamen audientem conſternat.Eſt etiam in cæco iuſiurandum,tabulæ abſentesq; perſonæ. *Teſtimonia cæca & manifeſta*
Cuiam igitur?] Vetuſte,cuiam.quod omnibus generibus,& caſibus ſeruit. Arrige aures Pamphile.] Translatio à pecudibus.quibus uerbis intendit,accipiendam eſſe uocem. *Cuiam*
Arrige aures Pamphile.Hoc Simo uidet dicere. Vt alij putant,ipſe ſibi Pamphilus. Noram,& ſcio.] Norā Phaniā,Scio fratrem fuiſſe.Ergo & ad perſonā,& ad rem retulit. Meq; in Aſiam perſequens,proficiſcitur.] Bene in Aſiam,ubi bellū nō erat,ſed in Græcia. Et per ſequens dicit,perſeuerationem ſequentis oſtendēs.Perſequimur enim qui nō deſinit ſequi. Virg. Quæ te ſola puer,multis è matribus auſa Perſequit. Vix ſum apud me.] Hoc eſt argumentum ſapientibus lætitiā uehementem in bonis moderandā: cū unuſquiſq; gaudens ita perturbet,ut apud ſeipſum iam non ſit. Vix ſum apud me Nō ſum apud me,magis conſuetudine,q̄ ratione dicitur. Aut forte ſic dicit,quaſi abierit animus,& rurſus redierit. Ita animus cōmotus eſt metu.] Duo carnifices futurarū rerū ſunt, ſpes & metus. Dolor enim & gaudiū,præſentium rerū ſunt. Virg.Hinc metuunt,cupiuntq;:dolent,gaudentq;,nec auras Reſpiciunt.Sed dolorē hic in lætitia nō poſuit.& mire ordinem ſeruauit: ſic enim ſe hæc inuicem ſequuntur.Et ἀσυνδέτως diſtinguendum eſt,ſpe, gaudio:ut ſeparatim inferantur. *Arrigere aures* *Perſequi* *Apud ſe non eſſe*
Mirando.] Mirando,dum miror.& eſt participium. Næ iſtam.] Næ,nimis.Cicero,Næ iſti uehementer errant.Salluſtius, Næ iſta nobis manſuetudo,& miſericordia. Gaudeo.] Gaudemus noſtris,gratulamur alienis. Vt Salluſtius, Et ei uoce magna uehementer gratulabant. Næ iſtam multis tuam.] Nō multis modis inueniri gaudeo:ſed tuā inueniri. Alij, multis modis tuā inueniri gaudeo:nō,inueniri gaudeo.Hic iam redit in gratiā Simo cum filio:niſi forte patrē ſocerum appellat,ut Turnus apud Virgilium, Et nos tela pater, ferrum q̄ haud debile dextra Spargimus. Sed quomō infrà dicit, Quid reſtat pater? an reſtat ideo, quia hæc iā maior pars recōciliationis eſt? Credo pater.] Incertū utrū,cui gratulaē, Simo ſit, quamuis Pamphilus reſpōdeat.poteſt enim Chremes & pater uideri. Credo pater.Sic reſponderi ſolet dicenti,gaudeo. At mihi unus ſcrupulus etiam reſtat.] At, diſcretiuum *Gaudere* *Gratulari* *Credo*

Scrupulus est superiorum dictorum. Scrupulus à scrupo lapide dictus, lapillus minimus. nam nimis molestæ sunt pedibus scrupulosæ uiæ. ut Virg. Scrupea tuta lacu nigro, nemorumq; tenebris. Etiam. Pro adhuc. Dignus es cum tua religione, odium.] Aut dignus odio, aut accusatiuus pro ablatiuo casu est positus, pro odio. aut separatim odium legendum est, ut sit dignus qui male habearis. Nodum in scirpo quæris.] Scirpus, palustris res & leuissima. Lucilius in primo, Nodum in scirpo insane facere uulgus. Est autem scirpus, sine nodo, & leuis iunci species. Alibi ipse, Reddunt curatura iunceas. Plautus. Scirpo induitur ratis.

Scirpus

Id quæro.] Rursus Crito obliuiosus est, utpote alienarum rerum. Voluptati obstare.] Nunc lætitiæ & gaudio. Heus Chreme.] Heus dicendum erat, quia Chremes Critonem intuebatur. Ex ipsa millies audiui.] Duas res ostendit Pamphilus, & quòd uerũ sit quod ex ipsa sæpe audierit, & quòd sit Glycerium. Omnes nos gaudere hoc.] Aut hoc correpte. aut hoc producte: ut sit, hac re gaudere. Et gaudere, nostris est, ut suprà adnotauimus: aliis uerò, gratulari. Sallustius, Et ei uoce magna uehementer gratulabantur. Plus est ergo gaudere, quàm lætari. Quid restat pater?] Hoc est, ne irascaris. O lepidum caput.] In quo lepôris est plurimũ, lepidus dicitur. Nam lepos est uenustas. Nempe.scilicet.] Nempe, & scilicet dicentes, manu uel uultu dotem significãt. quod mox intelligit Chremes. Alij ἀπὸ τοῦ Scilicet Chremetis personam faciunt. Dos est Pamphile.] Id est, Pãphilo pro uxore dabuntur decẽ talenta. Accipio.] Ille nisi dixisset, accipio: dos non esset. datio enim ab acceptione confirmatur: nec potest uideri datum id, quod non sit acceptum. Eho.] Eho hic admiratio est intentionis ad id quod dicturi sumus. Dedam iam.] Addidit & temporis celeritatem. Qui.] Quamobrem. Non recte uinctus.] Id est, non iuste. sed hic ad causam retulit nõ recte: Senex uerò, ad rem retulit. Haud ita iussi.] Quia quadrupedem stringi iusserat, quasi recte ac diligenter. Et hoc ipsum non uacat. nam iam ioculariter loqui, & minus irascentis est, & placabilis animi. Haud ita iussi. Eleganter lusit ad ἀμφιβολίαν. & simul ostendit, quàm propitius sit Pamphilo pater, & quàm facilè uenia Dauo impetrare possit ab eo: quippe qui iam etiam iocetur. Pamphilus autem dixerat, non iuste: ille sic respondit, quasi dixerat, non diligenter uinctus est. Et haud ita iussi. sic enim præceperat, quadrupedem constringito.

Lætari
Lepidus
Lepos
Recte

ACTVS QVINTI SCENA V.

CHARINVS. PAMPHILVS.

C. PROVISO quid agat Pamphilus. atque eccum. P. aliquis forsan me putet *Iambicus tetrameter*
Non putare hoc uerum at mihi nunc sic esse hoc uerum lubet.
Ego uitam †deorum propterea sempiternam esse arbitror,
Quòd * uoluptates eorum, propriæ sunt. nam mihi immortalitas
Parta est si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit.
Sed quẽ ego potissimũ exoptẽ nunc mihi, cui hæc narrẽ, dari? *Iãb. tetrameter*
C. Quid illud gaudi est? P Dauom uideo. nemo est, quem mallem omnium.
Nam hunc scio mea solide solum gauisurum gaudia.

Trochaicus tetrameter
†*Deorũ dissyllabum est.*
**In uoluptates eliditur u.*
Trochaicus tetram. uterq;

PRouiso quid agat Pamphilus.] Hæc scena alterum generum Chremeti cõparat: ne aut Charinus tristis recedat, aut nõ prouisum uideretur Philumenæ. Prouiso quid agat. Hoc colloquium post compendiũ fabulæ inducitur: ut una narratione etiã negociũ Charini transigi possit. Prouiso quid agat. Dupliciter res ab oculis spectatorũ mouentur: aut enim futura promittũtur, aut facta narrantur. Prouiso, duo significat: & prouideo, & procedo. Nunc sic esse hoc uerum lubet.] Sic delicate pronuntiandum est, & separatim distinguẽdum. At mihi nũc sic esse hoc uerum lubet.] Sensus hic est, Alij putent, ut uolunt: ego autẽ uerũ esse confirmo quòd mihi lubet uerum credere. Ego uitam deorum propterea sempiternam esse arbitror.] Omne quod habemus aut mutuum est, aut proprium. mutuum est quicquid ad tempus habemus, nec postmodum nostrum futurum est, ut uxor, domus, uilla, serui, & cætera in hunc modum. proprium, ut uirtus animi, & bonum sempiternum: quod proprie de dijs dicitur. nõ enim aliũde uenerũt, sed apud seipsos sunt semper. & Epicurũ secutus, hoc dixit. Proprie ergo

Mutuum
Proprium

ergo de dijs sempiternum dicitur. Nam inter sempiternũ, & perpetuum hoc interest: quòd sempiternum ad deos, perpetuum proprie ad homines pertinet. Ego uitam deorum propterea.] Hanc sententiam totam Menandri de Eunucho transtulit. Et hoc est quod dicitur, Contaminari non decere fabulas. Ego uitam deorum. Non dixit, quòd scit: sed quod uerum putet. Et est λόγκα ἀπὸ σύστασιν, quod à cæteris philosophis repudiatur, de ocio deorum, ac perenni uoluptate. Propriæ sunt.] Perpetuæ sempiternæ, quæ nõ sunt accommodatæ ad tempus, ac mutuæ. sic & suprà, Nihil ne esse propriũ cuiq; Si nulla ægritudo huic gaudio intercesserit. Scilicet secũdum supradictam sententiam, Si propria, inquit, hæc fuerit uoluptas, deus sum. Quid illud gaudij est?] In alijs, Daui persona infertur. Nam hunc scio mea solide solum.] ἀρχαϊσμὸς. Solide solum.] Figura παρόμοιον

Sempiternum
Perpetuum

ACTVS QVINTI SCENA VI.

DAVVS. PAMPHILVS. CHARINVS.

D. PAMPHILVS ubinã hic est? P. Daue. D. quisnam homo est? P. ego sum. D. ò Pamphile. *Iambici tetrametri*
P. Nescis quid mihi obtigerit. D. certe: sed quid mihi obtigerit, scio.
P. Et quidem ego. D. more hominum euênit, ut quod sim nactus mali,
†Prius rescisceres tu, quàm ego, quod tibi euênit boni.
P. Mea Glycerium suos parentes reperit. D. ò factum bene. C. hem.
P. Pater amicus summus nobis. D. quis? P. Chremes. D. narras probe.
P. Nec mora ulla est, quin eam uxorem ducam. C. num ille somniat.
Ea, quæ uigilans uoluit? P. tum de puero Daue? D. ah, desine.
Solus est, quem diligunt Di. C. saluus sum si hæc uera sunt.
Colloquar. P. quis hòmo est? Charine in tempore ipso mihi aduenis.
C. Bene factum. P. hem, audistin'? C. omnia. age, me in tuis secundis respice.
Tuus est nunc Chremes. facturum, quæ uoles, scio esse omnia.
P. Memini. atq; adeò longum est, nos illum expectare, dum exeat.
Sequere hac me intus apud Glycerium est nunc. tu Daue abi domum:
Propera, accerse, hinc qui auferant eam. quid stas? quid cessas? D. eo.
Ne expectetis, dum exeant huc. intus despondebitur.
Intus transigetur si quid est, quod restet. Plaudite.

Trochaici tetrametri
†*Si legas, Tu prius resciscerres, uersus probe cõstat*

CALLIOPIVS RECENSVI. *Dimeter Iambicus*

PAmphilus ubi nã hic est?] In hoc actu mira arte ea quæ restant de comœdia, breuiter explicántur, & designantur duorum sociorum binæ nuptiæ. Pamphilus ubi nam hic est? P. Daue. D. Quis hic est? In affectu gaudentis Pamphili, & Daui gratulatione cognitionem rerum Charino præbuit: cuius persona parce uititur post compendium. Sed quid mihi cõtigerit, scio.] Scio, id est persensi. More hominum.] Hominum abundat. More hominũ Euenit ut quod sim nactus mali. Quia fama mali celerior, quàm boni: id est, ut facilius mala q; bona nũtientur. Ad hoc ergo dixit, quòd ille prior scierit quòd esset uinctus, quàm ipse cognitam Glycerium cognosceret. Mea Glycerium suos parentes reperit.] Hæc ita narrantur Dauo, ut eadem opera etiam Charinus audiat. Pater amicus summus.] Hæc omnia, ut diximus, propter Charinum dicuntur, ut audiat. Amicus summus. Deest eius. Num ille somniat ea quæ uigilans uoluit?] Hinc Virgilius, Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt?

Scire

Desine

Desine.] Compendium attulit. Bene factum.] A gratulatione cœpit. Omnia.] Com
Respicere pendium. Age,me in secundis tuis rebus respice.] Hæc sunt quæ absolute dicuntur.& est commonitio:Sunt enim qui felicitate elati,ne respicere quidem uelint amicos. Et respicere est proprie retro aspicere.Id est,quem præcedis felicitate,non obliuiscaris. Tuus est nunc Chremes.] Lucilius in secundo,Nunc prætor tuus est,meus si discesserit horno Gentili.

Tu Daue abi domum,] Hi uersus,usq; ad illum,Gnatam tibi meam Philumenam uxorem, negãtur Terentij esse: adeò ut in pluribus exemplaribus bonis non inserantur.

Atq; adeo longum est nos illum expectare.] Quia & audacter, & artificiose binos amores duorum adolescentium,& binas nuptias in una fabula machinatus est:& id extra præscriptum Menandri,cuius Comœdiam transferebat:idcirco aliud in proscenio,aliud post scenam retulit:ne uel iusto longior fieret, uel in eadem propter rerum similitudinem cogerentur. Sequere me hac intus.apud Glycerium est.] Iam post scenam itur: quia ulterius in proscenio nihil agitur. Ne expectetis.] Mire dicit,latenter se laudans:quo uerbo auidũ adhuc audiendi populum,adeoq; cupidum & intentum ostendit,ut finem Comœdiæ euenisse non senserit. Intus transigetur si quid est quod restat.Artificiose Poeta hæreditatis iustam petitionẽ ex Critonis persona prætermisit, quæ ei Glycerio cognita iure tribuebatur: ne uel paruo rei Critonis tractatu, aut defraudatione Glycerij infuscaretur finis fabulæ ad lætum exitum spectans. Si quid est quod restat.Quia narratione dignum non est quod Charinus rogat.

FINIS.

FABVLAE INTERLOQVVTORES

Laches senex	Pythias ancilla
Phædria adolescens	Thraso miles
Chærea adolescens	Sanga lixa
Parmeno seruus	Gnatho parasitus
Dorus eunuchus	Chremes adolescens rusticus
Thais meretrix	Sophrona nutrix
Dorias ancilla	Antipho adolescens

IDIOMATA PERSONARVM, ET ETYMOLOGIAE.

Laches à sortiendo siue ab intendendo actionem iniuriarum, pius in filios & uehementi ingenio. Phædria,*ab hilaritate morum, cordatus adolescens, & cum morbo suo pugnans.* Chærea *à gaudio,ephebus ad quiduis audax,incogitans, & impotenter amans.* Parmeno, *quod sedulo adsit domino suo,callidus,& osor meretricum.* Dorus, *quod dono mittatur Thaidi.* Thais *à pauone uidetur dicta.addita aspiratione.Inducitur cordata & ciuilis, ac inter meretrices probis moribus.*

Dorias,*ab hasta,quod in bello capta sit.* Pythias *ob calliditatem,aut quod omnia percontetur.*

Thraso, *à confidentia fingitur stolidus & arrogans.* Sanga *à σάττω, hoc est à componendis sarcinis dictus uidetur.Fingitur liber ac domini contemptor, quales ferè coqui.* Gnatho,*à mandibula ut edax.Fingitur assentator & callidus.* Chremes *adolescens ruri educatus, eoq; ciuilium blandiciarum insolens, & artium imperitus.* Antipho, *quod obuius appareat.*

C. SVLPICII

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA IN EVNVCHVM

SOROREM falsò dictitatam Thaidis,
Id ipsum ignorans miles abduxit Thraso.
Ipsiq; donat.erat hæc ciuis Attica.
Eidem Eunuchum,quem emerat tradi iubet
Thaidis amator Phædria,ac rus ipse abit,
Thrasoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phædriæ puellulam
Cum deperiret,dono missam Thaidi.
Ornatu Eunuchi induitur.suadet Parmeno.
Introit.uitiat uirginem.sed Atticus
Ciuis repertus frater eius,collocat
Vitiatam Ephebo,Phædriam exorat Thraso.

ἄδηλον

MERETRIX adolescentẽ cuius mutuo amore *Non sunt uersus*
Tenebatur,exclusit.eiq; reuocato,
Exclusionis causas reddidit.eius frater
Minor natu,uirginem quam miles
Meretrici dono miserat,amare cœpit.
Deductusq; in domum meretricis pro Eunucho,uitiat.
Re itaq; cognita,cum illusam se meretrix
Doleret,ab eodem adolescente,placatur.
Interuentuq; fratris eius ciuem cognitam
Atheniensem,duxit uxorem.miles quoq;
In partem meretricij amoris receptus illuditur.

AELII DONATI ARGVMENTVM IN EVNVCHVM TERENTII

HAEC MASCVLINI generis nomine nuncupata fabula est, Eunuchus: & est Palliata Menandri uetus: quam ille autor de facto adolescentis, qui se pro Eunucho deduci ad meretricem passus est,nominauit. Itaque ex magna parte motoria est. Atque in hac Comœdia qui personam Parmonis actor sustinet, primas habet partes. Secundæ sunt Chæreæ. Tertiæ ad Phædriam spectant.Huius prologus sanè est concitatior. Nam & obiicit crimina aduersantibus:& comminatur in posterum:& accusatorie narrat iniuriam Terentio factam: & ad ultimum tumultuose, & cum magna inuidia defendit poetam. Hæc & προτασιν, & ἐπίτασιν & κατασκρορὴν ita æquales habet, ut nusquam dicas longitudine operis Terentium delassatum dormitasse. Actus sanè implicatiores sunt in ea,& qui non facile à parum doctis distingui possint: ideo, quia tenendi spectatoris causa uult poeta noster omnes quinque actus uelut unum fieri: nè respiret quodammodo: atque distincta alicubi continuatione succedentium rerum, ante aulea sublata fastidiosus spectator exurgat. Acta planè est Ludis Megalensibus, L. Posthumio, L. Cornelio, Aedilibus curam

curam ædium habentibus:etiam tunc personatis L.Numidio Posthumo.L. Ambiuio Turpione,item modulante Flacco Claudio tibijs dextra & sinistra ob iocularia,multa permista grauitate. Et acta est tanto successu,ac plausu,atq; suffragio:ut rursus esset uendita. & agere,ut iterum pro noua:proq; ea pretium,quod nulli ante ipsam fabulam contigit, octo milibus sestertiûm numerarent poetæ.Prouerbia multa sæpe pronuntiata,& cantica sæpe mutatis modis exhibita sunt. προτατικὸν πρόσωπον nusquam habet: sed suis tantum personis utitur.In hac Terentius delectat facetijs:prodest exemplis:& uitia hominũ paulo mordacius, quàm in cæteris,carpit.Exempla autem morum hic tria præcipua proponuntur, Vrbani scilicet,Parasitici, & militaris. Hæc ædita tertium est:& pronunciata,Terentij Eunuchus: quippe iam adulta commendatione poetæ,ac meritis ingenij notioribus populo. Facta autem ex duabus Græcis una est latina.Nam ex Eunucho,& Colace Menandri fabulis, hæc Eunuchus Terentiana scripta est, non sine crimine, quòd multa in hanc translata sint ex multis poetis latinis.quod totum,per Prologum purgat atq; defendit.

ARGVMENTVM EVNVCHI

Rapta quædam ex Attica uirgo nobilis,atq; adducta est Rhodum:ibiq; matri Thaidis meretricis ab amico dono data est, & educata uelut soror unà cum filia Thaide. Sed Thais relicta matre, Rhodo cum amatore quodam Athenas se contulit:ab eoq; hæres instituta mortuo,mox à milite Thrasone diligebatur nimis.Qui cum Athenjs profectus matrem Thaidis mortuam Rhodi comperisset,& eam uirginẽ,quam diximus, ab hæredibus mortuæ animaduertisset uenum esse propositam:quamuis ignarus rerum omnium, emit tamen:& dono amatæ Thaidi uexit Athenas.Verum postquàm aduenjens riualem Phædriam apud amicam reperit:quem per eius absentiam sibi meretrix cõciliarat:affirmauit se nõ ante daturum promissam uirginem,quàm Thais foras æmulum pepulisset. Illa igitur, etsi amaret Phædriam,cupiditate tamen recuperandæ uirginis & ciuis Atticæ, & quam à parula ut sororem dilexerat,excludit Phædriam.Hinc ille primo irascitur:pòst,accepta factione, à Thaide lenitur:& in bidui spatium sponte concedens militi,rus proficiscitur.Statimq; ne ab æmulo muneribus superaretur,Eunuchũ & puellam Parmenoni iubet abiens ad Thaidem deducere.Verum Chærea frater Phædriæ tũc ephebus,uisa in uia uirgine, inflammatur amore eius.Atq; eo euasit uehementi ardore,ut pro Eunucho ipse deduceretur ad Thaidem.Hac occasione uitiata uirgo:& mox ciuis,& nobilis cognita,datur uxor Chæreæ:Phædria uerò & miles riuales,ambo concordes per parasitum redditi,communi amica sine certamine potiuntur. In primo actu Phædria excluſus à Thaide,& secum primo,& mox cum Parmenone conqueritur fortunas suas:& ad postremum coràm accusat Thaidem. Rursus permulcetur ab eadem:& uoluntate digrediens,rus sese concessurum in spacium bidui esse promittit. Secundus actus,profectionem Phædriæ continet delegantis seruo deductionem Eunuchi,& puellæ ad Thaidem. Tum Parasitum loquentem, per quem uirgo à milite dono amicæ missa est.Tum interuentum Chæreæ amantis uirginem, ciusdemq; cum Parmenone consilium de eadem potienda per fallaciam: quia pro Eunucho ipse supponitur Thaidi. Tertius actus characterem exprimit militis, & parasiti perridiculum colloquiũ. Tum inuitationem ad cœnam Thaidis.Tum oblationem uelut Eunuchi Chæreæ & puellæ ex Aethiopia per Parmenonem factam.Tum uerba Chremetis ad Thaidem uenientis, perductiq; ad militem.Antiphonis Chæreæq; colloquium de uitiata per dolum uirgine.

In quarto actu Dorias nuntiat iurgiũ inter militẽ & Thaidem:tum reditũ habet ex uilla Phædriæ:& querelam Pythiæ de uitiata uirgine apud Phædriam: & eundẽ stupentẽ quod audiebat,Errorem ebrij Chremetis:& uerba petulantia Thaidis aduersum militem, & militis aduersum Thaidem:parata prælia,ridiculeq; deposita. Quintus actus hæc continet, querelam Thaidis de uitiata uirgine,primo cum Pythia,postea cum ipso Chærea:Tum interuentum Chremetis atq; nutricis:Tum perturbatio nem Parmenonis per dolum Pythiæ,atq; eius indicio per senem qui rure tunc aduenerat,confir matas nuptias.& ad ultimũ,redditũ in gratiã militis cũ Phædria,& Chærea.

ACTA LVDIS MEGALENSIB. L. POSTHVMIO L. CORNELIO AEDILIB. CVRVLIB. EGIT L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTIL. PRAENESTINVS, TIBIIS DVABVS DEXTRIS GRAECA MENANDRV FACTA SECVNDA, MODOS FECIT FLACCVS, M. VALERIO, C. FANNIO COSS.

PROLOGVS

Senarij

SI QVISQVAM est,qui placere se studeat bonis
Quamplurimis,& minime multos lædere·
In his poeta hic nomen profitetur suum.
Tum si quis est,qui dictum in se inclementius
Existimat esse,sic existimet.sciat
Responsum,non dictum esse.quale sit,prius
Qui bene uertendo,& eas describendo male,ex
Græcis bonis Latinas fecit non bonas:
Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit,
Atq;*à Thesauro scripsit causſam dicere.
Prius unde petitur aurum,quare sit suum,
Quàm†illic qui petit,unde*esset thesaurus sibi,
Aut unde in patrium monimentum peruenerit.
Dehinc ne frustretur ipse se,aut sic cogitet.
Defunctus iam sum:nihil est quod dicat mihi.
Is ne erret moneo·& desinat lacessere.
Habeo alia multa.quæ nunc condonabitur·
Quæ proferentur pòst,si perget lædere
Ità,ut facere instituit. Nunc quam acturi sumus
Menandri EVNVCHVM, postquàm ædiles emerunt,
Perfecit, sibi ut inspiciundi esset copia.
Magistratus cum ibi adesset,occœpta est agi.
Exclamat,furem,non poetam,fabulam
Dedisse,& nihil dedisse uerborum tamen.
COLACEM esse Neui,& Plauti ueterem fabulam·
Parasiti personam inde ablatam,& militis.
Si id est peccatum,peccatum imprudentia est
Poetæ·non qui furtum facere studuerit.
Id ita esse uos iam iudicare poteritis.
Colax Menandri est.in ea est parasitus colax,
Et miles glorioſus.eas se non negat
Personas transtulisse in Eunuchum suam
Ex Græca.sed eas fabulas actas prius

al.à Thesauris.puto fuisse scriptũ, à thesauro is

†Illic pro ille at aliâs sæpe

al. *is sit

Latinas sciſſe ſeſe, id uero pernegat.
Quòd ſi perſonis ijſdem uti alijs non licet·
Quî magis licet, currentes ſeruos ſcribere·
Bonas matronas facere·meretrices malas,
Parasitum edacem, glorioſum militem,
Puerum ſupponi·falli per ſeruum ſenem,
Amare, odiſſe, ſuſpicari·deniq;
Omnes ſponsei, excepto ultimo NVLLVM EST iam dictum, quod non dictum ſit prius.
Quare æquum eſt uos cognoſcere, atq; ignoſcere·
Quæ ueteres factitarunt, ſi faciunt noui.
Date operam·& cum ſilentio animaduortite,
Vt pernoſcatis, quid ſibi Eunuchus uelit,

SI quiſquam eſt qui placere, &c.] Attendenda poetæ copia, quòd in tot prologis de eadem cauſa ijſdem ferè ſententijs, uarijs uerbis utitur. Bonis quamplurimis.] Commendat perſonam. In his poeta hic nomen profitetur ſuũ.] Cum dixiſſet Quiſquam: intulit In his. & alibi, Cuius mos maxime eſt conſimilis ueſtrũ: hi ſe ad uos applicant. Tum ſi quis.] Bene ſi quis: cũ L. Lauinium ſignificet: ne uel ipſum à ſe læſum eſſe fateretur. Et Tum, præterea: ut, Tum canit Heſperidum.

Tum

Inclementius Inclementius.] Pro inclementer: ut, Iam ſenior, ſed cruda deo, uiridiſq; ſenectus. Exiſtimat.] Pro exiſtimauit. Reſponſum, non dictum eſſe.] Deeſt ei: ut in Phormione, Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia. Non dictum eſſe. Superius Dictum, participium eſt: inferius, nomen. A quo etiam dicaces dicũtur, qui iocoſis ſalibus maledicunt. Reſponſum, non dictum eſſe. Figura πλοκή. nam Dictum modo bis numero poſitum, ſuprà nomen ſignificat, infrà participium: ut in Heautont. In quem quiduis harum rerum cõuenit, quæ ſunt dicta in ſtultum. Qui bene uertendo. Bene, pro ualde. Et uertendo, in linguam latinam transferendo. Plautus, Vertit Barbare. Aut uertendo, corrumpendo. Idem Menandri phaſma nunc nuper dedit.] *τὸ αὐτὸ apparet pronuntiatũ, quaſi hoc ipſo admonuerit ſpectatorem quàm turpiter & imperite hæc fabula ſcripta ſit. Et bene, nunc nuper: ut ex uicinitate facti oſtendat nihil eſſe dicendũ, quàm diſplicuerit hæc comœdia L. Lauinij: propterea quòd res recens ſit, & omnes meminerint. Phaſma autem, nomen eſt fabulæ Menandri: in qua nouerca ſuperducta adoleſcenti, uirginem, quam ex uicino quodam cõceperat, furtim eductam, cum haberet in latebris apud uicinum proximum, hoc modo ſecum habebat aſſidue nullo conſcio. Parietem, qui medius inter domum mariti ac uicini fuerat, ita perfodit, ut in ipſo tranſitu ſacrum locum eſſe ſimularet. Cumq; tranſitum intẽderet ſertis ac fronde felici, rem diuinam ſæpe faciens, euocabat ad ſe uirginem. Quod cũ animaduertiſſet adoleſcẽs, primum aſpectu pulchræ uirginis, uelut numinis uiſu perculſus exhorruit: Vnde phaſma eſt nomen fabulæ. Deinde paulatim re cognita, exarſit in amorem puellæ: ita ut remedium tantæ cupiditatis, niſi ex nuptijs, non reperiretur. Ita ex commodo matris ac uirginis, & ex uoto amatoris, conſenſuq; patris, nuptiarum celebratione finem accipit fabula. Vtrum ergo hoc dicat, quod totam fabulam transferendo, læſerit L. Lauinius: an hoc tantum de quo reprehendat: ſed his ſignis uelit oſtendere quem dicat uitioſe theſaurũ compoſuiſſe: ut in theſauro ſit culpa, non in phaſmate:* Nunc nuper dedit. Nuper, ex illis uerbis eſt, quæ ueteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant. Nam niſi adderet nunc: hoc Nuper, olim, pridem, & iam ſignificaſſet. Idem Menandri phaſma nunc nuper dedit. Hanc fabulam totam damnat, ut apparet, ſilentio: theſaurum uerò, nõ totum, ſed ex uno loco. Atq; in theſauro ſcripſit cauſam dicere.] Theſaurum Latini ueteres ſecundum Græcos, ſine n litera proferebant. Atq; à theſauro ſcripſit cauſam dicere. Arguit Terentius quòd Luſcius contra conſuetudinem litigantium, defenſionem ante accuſationem induxerit. huiuſmodi enim eſt Luſcij argumentum, Adoleſcens qui rem familiarem ad nequitiam prodegerat, ſeruum mittit ad patris monumentum, quod ſenex ſibi uiuus magnis opibus apparauerat, ut id aperiret, illaturus epulas, quas pater poſt annum decimum cauerat ſibi inferri. ſed cum agrum in quo monumentum erat, ſenex quidam auarus ab adoleſcente emerat. Seruus ad aperiendum monumentum auxilio uſus ſenis, theſaurum cum

Dicaces

Vertere

ὁ αὐτὸς forte. Nã ὁ αὐτὸς nullum habet hic locũ. ꝓbabilius eſt fuiſſe ſcriptũ ἐμφατικῶς

epiſtola

epiſtola ibidem reperit. Senex theſaurum tanquam à ſe per tumultum hoſtilem illic defoſſum retinet, & ſibi uendicat. Adoleſcens iudicem capit: apud quem prior ſenex qui aurum retinet, cauſam ſuam ſic agit: Athenienſes, bellum cum Rhodienſibus quod fuerit, quid ego hic prædicem: & cætera, quæ contra naturam iuris q̃ conſuetudinem poſita argumenta notat Terentius: quòd ille ordo potior erat, ut adoleſcens prior proponeret cauſam qui petitor inducitur. Prius unde petitur aurum.] Vnde à quo. Virgilius, Genus unde Latinum. Nam poſſeſſorem fecit priorem agere, quàm petitorem: quod abhorret à conſuetudine & iuris, & litium. Quam ille.] Deeſt, dicat. Qui petit aurum: id eſt petitor. Quàm ille qui petit. Eſſet recta locutio ſi diceret, quàm petitorem: aut quàm illum qui petit. ſed, quàm ille, maluit, ut ſubaudiamus cauſam dicat, per ῥῆμα à ſuperiore figuratum. Dehinc.] ſi loquatur. Ne fruſtretur ipſe ſe.] παράπροσδοκίαν dicitur: ſed pòſt addit. Aut ſic cogitet.] Si taceat. Defunctus iam ſum.] χῆμα διανοίας ἐδοποιΐα. id eſt, omni labore liberatus ſum, autoritate iam confirmata & inuiolabili. Defunctus iam ſum. Id eſt, iam egi fabulas meas: aut iam deſtititi periclitari in edendis comœdijs: aut certè, iam edidi quam tu reprehendis fabulam. Defunctus iam ſum. Nihil eſt quod dicat mihi. Non ſit, inquit, de ſuis uitijs ſecurus propter uetuſtatem: nihilominus enim à me reprehendetur. Is ne erret moneo.] χῆμα ἐπιτιμία. Quæ nunc condonabitur.] Sic in Phormione, Argentum quod habes, condonamus te. Nam & dono ablatiuo caſui iungebant ueteres: condono uerò accuſatiuo. Nunc quam acturi ſumus.] Obliqua narratio facti eſt ſecundum caſum accuſatiuum. Poſtquàm ædiles emerunt.] Mire, cum ordo melior uideretur ſi ſic diceret, Poſtquàm Aediles emerunt quam nunc acturi ſumus, perfecit ſibi ut inſpiciundi eſſet copia. Emerunt autem, mediam corripe: ut Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. Perfecit.] Mire, quaſi difficile & illicitum. Exclamat, furem, non poetam.] Mire reprehendit antè uitium, quàm de cauſa maledicti dicat. Et nihil dediſſe uerborum tamen.] Aut, neminem fefelliſſe. Aut, nihil appoſuiſſe de ſuo. Exclamat, furem, non poetam. Adhuc nullo reprehenſio eſt: ſi quidem licet transferre de Græco in Latinum. Et nihil dediſſe uerborum tamen. Aut neminem fefelliſſe dare enim uerba, decipere eſt: quia qui rem expectat, & nihil præter uerba inuenit, deceptus eſt. unde alibi, Verba iſtæc ſunt, & è contrario, cum uideas, cenſeas. Aut aliter, nihil addidiſſe de ſtylo ſuo Terentium. Peccatum imprudentia eſt.] Id eſt ignorantia: ut imprudens harum rerum. non enim ſtultitia. Paraſiti perſonam inde ablatam.] Et hoc mire: non uerſus obicit, ſed perſonam eſſe translatam. quid ſtultius, aut calumnioſius dici poteſt: Si id eſt peccatum, peccatum imprudentia eſt poetæ. Primo negat peccatum, deinde concedit & purgat. Imprudentia. Ignorantia, non imperitia. Si id eſt peccatum, peccatum. πλοκή. Nam peccatum ſuperius nomen eſt: & ſequens, participium. Et primo negat peccatum. deinde ſi peccatum eſt, purgat id ipſum ueniali qualitate ab imprudentiæ partibus. In Eunuchum ſuam.] Ad fabulam, non ad hominem retulit: ut Virgilius, Centauro inuehitur magna. Bonas matronas.] ut Nauſiſtratam. Meretrices malas.] ut Thaidem, atq; Bacchidem. Sic eſt in Heautont. Scortari crebro nolunt, nolunt crebro conuiuarier. Et artificioſe oſtendit omnem materiam comicorum. Paraſitum.] Vt Gnatonem. Glorioſum militem.] ut Thraſonem. Glorioſum militem. Facere ſubauditur. Falli per ſeruum ſenem.] ut Demeam, & Simonem. Amare, odiſſe, ſuſpicari.] Mire à perſonis ad geſta cum uarietate tranſitum fecit. Omne enim quod in orationem uenit, uel perſona, uel factum eſt. Odiſſe. Quia odere, non eſt latinum. Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius.] χῆμα λόγου πλοκή. Nam Dictum, bis poſitum: ut ſuperius Peccatum, diuerſa ſignificat. Quare æquum eſt uos cognoſcere, atque ignoſcere.] χῆμα λόγου παρόμοιον Quæ ueteres factitarunt, ſi faciunt noui.] Et uarie dixit, Factitarunt, & faciunt, & cum magna defenſione Terentij ſemel facientis id quod ſæpe ueteres. Animaduertite.] Nos ἰλλεπτικῶς dicimus aduertite, quod ueteres plene animum aduertite. Quid ſibi Eunuchus uelit.] ἀρχαϊσμὸς uelit ſibi, ut alibi. Nam proh deum atq; hominum fidem, Quid uis tibi, aut quid quæris:

Defunctus ſum

Condonare Dono

Verba dare

Imprudens

ACTVS PRIMI SCENA PRIMA

Iambici trimetri.

PHAEDRIA ADOLESCÈNS. PARMENO SERVVS.

PH. QVID igitur faciam? non eam, ne nunc quidem
Cum accersor ultro? an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?
Exclusit? reuocat? redeam? non si me obsecret.
P. Si quidem Hercle possis, nihil prius, neq; fortius?
Verùm si incipies, neq; *perficies nauiter? *al. pertendas*
Atq; ubi pati non poteris, cum nemo expetet,
Infecta pace, ultro ad eam uenies, indicans
Te amare, & ferre non posse: actum est? ilicet,
Peristi? eludet, ubi te uictum senserit.
PH. Proin tu, dum est tempus, etiam atq; etiam cogita.
P. Here, quæ res in se neq; consilium, neq; modum
Habet ullum, eam consilio regere non potes.
In amore hæc omnia insunt uitia? iniuriæ,
Suspiciones, inimicitiæ, inducíæ,
Bellum, pax rursum. incerta hæc si tu postules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm si des operam, ut cum ratione insanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas,
Egóne illam, quæ illum? quæ me? quæ non? sine modo,
Mori me malim? sentiet qui uir siem.
Hæc uerba, me Hercule una falsa lachrumula,
Quam oculos terendo misere, uix ui expresserit,
Restinguet? & te ultro accusabit? & ei dabis
Vltro supplicium. PH. ó indignum facinus? nunc egó &
Illam sceleſtam esse, & me miserum sentio?
Et tædet, & amore ardeo? & prudens, sciens,
Viuus uidensq; pereo? nec quid agam, scio.
P. Quid agas? nisi ut te redimas captum quàm? queas
Minimo? si nequeas paulùlo, at quanti queas?
Et ne te afflictes. PH. Itáne suades? P. si sapis,
Neq; præterquàm quas ipse amor molestias
Habet, addas: & illas quas habet, recte feras. *eliditur I*
Sed ipsa egreditur nostri fundi calamitas?
Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit,

Quid

Vid igitur faciam?] In hac προτάσει exemplum proponitur, quàm non suæ potestatis sit qui amat: quàm sapiat qui non amat, neq; aliter affectus est. Quid igitur faciam? διαλογισμὸς ἐπὶμα διανοίας. Apparet & multa tacitum cogitasse adolescentem, & tandem in hæc uerba prorupisse. Igitur, pro deinde. Vt Plautus in Amphitryone, Si aliter sient animati, neq; dent quæ petat, sese igitur summa ui, uiriq; eorum oppidum expugnassere. Quid igitur faciam? Menander, εἶτα τί ποιήσω: Sic Virgilius: Heu quid agam? Et est διαλογισμὸς perditæ mentis post multam frustra cogitationem. Non eam ne nunc quidem.] Hoc uidetur non esse contrarium, sed est. Nam dubitat utrum meretricis satisfactionem expectet: an illam omnino non quærat. Non eam ne nunc quidem. Non eam, Probus distinguit. Iungunt, qui secundum Menandri exemplum legunt. Comparem,] Constituam, ut, Quàm inique comparatum est. Non perpeti me retricum contumelias?] Sic in Andria, Priusquàm harum scelera, & lachrymæ confictæ dolis. Cum uni sit iratus, de omnibus queritur. Exclusit, reuocat.] Vtrunque iniuriam fecit ex uerbo, dicendo exclusit, potius q̃ non admisit. & reuocat, potius quàm petit ut redeam, quod erat moderatius. Redeam? non si me obsecret.] Vides ergo superiorem partem dubitationis in eo fuisse, ut rogatus rediret: inferiorem, ut ne rogatus quidem. Non si me obsecret. Bene de ea quæ totũ proterue agens exclusit & reuocat: non petat, nec roget, nec oret, se obsecret inquit: quod horum omnium in maiorem partem est ultimum. Siquidem Hercle possis.] διαλογισμὸς quasi ad alterum: ut, Nescis heu perdita, nec dum Laomedonteæ sentis periuria gentis. Nihil prius, neq; fortius.] Deest, est. ut, Multum ille & terris iactatus & alto. Et Prius modo ad laudem, non ad ordinem pertinet: ut Sallust. Quæ prima mortales ducunt. Et ipse in Heautont. Et suauia quæ essent, prima habere. Nauiter.] A naui ductum, à qua in alto nullum diuersorium est. Infecta pace.] ὕμφασις per μεταφοράν. Indicans te amare.] Non uerbis indicans: ut alibi, Ibi tum exanimatus Pamphilus, bene dissimulatum amorem & celatum indicat. Actum est.] De iure translatum. Ilicet.] De iudicio. Peristi.] De supplicio. Actum est, ad Vltro adeam uenies, relatum est. Ilicet. ad indicans te amare. Peristi, ad Ferre non posse. Ilicet. Semper in fine transactæ rei ponitur. Peristi. ὑπερβολὴ. Eludet.] Eludere. proprie gladiatorum est cum uicerint. Cicero, Quàm diu etiam furor iste tuus eludet? Eludere, est finem ludo imponere. Proin tu.] Vt exin & exinde: sic proin & proinde dicitur. Here, quæ res, &c.] Concessum est in palliata poetis comicis seruos dominis sapientiores fingere: quod item in togata non ferè licet. Eam consilio regere non potes. Nunc domino seruus est sapientior: quia nec amator, nec amans. Vt idem in Andria, Facile omnes cum ualemus, recta consilia ægrotis damus. In amore hæc omnia insunt uitia.] Duas præpositiones, in amore insunt. Inducíæ.] Inducíæ, sunt pax in paucos dies, uel quod in diem dentur, uel quod indies ocium præbeant. Pax rursum.] Bene ut consolaretur, ultimam partem posuit. Hæc si tu postules. Id est, si uelis uel coneris. Nihilo plus agas.] In est nihil agas. Et quod nunc.] Pro quæ: ut sit consequẽs, Hæc uerba. Sic in Andria, Quod plerique omnes faciũt adolescentuli, horum ille nihil egregie. Egóne illam, quæ illũ? quæ me?] Familiaris ἔκλειψις. irascentibus, nam singula sic complentur. Egóne illã non ulciscar? quæ illũ recepit? quæ exclusit me? quæ nõ admisit? etenim necesse habet, nec potest complere orationem, qui & secũ loquitur, & dolore uexatur. Nam amat ἀποσιώπησιν nimia indignatio: ut Virgilius, Quos ego, sed motos præstat componere fluctus. Hæc uerba.] Verba ἰμφατικῶς dixit, quæ scilicet nihil effectura sint. Vna me Hercle falsa lachrymula, quam oculos terendo misere, uix ui expresserit. Expressio ad αὔξησιν ducens, & nõ uera, sed falsa: & non lachryma, sed lachrymula: & nõ, ultro flens, sed oculos terẽdo: & non facilè, sed ui: & non, extillauerit, sed expresserit. sic Virg. Captíq; dolis, lachrymisq; coacti. Quam oculos terendo, misere, uix ui expresserit. Totũ sensum uerbis significantibus protulit: ut, Stridenti miserũ stipula disperdere carmen. &, Vna dolo diuûm si fœmina uicta duorũ est. Nunc ego & illam.] Nunc, id est sero, ut Virg. Nũc scio quid sit amor. Et, Nunc augur Apollo, Nũc Lyciæ sortes. Et prudens, sciens.] Prudens est, qui intelligentia sua aliquid sentit. Sciens, qui alicuius indicio rem cognoscit. Ergo prudens, per seſe: Sciens, per alios. Viuus uidensq; pereo.] Mire, & noue, uiuus pereo: & propterea sic dixit, ut intelligamus occidor: & uiuus, quasi sapiens & sentiens. Viuus, uidensq; pereo. Bene addidit uidens. nam uiuus perit, qui etiam dormiens opprimitur: uidens autem, qui uigilans uim patitur & perit. Nam uidere, pro uigilare posuit. ut etiam Virgilius, cum de Sileno dicit, Iamq; uidenti Sanguineis frõtem moris, & tempora pingit. Ergo uiuus, nõ mortuus: uidens, non dormiens. Captum.] Sallust. Sin captus prauis cupidinibus. Quã queas minimo.] Perseuerauit in translatione quã iamdudum sumpsit à bello. Si sapis.] Id est si sapias, ad inferiora iungendum est: nam aliter non intelligitur. Nostri fundi calamitas

Comparare
Prius
Nauiter
Exin
Proin
Inducíæ
Nunc
Prudens
Sciens

mitas.] Proprie calamitatem ruſtici grandinem dicunt, quòd comminuat calamũ; hoc eſt culmum ac ſegetem. Intercipit.] Propriè, quaſi totum capit. Plautus in Aulularia, Quæ mihi interbibere ſola, ſi uino ſcateat, Corinthienſem fontem, & Pyrenæum poteſt.

ACTVS PRIMI SCENA II.

THAIS MERETRIX. PHAEDRIA. PARMENO.

T. MISERAM me uereor ne illud grauius Phædria *Iamb. trimetri*
Tulerit: néue aliorſum, atq; ego feci, acceperit.
Quòd heri intromiſſus non eſt. PH. totus Parmeno
Tremo horreoq;, poſtquàm aſpexi hanc. P. bono animo es.
Accede ad ignem hunc, iam calefces plus ſatis.
T. Quis hic loquitur? ehem tú ne eras mi Phædria?
*Quid hic ſtabas? cur non rectà introibas? P. cæterum *In Quid uidetur elidi d*
De excluſione uerbum nullum. T. quid taces?
PH. Sanè quia uerò hæ mihi patent ſemper fores:
Aut quia ſum apud te primus. T. miſſa iſtæc face.
PH. Quid miſſa? ó Thais Thais, utinam eſſet mihi
Pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret, ut
Aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet:
Aut ego *iſtuc abs te factum nihili pénderem. *In iſtuc elidituꝛ s*
T. Ne crucia te obſecro anime mi, Phædria.
Non pol quò quenquam plus amem, aut plus diligam,
Eò feci: ſed ita erat res faciundum fuit.
P. Credo, ut fit, miſera præ amore excluſit hunc foras.
T. Sicine ais Parmeno? age, ſed huc qua gratia
Te accerſi iuſſi, auſcultа. PH. fiat. T. dic mihi
Hoc primum, potin' eſt hic tacere? P. egóne? optume:
Verum heus tu, lege hac tibi meam aſtringo fidem:
Quæ uera audiui, taceo, & contineo optume.
Sin falſum, aut uanum, aut fictum eſt, continuo palàm eſt:
Plenus rimarum ſum: hac, atq; illac perfluo.
Proin taceri ſi uis, uera dicito.
T. SAMIA mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.
P. Poteſt taceri hoc. T. ibi tum matri paruolam
Puellam dono quidam mercator dedit.
Ex Attica hinc abreptam. P. ciuémne? T. arbitror.
Certum non ſcimus: matris nomen, & patris
Dicebat ipſa: patriam, & ſigna cætera
Neq; ſciebat, neq; per ætatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat, è prædonibus
Vnde emerat, ſe audiſſe abreptam è Sunio.
Mater ubi accepit, cœpit ſtudioſe omnia

Docere,

Docere, & educare, ita ut ſi eſſet filia.
Sororem plæriq; eſſe credebant meam.
Ego cum illo, quo cum uno rem habebam tum hoſpite,
Abij huc: qui mihi reliquit hæc, quæ habeo, omnia.
P. Vtrunq; hoc falſum eſt: effluet. T. quî iſtuc? P. quia
Neq; tu uno eras contenta, neq; ſolus dedit:
Nam hic quoq; bonam, magnamq; partem ad te attulit.
T. Ita eſt: ſed ſine me peruenire quò uolo.
Interea miles, qui me amare occœperat,
In Cariam eſt profectus: te interea loci
Cognoui. tute ſcis, poſt illa quàm intumum
Habeam te: & mea conſilia ut tibi credam omnia.
PH. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubiúmne id eſt?
T. Hoc agite amâbo: mater mea illic mortua eſt
Nuper: eius frater aliquantum ad rem eſt auidior.
Is hanc ubi forma uidet honeſta uirginem,
Et fidibus ſcire, pretium ſperans, ilico
Producit: uendit. forte fortuna adfuit
Hic meus amicus: emit eam dono mihi,
Imprudens harum rerum, ignarusq; omnium.
Is uenit: poſtquàm ſenſit me tecum quoq;
Rem habere, fingit cauſſas, ne det, ſedulo:
Ait, ſi fidem habeat, ſe iri præpoſitum tibi
Apud me: ac non id metuat, ne ubi acceperim,
Seſe relinquam: uelle ſe illam mihi dare,
Verum id uereri. ſed ego quantum ſuſpicor,
Ad uirginem animum adiecit. PH. etiámne amplius?
T. Nihil: nam quæſiui. nunc ego eam mi Phædria
Multæ ſunt cauſſæ quamobrem cupio abducere.
Primum, quòd ſoror eſt dicta: præterea ut ſuis
Reſtituam, ac reddam. ſola ſum: habeo hic neminem,
Neq; amicum, neq; cognatum: quamobrem Phædria,
*Cupio aliquos parare amicos beneficio meo. *Cupio ſupereſt in trimetro*
Id amâbo adiuta me, quò id fiat facilius.
Sine illum prioris partes hoſce aliquot dies
Apud me habere: nihil reſpondes? PH. peſſuma
Ego quidquam cum iſtis factis tibi reſpondeam?
P. Hei noſter, laudo, tandem perdoluit: uir es.
PH. At ego neſciebam quorſum tu ires. paruola
Hinc eſt abrepta: eduxit mater pro ſua:
Soror eſt dicta: cupio abducere, ut reddam ſuis.

Nempe omnia hæc nunc uerba huc redeunt.deniq;
*Ego excludor·ille recipitur·qua gratia?
Niſi illum plus amas,quàm me·& iſtam nunc times,
Quæ aduecta eſt,ne illum talem præripiat tibi.
T. *Egon'id timeo? PH.quid te ergo aliud ſolicitat?cedò
Num ſolus ille dona dat?nuncubi meam
Benignitatem ſenſiſti in te claudier?
Nónne ubi mihi dixti cupere te ex Æthiopia
Ancillulam:relictis rebus omnibus,
Quæſiui?Eunuchum porrò dixti uelle te,
Quia ſolæ utuntur his reginæ:repperi.
Heri minas uiginti pro ambobus dedi.
Tamen contemptus abs te,hæc habui in memoria.
Ob hæc facta abs te ſpernor. T.quid iſtuc Phædria?
Quanquam illam cupio abducere, atq; hac re arbitror
Id fieri poſſe maxume·ueruntamen
Potius quàm te inimicum habeam·faciam ut iuſſeris.
PH. Vtinam iſtuc uerbum ex animo,ac uerè diceres
Potius quàm te inimicum habeam.ſi iſtuc crederem
Syncere dici,quiduis poſſem perpeti.
P. Labaſcit uictus uno uerbo quàm cito.
T. Ego non ex animo miſera dico? quam ioco
Rem uoluiſti à me tandem,quin perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te,biduum
Saltem ut concedas ſolum. PH. †ſiquidem biduum:
Verum ne fiant iſti uiginti dies.
T. Profecto non plus biduum,aut. PH.aut?nihil moror
T. Non fiet·hoc,modo ſine te exorem. PH.ſcilicet
Faciundum eſt quod uis. T.merito amo te. PH.bene facis,
Rus ibo·ibi hoc me macerabo biduum·
Ita facere certum eſt.mos gerendus eſt Thaidi.
Tu huc Parmeno fac illi adducantur. P.maxume. PH. in
Hoc biduum Thais uale. T.mi Phædria
Et tu. nunquid uis aliud? PH.Ego ne quid uelim?
Cum milite iſto præſens,abſens ut ſies·
Dies noctesq; ames me·me deſideres.
Me ſomnies·me expectes·de me cogites·
Me ſperes·me te oblectes,mecum tota ſis.
Meus fac ſis poſtremo animus quando ego ſum tuus.
T. Me miſeram,forſitan hic mihi paruam habeat fidem·
Atq; ex aliarum ingenijs nunc me iudicet.

Ego prior ſyllaba pertinet ad finem metri præcedentis

Idem hic

Siquidem corripit cum uidentur duæ dictiones,

Ita Ouidius,Siquidem eſt uentura ſenectus

Ego pol

Ego pol,quæ mihi ſum conſcia,hoc certo ſcio,
Neq; me finxiſſe falſi quidquam·neq; meo
Cordi eſſe quenquam cariorem hoc Phædria.
Et quidquid huius feci,cauſſa uirginis
Feci·nam me eius ſpero fratrem propémodum
Iam repperiſſe adoleſcentem adeò nobilem.&
Is hodie uenturum ad me conſtituit domum.
Concedam hinc intrò·atq; expectabo,dum uenit.

Aſſeram me,&c.néue aliorſum.] Aliorſum,in aliam partẽ:ut ſeorſum, retrorſum dicitur. Quòd heri intromiſſus non eſt.] Hæc leuius, ut de facto ſuo loquens, At Phædria,Excluſit, reuocat,inquit·redeam? non ſi me obſecret. Tremo,horreoq;.] Ex amore nimio. Nimius ignis, effectum frigoris reddit:ut ex frigore nimio effectus ignis exiſtit: ſecũdũ illud quod Phyſici aiũt. hinc & Virg.Aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Tremo,horreoq;, poſt quàm aſpexi hanc.Naturæ magni caloris etiã horrorem incutit,ut nimiæ febres. Accede ad ignem hunc.] Potius ignem meretricem accipimus,quàm arã Apollinis:uel quia amator uriẽ,ut Virg.At mihi ſeſe offert ultrò meus ignis Amyntas. Vel quia auida, & auara eſt: ut ignis,alimentorũ. Iam caleſces plus ſatis.] Notte,ſed intelligiẽ Quàm,id eſt plus æquo: ut alibi,Quàm nequid in illũ iratus plus ſatis faxit pater. Iam caleſces plus ſatis.] Neue. ſed intelligitur,plus q̃ ſatis.Hoc quidã putant.at mihi de his uidetur eſſe quæ à ueteribus geminabantur:ut plericq; omnes,hoc eſt omnes:& pleraq; omnia.id eſt omnia. ſic & plus ſatis pro ſatis. Quis hic loquitur?] Non imperite intelligũt qui exiſtimant meretricẽ etiam hoc ſimulare,quòd non prouiderit Phædriã.Nam & perſonæ,& dictis eius cæteris hoc conuenit:& tunc erunt gratiora omnia quæ ſuprà dixit. Cur nõ recta introibas?] Quaſi parum fuerit introibas:ſatis mire additũ Recta. De excluſione uerbũ nullum.] Plus admirationis eſt,nec accuſationi,nec ſatisfactioni locum reliquiſſe meretricem, callidè diſſimulata iniuria. Quid taces?] Et hoc callide,quaſi innocens ne ſuſpicetur quidẽ quid ſuccenſeat adoleſcens. Sane quia uerò ſemper,&c.] Tolle ſanè,& uerò,& pronuntiandi adiumenta, uultumq; dicentis:& in uerbis non negatio,ſed confeſſio eſſe credatur.Nã uerò ironiæ conuenit:ut Virg.Egregiam uero laudem.& ſpolia ampla refertis. Aut quia ſum apud te primus.] Duo dixit quæ doleat:& quia clauſæ fores,& quia poſterior habetur,prælato milite. Aut quia ſum apud te primus.Subauditur,Non recta introiui. Miſſa iſtæc face.] Alia diſſimulatio,& durior poſt admonitionẽ.ſed bene intelligit,qui hoc à meretrice ridẽte moliter,& oſculum porrigente dici accipit. Quid miſſa?] Magna uirtus poetæ eſt,nõ ſententias ſolum de conſuetudine ac de medio tollere,& ponere in comœdia: uerum etiam uerba quædam ex communi ſermone.quale eſt quod ait nunc,Quid miſſa? Vtinam eſſet mihi pars æqua amoris tecum.] Vel amandi,uel nõ amandi ſcilicet. Ac pariter fieret.] Pariter, ſimiliter.Salluſt.Cui niſi pariter obuiam iretur. Vt aut hoc tibi doleret itidem ut mihi dolet.] Si ambo amaremus. Anime mi.] Mi,uocatiuus eſt ab eo quod eſt meus. Vide quàm familiariter hoc idem repetit blandimentum·Vult enim Terẽtius uelut peculiare uerbum hoc eſſe Thaidis.ideo totiens dictũ eſt,Tùne hic eras mi Phædria?Ne crucia te obſecro anime mi Phædria. Ne crucia te.Hæc niſi amplectens adoleſcẽtem mulier dixerit,uidebitur Ne crucia ſine affectu dicere.Sed ſic,dicet Ne crucia te,eo geſtu, quaſi in eo etiã ipſa cruciẽtur·Nam ideo ſubiecit anime mi, hoc eſt animus meus. Non pol quo quenquam plus amem.] Hoc totum nimis blande,& cũ contrectatione adoleſcẽtis dicit meretrix. Faciundum fuit.] Legendum,faciendum,ſcribendum, totum hoc ſemper neceſſitati adiungitur. Virg.Aut pacem Troiano ab rege petendum.Et alibi, Arma acri facienda uiro. Credo, ut fit,miſera præ amore excluſit hunc foras.] Oratorie,ac facete additum,miſera. Et cum illa à deriuatione cauſæ argumẽtetur, mire à Parmenone correpta eſt, ueriſimile non eſſe, ut quis quem amet,eundem poſſit excludere. Excluſiſti hunc foras. παρὰ προσδοκίαν intuitintuens puellam,& ei oſtendens Phædriam: ut oſtendat quàm falſa & repugnantia loquatur meretrix. Age.] Corripientis eſt modo age, non hortantis aduerbium. Te accerſi iuſſi.] Hoc eſt quod ſuprà ait,Non eam, ne nunc quidem, cum accerſor ultro? Dic mihi.] Meretricia calliditate commendat quæ dictura eſt. Egóne optime.] Bene, non expectauit;

Pariter ſimiliter

Age

expectauit seruus ut pro se dominus responderet Thaidi. Verum heus tu.] Astute seruus reponit Thaidi uicem. Nam illa ut magnum uoluit expectari quod dictura est, iste ut falsum contemnit. Meam astringo fidem.] Fidem promitto: quia uincula fidei dicuntur.

Adstringere fidem

Quæ uera audiui, taceo.] Mire uicem Parmeno reddidit meretrici. Nam ut seruum dissimile est tacere commissa: ita meretricem rarum est uera dicere. Quæ uera audiui. Figura παροιμιώδη. Contineo optime.] Proprie à metaphora uasorum transtulit uerba. Sin falsum, aut uanum, aut fictum est, cõtinuo palàm est.] Falsum, est quo tegitur id quod factum est. Vanum, quod fieri non potest. Fictum, quod nõ est factum, & fieri potuit. Vel falsum, est fictum mendacium simile ueritati. Vanum, nec possibile, nec uerisimile. Fictum totum sine uero, sed uerisimile. Falsum loqui, mendacis est: Fictum, callidi: Vanum, stulti. Falsum loqui, culpæ est: Fictum, uirtutis: Vanum, uecordiæ. Fallis decipimur: Fictis delectamur: Vana contemnimus. Plenus rimarum sum.] Vilis atq; abiecta translatio, & apta apud meretricem loquenti. translata autem est ab aquario uase fictili. Hac atq; illac perfluo.] Contra Contineo optime. Proin taceri si uis, uera dicito.] Vtrum te taceri, aut tuum dictum? an impersonaliter, & infinito modo? Samia mihi mater fuit.] Puduit dicere Thaidem, Meretrix mihi mater fuit. quod tamen significauit, dicendo aliunde ciuem alibi habitasse. Nam ideo meretrices, peregrinæ dictæ sunt in comœdijs, ut in Andria, Adeóne est dementis? ex peregrina? Potest taceri hoc.] Id est, uerisimile est. Nec hoc, ad laudem proficit, sed ad dedecus meretricis. Potest taceri hoc. Hoc, peregrinã nasci meretricem. & ideo potest uerum uideri. Puellam dono quidam.] Aetas, & sexus, amoris causa sunt cur eam Thais puellam diligat. Puellam dono quidam mercator dedit. Propter hoc ostendit meretricem fuisse matrem: & dono ideo accipere puellam potuisse. Ex Attica hic abreptam.] Quia Athenis est constituta scena. Arbitror.] Bene arbitror, & nihil certi quando enim ausurus esset Parmeno adornare Chæream ad uitiandum hanc uirginem, si præscisset ciuem esse? Matris nomen & patris dicebat ipsa.] Quæ infantis memoriæ proxima sunt. Nam quid prius ætas illa, q̃ patrem matremq; cognoscit? Et signa cætera neq; sciebat.] Id est domum patris, regionem q; eius. Neque per ætatem etiam poterat.] Hoc ideo addit, ne esset minus elegans, quæ nesciret. Hoc addebat.] Ad matris scilicet nomẽ & patris quod puella dicebat. Vnde.] Id est, à quibus, ut Virgilius, Genus unde Latinum. Et causam dicere prius, unde petitur aurum. E Sunio.] Sunium, promontorium est Atheniensium: & in eo forum rerum uenalium, ἐμπόριον. Mater ubi accepit.] Hæc figura, in narrationibus βάσις dicitur, cum omnia pedetentim dicuntur insinuandi gratia, ut nunc, Matri mercator dono dedit. Mater ubi accepit. Et simul conuenit mulieri loquenti huiusce modi mora. Cœpit studiose omnia docere.] Mire, nam non, docuit: sed, cœpit docere. ὡς μέλλουσαν. Et uide quàm satis muliebriter. Mater ubi accepit. Accepit, simpliciter. aut audiuit ingenuam: ut capiendi & c a t Sed melius prius. Ita ut si esset filia.] Ergo uelut soror habenda est Thaidi: & ideo sequitur, Sororem plerique esse credebant meam. Et oratorie cumulat dignitatem, & amorem puellæ: ut eius comparatione leniatur iniuria facta Phædriæ.

Ego cum illo, quo cum uno tunc rem habebam tum hospite.] Totum dixit, & quòd hospitem, & quòd rem habebat. Et bene tunc, & non, nunc. Nam nunc, cum duobus. Quo cum uno tunc rem habebam. Id est consuetudinem, amorem. Hospite. Id est attico.

Abij huc.] Rhodo Athenas scilicet. Qui mihi reliquit hæc quæ habeo, omnia.] Hoc ideo, ne tantundem obsequij exigat Phædria. Ideò contra Parmeno, Vtrunq; hoc falsum est, effluet.] Ipse exponit hoc utrunq; quid dicat. & contradicendum est, quia præsens amator grauatur hoc dicto. Neq; tu uno eras contenta.] Quippe quæ admiseris militem.

Neq; solus dedit.] Quippe quia non omnia tua illius fuêre mortui. Nam hic quoq;.] ἀπεπτικῶς. Non Phædria, sed hic dixit, tangens illum, & quasi inuito illo hoc exprobret. Bonam, magnamq; partem ad te attulit.] Hæc dicuntur ἰσοδυναμοῦντα: ut Abs te petere & poscere. An potius bonam specie, magnam quantitate? & nunc discretiue dictum est: nam aliàs bonam, pro magna & multa accipimus. Ita est.] Non erat negandum quod dixit Parmeno meretrici satisfacere cupienti, & non tacenti culpam in conscientia esse. Te interea loci cognoui.] Oratorie priorem amatorem facit militem, quàm Phædriam. Nam posterius dicit hunc cognitum per absentiam militis. Ergo cum militi Phædria rivalis subductus sit: consequens est ut miles queri debuerit, non Phædria: & propterea nihil peccatum, si ordine seruato miles antepositus fuerit amatori postmodum cognito. & hoc sine puella, & munerum causa, multum pro milite contra Phædriam ualet. Sed uide meretricem, quia rem dixit perurentem, quot & qualia blandimenta subijcit, dicendo, Tute scis post illa, quàm intimum habeam te, & cætera. Cognoui. Proprie cognoui. Tute scis post illa, & cætera.] ἀποσιώπησις figura. nam hoc ad narrationem non pertinet. Et mea consilia

Continere *Falsum* *Vanum* *Fictum* *Arbitrari*

consilia tibi ut credam omnia. Ex præsenti actu sumpsit argumentum, quòd eum nunc tanquam consultorem adhibuerit. Et bene, Credam, secundum illud, Potin' est hic tacere? Ne hoc quidem.] Id est, hoc quoq; falsum est. Dubium ne id est?] Me non taciturum scilicet.

Hoc agite.] Pro aduerbio corripientis est positum: aut certe pro adhortatione audientiæ præbendæ. Sic Plautus, Hoc agite fultis spectatores. Et conuenit uelut nutu audientiam significantis, & gestu hoc ipsum adiuuari. Hoc agite. Id est illud definite, & hoc attendite.

Nuper. Vt adhuc amor flagrare uideatur, addidit nuper. Aliquantulum ad rem est auditor.] Vultu accõmodato ad reprehensionem pronuntiandum est. Ad rem auidior. Proprie auidior. Et rem, pecuniam modo dicit. Is ubi hanc forma.] Ex aliena persona uultum ostendere præter affectum, quanti sibi æstimanda sit: & quãto munere miles Phædriæ meruerat anteponi. Et fidibus scire.] Vetusta ἱστορία. Pretium sperans.] Deest magnum. ut, Et stabulo frenos audire sonantes. Producit, ac uendit.] Proprie. Nam produci res uenales dicuntur. Producit, ac uendit.] Hæc celeritas uendibilem indicat mercem. Forte fortuna.] Id est bona fortuna. Hic meus amicus.] Quia locus est meritorũ, non iam miles, sed meus amicus. Vide enim quid sequatur, Emit, inquit, eam dono mihi, imprudens harum rerum.] Hic ostenditur quàm auidus id faceret, si rem penitus nosset. simul etiam ostenditur quanta secreta dicat Phædriæ: utpote quæ rivalis nesciat. Imprudens harum rerum, ignarusq; omnium. Prudentia, naturalis est: gnaritas, extrinsecus uenit. Imprudens, per se: ignarus, per alios. Hoc est, qui nec suspicatus sit, neq; ex aliquo audierit. Postquàm me sensit tecum quoq; rem habere.] Non dictum, sed quasi celatum. Sensit me tecum quoq; rem habere. Magno pondere dixit, tecum quoq;: tanquam iracundi iusta magis sit causa militi, quàm Phædriæ. Nam Sensit, & Tecum, & Quoq;, hoc significat. Rem habere. Sic dixit, ut honeste res impura dicat. Ne det, sedulo.] Sedulo, sine dolo, hoc impense. Ait.] Sem per Ait dicimus, cum uel inuisa nobis, & audientibus, uel uana dicta narramus alicuius.

Producere *Forte fortuna* *Imprudens* *Prudens* *Gnarus* *Rem habere* *Sedulo*

Si fidem habeat.] Hoc est, si faciam aliqua, unde credat se tibi præponi. Si fidẽ habeat. Si credere cogatur, id est si credat. Vnde fideiussor dicit, hoc est autor credendi. Se iri præpositum tibi apud me.] ἀνατροφὴ in uerbo Præpositũ iri, ac necessaria implicatio in his quæ dura dicta sunt. Sed ego, quantum suspicor.] Alta & acuta inuentio. Scit meretrix hoc solo amatores inimicos esse quòd idem diligunt. Magnifice igitur, ut riualis odium deliniret, uult persuadere Phædriæ non se amari, sed uirginem. Ad uirginẽ animum adiecit.] Cur hoc inferat? ut uel lædendi militis causa, Phædria patiatur eum, quã amet, & nolit uirginem dono dare. Etiã ne amplius?] Munde Terentius, ut solet, res huiusmodi per ὑπαλλαγὴν suam.

Fidem habere *Fideiussor*

Nihil. nam quæsiui nunc ego eam.] Optime purgauit Terentius, quod mox liberalibus nuptijs fuerat obfuturum, si uitiatam uirginem duceret Chærea. Necessario ergo defenditur, tanquam quæ honeste nuptura est. Quamobrem cupio abducere.] Etiam hoc uerbo gratificatur Phædriæ. non enim accipere, ut ab amico remunerante, sed abducere, ut ab stulto & inexperto. Nunc ego eam mi Phædria. Multæ sunt causæ. Non indiligẽter cõsiderauerunt hanc meretricis orationem, qui illam instar controuersiæ retulerunt. Nam & principium est, Me miseram, uereor ne illud grauius Phædria tulerit. Et narratio, Samia mihi mater fuit. Et partitio cum confirmatione, ut nunc, ego eam mi Phædria, multæ sunt causæ quamobrem cupio abducere. primum quòd soror est dicta, &c. Reprehensio quoq;, Egóne id timeo. &, Egóne non ex animo misera dico? Et conclusio per conquestionem. ut, Quam ioco rem uoluisti à me tandem quin perfeceris? Ego impetrare hoc nequeo abs te biduum saltem ut concedas solum. Vt suis restituam, ac reddam.] Restituimur ijs, quibus nos uolumus: Reddimur ijs, qui nos uolunt. Ergo restituimus uolentes, Reddimus uolentem. Sed in hac utrunque est. Sola sum: habeo hic neminem.] Sola sum, ad familiarium refertur absentiam. Habeo hic neminem, ad alienorum amicitiam. potest enim sola domi esse, habere tamen aliquem foris. Et, habeo hic neminem, plus sonat quàm, neminem hic habeo. Et, sola sum: ab ijs quos natura conciliat per se. Habeo neminem, eorum qui uoluntate iunguntur. Neq; amicum.] Bene hoc apud amatorem: quia aliud est amator, aliud amicus. Amator qui ad tempus: Amicus, qui perpetuo amat. An quia in patris potestate est Phædria? Quamobrem Phædria.] In necessarijs interponi nomen licet audientis.

Accipere *Abducere* *Restituere* *Reddere* *Amator* *Amicus*

Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.] Hic ostendit specialiter, cuiusmodi amicos quærat, ne Phædriam contemnere uideatur. Parare amicos beneficio meo. Quia parantur & suo, sed minus diligunt. Id amabo adiuta me quo id fiat facilius.] παρέλκον, bis Id posuit. Adiuta me. Mira coactio. pro patere excludi, adiuta me dixit. Sine illum.] Blande, sine illum: tanquam in manu eius sit iniuriam non pati, & excludi militem. Non enim dixit fer, aut patere: sed, sine. Prioris partes hosce aliquot dies.] Honeste circumloquitur, & oratorie, ne dicat, Abi foras, atque excludi te patere. Nihil respondes?]

Iam

Iam ſilentium accuſat,quia ſcit nihil reſponſurum cõtrarium. Et ſatis blande,Nihil reſpon
Perdoluit des dixit:tanquam qui debeas amoris uicem. Ego quicquam.] Facete exprimitur illud, Amantium iræ,amoris redintegratio eſt. Tandem perdoluit.] Nimis doluit,id eſt perſen ſit dolorem.Et tandem,quaſi qui nimis patiens fuit. Tandem perdoluit, Vir es. Elegan ter uariauit perſonam ſecundam, & tertiam. Vir es.] Non puer:ſed iam uir, qui meretri cem contemnis. Paruula hinc eſt abrepta,eduxit mater pro ſua.] Vide μίμησιν cum odio inductam,& deprauatam pronuntiatione: ita ut & ὁμοιοτέλευτα non uitarentur de induſtria, Paruula hinc eſt abrepta.eduxit mater pro ſua.ſoror eſt dicta. Hæc nunc uerba.] Id eſt falſa dicta. Huc redeunt.] Vt excludar. Niſi illum plus amas, quàm me.] Repudiatis cauſis,quas illa attulerat,per deriuationem cauſæ:hic aliud dicit eſſe cur repellatur. Et iſtam nunc times quæ aduecta eſt.] Adeò,inquit,amas militem,ut etiam inuideas ſi quam amauerit. Talem præripiat tibi.] εἰρωνεία ſtomachantis amatoris. Quid te ergo aliud
Nuncubi ſolicitat?] Quid eſt,inquit,ſi hoc non eſt? Num ſolus ille dona dat?] Iam quaſi quæſtio nes tractantur.ſed ille munus aduexit. Nuncubi meam benignitatem. Poſſunt enim do na dari,ſed exigua,aut minus liberaliter.& ideo mẽtionem benignitatis adiecit. Nũcubi meã benignitatẽ.Sed ille benignus eſt.Nuncubi,nunquid alicubi.Aut ſi,nũc ubi,legimus:
Benignitas erit aduerbiũ temporis:ut ſit ubi,quo in loco,qua in re. Nuncubi meã benignitatem. In telligit ſe & dona obtuliſſe,& id benigne ſæpe feciſſe.nam plerũq; ingrata dona ſunt in qui bus benignitas nõ apparet:quæ aut in quãtitate rerũ eſt,aut in facilitate præſtantis. Clau dier.] Claudi,aut claudicare.Salluſt. Neq; enim ignorantia claudit res.&, Nihil ſocordia claudebat. Nónne mihi ubi dixiſti cupere.] Plus dixit,ubi dixti cupere te:q̃ ſi diceret,fe ciſti ut emerem.plus eſt enim id præſtitiſſe,quod qui acceperit,nõ auſus fuerit poſtulare.

Cupere te. Vult rẽ non parui pretij,ex illius cupiditate & ſuo labore perpẽdi. Ex Aethio pia.] Nõ Aethiopiſſam ſed honeſtius ex Aethiopia. Relictis rebus omnibus quæſiui] Hæc iam omnia in beneficijs cõſiderari ſolent. Quæſiui.] Vide quemadmodũ exhibeat:atque ærumnas ſibi difficilium munerum dicat impoſuiſſe meretricem. Ex Aethiopia ancillu lam,inquit,dixti te cupere.Quid ego feci in re cæli,& ſolis,ac penè orbis alterius? quæſiui. non enim in promptu erat.Deinde,non petiſti:ſed dixiſti.nec, uelle te: ſed cupere.non ni gram,ſed ex Aethiopia.nec dedi:ſed relictis rebus omnibus quæſiui.Quid hic non exqui ſitum?quid non ita expreſſum,ut nihil addi poſſit? Porrò.] Deinde,uel poſtea, uel multo poſt. Eunuchum porrò uelle.] Eunuchos à Perſis inſtitutos putant ex captiuis. A Baby lonijs enim Hellanicus autor eſt id habuiſſe. Eunuchum porrò dixti uelle te.Vide quem admodum ut maius faciat quod præſtitit,nõ ſemel imputat duo mancipia:ſed primo puel lam:deinde Eunuchum. Quia ſolæ utuntur his reginæ.] Illam,quia ex Aethiopia.hunc, quia ſolæ his reginæ utuntur.Quid tale Thaidi riualis dedit? Reginæ. Id eſt diuites.ſed ἐμφατικώτερον eſt. Quia ſolæ utuntur his reginæ.Varie Eunuchum dixit,& intulit his.ut, Si quiſquam eſt qui ſe placere ſtudeat bonis quàm plurimis,& minime multos lædere, in his poeta hic nomen profitetur ſuum. Reperi.] Plus eſt quàm emi.Et uide quàm propriſs , & ampliſſimis uerbis uſus eſt.quia & ancillam ex Aethiopia,& Eunuchum quo ſolæ utuntur reginæ:illam quæſiui,& hunc reperi · neutrum enim horum facile poſitum erat. Quia ſo læ utuntur his reginæ.Nota,cum Eunuchum ſingulari in numero præpoſuerit,His ſubiun xiſſe.ſed His non ad Eunuchum retulit,ſed ad delicias,aut quid tale:quia ſolæ utuntur hu iuſmodi delicijs ſeruitijſq; reginæ.Et oratorie hic ſubdidit, quod in ancillula prætermiſit. quia nulla Aethiopiſſa honeſta dici potuit. Et reginas modo diuites dicit, ut in Phormio ne,Regem me eſſe oportuit. Heri minas decem pro ambobus dedi.] Recentiora beneficia, grauiora aduerſum ingratos ſunt. Ergo à tempore inducitur exprobratio. Pro ambo bus dedi.Melius amborum pretium dixit,quàm ut ſeparatim diceret quantulo emerit an cillulam nigram:de qua mox dicetur,Hic ſunt tres minæ. Nam conſtat Eunuchum ſolum emptum eſſe minis uiginti,ut ipſe Parmeno confitebitur ſeni. Tamen contẽptus abs te.] Et hoc ſeruatur in beneficijs.Nam maiora ſunt,ceſſantibus meritis eorum quibus præſtan tur. Ob hæc facta abs te ſpernor.] Sic uirgilius, Nos munera templis Quippe tuis feri mus,famamq; fouemus inanem.Et,Vel quas tulit.Cum interrogatione,aut cum increpa tione proferri poteſt. Ob hæc facta abs te ſpernor. Hic duplex eſt pronuntiatio: uel per inuidioſam prolationem,uel per interrogationem. Et melius hoc modo, quàm interroga tiue profertur · hic enim eſt multo grauior illo. Quid iſtic?] Hoc aduerbium conſentire incipientis eſt.& eſt ἰλαρόμυς · deeſt enim remoramur,aut quid tale. Cupio abducere.] Ab ducere dixit,tanquam ab ſtulto: nec per uerum meritũ, ſed per fraudem. Cicero,Per uim, atq; dolum abducta ab Rhodio tibicine. Atq; hac re arbitror.] Non dicit qua. hoc eſt,ex te.Verũtamen ſcit meretrix,contentione quædam negari.Ergo fingit ſe uinci,ut adoleſcen tem mol-

rem molliat:& ipſa cedit,ut & ille remittat pertinaciã. Potius,quàm te inimicũ habeam.] Hoc totum loquitur,tanquam magis ipſa amet Phædriam,quàm ab illo ametur. Te ini micum habeam.Huic contrarium eſt, Vt te amicum habeam. Faciã ut iuſſeris.] Nec uo luntate,nec uultu conſentientis hoc meretrix agit:ſed callide tentat omnia.nam quia perſi ſtendo non perficit quod expectabat: docet Phædriam etiam ipſum negligentius negare quod poſcitur.& adeò hoc ſubtile eſt,ut ſtatim impetrauerit.Peruulgatum eſt enim , Quod ſumma ui defenderis,cum extorqueretur:hoc idem poſtmodum remitte remittenti. Vti nam iſtuc uerbum.] Et iſtuc uerbum,pro tota ſententia. Verbum pro dicto. Sed proprie ἄξιωμα, id eſt ſententia uel enuntiatio quæ uno ligatur & aſtringitur uerbo,uerbum à ueteri bus dicebatur. Ex animo,ac uere diceres.] Certe.quia & qui ex animo dicat, fallat tamẽ.

Potius quàm te inimicum habeam.] Tantum in animũ Phædriæ hoc deſcendit,ut etiam repetat quod amica dixerat adulando. Sincere dici: quiduis poſſem perpeti.] Sincerum, *Sincerum* purum,ſine fuco & ſimplex:ut mel ſine cera. Bene ergo,ut mel,blãdimentũ meretricis dul ce fatetur:ſed negat eſſe ſincerum. Victus uno uerbo.] Vtinam iſtuc uerbum. Et uno uer bo,ut diximus,ſic accipe:ut uerbum,dictum intelligas,quod uerbo cõplectitur, & comple tæ ſententiæ pronuntiationem,quod ἄξιωμα nominabatur. Labaſcit.] Omnia inchoati ua triſyllaba,ferè media producta enuntiantur . Victus uno uerbo quàm cito? Quàm cito ait,qui illum falſa lachrymula uinci crediderat poſſe.Plus factum eſt:uno uictus eſt uerbo, & cito. Ego non ex animo miſera dico?] Quod ſenſit multũ ualuiſſe,hoc Thais inculcat animo amici ſui.Et Ego,uide quanta ſignificet.Conuenit hoc pronomen blande multa ex probranti:ut Virgilius,Méne fugis? Quam ioco rem uoluiſti.] Contra illud referẽ quod ait Phædria,Nónne ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia ancillulam:relictis rebus omni bus quæſiui? Sed hoc uehementius & diſertius . Quam ioco rem uoluiſti . Non munus in quit,ſed quod plus eſt,rem.& nõ ſerio:ſed ioco,à facilitate præſtantis.Et uoluiſti,non etiam dixiſti.Mirandum obſequium,ex uoto animi pendens. Non expectat imperium : ne uolu ptati mora ſit,dum iubetur.Tum illud quod ait,Perfeceris:nónne pondus hoc uerbi & po tentiam Phædriæ circa amicam,& illius obſequium uehemens,& rerum difficultatem quæ extortæ ſint,monſtrat:atq; omnem obterit querelam Phædriæ? Ego impetrare nequeo hoc abs te.] Tu & ioco,& nõ petiſti,cum perfeceris tamen.at ego impetrare hoc nõ poſſum.

Saltem ut concedas ſolum.] Argute additum ſaltem,& ſolum.Et bene,concedas , ut uo luntatis ſit:ſic enim dixit ſuprà,Sine illum prioris partes hoſce aliquot dies apud me obti nere. Verum ne fiant iſti uiginti dies] Facete biduum decuplauit:& ſimul quia ex eadem ratione ſunt uiginti,ex qua duo:& ex qua uiginti,ducenti,duo milia:& ſic deinceps. Pro fecto non plus biduum.aut.] ἀποσιώπησις ſecunda. Hoc modo ſine te exorem.] Noue nũc, *Exorare* non de te exorem:ſed te exorem.& Hoc abſolute. Faciundum eſt quod uis.] Non quod oportet,ſed quod uis dicendo,multum addidit obſequio ſuo. Bene facis.] In conſuetudi *Bene facis* nem uenit,Bene facis & bene feciſti,nõ iudicantis eſſe,ſed gratias agẽtis. Merito te amo.] Bene amoris mentionem ad auferendam ſuſpicionem contemptus Phædriæ fecit. Rus ibo.] Et hoc amatorium eſt,odiſſe urbẽ ſine amica. Nec dixit,Ibi ero:ſed, Ibi hoc me ma cerabo biduum.] Pronntiandum eſt Biduum,ac ſi dixiſſet biennio. Ita facere certũ eſt.] Ex his apparet uerbis,quàm ſibi amator hoc ægre imperet. Mos gerundus eſt Thaidi.] Cum pronũtiatione & geſtu.ut oſtendat quæ uis amoris ſit,ut Thaidi mos geratur. Huc fac illi adducantur.] Eunuchus,& ancilla.figurate Illi:ſed præualet genus maſculinum. Ad ducantur,pro adducito eos.Et bene adiectum eſt,ne dilatis ob retentionẽ muneribus, non procederet actus fabulæ.& ſimul quia abſentia Phædriæ opus eſt, dum per Chæream lu dificatur meretrix. In hoc biduum Thais uale.] Nunc Vale abſceſſum ſignificat,non ſaluta tionem:nam ſi mera ſalutatio eſt,biduo ſolum amicam ualere optat. ſed præſcribere cona tur quanto tempore abfuturus ſit:& ſimul oſtendit,quàm inuitus abſcedat. In hoc bidu um Thais uale. Accuſatiuo utens caſu expreſſit amatoris impatientiam. Biduum dicens, *Biduum* præſcripſit de tempore.Et uale,maiorem uim habet ex dolore diſcedentis,quàm obſequio ſalutantis. Et tu nunquid uis aliud?] Vale ſubaudiendum ſalutatorium. Et ſubintelligen dum eſt poſt oſculum dici,Nunquid uis aliud?quaſi recte factum. Cum milite iſto.] Iſto bene additum,quaſi odioſo,ut alibi,Iam uero mitte Demea tuam iſtam iracundiam.Et Vir gilius,Aut quid petis iſtis?Hæc enim pronomina,ſpernentis ſunt,odiumq; monſtrantis.

Præſens abſens.] ὡικειωμένον. Me deſyderes.] αἴξησις. quia plus eſt amore deſyderium.

Me expectes,me ſomnies.] ὑπερβατὸν prima·Cum amare & deſyderare ſit uolũtatis atq; *Amare* etiamnum obſequij:ſomniare,ſatis amatorie dictum eſt. Me ſperes.] Cum me expectes, *Deſyderare* iam dixerit:quid ſibi uult iterũ me ſperes?Inter ſpem, & expectationem hoc intereſt: quia *Somniare* expectatio,certorum eſt:ſpes uerò,incertorum.Et expectatio, propinquarum rerum:Spes,

Expectatio Spes longinquarum,Et Expectatio,deſtinat tempus:Spes,non deſtinat.An me ſperes idem facere?Id eſt de te cogitare:ut ſit ſperes,credas:ut ſtatim in ſubditis inuenies,Nam eius fratrem ſpero iam propemodum reperiſſe. Me te oblectes.] Septimus caſus me. Mecum tota ſis.] Toto animo.Nam illam nūc animum uult eſſe,non corpus.& ſimul quod ipſe ab eius corpore patitur:id uult militi eius mente contingere,tanquam penitus excluſo ab amica.

Quando ego ſum tuus.] Animus ſcilicet. Me miſeram,forſitan hic mihi.] Recte Thais nunc partē argumenti exequitur tacitam apud Phædriam propter præſentiam ſerui:quem docta uult ita neſcire,ut audeat ad uitiandam uirginem ſubornare Chæream. Atque ex aliarum ingenijs nunc me iudicet.] Hic Terētius oſtendit uirtutis ſuæ hoc eſſe,ut peruulgatas perſonas nouè inducat: & tamen à conſuetudine non recedat: utputa meretricem bonam cum facit, capiat tamen & delectet animum ſpectatoris. Neque me finxiſſe falſi quicquam.] Aut dixiſſe debuit dicere.aut abundat Falſi. aut ideo quia & uanum aliquid fingi potuit: ut ſuprà, Si uanum,aut falſum, aut fictum eſt. Eſſe quenquam chariorem.] Melius quenquam, quàm ſi dixiſſet, militem. Quenquam chariorem. Quaſi meretrix non charum alterum, ſed chariorem negat. Et quicquid huius feci.] Huius abſolute,aut per ἀναφορ, ut deſit Rei.In Hecyra,Ne quid ſit huius oro.In Heautont. Nihil me

Propemodū iſtius facturum patri.aut,quid petis iſtis? Quicquid huius Rei ſubaudiendum eſt: quòd cum excluſi foras. Spero propemodum.] Noue ſpero,pro credo uel confido. Propemodum ideo,quia hominē quidem nouit,ſed fratrem eſſe uirginis,nondum probauit. Adeo nobilem.] Adeo pro nimis poſitum eſt,aut pro expletiua particula. Atq; expectabo dum uenit.] Futurum actum promittere uoluit:non quo aliquis geſtus ſit expectantis.

ACTVS II. SCENA I.

PHAEDRIA. PARMENO.

PH. IAC ITA ut iuſſi, deducantur iſti. P.faciam. PH.at diligenter. *Trochaicus tetrameter acatalecticus,niſi tollas e uerſu.iſti.*

P. Fiet. PH.at mature. P. fiet. PH. ſat ne hoc mandatum eſt tibi? *Trochaicus catalecticus*

P. Ah rogitare? quaſi difficile ſit. *Iambicus dimeter*

Vtinam tam aliquid inuenire facile poſſis Phædria, *Trochaicus tetrameter*

Quàm hoc peribit. PH.ego quoq; unà pereo,quod mihi eſt charius·

Ne iſtuc tam iniquo patiare animo. P.minimè·quin *Trimeter Iambicus*

Effectum dabo. ſed nunquid aliud imperas?

PH. Munus noſtrum ornato uerbis quòd poteris.&

Iſtum æmulum quòd poteris,ab ea pellito.

Iambicus ſcazon catalecticus P.Memini,tametſi nullus moneas. PH.ego rus ibo,atq; ibi manebo.

P.Cenſeo. PH.ſed heus tu. P.quid uis? PH.cenſen' poſſe me obfirmare,&

Perpeti ne redeam interea? P.téne? non Hercle arbitror. *Trochaici*

Nam aut iam reuertēre·aut mox noctu te adigent horſum inſomnia.

PH. Opus faciam,ut defatiger uſq; ingratus ut dormiam. *Elide duo s*

P. Vigilabis laſſus·hoc plus facies. PH.abi ſis.nihil dicis Parmeno.

Eſſciunda Hercle hæc mollicies animi.nimis me indulgeo.

Iā, tetrameter Trochaici Tandem ego non illa caream,ſi ſit opus,uel totum triduum? P.hui

Vniuerſum triduum? *uide quid agas. PH.ſtat ſententia. * uide pyrrhichius*

P. Di boni quid hoc morbi eſt? adeon' homines immutarier

Ex amore,ut non cognoſcas eundem eſſe? hoc nemo fuit

Minus

Minus ineptus,magis ſeuerus quiſquam,nec magis continens.
Sed quis his eſt,qui huc pergit? atat hic quidem eſt paraſitus Gnatho
Militis·ducit ſecum unà uirginem huic dono.papæ
Facie honeſta.mirum,ni ego me turpiter hodie *hic dabo, *al.hinc*
Cum meo decrepito hoc eunucho.hæc ſuperat ipſam Thaidem.

TAc ita ut iuſſi.] Iam amatoriū multiloquium & uaniloquium continet iſta actio. nam & repetit quod iam dictum eſt:& id facit magis & odioſe nimis. Ah rogitare? quaſi difficile ſit.] Deeſt Vis,uel Pergis: ut ſit, rogitare pergis? Vel Te,ſi ipſum reſpicit:uel Hunc, ſi auerſus hoc dicit: ut ſit, Ah rogitare te? aut, rogitare hunc.Et diſtinctione interpoſita,inferendū uultuoſe, Quaſi difficile ſit id quod mandat.Ita & ineptiā nimiā circa hoc ſoliciti amatoris expreſſit:& oſtēdit nihil eſſe facilius quàm deducere ad meretricem munera:cū contra illud ſit difficillimum, poſcenti aliquid non dare. Rogitare? Subauditur Te.ut ſit,mirum eſt te rogitare,quaſi ſit difficile comple- *Inuenire*
re quod iubes. Aliquid inuenire poſſes.] Inuenire,acquirere. Sic in Heautont. Non quæ- *Quæſtus*
ris patri quo modo obſequare:& ut ſerues quod labore inuenerit. Nam ideo à præcedenti etiā Quæſtus dicitur. Quàm hoc peribit. Deeſt facilè:ut ſit, facilè: hoc peribit. Quod mihi eſt carius.] Pro,qui mihi ſum charior. Sed Ego dixit abſolute, occurrens huic pronomini Quod. Quin effectum dabo.] Quin pro imò.ut in Heautont. Quin nolo mentiare. Sed nunquid aliud imperas?] In his ſeruus nihil uult,niſi coactus facere,propter maiorem dominum.ſic & alibi,Iubēsne,inquit,reſpōdente Chærea,rogo atq; impero. Munus noſtrum ornato uerbis.] ὀνικῶς non dixit meum,quaſi & Parmenonis ſit. Et iſtum.] Id eſt moleſtum,& odioſum·nam hoc ſignificat iſtum. Ab ea pellito.] Ab ea, ab eius animo.& non,pelli facito:ſed,pellito. Tametſi nullus moneas.] Properat ſeruus carpere uaniloquium domini.Et nullus pro non.ſic in Hecyra.Nullus dixeris.Plautus in trinummo, Nullus credas. Ego rus ibo.] Et hoc iam dictum eſt:ſed oſtēdit quàm moleſte id incipiat Phædria. Cenſen' me.] Arbitraris:ut Cenſores,qui morum alienorum habent ſummum *Cenſere*
arbitrium.Et ideo hunc putant non cenſere,quia ipſe deſyderat fieri. Poſſe obfirmare & *Cenſores*
perpeti.Verba ſunt deſperantis.non,firmare,ſed obfirmare:non pati,ſed perpeti. Tē nec?] Te quod ait,hanc uim habet:ut ſignificet perditum amore Phædriam eſſe. Nam aut iam reuertere.] Modo iam pro ſtatim. Te adigent horſum.] Hoc eſt ad urbem agent. Inſomnia.] Vigiliæ.Legitur & adiget,ut ſit inſomnia numeri ſingularis. Vt defatiger uſq;.] Ordo eſt,uſq; ut defatiger. Ingratus ut dormiam.] Id eſt,etiam inuitus & coactus. Nam ingratis,non ultro ſignificat.quia ultronea grata ſunt:ingrata,quæ ab inimicis fiunt, ac recuſantibus. Nimis me indulgeo.] Me ſic ueteres,quod nos mihi dicimus. Alibi,Te indulgebant:tibi dabant. Tandem non ego illa caream ſi ſit opus uel totum triduū?] Sic cœpit, tanquam aliquid foret dicturus magnificum: non autem eſt παρὰ προσδοκίαν: ſed uerè amator magnum hoc putat. Vel totum triduum.Magna profeſſio uirtutis, cū biduo ſit opus, triduo poſſe durare. Et totū triduum, dicit uniuerſum triduum. ὑπερωνικῶς quaſi ſit triduum in multo numero. Vide quid agas.] Sic dicitur magna aggredientibus. Stat ſententia.] Et uultu & geſtu magis ſpectabile quod dixit ſtat ſententia: uel maxime eo quòd tanto ſonitu hæc de ſe promittat Phædria continuo rediturus, uel potius non acceſſurus ad illam. tantum autem aberit, quātum temporis opus eſt ad uitiandā uirginem. Quid hoc morbi eſt?] Excuſatio amoris, quādo non culpa, ſed morbus eſt. Adeò homines immutarier ex amore,ut non cognoſcas eundem eſſe?] More ſuo à plurali numero ad ſingularem ſe cōuertit. Vt non cognoſcas eundem eſſe? Non ſolent ſtulti induci adoleſcentes: & ideo ad amorem retulit ſtultitiam Phædriæ. Minus ineptus,magis ſeuerus.] Niſi enim hoc eſſet, quid eſſet quod illum mulier præferret militi? aut quid relinqueretur propriū perſonæ militis, ſi & hic ſtolidus eſt? Magis ſeuerus quiſquam,nec magis continens. Animaduertite ut amet Terentius Magis addere poſitiuo,potius quàm comparatiuum facere. Nam, neq; ſeuerior,neq; continentior,tam ualuit dicere:quàm magis ſeuerus,& magis continens. Hic quidem eſt paraſitus Gnatho.] Hæc apud Menandrum in Eunucho non ſunt, ut ipſe profeſſus eſt,paraſiti perſona & militis:ſed de Colace translatæ ſunt. Facie honeſta.] οἰκονομία, qua oſtenditur amaturus Chærea,ſiquidem hanc Parmeno ipſe miratur. Facie honeſta. Sic Virgilius,Et lætos oculis afflarat honores.Ex mox idem,Ita me dīj ament, honeſtus.

Ni ego me hodie turpiter hic dabo.] Ni dabo,pro dedero. Virg. Quanuis ſolus auem cælo deiecit ab alto. Cum meo decrepito eunucho.] Facete Meo ad paraſitum retulit cum

Insomnia
Ingratus
Indulgeo me

pulchro munere uenientem. Et præparatio est ad ducendum Chæream potius quàm de-
Decrepitus formem Eunuchum. Decrepito hoc Eunucho. Decrepiti sunt dicti, quorũ crepitũ & plan
gore familiæ, fuerant iam conclamata funera. Hæc superat ipsam Thaidem.] Hoc sic acci
pias, non uituperari Thaidem, sed tanquam ὑπερβολικῶς dici. Ideo addidit Ipsam, quasi nimiæ
pulchritudinis. Et bene Ipsam, propter quam datur.

ACTVS II SCENA II

GNATHO PARASITVS. PARMENO

G. DI IMMORTALES homini homo quid præstat? stulto intel-
ligens *Trochaici tetrametri catalectici*
In Quid eli- *Quid interest? hoc adeò ex hac re uenit in mentem mihi.
ditur d Conueni hodie aduenientem quendam mei loci hinc, atq; ordinis,
Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona.
Video sentum, squalidum, ægrum, pannis, annisq; obsitum.
Quid istuc ornati, inquam? quoniam miser quod habui, perdidi hem
Quò redactus sum? omnes noti me atq; amici deserunt.
Hic ego illum contempsi præ me. quid homo inquam ignauissime?
Itáne te parasti, ut spes nulla reliqua in te siet tibi?
Nisi elidas in *Simul consilium cum re amisisti? uiden' me ex eodem ortum loco?
Simul Iambi- Qui color, nitor, uestitus, quæ habitudo est corporis?
cus est, & in Omnia habeo, neq; quidquam habeo. nihil cum est, nihil defit tamen,
Trochaico eli- At ego infelix neq; ridiculus esse, neq; plagas pati
ditur u in ui- Possum. quid tu his rebus credis fieri? tota erras uia.
den, nisi legas Olim isti fuit generi quondam quæstus apud seclum prius.
uide Hoc nouum est aucupium. ego adeò hanc primus inueni uiam.
Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum uolunt.
Nec sunt. hos consector. hisce ego non paro me ut rideant:
In Sed eli- *Sed his ultro arrideo, & eorum ingenia admiror simul.
ditur d Quicquid dicunt laudo. id rursum si negant, laudo id quoq;.
Negat quis, nego. ait, aio. postremo imperaui egomet mihi *Iamb. tetrameter*
Omnia assentari. is quæstus nunc est multo uberrimus. *Trochaici*

P. Scitum Hercle hominem, hic homines prorsus ex stultis insanos facit.

G. Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum ubi uenimus, *Iambicus scazon*
Concurrunt læti mi obuiam Cupedinarij omnes, *trimeter catalecti.*
Aucupes uide- Cetarij, Lanij, Coqui, Fartores, Piscatores, *Aucupes,
tur adiectum, Quibus & re salua, & perdita profueram, & prosum sæpe.
nam & repu- Salutant. ad cœnam uocant. aduentum gratulantur.
gnat uersui, Ille ubi miser, famelicus uidet me esse in *tantum honorem, & *al. tanto honore*
nec ponitur à- Tam facile uictum quærere, ibi homo cœpit me obsecrare ut
Donato. Sibi liceret discere de me. sectari iussi,
Si pote, tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis
Vocabula, parasiti itidem ut gnathonici uocentur.

Viden'

P. Viden' otium, & cibus quid facit alienus? G. sed ego cesso
Ad Thaidem hanc deducere, & *rogitare ad cœnam ut ueniat. *al. rogare*
Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem uideo
Riualis seruum. salua res est. nimirum hic homines frigent.
Nebulonem hunc certum est ludere. P. ijce hoc munere arbitrantur
Suam Thaidem esse. G. plurima salute Parmenonem
Summum suum impertit Gnato. quid agitur? P. statur. G. uideo.
Nunquid nam hic, quod nolis, uides? P. te. G. credo. at nunquid aliud?

P. Qui dum? G. quia tristis es. P. nihil equidem. G. ne sis. sed quid
uidetur
Hoc tibi mancipium? P. non malum hercle. G. uro hominem. P. ut falsus
animi est.

G. Quàm hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse? P. hoc nunc dices,
Electos hinc nos. OMNIVM RERVM HEVS uicissitudo est.
G. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam.
Ne sursum deorsum cursites, néue usq; ad lucem uigiles.
Ecquid beo te? P. mén' papæ. G. sic soleo amicos. P. laudo.
G. Detineo te. fortasse tu profecturus aliò fueras.
P. Nusquam. G. tum tu igitur paulum da mihi operæ, fac ut admittar
Ad illam. P. age modo, nunc tibi patent fores hæ, quia istam ducis.
G. Num quem euocari hinc uis foras? P. sine biduum hoc prætereat.
Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus,
Næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra.
G. Etiam nunc hic stas Parmeno? eho num nam hic relictus custos
Ne quis forte internuntius clàm à milite ad istam cursitet?
P. Facete dictum. mira uerò, militi quæ placeant.
Sed uideo herilem filium minorem huc aduenire.
Miror quid ex Peiræo abierit. nam ibi custos publice est nunc.
Non temere est, & properans uenit. nescio quid circumspectat.

DI immortales homini homo quid præstat?] In hac scena non stans, sed quasi ambulans persona inducitur. Constitit tamen aliquantulum, intuens spectatores, dum secum loquitur. Exprimit autem parasitum: & sub eius uerbis corruptos mores in assentationem ostendit, prorsus, ut honestæ quoq; personæ in huiusmodi culpa inuentæ sint: ut alibi, Obsequium amicos, ueritas odium parit. Di immortales. Hoc iam mire, & pro seculi ac temporum reprehensione satyrice Terentius, quòd apud eum stultum uocat simplicem parasitus, & intelligẽtem malum. Dij immortales. Admirantis exclamatio est, cum parasiti gesticulatione. Dij immortales homini homo quid præstat? Morata narratio à sententia incipi solet: quæ dicitur ὑστεροπρότερον.

Homini homo quid præstat? Alij distingunt, quid præstat stulto intelligens? Alij stulto intelligens quid interest? quia sic ueteres loquebantur. Quid interest?] Hoc admirãtis est, & ideo sic pronuntiandum. Conueni hominem. Conuenisse, non uidisse tantum, sed etiam collocutum fuisse significat. Mei loci atq; ordinis.] Loci, ingenuum: ordinis, pauperem. illud natalium: hoc fortunæ est. Hominem haud impurũ.] Non dixit prodigum: quia hoc ipsum probat: sed non auarum, nõ improbũ. Et sic laudamus eos in quibus nihil est quod magnopere efferamus. Itidem patria qui abligurierat bona.] Hoc, ioculari uultu dicitur.

Conuenio
Locus
Ordo

Ligurio Et eleganter ex perſona paraſiti non culpatur quòd comederit bona. Abligurierat. Suaui bus eſcis conſumpſerat. Nam ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ eſt ligurire. & λιγυρὸν Græci ſuaue appellant.

Video ſentum.] Quàm bene Video, poſtquàm dixit conueni. & tempus mutauit & uer/ *Sentus* bum. Sentum. Horridum. Sentum. Ad horrorem retulit. Squalidum.] Ad ſordes.

Squallidus Aegrum.] Ad maciem. Pannis annisq; obſitū.] Ad ueſtitum, & ad triſtitiam. Sed pan *Aeger* nis & annis, μωρολογίαι paraſitorum ſunt. Pannis annisq; obſitum. Vel paraſitica uernali tate παρ' ὁμοιοτέλευτον dictum. uel quia Homerus dixit αἶψα γὼ ἐρ ἰκανότητι βροτοὶ κατακηρόσσωσι: & eſt miſeriæ ſenium deditum. Vnde huic magis triſtitia grauitasq; diſplicuit aliena ſemper ab omnibus paraſitis. Annisq; obſitum. Bene addidit annis: quia ut quiſq; miſerior eſt, ita ſenior uidetur. Obſitum. Vt ſentum dixit obſitum. μεταφορὰ ab agro. Quid iſtuc

Interrogatio in recto caſu inquam ornati?] Scire nos conuenit, cum recto caſu profertur interrogatio, non eſſe contu/ melioſum. Vt ſi dicas, Quis hic homo eſt? Si autem in obliquo: contemptum ſignificari. ut, Quid hoc eſt hominis? quid mulieris? quid ornatus? Quid iſtuc inquam ornati eſt? Or/

Ornati genitiuus natus, τῶν μέσων eſt ad decus & ad turpitudinem. Vel ſimpliciter hoc accipe, uel εἰρωνικῶς. Et ornati, ut ſenati antiquus genitiuus. Quod habui, perdidi.] Non dixit id, quod erat, comedi, aut conſumpſi. Hem, quo redactus ſum? Vel habitum ſuum, uel corpus oſten/ dens hoc dicit. Nec quicquam hic, niſi ex media conſuetudine collocatum eſt. Omnes no ti me, atq; amici deſerunt.] Sententioſe atq; mordaciter in mores. Hic ego illum contem/ pſi præ mè.] Hoc eſt illud, Homo homini quid præſtat, ſtulto intelligens? Itáne paraſti te.] Quàm obiurganter: tanquam in illo ſit, quòd miſer eſt. Et alibi, Nam nemo illorum quiſ/ quam ad te uenit, quin ita paret ſeſe, ut abs te blanditijs quàm minimo pretio ſuam uolu/ ptatem expleat. Et hoc proprie uerbum ad exprimendam inhumanitatem & ignauiam fa/ ctum eſt. Vt ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi?] Sentētioſe, ad illud quod & Virgilius ait, Po nite ſpes ſibi quiſq;. Vt ſpes nulla in te reliqua ſiet tibi? Bene: quaſi qui rem à fortuna acce perit. Simul cum re conſilium amiſiſti.] Virgilius, Nec, ſi miſerum fortuna Sinonem Fin xit: uanum etiam, mendacemq; improba finget. Et Salluſtius, Neque fortuna eget: quippe quæ probitatem, induſtriam, aliasq; bonas artes neque dare, neque eripere cuiquam po/ teſt. Ergo, hæc interrogatio, increpantis eſt: nec deſyderat reſponſionem. Nam conſilium, in bonis animi: Res in poteſtate fortunæ. Ex eodem loco.] Ex eadem fortuna. Qui color, nitor, ueſtitus, quæ habitudo eſt corporis.] Hoc contra illud, Video ſentum, ſquallidum ægrum, pannis annisq; obſitum. Color ergo ad ſentū: Nitor ad Squallidum: Veſtitus ad Pannis annisq; obſitum: Habitudo corporis ad Aegrum refertur. Omnia habeo.] Ad Quod habui, perdidi. Neque quicquam habeo.] Ad Mei loci atque ordinis hominem.

Quæ habitudo eſt corporis? Plautus in Epidico, Corpulentior Hercle, atque habitior.

Omnia habeo. Ad induſtriam retulit. Neque quicquam habeo. Ad fortunæ culpam. & item denuo, fortunæ crimen, Cum nihil eſt. Ad ſuam laudem, Nihil deſit tamen. Om/ nia habeo, nec quicquam habeo. Alterū horum, neutrum ùe poteſt cuiuis accidere: utrun/ que nulli. Nihil cum eſt, nihil deſit tamen figura ὀξύμωρον, Vt apud Virgilium, Sequi/ turq; ſequentem. Et Cicero, Cum tacent, clamant. At ego infelix neque ridiculus.] Iam tranſit ἀπὸ τοῦ μιμητικοῦ πρὸς τὸ πρακτικόν. At ego infelix neque ridiculus. Vehementer inuectus eſt in tempora, & mores Poeta ſub hac perſona: in qua hominem ita inducit pœnitere pro/ bitatis ſuæ, ut ſe infelicem, non honeſtum dicat. Et non, nolo: ſed, non poſſum. Quid tu his rebus credis fieri?] Dum quis ridetur, aut uapulat. Tota erras uia.] παρόμοιον per με/ ταφοράν. Apud ſeculum prius.] Scilicet cum eſſent tempora meliora. Hoc nouum eſt au cupium.] Vide quid interſit, cū illud quæſtū dicat, hoc aucupium: illud de ſapiētibus, hoc de ſtultis. Inueni uiam.] Adeò nouum eſt aucupium. Eſt genus hominum.] Quia multi ſunt huiuſmodi, non dixit, homines ſunt: ſed, eſt genus hominum. Hiſce ego non

Arridere paro me ut rideant.] Quia ille dixerat, Ego infelix neque ridiculus eſſe, neque plagas pati poſſum. Sed his ultro arrideo.] Quid eſt, His arrideo? aut ueluti pareo, id eſt obſequor: aus ueluti dictis delector. Atque Arrideo, non ſicut in paraſitis fieri ſolet, ut his arrideatur à regibus, cum potius ipſi dictis factisq; rideant alienis: hic eſſe intelligendum, etiam res ipſa indicat ex contrario. Nam quod ait ſuprà, His ego non paro me ut rideant: hoc econtrario

Vltro oſtendit quòd ſubijciatur ex dictis. Sed his ultro arrideo. Vltro, uerſa uice, an prior? an etiam inſuper, hoc eſt ultra? Admiror ſimul.] Plus intulit, quàm ſi laudo dixiſſet.

Quicquid dicunt.] Non, quod dicunt: ſed, quicquid dicunt, id eſt bene uel male: ne uel ſi intercluſa fuiſſet aſſentatio, ſe impediat quòd contrarium laudauerit. Id rurſum ſi ne/ gant, laudo id quoq;.] Præclare Terentius quod à Satyrico de alijs diceretur, id hic de ſe di centem inducit, facetius multo, quàm ſi aliter feciſſet: ſcilicet καθαπτόμενος mores temporum iam tum uitiatos per aſſentationem: quod ferè in pleriſq; fabulis monſtrat: Vt etiam in An/

dria

dria, Nam hoc tempore, obſequium amicos ueritas odium parit. Et in Adelphis, Quòd te iſti facilem & feſtiuum putant, id non fieri ex uera uita, neque adeò ex æquo & iuſto, ſed ex indulgendo, uel aſſentando, & largiendo. Negat quis? nego.] Bene ſic dixit. negat & ait, *Ait* contraria ſunt: Vt plautus in Rudente, Vel tu ais, uel tu negas. Is quæſtus nunc eſt multo *Negat* uberrimus.] Quam ille apud ſeculum prius fuerat. Et uide quemadmodum illiberalem uitam honeſtiore nomine nominauerit aucupium: poſt etiam quæſtum nominauerit. * hic inducens. Scitum Hercle hominē.] Mire Terentius longæ orationi interloquia quæ dam adhibet, ut faſtidium prolixitatis euitet. uelut nunc Parmeno procul audiens Gna/ thonem, hæc loquitur. Interea loci.] Duæ partes orationis cum coniuctæ unam fecerint, *Interealoci* mutant accentum. Concurrunt lætí mihi obuiam.] Et multos, & properos uno uerbo oſtendit, & ex aduerſo ad ſe feſtinantes. Cupedinarij.] Varro humanarum rerū, Numeri/ us Equtius Cupes, inquit, & A. Omanius Macellus ſingulari latrocinio multa loca habue *Macellum* runt infeſta. His in exilium actis, publicata ſunt bona & ædes ubi habitabant dirutæ, éque *Cupedinis* ea pecunia ſcalæ deûm penatium ædificatæ ſunt. ubi habitabant, locus ubi uenirēt ea quæ *forum* ueſcendi cauſa in urbem erant allata. Itaq; ab altero Macellum, ab altero forum Cupedi/ nis appellatum eſt. Cupedinarij. Omnes qui eſculenta & poculenta uendūt, à rebus cu/ *Cupedinarij* pidinis ob alimentum cupedinarij appellātur. Et ipſe ſubiecit qui accipiendi ſit cupedina/ rij. Lanij.] Qui laniant pecora: unde & laniſtæ dicti, qui laniandis præſunt gladiatoribus. *Lanij* Sic & Macellum à mactandis pecoribus dictum. Piſcatores.] Qui recentem piſcem præ *Laniſtæ* bent. Fartores.] Qui iſitia & farcimina faciunt. Cetarij.] Qui cete, id eſt magnos pi/ *Piſcatores* ſces uenditāt, & bolonas exercent. Cetarij, Lanij, Coqui, Fartores. ἁμάρτημα Comicum, *Fartores* In palliata Romanas res loquiē. Quibus & reſalua.] Cum de meo impenderē. Et per/ *Cetarij* dita profueram.] Cum de alieno nanciſcor, & expēdo. Sæpe.] Expletiuæ ſignificationis *Aduentus* eſt. Ad cœnam uocant.] Vtrum ad emendam cœnam? an ad conuiuium? Aduentum gratulantur.] Accuſatiuum caſum pro datiuo, pro aduentui gratulantur. Et aduentus pro prie expectatorum, neceſſariorumq; dicitur. Ille ubi miſer famelicus uidet me.] Hic oſtē/ dit quæ res coegerit ad diſcendum: & ſimul uide ſecundum uulgi opinionem loqui paraſi tum. Miſerum & famelicum, hominem honeſtis moribus præditum. Ille ubi miſer fame/ licus uidet me. Vide ut ſententioſe demonſtret malos ex bonis contagione fieri, exemplis in prauum prævalentibus. Videt mihi hoc prodeſſe, & diſcere optat quod negabat ſe poſſe.

In tanto honore.] Quia cōcurrunt, ſalutant. Famelicus à fame & edendo dictus eſt, qua/ *Famelicus* ſi famedicus. Tam facile uictum quærere.] Quia ad cœnam uocant. Ibi.] Pro tunc. Ho mo.] Mire addidit homo. aut additū ſuperuacue Homo. Vt, Donat habere uiro decus & tu tamen in armis. Vt ſibi liceret diſcere.] Quaſi diſciplinam, aut artem. tantum autoritatis criminum felicitas ſumpſit. Diſcere id de me.] Magis, de illo, & de me ueteres dicebāt, ſq; *Diſco de illo* ut nos dicimus, à me aut ab illo. Sectari iuſſi.] Propriè. nam & ſectæ philoſophorum ab eo *Sectari* dictæ ſunt. Ex ipſis.] Philoſophis ſcilicet Ex ipſis uocabula.] Vt Pythagorica, Platonica. *Sectæ* Hoc igitur non eſt conſequens ad illud quod uult dicere: niſi forte diſciplinam pro diſcipu/ lis poſuerit. Paraſiti ut Gnathonici uocentur.] Non hoc intulit quod cœperat dicere: niſi forte diſciplinam pro diſcipulis accipimus. Viden' ocium, & cibus quid faciat alienus?] Rurſus Parmeno & facetias dicit, & diſtinguit longiloquium paraſiti. Quid faciat. Legi/ *Ducere* tur &, quid facit: ut ſit figura per modos, pro, quid faciat. Hanc deducere.] Proprie. *Deducere* Nam ducitur quis ad ſupplicium: Deducitur ad lætitiam. Et rogitare ad cœnam.] Vide paraſitum magis optare ad cœnam Thaidem uocari, quā munus capere. Thaidis.] Legi/ tur & Thais. Salua res eſt.] Quia & ante oſtium, & triſtem uideo, ſalua res eſt. Nec hoc ualet ad lætitiam quòd Parmeno eſt, ſed quòd riualis ſeruus. Salua res eſt. Prouerbialiter.

Nebulonem.] Vel furem, quia nebulas obijciat: uel mollem, ut nebulā: uel inanem & ua/ *Nebulo* num, ut nebula eſt. Hice.] Pro hi, uetuſte. Virgilius, His certe neq; amor cauſſa eſt, uix oſſi/ bus hærent. quia hiſce debebat dicere. Hice hoc munere arbitrātur.] Nō immerito Gna thonem deridet Parmeno, qui penitus nouerit meretricis conſilium. Summū ſuū.] ὑπαλλαγή. Summum ſuum impartit Gnatho.] Hæc tota locutio, paraſiticæ elegantiæ, & ſimul εἰρω/ νείας plena eſt. Nam & plurimam dicit ei ſalutem, quā ne exiguam quidem uelit contingere: & ſummum dicit eum, qui nec leuis amicus ſit ſibi: & Parmenonem Gnatho, nō ego te.

Summū ſuū. Quàm uenuſte, quòd ſummū amicū non reſalutet Parmeno. Quid agi/ *Quid agitur* tur?] Pro blandimento nō pro interrogatione nunc ponitur, ut, O noſter quid ſit? Quid *Statur* agitur? ſtatur.] Pro, quid agis, ſto. Et facete: nam ſtat, cui ingredi non licet. At nunquid aliud?] Cū iurgio hic de illo reſpondit: & ideo repetit dictum Gnatho. Qui dum?] Inter rogat interrogantem, ne ipſe reſpondeat. Nihil equidē.] Dicens Nihil, mutauit uultū Par meno in lætitiā. Ideo illi facete Gnatho agēdi hoc ipſum, Ne ſis dixit: ut, pbaret triſtē ſuiſſe.

Nihil equidem.] Pro non & infra, Nihil dixit ut sequerer se. Hoc tibi mancipium.] τὸ πώλωσις. mancipium dicit puellam, aut uirginem. Non malum Hercle.] Inimica laudatio. *Mancipium*

Vro hominem.] Sibi hoc gestu & uultu parasitico dicit. & pro eo quod est, dolore cogo.

Vt falsus animi est.] Similiter & Parmeno secum gestu seruili. & animi, pro animo, ἀντίπτωσις ueterum qui ingens es uirium, & dines es opum, amabāt dicere. Vt falsus animi est. Ex hoc falsus animi est, quòd putat huiusmodi munere capi posse Thaidem. Quàm hoc munus gratum Thaidi.] Mire insultat Gnato. Quanto enim magis munus gratum fuerit, tanto erit riualis exclusior. Omnium rerum heus uicissitudo est.] Vide locū in quo erum pere dolor Parmenonis potuit, nisi commissa seruaret, & celaret Thaidis consilium. Sex ego te totos, &c.] Quid est totos? an diebus & noctibus? utpote amatoris seruum: ac per hoc sine ulla cessatione, & intermissione. Hos menses.] Hos, qui nunc aguntur, id est, hoc tempore. Quietum reddam.] Facete, quasi hoc ipse fecerit. & hoc est quod ait, Plurima salute Parmenonem summum suum impartit Gnato: tanquam amico consulat. Ne sursum deorsum cursites.] Quod est laboris. Néue usq; ad lucem uigiles.] Quod est exitij. Sic soleo Amicos. Hoc εἰρωνικῶς. Detineo te.] Valde teneo. Fortasse tu profecturus aliò fue- *Detinere*
ras.] Vult exprimere confessionem, quòd ad Thaidem uenerit, sed intrare non possit. Pau- *Dare operam*
lulum da mihi operæ.] Hoc quasi supplicantis uultu ad irrisionem dicitur. Paululum da mihi operæ. Proprie sic dicitur, adiuua me. Sic in Adelphis, Hæc opera ut data sit. Nunc tibi patent fores.] Ex eo quantum licere oportuit ostendit, * quam misere nihil illi liceat Parmenoni. Quia istā ducis.] Hoc quasi ad Gnathonē: sed lente, ac sub lingua murmurat. Num quenquam euocari hinc uis foras?] Quia ipse intrare non potest.

Sine biduum hoc prætereat.] Et hoc lentius. nam si aliter pronuntiaueris, secreta prodū- tur. Qui mihi.] Mihi τῷ ἀττικισμῷ dictū est. Fortunatus.] Vt ipse uideris tibi. Næ tu.] Næ, ualde. Insultabis fores.] Sallustius, Multos tamen ab adolescentia bonos insultauit.

Næ tu istas faxo calcibus. Mira eloquentia, in qua utraq; ὑπερβολὴ expressissima est. Nam neq; uno digitulo minus aliquid dici potest: neq; calcibus sæpe insultabis, aut amplius, aut ingentius. Num nam.] Hic Nam abundat: ut quidnam. Relictus custos.] Bene relictus: quasi ab excluso. Ne quis forte internuntius.] Proprie, internūtius. Ne quis forte in- nuntius. Ex his uerbis datur intelligi parasitū è domo meretricia egredi. Ne quis forte internuntius, clàm àmilite, ad istam cursitet. Et hoc facete: quasi ipse sibi Thaidem totam uē dicauerit: quod miles facit. Facete dictum.] εἰρωνικῶς. quia infacete. Mira uerò, militi quæ placeant.] Mira, pro mirum. Virg. Nota tibi. & est εἰρωνεία. Quid mirum est, inquit, fa cete loqui eum, qui militi placeat? Potest tamen & pluraliter intelligi. Sed uideo herilem filium.] Non potest Terentius τρόφιμον proprie dicere: & ideo herilem filium dicit. Miror quid ex Pœreo abierit.] Hic causa ostenditur, cur potest ignotus esse uicinis, & pro Eunucho fingi. Miror. Pro nescio. Miror quid ex Pœræo abierit. Vt ex Pœræo discederet, symbola amicorum: ut huc perueniret omisso negocio, aspectus uirginis fecit. Nam ibi custos pu- blice.] Aduersus prædonum incursus illic excubabat iuuentus Attica. Pœreum, ut Sunij est maritima & accessu littoris pars clementior. Publice est nunc.] Nunc ambigua distin ctione positum est. Et properans uenit.] Mirè locuturum antè formauit: ut gestus uerba præcedant, uerba habitū consequanē. Non temere est.] Vt Virg. Haud temere est uisum.

ACTVS II. SCENA III.

CHAEREA. PARMENO SERVVS.

CCIDI. *Creticus*

Neque uirgo est usquam · neque ego, qui illam è conspectu
amisi meo. *Octonarij Iambici*

Vbi quæram? ubi inuestigem? quem perconter? quam insi-
stam uiam?

Incertus sum · una hæc spes est, ubi ubi est, diu cælari non potest.
O faciem pulchram · deleo omnes dehinc ex animo mulieres.
Tædet harum quotidianarū formarū. P. ecce autē alterum, *Trochaici tetra.*
Nescio quid de amore loquitur. ó infortunatum senem.

Hic uerò

Hic uerò est, qui si amare occeperit, ludum iocumq; *Iamb. tetram. catalecticus*
CH. Dices fuisse illum alterum, præut huius rabies quæ dabit. *Iamb. acatalecticus*
Vt illū di, deæq; senium perdant, qui me hodie remoratus est. *Iambicus tetra. cata.*
Meq; adeò, qui restiterim tū autē, qui illum non floccifecerim. *Tetram. acata.*
Sed eccum Parmenonem. salue. P. quid tu es tristis, quidúe es alacris?
Vnde is? CH. ego nescio Hercule, neq; unde eam: neq; quorsum eam.
P. Ita prorsum oblitus sum mei. *Dimeter Iambicus*
Qui quæso? CH. amo. P. hem. CH. nūc te Parmeno ostendes qui uir sies.
Scis te mihi sæpe pollicitum esse, Chærea aliquid inueni
Modo quod ames: in ea re utilitatem ego faciam ut cognoscas meam.
Cum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.
P. Age inepte. CH. hoc Hercle factum est. fac sis nunc promissa appareant,
Siue adeò digna res est, ubi tu neruos intendas tuos.
Haud similis uirgo est uirginum nostrarum · quas matres student
Demissis humeris esse, uincto pectore, ut graciles sient.
Si qua habitior paulo, pugilem esse aiunt, deducunt cibum,
Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas.
Itaq; ergo amantur. P. quid tua istæc? CH. noua figura oris. P. papæ.
CH. Color uerus. corpus solidum, & succi plenum. P. anni? CH. anni, sexdecim.
P. Flos ipse. CH. hanc tu mihi uel ui, uel clàm, uel precario *Senarius catale-*
Fac tradas · mea nihil refert, dum potiar modo. *cticus uterq;*
CH. Quid uirgo, cuia est? CH. nescio hercle. P. unde est? CH. tantundem.
P. ubi habitat? *Iambici tetrametri catalectici*
Ne id quidem. P. ubi uidisti? CH. in uia. P. qua ratione amisti?
CH. id equidem
Adueniens mecum stomachabar modo · neq; *Iambici trimetri*
Quenquam esse ego hominem arbitror, cui magis bonæ
Felicitates omnes aduersæ sient.
P. Quid hoc est sceleris? CH. perij. P. quid factum est? CH. rogas?
Patris cognatum, atq; æqualem, Archidemidem
Nostin? P. quid ni? CH. is, dum sequor hanc, fit mihi obuiam.
P. Incommode hercle. CH. imò † enimuero infeliciter. *Elide u*
Nam incommoda alia sunt dicenda, Parmeno.
Illum liquet mihi deierare his mensibus
Sex * uel septem prorsum non uidisse proximis. *uel supereſt in uerſu*
Nisi nunc cum minime uellem, minimeq; opus fuit.
Eho nónne hoc monstri simile est? quid ais? P. maxume.
CH. Continuo accurrit ad me quàm longe quidem,
Incuruus, tremulus, labijs demissis, gemens,
Heus heus, tibi dico Chærea, inquit · restiti.
Scin' quid ego te uolebam? dic, cras est mihi

Iudicium

Iudicium.quid tum? ut diligenter nunties
Patri,aduocatus mane mihi esse ut meminerit·
Dum hæc* dicit,abijt hora·rogo nunquid uelit. *al.loquitur*
Recte inquit,abeo.cum huc respicio ad uirginem,
Illa sese interea commodum huc aduorterat
In * hanc nostrã platea. P.mirũ ni hanc dicit,modo *hanc redundat in metro*
Huic quæ data est dono. CH.huc cum aduenio,nulla erat.
P. Comites secuti scilicet sunt uirginem?
CH. Verum parasitus cum ancilla. P.ipsa est scilicet.
Desine.iam conclamatum est. CH.alias res agis.
P. Istuc ago quidem. CH.nostin' quæ sit? dic mihi·aut
Vidistin'? P.uidi·noui·scio quò abducta sit.
CH. *O Parmeno mi nostin'? P.noui. CH.& scis ubi siet? *al.Eho*
P. Huc deducta est ad Thaidem meretricem·ei dono data est. *Trochaici te*
CH. Quis is est tam potens cum tanto munere hoc? P.miles Thraso *trametri ca*
Phædriæ riualis. CH.duras fratris partes prædicas. *talectici*
P. Imò enim si scias quod donum huic dono contra comparet:
Tum magis dicas. CH.quod nam quæso Hercle? P.eunuchum.
CH.illúm ne obsecro
Inhonestum hominem,quem mercatus est here,senem,mulierem?
P. Istunc ipsum. CH.homo quatietur certe cum dono foras.
Sed istam Thaidem non sciui nobis uicinam. P.haud diu est.
CH. Perij,nunquámne etiam me illam uidisse? ehodum dic mihi·
Estne,ut fertur,forma? P.sanè. CH.at nihil ad nostrã hanc. P.alia res est.
CH. Obsecro Hercle Parmeno,fac ut potiar. P.faciam sedulo·ac
Dabo operam·adiuuabo.nunquid me aliud uis? CH.quo nunc is?
P.domum,
Vt mancipia hæc, ita ut iussit frater,deducam ad Thaidem.
CH. O fortunatum istum Eunuchum,qui quidem in hanc detur domum.
P. Quid ita? CH.rogitas? summa forma semper conseruam domi
Videbit,colloquetur,aderit unà in unis ædibus. *Iamb.tetram.*
Cibum nonnunquam capiet cum ea,interdum propter dormiet.
P. Quid si nunc tute fortunatus fias? CH.quare Parmeno?
Responde. P.capias tu illius uestem. CH.uestem? quid tum postea?
P. Pro illo te ducam. CH.audio. P.te esse illum dicam. CH.intellego.
P. Tu illis fruare commodis,quibus tu illum dicebas modo·
Cibum una capias·adsis·tangas·ludas·propter dormias·
Quandoquidem illarum neq; quisquam te nouit,neq; scit qui sies·
Præterea forma,ætas ipsa est,facile ut pro eunucho probes.
CH. Dixti pulchre·nunquam uidi melius consilium dari. *Trochaicus tetrameter*
Age eamus intrò·iam nunc orna me·abduc,duc,quantum potes,

Quid

P. Quid agis? iocabar equidem. CH.garris. P.perij,quid ego egi miser?
Quò trudis? perculeris iam tu me? tibi equidem dico,mane.
CH. Eamus. P.pergin'? CH.certum est· P.uide ne nimium calidum hoc
sit modo.
CH. Non est profecto·sine. P.at enim istæc in me cudetur faba·ah,
Flagitium facimus. CH.an id flagitium est,si in domum meretriciam
Deducar·& illis crucibus.quæ nos,nostramq; adolescentiam
Habent*despicatam,& quæ nos semper omnibus cruciant modis, *Si legas despe*
Nunc referam gratiam,atq; eas itidem fallam,ut ab illis fallimur? *ctam constat*
An potius hæc pati? æquum est fieri,ut à me ludatur dolis. *uersus*
Quod qui rescierint,culpent? illud merito factum omnes putent.
P. Quid istuc? si certum est facere,facias. Verum ne post conferas
Culpam in me. CH. non faciam. P. iubesne? CH. iubeo,cogo,atque
impero.
P. Nunquam defugiam authoritatem·sequere. CH. Di uortant bene.

OCcidi.] In hac scena nouus amor adhuc ephebi,& cõsilium demonstrandæ uirginis demonstratur:tanta uirtute poetæ comici,ut hoc commentum non quæsitum esse,sed occurrisse sua sponte uideatur. Occidi·neq; uirgo est usquã. Non habuit quid dicere debeat aliud,properans & circumspiciens,nisi occidi. Occidi. Produc mediam syllabam uerbi huius, & contrarium significat. Neque ego, qui illam è conspectu amisi meo.] Amatorie, dum illam non inuenit, & se perdidit. Vbi quæram?] Hoc circunspectantis est. Vbi inuestigem?] Plus intulit. Quem perconter?] *Quærere*
Hoc tertium plus intulit.nam ubi nec uestigia reperiuntur,supereſt interrogatio. Quam *Inuestigare*
insistam uiam?] Si nec qui interrogetur apparet. Quam insistam uiam? Et qua uia,legi- *Percontari*
tur. Vbi ubi est,diu celari non potest.] Ob nimiam scilicet formæ gratiam. O faciem pulchram.] Faciem modo,non partem corporis dicit,sed totam speciem, quæ apparet & cerni tur. Virgilius, Quibus aspera quondam Visa maris facies. Deleo omnes dehinc ex ani- *Facies*
mo mulieres.] πρὸς τὸ παιδαριῶδες argumentatus est,ut ostenderet hunc grandem iam ephebum *Quotidiana*
etiam amoris expertem non fuisse. Sic & alibi, Cum me ipsum noris quàm elegans forma- *forma*
rum spectator siem, In hac commotus sum. Quotidianarum.] Hoc est leuium, & usita- *Ecce autem*
tarum·est quippe huic contrarium, Noua figura oris·Papæ. Ecce autem alterum.] Sic di- *alterum*
cimus,cum propter alterum,de altero uenit in mentem. Nescio quid de amore loquitur.] Vt iamdudum Phædria loquebatur. O infortunatum·senem.] Hoc dictum præstruxit ad exitum fabulæ ad Catastrophen. Nam perturbatus ad Thaidem ingreditur hic senex per fallaciam Pythiæ,& indicium Parmenonis:atq; ita firmabuntur nuptiæ uirginis,quam ducet Chærea. Hic uerò est.] Vtrum senex,an Chærea? sed senex potius. Hic uerò est. senex. Qui.scilicet Chærea. Præut huius rabies quæ dabit.] Præ,ex comparatione significat. Ergo proprie.& est integra locutio:& ordo est,præut illa sunt,quæ huius rabies dabit. *Præ*
Et bene Dabit, quasi de re uiolenta. Vt,Dabit ille ruinam Arboribus. Præut huius rabies *Dare*
quæ dabit.Hic ex parte characteris insçius quidem est personæ Chæreæ, quẽ moribus cõsiciet seruus ardentiorem in amorem ferri posse simul ac cœperit. Præut huius rabies quæ dabit.Et hic ostenditur iampridem motum in res uenereas Chæream: & magna poetæ cura est,ne incredibile uideatur,adolescentulum qui pro eunucho deduci potuerit, tam expedite uirginem uitiasse. quocirca artifex summus, quod ætati non potest, naturæ attribuit Chæreæ:ut calidior ingenio,& ante annos amator,non libidinem in sese,sed quandam rabiem designauerit in uenereos appetitus. Vt illum.] Pro utinam. Dij deæq; senium per- *Vt*
dant.Plus dixit senium quàm senem.Nec mireris,post Senium,Qui additũ: ideo quia declinationem ad intellectum retulit:ut alibi,In Eunuchum suam.Et senex,ad ætatẽ refertur: Senium,ad conuitium.sic Lucilius ait,At quidem te senium,atq; insulse sophista. Remoratus est.] A remora pisciculo, qui & ἐχενηὶς uocat̃,Remoratio & remoratus dicit̃. Tum autem,qui illum.] Tum autem,pro &.Duas uult enim causas esse,cur seipsum dij perdant. unam quod restiterit:alterã,quòd senem peruenitus diu remanserit à persequenda uirgine.

Et nota

Et nota Floccifecerim,& contemnere,& non contemnere ſignificare:ut nunc, Qui illum
Alacris floccifecerim.deeſt Vel:ut ſit,uel floccifecerim. Quid tu es triſtis? quidue es alacris?] Pro
uerbiale eſt in hominem perturbatū & incerti uultus. Aut lætus es.nam alacris,l litera pro
Alacritas d poſita,non triſtis,id eſt ἄλυπος intelligitur. Quidue es alacris? Et alacer & alacris dici
tur:ut habes apud Virgilium, Ergo alacris, cunctoſq; putans excedere pugna. Quidue
es alacris? Alacritas,eſt mutatio quædam uultus geſtientis in ſpem aliquam. Vnde is?]
Modo ad quid uenis ſignificat.ſed Eo,de loco ad locū ueteres dicebant: quod mox in ſub
iectis probabitur. Quorſum eam?] Bene:quia proxime dixerat. Vbi quæram? ubi inue
ſtigem? quem perconter? quam inſiſtam uiam? incertus ſum. Quorſum eam? Hinc ut di
ximus,manifeſtum eſt,Ire & aduentum ſignificare. Ita prorſum oblitus ſum mei.] Huic
Prorſus contrarium,Dum memor ipſe mei.Ergo oblitus mei,inſanus. Ita prorſus ſum oblitus
Proſa oratio mei? Prorſus.rectà,id eſt omnino? nam prorſum, eſt porrò uerſum, id eſt ante uerſum. hinc
& proſa oratio,quam non inflexit cantilena. Hem.] Si cum H,Parmeno. ſi leniter, Chæ
rea. Oſtendes qui uir ſies.] Non,ſi uir ſies:ſed qui uir ſies: quod eſt ὑμφατικώτερον. ſi quæſiſ
ſet quidem.qui uir ſies.An debeat præſtare qui uirum ſe ſic monſtraturus eſt? Et uir modo,
non ad ſexum,ſed ad ætatem dicitur,ſed ad laudem. Qui uir ſies.In ueteribus inuenitur.
Pollicitus Sæpe pollicitum eſſe] Pollicitum,quod promittentem ultro ſignificat,dixit.& ſæpe polli
citum ſe:an neceſſe ſit præſtare eum qui promiſerit? Chærea aliquid inueni.] Induxit μί
μησιν pragmatice,more ſuo,non cōtentus dicere quid pollicitus ſit tantum, ſed quo modo
Modo etiam,& quibus uerbis. Modo,quod ames.] Tantummodo.quaſi hæc mora ſit promiſſis
complendis. In ea re utilitatem ego faciam ut cognoſcas meā.] An poſſit,qui poſſe ſe affir
mauit? plus eſt probaſſe quod promiſerit,quàm oſtēdere quòd poſſit. Cum in cellulam.]
Penus Sic dicit anus * quæ & acceperit beneficium. Patris penum omne.] Ipſum pe
num:non ex eo aliquid ὑπερβολικῶς. Et hoc penu,& hic penus, & hæc penus, ueteres dixe
runt.Ergo & omnem & omne legitur. Congerebam clanculum.] κλάδραν ἡ κρύφα. Age in
cepte.Qui dubitas de promiſſis.an qui exprobres te multa eſſe largitum? Hoc Hercle fa
ctum eſt.] Inueni quod amem. hoc quod dicebas,inquit, moræ eſſe, iam factum eſt.amo.
Promiſſa appareant.] Vtilitatem ut cognoſcam tuam. Siue adeò digna res eſt.] Si per
ſona Parmenonis eſt,Siue abundat:& pro expletiua coniunctione modo eſt.In quibuſdam
omnino non legitur.A deò autem abundat,aut nimis ſignificat, uel ſatis. Si Chærea dicit:
hic ordo,& ſenſus eſt:Fac ſi uis nunc, ſiue adeò digna res eſt, ubi tu neruos intendas tuos.
ut promiſſa appareant.ut ſit Sis ſi uis,& addatur Vt quod deeſt.Fac ut promiſſa appareāt.
Vbi tu neruos intendas tuos.] Vtrum obſcene hoc, ut ſeruus? an μεταφορικῶς, ubi labora
re ac periclitari debeas? Sed melius legunt qui hoc totum ad perſonam applicant Chæreæ:
& melius quàm qui Parmenonem hoc putāt loqui, Siue adeò digna res eſt ubi neruos in
Noſter tendas tuos. Haud ſimilis uirgo eſt uirginum noſtrarum.] Ciuium ſcilicet id eſt terræ ac
patriæ noſtræ.ut Virgilius,Non eadem arboribus pendet uindemia noſtris. Et Salluſtius,
Demiſſis humeris Noſtri fœda fuga,&c. Quas matres ſtudent.] Hoc uerbo oſtendit cultum induſtriæ, non
pulchritudinem naturalem. Demiſſis humeris eſſe.] Antiqui enim Græci etiam uirgini
bus ſuis præbebant palæſtram,ad componenda corpora. Vel,demiſſis humeris eſſe, liqui
de & molliter deductis,neq; extantibus alæ in modum. Vincto pectore.] Caſtigato ac te
nui,& uelut uincto. Deeſt ergo uelut. Vt graciles ſient.] A ſingulari gracilis uenit hæc de
clinatio. Demiſſis humeris eſſe,uincto pectore.Non accipiendum eſt quaſi hoc dicat. Ad
hoc illas ſtudēt matres demiſſis humeris eſſe,& uincto pectore, ut graciles ſient: quaſi hæc
duo propter unum illud fiant,ſed uariè tria dixit, ne diceret * aut ſtudent illas
Habitior demiſſis humeris,& uinctum pectus,ut graciles ſient. Si qua eſt habitior.] Vnde & ha
Habitudo bitudo dicitur:ut,Quæ habitudo eſt corporis? nam habilior,aptior intelligitur. Vt, Nanq;
Habilis humeris de more habilem ſuſpenderat arcum. Ergo habitior,legendum eſt. Pugilem eſſe
aiunt.] Laus in uirginem. Deducunt cibum.] Mire uituperauit formam,quam accurae
rit fames.Et propriè,deducunt. Tametſi bona eſt natura.] Bona,id eſt plena, magna,&
Cura pinguis. Reddunt.] Exhibent,perficiunt. Curatura.] Cura,mentis eſt: Curatio,medici
Curatio næ:Curatura,diligentiæ. Iunceas.] Tenues & pallidas. Itaq; ergo amantur.] Itaq; in
Curatura quit,nemo illas amat. ὑπερβολικῶς eſt,aut uerè amantur:ut eo magis hæc amanda ſit, quæ natu
Iunceus ræ beneficio,non factis comptibus,aut induſtria eſt pulchra. Itaq; ergo amantur. Atque
Nouus ita fit ut amentur:nō naturæ merito,ſed induſtria. Quid tua iſtæc? Recte: ſic enim ipſe di
Papæ cet. At nihil ad noſtram hanc. Noua figura oris.] Laudis genus eſt, noua: quia dixerat,
Color uerus Tedet quotidianarum harum formarum. Quid tua iſtæc? Deeſt,qualis eſt,dic. Papæ.]
Interiectio,mira ſubito accipientis. Color uerus.] Quia non de cura eſt, ac de fuco,id eſt
naturalis,non fucatus. Corpus ſolidum.] Quia non uitiatum. Succi plenum.] Quia

nemo deduxit cibum.nam ſuccus,eſt humor in corpore,quo abundant bene ualentes. Vir
gilius,Et ſuccus pecori,& lac ſubducitur agnis. Succus, proprie quaſi ſugus:quem ſibi ex *Succus*
alimentis membra ſugunt,ut ſe repleant. Corpus ſolidum.Plenum,& forte,id eſt nō flac *Solidū corpus*
cidum. Succi plenum. Succus eſt interior pinguedo membrorum. Anni ſexdecim.] Vi
de quemadmodum ætatem uirginis maturæ Poeta ex occaſione demonſtrauerit. Hanc
tu mihi uel ui,uel clàm,uel precario.] Hæc tria ſunt quibus nō rite res agit, Vel ui,uel clàm
uel precario, Sine pretij mentione,uel quia uirgo, non meretrix:uel quia nulla ephebo ſpes *Vi,clàm, pre*
eſt fallendi ſenis. Hanc tu mihi uel ui,uel clàm,uel precario fac tradas. Secundum ius lo *cario*
cutus eſt:nam his tribus mala fide aliquid poſſidet:ui,clàm precario. Vi,quia uirgo. clàm,
quia cuſtoditur.precario,quia pretium non habet Chærea. Mea nihil refert dum potiar
modo.] Non hoc perſonæ attribuendū eſt,ſed affectui,non enim quia Chærea eſt, ſed quia
amator. * de ſe cupit facere quemadmodum potiatur. Quid uirgo,cuia eſt?]
Vtrum ſeruane filia? Ne id quidem.] Pulchra uarietas,Neſcio,Tantundē,Ne id quidem.
Qua ratione amiſti?] Figura συγκοπὴ pro amiſiſti. Qua ratione amiſiſti? Si non reman
ſiſſet Chærea,ſed conſecutus uirginē uidiſſet quò deducta eſſet prius, quàm Parmenonem
conueniret:non ita procederet fabula,ut nunc procedit. irruiſſet enim in cognitionem me
retricis importunè Chærea,nec pro eunucho adduceretur ulterius. Id equidem.] Deeſt
ob,aut propter,ut ſit,ob id,aut propter id. Mecū ſtomachabar.] Bene mecum: quia acrio
rem dolorem ſuſtinet,qui ipſe ſibi iraſci cogitur. Mecum ergo,pro apud me,uel mihi. Ho *Felicitas*
minem eſſe arbitror.] Deeſt,quàm me. Felicitates.] Felicitas aduerſa eſt,cum ex proſperi *aduerſa*
tate,quod lædat,naſcitur. Cui magis bonæ felicitates.] Bonæ,magnæ,nouæ. Dixit autem *Bonæ felici*
magnas felicitates ſibi aduerſari, eo quòd uirginem tantæ pulchritudinis ex oculis amiſe *tates*
rit:nam uidiſſe eam,felicitatis iudicat:ſed amiſiſſe,aduerſæ felicitatis. & quòd Bonæ dixit:
uel magnæ,uel nimiæ intelliguntur: uel ἐπίθετον eſt proprium & perpetuum felicitatum. *Epitheta tri*
Bonæ felicitates. ὕμφασις eſt, eo quod felicitates pluraliter poſuit. ἐπίθετα autem tribus *bus de cauſis*
de cauſis nominibus adduntur:diſcretionis,proprietatis, ornatus. Diſcretionis,ut, Phry
giæ molimur montibus Idæ.Proprietatis,ut, Terribili impexum ſeta & dentibus atris. Or
natus,ut,Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad undam. Quid hoc eſt ſceleris?] Pro
pter hoc quod patior inquit.nunc enim ſcelus dicit à ſene commiſſum. Archidemidem
noſtin'?] Hoc ſic pronūtiandū eſt,ut appareat ex ipſo nomine ſtatim odioſum neſcio quem *Quid ni*
occurriſſe,ac permoleſtum. Quid ni?] Correptio eſt,ab ſe manifeſta inquirentis. eſt enim
ſenſus, Quid,niſi? aut cur non nouerim? eſt enim quidni, aut quid niſi,aut cur non: quia ue
teres ni pro ne ponebant,& ne pro non. Vt Plautus,Ni ſtulta ſis. pro ne.& ne uult, pro non
uult. Imò enimuero infeliciter.] Bene hoc interponit,quod incredibile eſt tardiorem futu
rum amatorem inceſſu uirginis. Nam incommoda alia ſunt dicēda.] Quæ minora ſunt
ſcilicet,aut ſimilia. Illum liquet mihi deierare.] Liquidum eſt, conſtans,& manifeſtum & *Liquet*
certum.Et ſic liquet,pro liquidum eſt:ut claudit,pro claudum eſt: Vt apud Salluſtium,Ni *Claudit*
hil ſocordia claudebat. Et eſt Liquet uerbum iuris quo utebantur iudices, cum amplius *Deierare*
pronuntiabant,obſcuritate commoti cauſæ magis quàm negocij ſimplicitate. Deierare,ual
de iurare:ut demiror,& deamo te Syre,ſi De producta legeris.ſi correpta,deos iurare intel
ligitur. Prorſum non uidiſſe proximis.] Quia non uidiſſe dixit,Proximis præteritis in *Proxima*
telligimus.Proxima enim nobis aut præterita, aut futura ſunt.Nā præſentia ea ſunt,in qui *Præſentia*
bus nunc ſumus. Niſi nunc cum minime uellem.] Quia ſemper nolui,ideò nunc mini
me,utpote adoleſcens ſenem. Quàm longe quidem.] Bene longe dixit: quia à longe non
potuit dicere an ſubauditur erat,ut ſit,quàm lōge erat? Minimeq; opus fuit.] Sæpe enim
nolumus tantum:non etiam opus non eſt. Incuruus,tremulus,labijs demiſſis,gemens.]
Vt omnia oſtendat in contrarium ſibi uerſa eſſe,etiam curſum attribuit ſeni. Labra,ſunt ſu *Labra*
periora:Labia,inferiora. Labræ aſinorum proprie dicuntur. Gemens autem, ob cōtinuam *Labia*
tuſſim. Sic Lucilius,Ante fores autem,& triclinij liminà quidā Perditus Tyreſia tuſſi gran *Labræ*
dæuus gemebat. Incuruus,ualde curuus. Sic Virgilius,Turnus ut infractos aduerſo marte *In*
Latinos Deciſſe uidet. Infractos enim,ualde fractos ſignificat. nam In præpoſitio nūc au
get,nūc minuit dictionem. Recte etiam deformitatem deſcribit ſenis, qui præter ætatē poſt
pulchram uirginem fœdior uidebatur. Et quàm importune omnia? pro puella, ſenex occur
rit:pro uirgine,incuruus,tremulus:pro pulchra,labijs demiſſis,gemens? & cum amator ſit
inaniter adoleſcenti ipſe iudicium loquitur: dum feſtinandum ſit,remoratur. Labijs de
miſſis. Maiora labra,unde labeones. Alij labia inferiora,& labra ſuperiora. Heus heus ti *Labeones*
bi dico Chærea.] Tibi dico Chærea,nō adderet,niſi uideret Chæream diſſimulantem,præ
terire. Inquit.] Aliter Inquit pronuntiandum eſt,hoc eſt cōcitate nam ſenis uerba aliter
proferenda ſunt. Scin' quid ego uolebam?] Hic oſtenditur odioſa tarditas ſenis apud fe

ſtinantem Chæream.nam non dicit,ſed promittit ſe dicturum. Vt diligenter nunties.] Di ligenter,nihil tam abundanter,nihil tam moraliter dici potuit. Cras eſt mihi iudicium.] Huic moræ etiam illud additum,quòd cum debeat dicere quid uelit,prius dicit quod non eſt neceſſarium,quare uelit. Eſſe ut meminerit.] Non,ut ſit:ſed,ut eſſe meminerit.O proli

Nunquid uis xitas. Dum hæc dicit.] Dat tempus uerbis:quæ nō potuit,quamuis imitaretur,exprime re. Rogo nunquid uelit.] Hoc eſt,ſignifico me abire.nam abituri,ne id dure facerēt, Nun

Recte quid uis,dicebant his quibuſcū conſtitiſſent.Quid eſt ergò, Rogo nunquid uelit? hoc eſt, dico quod abeuntes ſolent. Recte inquit.] Pro eo quod eſt nihil: & moraliter ὧδ ἀπ̓ εἰκοσμέω Cum huc reſpicio.] In hanc partem ſcilicet,qua meretrix habitabat. Commodū.] Tan

Commodum tum quod,uel ipſo eodemq; tempore. Commodum.Vnà.Et hoc ſignificat:ut ſi dicas,eo/

Interea dem tempore quo hoc agebatur.Nam Interea,nunc coniunctio accipienda eſt:nō ut aliàs, pro aduerbio ponitur. In hanc noſtrā plateā.] Rectè,quia uicina eſt illis Thais, ad quam deducitur. Nulla erat.] Etenim ingreſſa iam fuerat. Comites ſecuti ſcilicet uirginem?

Verum Interrogatiue quidē:ſed ſic,ut ſcire uideatur id quod quærit: ſed ad hoc quærere, ut quod ſcit,confirmet. Verum paraſitus.] Verum,modo incœptiua eſt,non relatiua particula:ut in Andria,Verum uidi Cantharam ſuffarcinatam. Iam conclamatum eſt.] Tranſactum

Conclamatū ac finitum. ut conclamata corpora nihil reliqui iam habent ad uitæ officia. Conclama/ tum eſt.Manifeſtum ſignificat,ipſam idem * eſſe,uel pulchram eſſe,quia & ipſe dixerat,Hæc ſuperat ipſam Thaidem.ut in conclamatis funeribus nulla dilatio eſt doloris & luctus.unde Lucanus ait,Corpora nondum Conclamata iacent. Aut conclamatum, ſa/ tis deploratum,ſatisq; uociferatum eſt:quia dixerat, O infortunatum ſenem:ſi & hic ama/ re cœperit.Tanquam dicat,Iam occiſum patrem tandem ſcimus,iamq; deflemus. Alias res agis.] Recte,quia dixit ille,Iam conclamatum eſt. Alias res agis. Aut,non attendis ad id quod dico, ſignificat, ut nulla ſit in eo attentio. Aut nugatorias res agis, hoc eſt iocaris. nam hinc natum eſt Agite Amabo quaſi dicat,uanas res agis. Scio quo abducta ſit.] Plus dixit quàm interrogabatur:credo tædio interrogantis.nam properat,ut dicturus eſt,ad de ducendum Eunuchum ad Thaidem cum ancilla ex Aethiopia. Scio quo abducta ſit. Se cunda ἀποσιώπησις. Eho Parmeno mi noſtin? & ſcis ubi ſiet?] Amatorie ſatis repetunē quæ ſemel dicta ſuffecerant. Huc deducta eſt ad meretricē.] Et hoc confundit ſemel,cū acerua tim dicit,uelut odio interrogantis ſæpius,& feſtinatione ad mandata Phædriæ peragenda.

Phædriæ riualis.] Cum pronuntiatione addendum,quo magis doleat,Phædriæ riualis. Duras fratris partes prædicas.] Scilicet contra æmulum & diuitem,& largiſſimū.Et par tes duras μεταφορικῶς ab actoribus ſcenicis. Comparet.] Hic iam oſtendit miles illuſtrior per riualis dona,quàm per ſua. Et eſt qualitas comparatiua.Comparet pro emat,aut com parandum putet. Tum magis id dicas.] Duras partes fratris eſſe. Quid nam quæſo hercle?] Curioſitatem addidit, παρεμπόντως Quæſo & Hercle. Et uide quàm molliter, & ſine intellectu ſpectatoris ad argumenti ſpectati ordinem Poeta perueniat:ut de eunucho facta

Inhoneſtum mentione conſilium naſcatur ſupponendi Chæreæ. Eunuchum.] Mire Terentius primò ſimpliciter Eunucho nomen poſuit,huic quoq; detracturus. Inhoneſtum.] Fœdum:ut contrà Facie honeſta,ut apud Virgilium, Et lætos oculis afflarat honores. Hominem.] Opportune hominem dixit,tanquam incerti ſexus. Senem,mulierem?] Non communi genere dixit ſenē:quippe qui alibi ſuperauerit dicendo,ſenex atq; anus:ſed ſubdiſtinguen dum eſt,ut ſit duplex uituperatio:una ab ætate, quòd ait ſenex:altera à membrorū molli/

Quatietur foras cie,quòd ait mulierem. Quatietur certe cum dono foras.] Mire cum dono: tanquam illi repulſæ cauſa donum futurum ſit.Tum deinde nō reiſcietur,ſed quatietur. Vide quàm cō/

Feri canem foras tumelioſius dictum ſit,quatietur foras:uel uerberibus impelletur foras,nō expulſione,ſed detruſione.uel ſic dixit,foras quatietur:ut deſit Verſum,ut ſit, foras uerſum uerberabitur. ut uerberetur,& fugetur foras.nam & peruulgatæ conſuetudinis dictum eſt,feri canem fo ras:hoc eſt, feriendo canem foras eſſce. Sed iſtam Thaidem nō ſciui nobis uicinā.] Quo modo enim pro Eunucho ueniet,ſi aut nouit,aut notus eſt?Et ſi mulierē adoleſcens ne no/ uit quidem:ipſe multò maxime neſcietur. Sed iſtam Thaidem non ſciui nobis uicinam. οἰκονομία contra illud,quod meretrix uicina erat. Haud diu eſt.] Vicina ſcilicet. Et eſt cauſa,An ueriſimile ſit neſcire potuiſſe uicinam.Et nota apud Terentium uicinas poni ſæpius adoleſcentibus meretrices,ut hæc ſit prima amoris illecebra. Nunquam ne etiam me ui/ diſſe illam?] Artificioſe inculcat Poeta τὸ σαθρὸν Eſt ne ut fertur forma?] Hoc propter illud quod ſuprà diximus:Sed nimio lepore Terentiano,iam illud agitur.Nam hic oſtēditur ue riſimile eſſe pro eunucho creditum apud uicinam meretricem Chæream, qui adeò igno/ tus ſit mulieri,ut nec ipſe eā nouerit:quod erat facilius & prōptius.Et additur color, quòd & illa non diu uicina eſt,& quòd adoleſcens plurimum in Pæræo commoratus eſt. Nihil

ad noſ/

ad noſtram hanc.] Moraliter noſtrā dixit,pro meā. Alia res eſt.] Non potuit melius ſuam utriq; gratiā reſeruare:nam & illa,& hæc amantur. Faciam ſedulo.] Mire in promiſſis po ſterioribus difficultas rei oſtenditur:cum primo faciam dixerit. Nunquid me aliud uis?] Hoc dicere abeuntes ſolent.Et bene,Nūquid me aliud uis?quia feſtinat:& ſimul quia hinc naſcitur dolus fallendæ meretricis. Vt mancipia hæc,ita ut iuſſit frater, deducā ad Thai/ dem.] Vide Terentiū,ut nō quæſita eſſe hæc fallacia,ſed ipſa ſe obtuliſſe uideatur. O fortu natum iſtum Eunuchū.] Iſtum,ſæpe annotauimus,aut ad contemptū,aut ad odiū referri: ut Virg.Aut quid petis iſtis?&,Iſta quidem quia nota mihi tua magna uoluntas Iuppiter.

Qui quidem in hanc detur domū.] Quid facilius quàm imitari uelle quod laudes? nec quiſquā,niſi qui cupit,eligitur pro eunucho,qui eunuchum putat eſſe beatū. Vide q̄ molli deſcenſu ad hoc conſiliū peruenitur.Res enim hoc ſuggerit potius, q̄ Parmeno: ideo quia ſeruum hoc ſuadere Chæreæ nimis temerarium fuit. Quid itaq;] Potuit intelligere ſtatim ſeruus:ſed ad hoc interrogat,ut doceatur ſpectator. Videbit colloquetur aderit unà. &c.] Amatorie nimis,quinq; lineas amoris executus eſt:adeoq; diligēter,ut etiam ordinē cuſto/ dierit. uidebit colloquetur aderit unà in unis ædibus.Mire amator nō ſimul effudit hoc bonum,ſed particulatim digeſſit: ut maior uoluptas futura eſſe noſcatur. Videbit collo/ quetur aderit,&c.Iſtæ enim ſunt amoris lineæ:etſi eas non omnes eſt perſecutus. Quid ſi nūc tute fortunatus fias?] Sic uidetur Parmeno dicere,potius ut iocetur,quàm ut fieri cre dat poſſe. Capias tu illius ueſtem.] Non ſemel oſtenditur quod futurū ſit: quia particula tim poteſt,etiam quod turpe eſt,tamen mitti ad perſuaſionem. Simul in geſtum reſpicitur. Ergo nō dixit,ibis pro Eunucho: ſed primo capias illius ueſtem.tum deinde hoc ipſum nō aſpernante domino,pergit ſeruus ad cætera quæ audaciora ſunt. Veſtem?] Quàm liben ter audiat,repetitio dictorum per interrogationem oſtendit. Audio.] Id eſt, libenter hoc admitto,& conſentio. Vt in Phormione, Audio,& faceor.& contrà,non audio. Intelligo.] Audio,& intelligo uim modo non uſitatam exprimunt,ſcilicet cōſentientis immodicū affe ctum. Cibum unà capies.] Bene ſeruus interturbauit ſuprà dictas amandi lineas,& ordi nem uoluptatum: quippe qui amare non nouerit. Cibum unà capias. Adſis tangas lu/ das propter dormias. Etſi ſatis erat ſuperior uerſus tamen incentiua ſunt amoris etiam ſi/ gillatim hæc enumerata,quæ una ſententia ſuperior uerſus oſtenderat. Quandoquidem illarum.] Pro,ex illis. Quiſquā.] Quia quæquā dicere,abſurdū eſt. Illarum quiſquā.] Quiſquam multis exemplis probatur etiam fœminino genere ueteres protuliſſe: ita ut in numeris & generibus hæc pronomina infinita ſint. Neq; ſcit qui ſies.] Hoc eſt quod ſuprà callide Poeta præſtruxit. Forma atq; ætas ipſa eſt.] Deeſt,in te. Facile ut pro Eunucho probes.] Formam ſcilicet & ætatem:formam,quia pulcher es:ætatem,quia ephebus. Fa/ cile ut pro eunucho probes.Probes fingas,atq; perſuadeas:ut in cōſuetudine dicimus, Ho mo ſacrilegus pro innocēte ſe probauit.Et Cicero,Hoc tu his probabis?Itaq; deeſt Te,quod ſubaudiamus:ut ſit,Pro eunucho te probes.Probes,ut Migrantes cernas. Aut probes, per/ ſuadeas.Et ſimul honeſte non dixit,quod erat rectum,ut eunuchum probes:ſed,pro eunu/ cho:ne eſſet contumelioſum in Chæream. Nunc iam orna me.] Hortatiue Orna dixit: nō,deſpoliat aut exue me. Abduc.] Abducimur unde uolumus: Ducimur quò uolumus.

Quantum potes.] Deeſt,cito. Quid agis?] Callide ſeruus non uult ſe autorem uideri tanti facinoris. Quò trudis?] Comici ſemper ea oſtendunt fieri ab altero uerbis alterius perſonæ,quæ oſtendi per ſe ipſa non poterant. ut nunc manu agere Chæream Parmenone ipſo dicente cognoſcimus. Quo trudis? Præbet ſe ui cogēdum domino quem compulit dictis. Perculeris iam tu me.] Peruerteris.unde prouerbium,Bene plauſtrum perculit.

Flagitium Tibi equidem dico,mane.] Sigillatim iſta pronūtianda ſunt:ex quibus intelligatur, non ceſſare Chæream quin adhuc impellat,& trudat. Pergin?] Quaſi uerò ioco dixerit,nō ſe rio. Ne nimium calidum.] Periculoſum.ſed melius callidum legitur.Nimium,prouerbia le:quia nimium propria uox eſt. Flagitiū facimus.] Flagitium more militari dicitur, res

Percellere flagitatione hoc eſt increpatione digna.Nam flagitatio,à ſtrepitu dicitur:unde flamma. & flagella,& flagitare,id eſt perſonare intelligimus dici. Nam hæc oīa ſine ſonitu, crepituq; non ſunt. An id flagitium eſt?] An liceat an deceat?Et prius, quia licet. At enim iſtæc in me cudetur faba.] Id eſt,in me hoc malū recidet,in me hæc uindicabitur culpa: ut laborat ſolum,in quo cuditur,id eſt batuitur faba,cū ſiliquis exuitur tunſa fuſubus: ut in areis mo/ re ruſticorum fit.Vel quòd quidam male coctam fabam,& quæ nō maduerit, ſed dura per manſerit,ſupra caput coqui,uelut ipſi fabæ irati,ſaxo cōminuunt.tum uniuerſum malum, & omnis dolor ad coquum pēruenit. Simile & alibi à pulmēto prouerbiū eſt,Tute hoc in/ triſti,tibi hoc eſt exedendum,accingere. An id flagitium eſt?Terentius laudat argumentū huius fabulæ:in quo exemplū promitur,quod p̄ſit parētibus, obſit meretricibus: & ſimul

deliberationibus tractans id faciendum. Si in domum meretriciam deducar.] Hoc tale est,ut nulla lex prohibeat,& defendatur ut licitū. Et illis crucibus.] Hoc iam ad illud pertinet,ut ostendatur decere.& primo à persona eius,cui fit. Habent despicatam.] Contemptam,atq; despectam.& ita est ἐπίνδιοις & μεταπλασμός. Vel certe alterius uerbi declinatio, ab eo quod est despicor,ut conspicor. Sallustius, Cum interea Metellus monte digrediens cum exercitu conspicatur,primo dubius quid nam insolita facies ostenderet. Nunc referam gratiā.] Non eas, inquit,lacessam:sed quod iustum est, uicē reddam: quasi ipse in alijs læsus sit. Vt ab illis fallimur.] Non dixit,alij fallunt. An potius hæc pati æquū est fieri?] Illic uicissitudo extat,in pati dolos. Vt à me ludatur.] σύλληψις. subauditur pati. Quod qui rescierint.] Ex consequentibus argumentum.nam illud factum uituperatio sequitur,hoc approbatio. Illud merito factum omnes putent.] Bene, non iudicent: quia & hoc ipsum non satis probum est,uel meretricem fallere. Quid istic?] Aduerbium est ægre cōcedentis. Facias.] Pro facito. Verum.] Deest,uide. Verum ne post cōferas.] Si Ne prohibentis est,nihil deest:si percontantis,ut sit,ne forte:deest,timeo. Verum,ne post conferas culpam in me.In hoc negocio nō autor uult interesse,sed seruus. Cogo atq; impero.] Euidenter ostendit plus esse imperare quàm iubere. Nunquam.] Pro non:ut,Nunquam omnes hodie moriemur inulti. Nunquam defugiam autoritatem tuam.] Non, inquit,recusabo facere,dum tu tamen autor sis facti.

Despicatus
Conspicari
Impero
Iubeo
Autoritatem
defugere

ACTVS III. SCENA I.

THRASO MILES. GNATHO. PARMENO.

T. MAGNAS uerò agere gratias Thais mihi? *Senarij Iambici*
G. ingenteis. T. ain' tu,læta est? G. non tam ipso quidem
Dono,quàm abs te datum esse:id uerò serio
Triumphat. P. huc prouiso,ut ubi tempus siet,
Deducam.sed eccum militem. T. est istuc datum
Profecto,ut grata mihi sint quæ facio omnia.
G. Aduorti herde animum. T. uel rex semper maximas
Mihi agebat,quicquid feceram·alijs non item.
G. Labore alieno magnam partam gloriam,
Verbis sæpe in se transmouet,qui habet salem,
*Quod in te est. T. habes. G. rex te ergo in oculis. T. scilicet, *Donatus legit, Quod,sed elidi tur d*
G. Gestire. T. uerum credere omnem exercitum,
Consilia. G. mirum. T. tum sicubi eum satietas
Hominum,aut negoci si quando odium ceperat,
Requiescere ubi uolebat,quasi.nostin'? G. scio·
Quasi ubi illam expueret miseriam ex animo. T. tenes,
Tum me conuiuam solum abducebat sibi. G. hui,
Regem elegantem narras. T. imò sic homo est
Perpaucorum hominum. G. imò nullorum arbitror,
Si tecum uiuit. T. inuidere omnes mihi·
Mordere clanculum·ego non flocci pendere·
Illi inuidere misere·uerum unus tamen
Impense,elephantis quem indicis præfecerat.
Is ubi molestus magis est,quæso inquam Strato

Eóne es ferox,quia habes imperium in belluas?
G. Pulchre me hercle dictum & sapienter·papæ·
Iugularas hominem.quid ille? T. mutus illico.
G. Quid ni esset? P. di uestram fidem·hominem perditum
Miserumq;,& illum sacrilegum. T. quid,illud Gnatho
Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio:
Nunquid tibi dixi? G. nunquam·sed narra obsecro.
Plus milies iam audiui. T. unà in conuiuio
Erat hic,quem dico,Rhodius adolescentulus·
Forte habui scortum.cœpit ad id alludere,
Et me irridere·Quid ais inquam,homo impudens?
LEPVS TVTE ES, & pulpamentum quæris. G. ha ha hæ.
T. Quid est? G. facete,lepide,laute·nihil suprà.
Tuum obsecró*ne hoc dictum erat? uetus credidi. *al.te*
T. Audieras? G. sæpe,& fertur in primis. T. meum est.
G. Dolet dictum imprudenti adolescenti,& libero.
P. At te·dij perdant. G. quid ille quæso? T. perditus.
Risu omnes qui aderant emoriri·deniq;
Metuebant omnes iam me. G. non iniuria.
T. Sed heus tu purgon' ego me de istac Thaidi,
Quòd eam me amare suspicatur? G. nihil minus· *al.suspicata est*
Imò magis auge suspitionem. T. cur? G. rogas?
Scin'si quando illa mentionem Phædriæ
Facit.aut si laudat,te ut male uerat? T sentio.
G. Id ut ne fiat,hæc res sola est remedio·
Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuo.si quando illa dicet,Phædriam in·
Tromittamus comessatum·tu,Pamphilam
Cantatum prouocemus. si laudabit hæc
Illius formam·tu huius contrá.deniq;
Par pari referto.quod eam mordeat. *Deest syllaba. si legas, par sic pari,aut par*
T. Siquidem me amaret,tum istuc prodesset Gnatho. *mox pari,constat metrū*
G. Quando illud quod tu das,expectat atq; amat·
Iamdudum amat te·iamdudum illi facile fit
Quod doleat·*metuet semper,quem ipsa nunc capit *al.metuat*
Fructum,ne quando iratus tu aliò conferas.
T. Bene dixti.at mihi istuc non in mentem uenerat.
G. Ridiculum,*non enim cogitaras·cæterum *al.nec*
Idem hoc tute melius quanto inuenisses Thraso?

MAgnas uero agere gratias.] Hic ſermo ſic prodit, ut poſt ſcenam inchoatus eſſe uideatur. Continet autem aſſentationem paraſiticam, & ſtultitiam glorioſi militis. Agere. Plus ſonat infinitus modus finito. Ingentis.] Vide quantum adiiciat Paraſitus. ille, magnas dixit: hic reſpondit, ingẽtis. Ille, Læta eſt. Hic, triumphat. Id uero ſerio.] Id, ob id: ut, Id amabo adiuta me. Aliàs παρέλκεται, id eſt productionis locus eſt. Quàm abs te datum eſt.] Maioris eſt gratiæ tãtum potuiſſe amorem militis, ut meretrix minus lætaretur ob lucrum.

Triumphat.] Vt militaribus dictis tangit militem paraſitus? Huc prouiſo.] Tertia perſona uenit in ſcenam: ſed ſeparatim loquitur, & ſecum. Sed eccum militem.] Iniurioſe mi litem honorifice proprio nomine dicitur: ut in ſubiectis, Audire uocem uiſa ſum modo mi-
Datum litis. Eſt iſtuc datum.] Fato decretoq; conceſſum: ut, Non dabitur regnis eſto, prohibere latinis. Vt grata mihi ſint quæ facio omnia.] Gratæ nobis ſunt aut res, aut perſonæ: ſed nunc res dicit. Aduorti hercle animum.] Approbat dictum & hoc. Ait aio. Vel rex ſem per maximas mihi agebat.] Quàm intempeſtiue miles ad regem tranſitum fecit, cum de meretrice agatur. Quæ facio omnia.] ἔπλεψις, uel σύμπλοκις. Vel rex. Vt in Hecyra, Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi, quàm ſancte. Vel rex ſemper maximas. Subaudi tur gratias: ab eo quod ſuprà dixit, Magnas uerò agere gratias Thais mihi. Partam glo-
Sal riam.] Id eſt quæ paritur: ut. Vectus equo ſpumante Sages. Qui habet ſalem.] Sal neutraliter, condimentũ eſt: maſculine, ſapientia. Verbis in ſe ſæpe trãsfert, qui habet ſalem.]
Habeo Mire adulator hoc attribuit militi, quod minime habet, uel uerba, uel ſalem. Quod in te eſt.] Quod tu habes. Habes.] Intelligis. quod enim tenemus corpore, habemus animo: Quodq; item animo habemus, intelligimus. Habes. Pro intelligis. Sic dicitur accipe, hoc eſt habe. Habes etiam, id eſt dicis. ut Salluſtius, Tarteſſum Hiſpaniæ ciuitatem, quàm nunc Tyrij mutato nomine Gadirũ habent. Rex te ergo in oculis Scilicet Geſtire. Verum.] Vide inconditam præparationem laudari ſe cupientis, adeò ut non ſinat uerba impleri, quin præſeſtinet Scilicet & Verum dicere. Credere omnem exercitum.] Magis ridebis, ſi conſideres militem motum eſſe. * qui. Credere omnem exercitum, conſilia. Sub obtentu militis ea ſtultitia, deſcripſit breuiter comitem regium acceptumq; imperatori. Nam qui nũc credit exercitum, credit & conſilia. Virgilius. Nulla meis ſine te quæretur gloria rebus, Seu pacem, ſeu bella geram: tibi maxima rerum Verborumq; fides. Conſilia.] αὔξησις. plus enim eſt conſilia, quàm totus exercitus. Mirum.] Melius per εἰρωνίαν pronũtiamus mirum. quaſi dicat, quis non crederet tali uiro? Sed poteſt etiã ſimpliciter pro admirãtis geſtu accipi. Vbi ſatietas hominum, aut negocij ſi quãdo odium ceperat.] Reipub. princeps duas res patitur, homines & negocia, id eſt perſonas & res hominum. Satietas hominum, aut negocij ſi quando odium ceperat. Proprie reddidit & decenter, hominum ſatietas, negoci-
Ceſſare ij odium. Non enim par erat Reipub. principem hominum odio laborare. Quieſcere
Quieſcere ubi uolebat.] Bono uerbo uſus eſt. Nam Ceſſat deſidioſus: Requieſcit defeſſus. Quaſi. noſtin'? Grate expreſſit ſtulti infantiã militis, qui antè uult intelligi quod ſentit. quàm ipſe dicat. Et proprie hoc morale eſt ſtolidi, ſiue ruditer loquentis. Quaſi. noſtin'? ἀποσιώπησις
Expuere pro habes hoc. hoc eſt quod ſuprà, intelligis? Quaſi ubi illam expueret miſeriam.] Vbi,
Pus pro quando, & in his, & ſuprà. Expueret. Expuere eſt cum faſtidio aliquid reiſcere & expellere. Nam expuere eſt extra pus mittere, id eſt foras. Nam pus eſt omnis humor corpori oneroſus. Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi.] Hoc ſupererat, ut qui eſſet miniſter magnarum rerum, id eſt conſiliarius: uoluptatum quoq; regis particeps eſſet. Et uide quo ſignificatu dicatur me, & conuiuam, & ſolum, & abducebat: nam nõ, uocabat. Et ſibi, quaſi non propter me, ſed ut ſibi bene eſſet. Tum me conuiuam. Id eſt, cum ſatietas hominum
Elegans eſſet, cum odiſſet negocia. Regem elegantem narras.] Qui eligere ſciat, aut qui ipſe ſit eli-
Perpaucorũ hominum homo gendus. Perpaucorum hominum.] Aut qui paucis utitur: aut qui de paucis eſt: aut qui paucis placet, hoc eſt bonis & ſapientibus, qui ferè pauci ſunt. Imò nullorum arbitror, ſi tecum uiuit.] Hoc auerſus, ne miles audiat. Poteſt tamen & aliter intelligi, maxime cum milite. Inuidere omnes mihi.] Plus poteſt ad ſignificandũ, infinitum tẽpus, quàm finitum.

Ego non floccipendere.] Quòd morderent clanculum, uel quòd inuiderent. Conuiuam ſolum abducebat. ut, Solam nam perfidus ille Te colere. Significat autem ſæpiuſcule factum. Illi inuidere miſere.] Miſer enim eſt cui animæ miſeria ineſt. Verum unus.] Proprie unus. nam unus ex multis dicitur. Et mire eſt facta nullius ponderis repetitio ad inertiam loquentis exprimendam: nam poſtquàm dixit, Inuidere omnes mihi: repetit, Illi inuidere miſere. Quin & impenſe & miſere idem ſignificant: & mox tamen ſine ullo auctu addidit, Verum unus tamen Impenſe. Aut plus eſt miſere quàm impenſe. Elephantis quem indicis præfecerat.] Et hoc ſtulte: cum hoc ad dignitatem ſumit, & ſic pronuntiat ut magna eſſe

eſſe præfectura uideatur hæc ipſa: & hoc à ſtolido milite ſic profertur, tanquam magnum hominem uelit eſſe qui ſibi inuideret. Et Indicis πρὸς ἀντιφρασιν Maurorum, qui & mitiores ſunt. Is ubi moleſtus magis eſt.] More ſuo Magis addidit, ne diceret moleſtior. Quæſo inquam ſtrato.] Strato, nomen accommodatum militiæ. Eóne es ferox?] Cauſale eſt, *Eo ne* Ideone ſignificãs. Quia habes imperium in belluas.] Mire extulit, imperium in belluas. Sic Virgilius, Illa ſe iactet in aula Aeolus, & clauſo uentorum carcere regnet. Pulchre me hercule dictum.] Immodica laudatione uertit etiam ſi quid facete dictum eſt. ſufficeret enim pulchre, quod eſt ſapienter. Quòd &, Iugularas hominem: pulchre tangit militem, iugularas dicendo, non, occideras: quaſi gladio, non uerbo uſus ſit. Mutus illico.] Tàm hoc ſtultum eſt, quàm ſi diceret, ſtatim nihil. Recte autem diceret, Ex illo mutus fuit. Tale eſt & illud, Tacere feſtinat. Quid ni eſſet?] Hoc eſt, ut poſſet eſſe, iugularas. Hominem perditum.] Deeſt, ó: ut ſit, ò hominem perditum. ſed ſic melius ſonat: maioris enim ſtuporis eſt hoc modo pronuntiatum. Hominem perditum, Miſerumq;, & illum ſacrilegum. Vide quantum addiderit, qui non hominem ſimpliciter, ſed perditum, & miſerum: illum nec malum, ſed ſacrilegum dixerit. Tetigerim.] Luſerim, fatigauerim. nam tangere, cum *Tangere* multa, tum etiam hoc ſignificat. Nunquam. ſed narra obſecro.] Callide paraſitus intelligit ad hoc ſe interrogatum, ut audire poſtulet. Plus milies audiui.] ὑπερβολή. aut ſuperfutura. * ut æquatur: aut ſubiacet, ut tantum non milies conuenit. ſtultum eundem & immemorem eſſe qua & intelligentia eſt. Forte habui ſcortum.] Vide quem- *Scortum* admodum miles, dum multa ad dictum ſuum peruenire fateatur, interim quàm contemptus ſit atque deriſus. Abdomen in corpore fœminarum patiens iniuriæ coitus, ſcortum dicitur: ideo quia ſcorta ſunt dura coria. A parte ergo ſui meretrices ſcorta dicuntur: uel ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, quod Græce palpitare intelligitur: quod illæ faciunt ſaltando aſſiduè: uel potius criſſando, ut Lucretius ait, ob eam cauſam ut concinniorem uenerem exhibeant utris: aut ſibi abigant conceptum, quod in uuluam fœminæ in ipſo coitu non ſe mouentis incidit. Lepus tute es, & pulpamentum quæris.] Lepus pro infamia multa *Lepus* ponitur: uel quod magis à poſteriori parte, hoc eſt armis, pulpamentum de ſe præbeat, cum in conuiuio carpitur appoſitus: ut Horatius ait, Fœcundi leporis ſapiens ſectabitur armos. Vel quòd uenantur illum, & perſectantur canes: quos pro amatoribus ἀλληγορικῶς intelligimus, ut ipſe Terentius ait, Ceruam uidere fugere, ſectari canes. Vel quòd illum ſic fugiant omnes, conſtituat ut hunc libido effœminata. Vel quòd à phyſicis dicatur incerti ſexus, ac eſſe modo mas, modo fœmina. Lepus tute es, & pulpamentum quæris. Quod in te habes, hoc quæris in altero. & eſt τρόπος ἀλληγορία Ha ha hæ.] Paraſitus hic interiectionem riſus addidit: quo magis nunc primum hoc audiſſe credatur. Quid eſt?] Hæc interrogatio geſtum uultumq; continet cuiuſdam alacris, & certi quòd laudandus ſit. Facete. Facetus eſt qui facit uerbis quod uult. Lepide.] Lepidus, qui politus *Facetus* eſt, ut κομψός, id eſt lamina. Laute.] Lautus, qui mundus & ſplendidus eſt. Tuum ne *Lepidus* obſecro hoc dictum erat?] Et dicta, & prouerbia, & adagiones, quòd rem agant, facetis *Lautus* hominibus aſcribuntur: & hoc laudis genus eſt, ad potiores referre, quod alter probatur *Dicta* dixiſſe. Vetus credidi.] Quia omnia uetera magna ſunt. Sæpe.] Non ex ipſo nam *Adagia* eſſet contrarium ſuperiori. Meum eſt.] Non ſenſu tantummodo, ſed uerbis quoque *Adagiones* ipſis agreſte eſt, quod nunc dicit, Meum eſt. Dolet dictum imprudenti adoleſcenti & libero.] Deeſt mihi: ut ſit, dolet mihi. Et Dictum, participium eſt, id eſt quòd dixiſti. addidit enim paraſitus, quo grauius ſit dictum, commiſerationem eius in quem dictum eſt, utpote imprudentem adoleſcentem, & liberum. Scit enim homines ſtultos, malos uideri uelle. Et uide paraſitum in iiſdem uerſari, cum ait ſuprà Iugularas, hic dolet dictum. Imprudenti. Scilicet qui minime crederet tali ſe percuti poſſe conuicio: aut cum tali uiro ſibi rem futuram: & ſic laudat militem, ut miſeratione iam dignus ſit adoleſcens. Tam feſtiue * ut etiam miſereri inimicorum uacet. At te Diij perdant.] Noue, inquit, Parmeno, non cum ipſi, ſed de ipſo loquitur, non audiente eo. εἰρωνικῶς * Parmeno hic male facit. at te Diij perdant, inquit. Riſu omnes qui aderant emoriri.] Diſciplina eſt comicis ut ſtultas ſententias, ita etiam uitioſa uerba aſcribere ridiculis imperitisque perſonis. ut Plautus, Latronibus ego denumerem ſtipendium, inquit ex perſona militis. Itaque hic emoriri dixit. At uerò atticus adoleſcens in hæc, At emori cupio. Vide igitur Poetam pro loco ac tempore ſcire quid dicat. Metuebant omnes iam me.] Ne cui dicerem, Lepus tute es, & pulpamentum quæris. Aut, Eó ne es ferox, quia habes imperium in beluas? Non iniuria.] Hoc ſic pronuncia, quemadmodum illud ſuprà, Quid ni eſſet?

Purgon' ego me de iſtac Thaidi?] οἰκονομία ad litem futuram inter militem & Thaidem. Quod me eam amare ſuſpicatur?] Quia apparet illam militi quoque κατὰ τὸ σιτίον

Siquando τὸ σιωπώμενον oſtendiſſe,quòd dixit Phædriæ.Imò auge magis ſuſpicionẽ.hæc erit cauſa reij
ciendi militis. Scin'.] Monentis eſt dicere ſcin',uel ſcito. Siquando illa mentionem.] Si
quando & prima ſyllaba acui poteſt & media.tamen uariat ſententiam. Id ut ne fiat.] Mo
do Ne,nõ ſignificat. Hæc res ſola eſt remedio.] Si te ſuſpicetur amare Pamphilam. Vbi
nominabit.] Et locum & tempus ſignificat Vbi. Tu Pamphilam continuo.] Hic magna
οἰκονομία eſt, qua Terentius præparat quẽadmodum iurgium inter Thaidem militemq́ &
Gnathonẽ per duas partes ſerpat fabulæ.Et bene Continuo: ut intelligat meretrix nõ tam
Pamphilam amari,quàm ſibi uicem dari. Pamphilam cantatum prouocemus.] Elegan
ter,quia ille foris eſt,hæc intus:illum intromittamus,illam prouocemus. Hæc eſt in uerbis,
Contrà Poetæ germana proprietas. Tu huius contrà.] Hic contrà,uicem ſignificat. Quod eam
mordeat.] Quod par. Aut abſolute Quod,quæres. Si quidem me amaret,tum iſtud pro
deſſet Gnatho.] His uerſiculis perſonam militis & Gnathonis continentibus προοικονομία
inducitur,quòd ueriſimile ſit facilè militem ferre poſſe anteponi ſibi Phædriam,qui ſe ſem
per intellexerit nõ amari'nam ſi hoc tollas:aut excludendus eſt Phædria,aut ex dolore mi
litis in hac fabula ſit exitus tragicus.Et hoc miles,ut ſapiens,locutus eſt.Ergo meminiſſe cõ
uenit ridiculas perſonas nõ omnino ſtultas & excordes induci à Poetis comicis·nam nulla
delectatio eſt,ubi omnino,qui deluditur,nihil ſapit. Stultitia autem eſt in his quatuor mo
dis:aut non uenire in mentem quod oportet:aut ſi uenerit,nõ tenere:aut bonum cõſilium
amittere:aut malum admittere.Vide ergo,ut hoc quod commode miles uiderat,nõ tenue
rit,totumq́ amiſerit.Hoc autem idcirco interpoſuit Poeta,ut oſtenderet quid ueneni habe
ret aſſentatio:per quam non modo errantes decipiuntur,ac præcipites eunt:uerũ etiam ſa
pientes interdum,ſanıq́ euertuntur. Quando illud quod tu das,expectat.] Hac ſenten
tia tollitur militi,quod recte ſenſerat:nec perſuadetur tamen,quòd ametur ab amica. Iam
dudum te amat.] Vel nimium,& ualde,uel iampridem. Quod doleat.] Hoc ad illud re
fertur quod ſuprà dixit,Par pari referto.quod eam mordeat. Nequãdo iratus tu alio con
feras.] Et hic locum·perſona poſuit:ut ne diceret,ad aliam. At mihi iſtuc non in men
tem uenerat.] Sic pronuntiandum eſt,quaſi militi monſtri ſimile uideatur,ſapiens dictum
alij prius ueniſſe in mentem,quàm ſibi. Ridiculum.] Vel hominem,uel dictum ſignifica
mus. Cæterum hoc tute melius quanto inueniſſes Thraſo·Scilicet, ſi cogitaſſes.

ACTVS III. SCENA II.

THAIS. THRASO PARMENO. GNATHO. PYTHIAS ANCILLA.

THA. AVDIRE uocem uiſa ſum modo militis, *Senarij*
Atq́ eccum· ſalue mi Thraſo. THR.ó Thais mea,
Meum ſuauium,quid agitur?ecquid nos amas
De fidicina iſtac? P.quàm uenuſtè?quod dedit
Principium aduenienſ. THA.plurimum merito tuo.
G. Eamus ergo ad cœnam.quid ſtas? P.hem alterum,
Ex homine hunc natum dicas. THA.ubi uis·non moror.
P. Adibo,atq́ adſimulabo quaſi nunc exeam.
Ituráne Thais quopiam es? THA.hem Parmeno,
Bene feciſti·hodie itura. P.quó? THA.*quid,hũc nõ uides? *In quid eliditur d*
P. Video,& me tædet·ubi uis dona adſunt tibi
A Phædria. THR.quid ſtamus?cur non imus hinc?
P. Quæſo herde ut liceat,pace quod fiat tua,
Dare huic quæ uolumus,conuenire & colloqui.
THR. Perpulchra credo dona,haud noſtris ſimilia.
P. Res indicabit. heus iubete iſtos foras

Exire

Exire,quos iuſſi ocyus.procede tu huc·
Ex Æthiopia eſt uſq́ hæc, THR.hic ſunt tres minæ.
G. Vix. P.ubi tu es Dore?accede huc·hem Eunuchum tibi
Quàm liberali facie,quàm ætate integra.
THA. Ita me Di ament,honeſtus eſt. P.quid tu ais Gnatho?
Nunquid habes quod contemnas?quid tu autem Thraſo?
Tacent·ſatis laudant.fac periclum in literis,
Fac in palæſtra,in Muſicis·quæ liberum
Scire æquum eſt adoleſcentem,ſolertem dabo.
THR. Ego illum Eunuchum ſi ſiet opus uel ſobrius.
P. Atq́ hæc qui miſit,non ſibi ſoli poſtulat
Te uiuere,& ſua cauſſa excludi cæteros·
Neq́ pugnas narrat,neq́ cicatrices ſuas
Oſtentat·neq́ tibi obſtat,quod quidam facit.
Verum ubi moleſtum non erit,ubi tu uoles,
Vbi tempus tibi erit,ſat habet ſi tum recipitur.
THR. Apparet ſeruum hunc eſſe domini pauperis,
Miſeriq́. G.nam hercle nemo poſſet,ſat ſcio,
Qui haberet quî pararet alium,hunc perpeti.
P. Tace tu,quem ego eſſe puto infra omnes infimos
Homines·nam qui huic animum aſſentari induxeris,
E flamma te petere cibum poſſe arbitror.
THR. Iámne imus? THA.hos prius introducam,& quæ uolo
Simul imperabo.*poſtea continuo exeo. *al.poſt hunc*
THR. Ego hinc abeo,tu iſtanc operire. P.haud conuenit
Vnà ire amica cum,imperatorem in uia.
THR. Quid tibi ego multa dicam?domini ſimilis es.
G. Ha ha hæ. THR.quid rides? G.iſtuc quod dixti modo·
Et illud de Rhodio dictum cum in mentem uenit.
Sed Thais exit. THR.abi,præcurre,ut ſint domi
Parata. G.fiat. THA diligenter Pythias
Fac cures,ſi Chremes huc forte aduenerit,
Vt ores,primòm ut maneat·ſi id non commodum eſt,
Vt redeat·ſi id non poterit:ad me adducito.
PY. Ita faciam. THA.quid?quid aliud uolui dicere?
Hem,curate iſtam diligenter uirginem·
Domi adſitis facite. THR.eamus. THA.uos me ſequimini.

AVdire uocẽ uiſa ſum modo militis.] Hic inducitur multiplex cõcurſus diſſimi
liũ perſonarũ,& tamen uirtute & conſilio Poetæ diſcretarũ ut confuſio nulla ſit
facta ſermonis:ſimul etiã pro ſe cuiq́ accõmodata mirè repræſentatur oratio.
Audire uocẽ uiſa ſum modo militis. Omnes ſenſus uiſa dicunt, ab eo q̃d eſt
certiſſimum

Visus sum certissimum oculorũ. Ergo uisa sum, sensi. ut Virg. Visæq; canes ululare per umbram, Aduentante dea. Salue mi Thraso.] Quia secum, militis: quia apud illum, Thraso. Est quædam actio, cuius nomẽ honestum est, sicut orator, philosophus. est quædam, cuius nomen

Osculum offensum est, ut miles, lanarius. Meum suauium.] Tria sunt osculandi genera, Osculũ scili

Basium cet, basium, & suauium. Oscula officiorũ sunt: Basia, pudicorũ affectuũ: Suauia, libidinum

Suauium uel amorum. Meum suauiũ. Cum oscularetur, dixit. Quid agitur?] Et hoc blandimen

Ecquid ti genus est post osculũ: sed duri est & agrestis: infert enim, Ecquid nos amas.] Et Ecquid,

De aliquantulùmne significat: & ideo illa Plurimum recitat. Cicero in Catilina, quod est, Ecquid attendis? ecquid animaduertis horum silentium? De fidicina istac.] De, propter: ut sit, propter fidicinam. Et uide nõ puellam, sed fidicinam, quasi ab amatore dictã, & eo amatore, qui quasi memor sit artis qua delectatur: & quia puella sit æmula meretricis: nam meretricum est fidicinam esse. Quàm uenuste? quod dedit principium.] Bene reprehendit Parmeno: nam in beneficijs debet obliuisci qui dedit, & meminisse qui accepit. Et est grauis

Meritum εἰρωνία, Quam uenuste. Plurimum merito tuo.] Facete meretrix amorem suum non ad auaritiam retulit, sed ad officium. Et cum de fidicina, inquit, te amem, præcipue merito tuo. Alij sic respondere intelligunt, ut ipsa de fidicina gratias agat: nam cum ille dixerit, Ecquid nos amat? Illa respondit, Plurimũ. Quòd autem de fidicina hac dixit ille, subiecit hæc, merito tuo, id est quoniam mereris, dãdo eam. Sed melius est, ut præter munus meritum dixeris: quanquam multi munus meritum intelligant: ut est illud Vergilij, Quiq; sui memores alios fecere merendo, id est gratos sibi reddidere munerando. Eamus ergo ad cœnam.] Decuit parasitum de cœna etiam importune admonere, cũ quadam ὑμφάσει uelut magnæ rei. Hem alterum.] Bene alterum, quia duo sunt. Hem alterum. Si hic reprehendat? miles, alterum dictum: si parasitus, alterum hominem. uult enim Parmeno & Parasito esse uersutior: & debet esse, cum peioris conditionis sit. Ex homine hunc natum dicas.] Recte reprehendit Parmeno duos, quorum unus beneficium Thaidi exprobrat, alter pro beneficio cœnam ostendit, tanquam ad eam currendum sit. nam hoc significat, Quid stas? quasi sit causa properandi. Vbi uis? non moror.] Ad, Eamus ad cœnam, Vbi uis retulit: ad quid stas, Non moror. Quasi nunc exeam.] Mire, nunc exeam, quippe qui iandudum procul steterit. Hem alterum.] Alterum, non respectiue, sed absolute. ac si dixisset, aliud dictum, uel alterum stultum. Iturã ne Thais quopiam es?] Vt experiatur Thaidis animum, fingit nescire quo eat. Hem Parmeno.] Vide deprehensam meretricem uelle blandimentis satis facere Parmenoni. Benè feci?ti.] Quid bene fecit Parmeno? an quasi perturbata hæc loquitẽ, etiam de nihilo blandiens: utpote meretrix & faceta? An quod illuserit conuitio? Hodie.] Dulciter addĩtum hodie, quasi cum exceptione: quo se significat nõ perpetuo obsecuturam militi: & ut quæ promiserit, biduum tantum abfuturum Phædriam. Quid? hunc nõ uides?] Si dixerit militem, lædit præsentem: si amicum, lædit Parmenonem. Mire igitur pronomen inuenit. Video, & me tædet.] Opportune Parmeno fatetur odium militis, ut retundat ab eo amorẽ Thaidis. Vbi uis, dona adsunt tibi.] Nil potuit exitiosius militi contingere quàm ut continuo rivalis mitteret munus, & posterior & coram ipso. Dona adsunt tibi à Phædria. Cum illa sub pronomine cælauerit nomẽ militis, ex arte Parmeno pronuntiauit, à Phædria. Quid stamus?] Quid stamus, ad moram refertur. Cur nõ imus

Pace tua hinc?] Vbi seruus rivalis est Parmeno. Quid stamus? His uerbis miles insultus dolere se

Datio indicat. Pace quod fiat tua.] Pace, aut gratia, aut uoluntate, & deest cum. & sic locutus est,

Deditio quasi bellum his uerbis omnibus indixerit. Pace quod fiat tua, Dare huic quæ uolumus,

Conuentio conuenire & colloqui. Propriè: quia pax, datio, deditio, conuentio, colloquium, militiæ uer-

Colloquium ba sunt: & inuidiosè sic ait, quasi per eum non accipere liceat dona Thaidem. Et sic pronuntiandum, ut subaudiatur Vel: ut sit, uel dare, uel conuenire, & colloqui: ut inter hostes solet. Sallustius, Quæ pacta in conuentione non præstitissent. Et alibi, Cuius ad uerba uoluntate, colloquio militibus permisso, corruptio facta paucorũ, & exercitus Syllæ datus est. Cõuenire & colloqui. Sic pronuntiandum est, ut quasi dicat. liceat per te miles quod etiã inter hostes, & in bello licet. Dare huic quæ uolumus. Hæc singula, cũ inuidia pronũtiãda sunt.

Perpulchra credo dona.] εἰρωνία de fiducia pulchræ uirginis Nostris similia.] Et his similia, & horũ similia dicimus. Res indicabit.] Scit eunuchi nomen posse cõtemni: & ideo uideri uult potius, q̃ sperari munera sua, id est Chæream. Iubete istos foras exire, quos iussi, ocyus.] Cum fiducia & alto uultu pronuntiat: & festinat. ne occupet miles prius abire, q̃ uideat. Et est ordo, ocyus exire. Procede tu huc.] Bene procede dixit, nõ accede, aut ueni: ut appareat dignitas in incessu. Et callide ab inferiore incipit munere, hoc est à puella ad Chæreã uẽturus: simul ut à uero mãcipio incipiẽs, ad falsum sine suspiciõe trãsiret. Ex Aethiopia est usq; hæc.] Qd? Thais cupiebat. nã supra, Nõne ubi dixti cupere te ex Aethiopia

ancillulam

ancillulam. Vsq; additum, ut longinquitas monstraretur. & hoc est quod facit, Munus nostrum ornato uerbis, quòd poteris. Hic sunt tres minæ.] Callide munus ad pretium reuocauit: ut ad auaritiam conuerteret meretricem: ne officio donantis, & gratia leniretur. & ideo nõ dixit, tribus minis ualet, sed, hic sunt tres minæ: quasi iã uendenda sit. Ex Aethiopia est usq;. Hic ostendit quid sit ex Aethiopia, addendo Vsq;: ut ex longinquitate dignitas muneris ponderetur. & quid erit iam criminis in colore, quãdo ipse dicere gloriatur unde sit? Et mire ab inferiore cœpit, ut αὔξησιν doni faceret in Chærea: & turpi præcedente lenocinium comparat secuturo pulchro. Vsq;, modo aduerbium de loco est: ut, Siculo prospexit ab usq; Pachinno. Vix.] Vix aut difficilè significat: aut non, ut sit, nec hoc. Lucilius, Carcer uix carcere dignus. Vbi tu es Dore?] Tanquã quærat eum ut nomẽ indicet: quo audito magis dissimulet Chæream. Accede huc.] Vultu eo dicitur, quo debuit dicere & dicto æmulorum læsus, & confidentia destitutus, uelut in eo duntaxat conspectu Chæreæ confidens. Hem Eunuchum tibi.] Mirè, postquàm dixit, Eunuchum uelle dixi te, quia solæ utuntur his reginæ: Reperi. Quàm liberali facie?] Non narratiue laudat, sed per interrogationem, quæ maior fiducia est. Quàm ætate integra.] Id est qua florent puberes. ut Virgilius, Atq; integer ævi Ascanius. Ita me dij ament.] Iurauit ideo, ut nõ amore Phædriæ, sed ueritate cogi ad laudandum uideatur coram milite. Honestus.] Pulcher. Virgilius, & lætos oculis afflarat honores. Honestus. Hic subdidit, quod in ancilla prætermisit, quia Aethiopissa honesta dici non potuit. Nunquid habes.] Habes pro inuenisti. Quod contemnas?] Plus est contemnas, quã uituperes. & deest, in hoc: ut sit, nũquid habes quod in hoc contemnas? Tacent? satis laudant.] Taciturnitas, confessionis genus est, præsertim contra aduersarij interrogationem. Ideo tacere hoc, uel quasi laudis argumentum est: quia suprà tacere uituperauit: ideo & ipse sic ait, Quid tu ais Gnatho? nunquid habes quod contemnas? Tacent? satis laudant. Et, Quid tu Thraso?] Quia suprà contempserat puellam.

Fac periculum in literis, fac in palæstra, in musicis.] Si totũ singulariter diceret, esset ὅμοιοτέλευτον, Litera, palæstra, musica. Quæ liberos scire æquum est.] Quondam liberi pueri his artibus eruditebantur. Et est figura ὑπαλλαγή: deest enim, His. Solertem.] Id est disertum. *Solers* Vtrum hæc solertem: ut Horatius, Doctæ sermones utriusq; linguæ. An assumẽdum est His extrinsecus. Solertem. Deest his. Solers, quasi totus ex arte consistens, ut ὅλος ἀρετή, quod latinis uerbis, quasi solus in arte sit. Huic iners contrariũ. Nam solers, quasi ὅλος ἀρετή dictus. ὅλος solum, ut ἓς sex, & ὗς sus dicimus. Ego illum Eunuchũ, si fiet opus, uel sobrius.] Hoc ut militare est, ita importunum præsente Thaide: extra quam miles, si saperet, nihil amatorie contemplari debuit. Sed & hoc accedit ad eius odium: præterq; quòd iam in suspicione est amicæ suæ, quòd fidicinã magis diligat. Et hoc mire, quòd nemo prior Eunuchum esse Chæream, quàm miles, credidit: adeò stultus etiã nomine ipso appellauit. Sed statim stulte miles: primo quidẽ conuicium ipsi eunucho facit: in quo potest iam lædere amicam. deinde attestatur hoc dicto pulchritudinẽ huius muneris. Quid igit? proficit: Satis autem ioculare est, si cogites Chæream esse, qui hæc de se audiat, & tacere cogatur. Vel sobrius. Honesta ὑπαλλαγή, propter mulieris præsentiam. ut Virg. Nouimus & qui te. Et ipse in Heautont. Qui se uidente amicam patiatur suam. Hoc tamen miles coactus à Parmenone dicit, quia reprehensus est tacuisse. Atq; hæc qui misit.] Id est, Tanta munera. hoc enim Hæc significat.

Non soli sibi postulat.] Hoc est, Istum æmulum quòd potes, ab ipsa pellito. Sua causa excludi cæteros.] Nihil potuit dici inuidiosius. Non enim dixit Phædriã, sed cæteros, quasi futuri amatores fuissent, nisi metueretur exemplum Phædriæ. Neq; pugnas narrat.] De scriptio militis: tantũ excepto nomine. Neq; cicatrices.] Insigne fœditatis. Nam apud meretricẽ quid aliud cicatrices ualent? Nam cicatrices etsi semper gloriosæ sint, nõ tamẽ etiam apud meretrices, quibus post pretiũ forma placet. ut Sallust. quoq; fatet, Hæc sunt uirtutis insignia: dehonestamento tamẽ esse corpori maxime lætabat. Neq; tibi obstat.] Qui à te repellat amatores tuos. Quod quidã facit.] Quidã recte. nam & figuratũ, & aptũ sententiæ *Quidam* est, & contemptũ indicat hoc uerbũ. Vbi molestũ nõ erit.] Ad superiora retulit quod nũc dicit: scilicet ad, Nõ sibi soli postulat te uiuere, & sua causa excludi cæteros: neq; pugnas narrat, &c. Vbi molestũ non erit, ubi tu uoles. ad, Neq; tibi obstat: Vbi tẽpus tibi erit. Et mire occupat animũ meretricis, cũ illã huius impulsu inducit facere quicquid dure fecit excludendo Phædriã. Hic igit? qui scit præcepta de beneficijs æstimandis, intelligit oratorie in utrãq; partẽ dicta omnia. Verũ ubi molestum. Vtrũ tibi molestum: an alijs? sed alijs, quia illaturus est. Vbi tempus tibi erit.] Non amatori. Et, ubi tu uoles: non ut nunc in milite pateris.

Vbi tẽpus tibi erit, sat habet si tũ recipit? His dictis & militẽ repulit ab animo meretricis: & cõmendauit adolescentẽ: & perfecit ne iniuria uideat apud Thaidem quod sponte suscepérit Phædriam. Apparet seruum hunc domini esse pauperis.] Tristiores enim sunt serui

pauperum

pauperum,& ob hoc ipſum nequiores.& hoc melius erat:quamuis illud aliter paraſitus ex ponat. Domini pauperis Miſeriq;. Bene additum miſeri:quia nõ continuo pauper etiam miſer eſt. Nam Hercle nemo poſſet.] Secundum illud,Ait aio:approbat paraſitus quod miles dixit. Et eſt ordo, Nam hercle ſatis ſcio,nemo poſſet hunc perpeti, qui haberet qui pararet alium ſeruum. Nam hercle nemo poſſet. Aliam cauſam ſubtiliorem aſſignat paraſitus,quàm quam dixerat miles. Qui haberet qui pararet.] Prius Qui,pronomen:ſequens,aduerbium. Quem ego eſſe puto infra omnes infimos homines.] Multum dixit, infra infimos omnes homines.nam hac ſententia uult illum hominẽ ſeruis etiam eſſe peiorem: quia & ſeruus,homo.ut in Phormione,Seruum hominem cauſam orare leges non ſinunt. Qui huic animum aſſentari induxeris.] Propriè:nam animus inducitur aduerſum obiectas difficultates. E flamma te petere cibum poſſe arbitror.] Vnde ſine damno, aut malo nihil poteſt auferri. E flamma.Hoc intelligit,non ex foco,ſed ex medio igni, uel incendio flammæ.Nam antiquum uerbum eſt,Petere cibum è flamma.mordetq; utrunq; ſimul:ut neſcias quem peius uituperauerit,huiusne famem, aut illius immanitatem, uel uoraginem.Et ſimul uide conuicium redditum unde cõiectum eſt,id eſt de paupertate & egeſtate. Iam ne imus?] Odium Parmenonis,& ſtomachum militis iſta indicat feſtinatio. & Iam,increpatio moræ eſt. Poſt huc continuo exeo.] Legitur & poſtea,& poſt:ut ſit poſt, pro poſtea * quomodo pro poſtremo poſt. Ego hinc abeo.] Conſequens erat ut offenderetur miles tam diligenter riualis munus ſuſcipiente meretrice. Vnà ire amica cum imperatorem in uia.] Vide προπαρασκευὴν futuræ litis inter Thaidem & militẽ. Cum amica.Mirifice amicam dixit,non meretricẽ. Imperatorem in uia. Congrue in militem: quaſi ipſe ſit,ſub quo eſt,& hic ſeruat Parmeno quod ſibi mãdatum eſt,Et iſtum æmulum quòd poteris,ab ea pellito.Et bene mutat nomina,hinc ad honorẽ, hinc ad inuidiã. Hanc, non meretricem,ſed amicam dixit:hunc non militem,ſed imperatorem. Quid tibi ego multa dicam?] Non habuit aliud miles ſtultus:& redit ad illa quæ ſuprà dixit,Domini pauperis miſeriq;. Domini ſimilis es.] Ineptus iocus,in quo ſeruus iniuriæ uice domino comparatur. Quid rides?] Et hoc eo uultu dicitur,quaſi ſibi conſcius ſit miles facete dicti cõuicij.nam non quòd neſciat cauſam riſus,eò interrogat quid riſerit:ſed ideo, ut denuo laudetur. Et illud de Rhodio dictum.] Hoc eſt illud,Eorum ingenia admiror ſimul. Et huic, ut apparet,ſit amicior,ideo facilius ab amica,quàm à paraſito ſeparabitur. Abi,præcure,ut ſint domi parata omnia.] Non dixit quæ,quia intelligitur. Fiat.] Faciã, uel fiet,dicet ſeruus.Liber uerò,fiat:tanquam & ipſe iubeat ſibi. Domi ut ſint parata omnia. ἔλλειψις ὀθόνιον, in qua plus uultu ſignificatur, quàm uerbis. Si Chremes huc forte ad me uenerit.] οἰκονομία ad litem futuram,& exitum fabulæ.Et hoc non audit miles: nam ſi audiret, nimis iraſceret. Ad me adducito.] Modo ubi ſum ſignificat. Quid, quid aliud uolui dicere?] Pro,quid aliud:hinc eſt illud Ciceronis, Quem, quemnam? recte admones. Polycletum eſſe dicebant. Curate diligenter iſtam uirginẽ.] Hæc res eſt quæ faciet uirginem claudi,in lectulo collocari,& obdormire. Curate iſtam diligenter uirginem. Ridiculum, cũ contra cuenturum ſit. Vos me ſequimini.] ὡραῖα πρόσωπα ſunt puellæ quæ ſequuntur.

Inducere animum

Fiat

ACTVS III SCENA III

CHREMES. PYTHIAS

C. PROFECTO quanto magis magisq; cogito, *Senarij Iambici*
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum,
Ita me uideo ab ea aſtutè labefactarier.
Iam tum cum primum iuſſit me ad ſe accerſier·
(Roget quis,quid tibi cum illa?ne noram quidem.)
Vbi ueni,cauſſam ut ibi manerem,repperit.
Ait rem diuinam feciſſe,& rem ſeriam
Velle agere mecum.iam tum erat ſuſpicio
Dolo malo hæc fieri omnia·ipſa accumbere
Mecum· mihi ſeſe dare·ſermonem quærere.
Vbi friget,huc euaſit,quàm pridem pater

Mihi

Mihi & mater mortui eſſent·dico iam diu.
Rus Sunij ecquod habeam,& quàm longe à mari.
Credo ei placere hoc·ſperat ſe à me auellere.
Poſtremò,ecqua inde parua periſſet ſoror·
Ecquis cum ea unà·quid habuiſſet,cum perit·
Ecquis eam poſſet noſcere.hæc cur quæritet:
Niſi illa forte,quæ olim perijt paruula
Soror,hanc ſe intendit eſſe,ut eſt audacia.
Verum ea ſi uiuit,annos nata eſt ſedecim,
Non maior·Thais,ego quàm ſum,maiuſcula eſt.
Miſit porrò orare ut uenirem ſeriò.
Aut dicat quid uolt,aut moleſta ne ſiet·
Non hercle ueniam tertio·heus heus. P.hic quis eſt?
C. Ego ſum Chremes. P.ó capitulum lepidiſſimum.
C. Dico ego mihi inſidias fieri. P.Thaïs maximo
Te orabat opere ut cras redires. C.rus eo.
P. Fac amâbo. C.non poſſum inquam. P.at apud nos hic mane,
Dum redeat ipſa. C.nihil minus, P.cur,mi Chremes?
C. Malam rem abis hinc? P.ſi iſtuc ita certum eſt tibi,
Amâbo,ut illuc tranſeas,ubi illa eſt. C.eo.
P. Abi Dorias,cito hunc deduce ad militem.

PRofecto quanto magis magisq; cogito.] Hæc perſona apud Menandrũ,adoleſcentis ruſtici eſt.& inconſequens oratio eſt:ſed conceditur ſecum loquentibus multa tranſcendere,quæ taciti intelligunt.eſt enim integrum hoc modo,Profecto quanto magis magisq; cogito, nimirum intelligo uel inuenio, quòd dabit hæc Thais mihi magnum malum. Poteſt autem Nimirũ & pro confirmatione accipi,ut nihil deſit:ut ſit nimirum,ſine dubio, pro certo. Nimirum,dabit hæc Thais mihi malum.] Solue nimirum: & fac, non eſt mirum: & ſtatim conſequens erit per ἀσύνθετον tota ſententia,quaſi dixerit,non eſt mirum: & ſubdiſtinctione interpoſita mox intulerit,Dabit hæc Thais mihi magnum malum.nam ni, ne ſignificat:& ne.non.Ni pro ne.Virg.Lethi diſcrimine paruo,Ni teneant.Ne pro non:Plautus, Ne uult inquit.pro non uult. Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum. His uerbis intelligitur ſe ſentire paulatim labi in amorem meretricis,quamuis inuitum, & adhuc retinentem mentem. Roget quis.quid tibi cum illa?] Prius intulit, quam interrogauit. Vt ibi manerem.] Manerem modo,non dormirem,ſed remanerem ſignificat. Et rem ſeriam uelle agere mecum.Scilicet quæ non poſſet nunc agi,cum operetur. An rem ſeriam magis agendam tunc putabat,cum rem diuinam feciſſet? Dolo malo omnia hæc fieri.] Dolus à lædendo dictus,id eſt à dolando,id eſt minuendo.nam & δόλος Græce, læſio dicitur:& dolones tela quædam bellica:& dolare fabri,lignum eſt aſcia cædere.Quòd autẽ addidit malo aut ἀρχαϊσμὸς eſt, quia ſic in duodecim tabulis à ueteribus ſcriptum eſt:aut ἰσόδετον doli eſt perpetuum,aut diaſtole eſt, quia eſt & bonus,quo à medentibus falli ægros,nõ tamen decipi,Lucretius Poeta teſtatur. Accumbere mecum.] Mecum,penes me ſignificat. Mihi dare ſeſe.] Non poteſt magis ſignificari profuſa petulantia. Sermonem quærere.] Sermonem quærimus, quando non ſolum quod dicamus quærimus, uerum etiam quomodo alter nobis reſpondeat,& obloquatur:puta cum deficientibus ſermocinãdi cauſis,quota ſit hora:& ſatis recte quis ualuerit,percontamur. Quam pridem pater mihi & mater mortui eſſent.] Hoc propter ætatem puellæ inquiſitum eſt. Huc euaſit.] Tanquam impudenter contenderit ad hanc inquiſitionẽ. Iam diu.] Iam olim. Et quàm longe à mari.] Hoc ideo meretrix inquiſiuit,ut ſciret utrum rapina prædonibus fuiſſet, quippe ad medi-

Nimirum

Dolus
Dolones
Dolare
Mecum
Dare ſeſe

terraneum locum qui accessus esse potuit piratis? Sed tamen non abhorret à suspicione huius meretricis, quòd & scire uellet cuius precij fundū habeat Chremes, hoc est quàm amorem, uel quàm maritimum. Sperat se à me auellere.] Bono usus est uerbo auellere, tanq; à pertinaciter retinente. Quid habuisset cum perist.] Cum, pro quando. aut, cum periret.

Intendere

Hæc cur quæritet. In gestu, ac uultu id quod restat ostenditur. nam deest, nescio. Hanc se intendit esse.] Proprie intendere est crimen in aduersarium iacere. Maiuscula est.] Dimi nutiue dixit: ut ostenderet utranq; esse primeuam. Misit porrò orare.] Porrò pro postea.

Vt uenirē serio.] Vtrum, ut uenirē serio, an orare serio? Aut dicat quid uult.] Pro quid uelit. In Hecyra, ac uide quàm immerito ægritudo hæc oritur mihi abs te Sostrata. Aut molesta ne siet.] Aut hoc moraliter (nam cui hoc imperat?) aut cum quo hoc agit. Heus heus, hic quis est?] Hæc separatim pronuncianda sunt. nam apparet inter hæc uerba pulsatam ianuam personare. Ego sum Chremes.] Vide quantum distet, ac uaria sit huius rusticitas, Ego sum Chremes: à faceta meretricis disciplina. O capitulum lepidissimū.] Nam rusticū esse statim magis apparebit, ubi dixerit, Rus eo: & Dico Ego Mihi Insidias Fieri. Blādimentum rusticus insidias putat. Rus eo.] Pro potiore negocio rus posuit. & maior negatio est, quàm si diceret, Non huc uenio. Non possum inquā.] Plus est, quàm nolo. Dum redeat ipsa.] Ipsa uel domina, uel ipsa de qua agitur. Nihil minus.] Deest faciam. Malam rem hinc abis.] Hoc aduerbialiter dixit: quemadmodum dicimus domum ibis. Et apparet illum manu tactum esse qui sic irascitur quia dixit Pythias, Cur mi Chremes? quasi dicat, Cur meus? sic indignatus est adolescens. nam ab eo quod est meus, uocatiuus mi facit. Amabo ut illuc transeas ubi ea est.] Vide nō esse ociosum, quòd omnia prætenta sunt potius, quàm res importuna fieret, ut ad militis domum Chremes deduceretur. neq; enim hoc conueniebat personæ bacchiali: quoniam aut in facetum & præter usum, aut importunum: ideo hoc ipsum Doriæ præcepit. Vt illuc trāseas ubi ea est. Vt breuem uiam demonstraret, non eas, sed transeas dixit. Amabo, interiectio est amantis: sic uerbum sonat.

Transire

ACTVS III. SCENA IIII.

ANTIPHO ADOLESCENS.

HERI aliquot adolescentuli coimus in Peiræo, *Iamb.tetra.catal.*
In hunc diem ut de symbolis essemus Chæream ei rei
Præfecimus. dati annuli locus, tempus constitutum est.
Præterijt tempus quo in loco dictum est, parati nihil est.
Homo ipse nusquam est neq; scio quid dicam, aut quid coniectem.
Nunc mihi hoc negoti cæteri dedere, ut illum quæram:
Idq; adeò uisam si domi est. quis nam hinc à Thaide exit?
Is est, an non est? ipsus est. quid hoc hominis? qui hic ornatus est?
Quid illud mali est? nequeo satis mirari, neq; conijcere.
Nisi quidquid est, procul hinc libet prius quid sit scisciţari.

Coire

HEri aliquot adolescentuli coimus in Peræo.] In hoc proloquio insinuatio personæ eius est, cui narraturus est Chærea, quæ à se post scenam facta sunt. Fit autem hoc populi causa, ut spectator auribus accipiat quod subijcere oculis Poeta non potuit. Coimus.] Coimus, consensimus, ac pepigimus: ne sit soloecismus. In Peræo, pro in Peræum. Heri aliquot adolescētuli. Bene inuenta persona est cui narret Chærea: ne unus diu loquatur: ut apud Menandrum. Vt de symbolis essemus.] Plautus in Menæchmis, Minore nunquam fui dispendio. Sed melius Essemus, producta e litera. Præfecimus, id est συμποσίαρχον fecimus. Dati annuli.] Nihil interim de scorto. apparet enim ephebos esse. Præterijt tempus.] Quia tempus cōstitutum est. Quo in loco.] Quia locus constitutus est. Homo ipse.] Quia Chæream ei rei præfecimus. Cæteri dedere.] Cæteri, exceptis me atque illo. Quis nam hinc à Thaide exit?] Causa sciscitandi est admiratio de habitu commutato, & uix agnitus Chærea. Quid hoc hominis est?] Vide an longam narrationem possit audire, qui nōdum amico narrat & iam affectus pendet. Is est, an non? ipsus est.] Vide an potuerit meretricē ignotam hoc habitu atq; ornatu fallere, qui ab Antiphone uix agnoscit. Quid hoc hominis est? Quòd à Thaide ephebus exit. Qui hic ornatus?] Quia eunuchi ueste indutus est. Quid illud mali est? [Quòd timidus egreditur. Quid sit sciscitari.] Sciscitari est occulta magis & secretiora rimari, ac uelle cognoscere, ut, Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phœbi Mittimus.

Sciscitari

ACTVS III SCENA V.

CHAEREA ANTIPHO.

C. NVNQVIS hic est? nemo est. nunquis hinc me sequitur? nemo homo est. *Trochaici tetram. catalect.*
Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium? prò Iuppiter
Nūc est profecto, interfici cū perpeti me possum, *Iāb.tetr.cat.*
Ne hoc gaudium contaminet uita ægritudine aliqua.
Sed neminem ne curiosum interuenire nunc mihi *Senarij acatalectici*
Qui me sequatur * quoquò eam rogitando obtundat, enecet, *al. quiq; iam*
Quid gestiam aut quid lætus sim quò pergam unde emergam ubi siem
Vestitum hunc nactus quid mihi quæram: sanus sim ánne insaniam.
A. Adibo atq; ab eo gratiam hanc, quam uideo uelle, inibo. *Catalecticus*
Chærea, quid est quod sic gestis? quidue sibi hic uestitus quærit?
Quid est quod lætus sis? quid tibi uis? satine sanus? quid me
Aspectas? quid taces? C. ó festus dies hominis, amice
Salue nemo est quem ego magis nunc cuperem uidere, quàm te.
A. Narra istuc quæso quid siet. C. imò ego te obsecro hercle ut audias. *Acata.*
Nostin' hāc, quā amat frater? A. noui, nēpe opinor Thaidē. *Troch.tetr.cat.*
C. Istā ipsam. A. sic cōmemineram. C. quædā hodie est ei dono data *Iāb.acat.*
Virgo quid ego eius tibi nunc faciē prædicē, aut laudē Antipho *Troch.cat.*
Cum ipsum me noris, quàm elegans formarum spectator siem? *Iamb.acat.*
In hac commotus sum. A. ain' tu? C. primam dices scio, si uideris.
Quid multa uerba? amare cœpi forte fortuna domi
†Erat quidā enuchus, quē mercatus fuerat frater Thaidi *e pertinet ad uersum*
Neq; is deductus etiam tum ad eam summonuit me Parmeno *præcedentem*
Ibi seruus, quod ego arripui. A. quid id est? C. tacitus citius audies.
Vt uestem cum eo mutem, & pro illo iubeam me illuc ducier.
A. Pro eunuchón? C. sic est. A. quid nam ex ea re tandem ut caperes commodi?
C. Rogas? uiderem, audirem, essem unà qua cum cupiebam Antipho.
Num parua causa, aut parua ratio est? traditus sum mulieri.
Illa ilico ubi me accepit, læta uerò ad se abducit domum.
Commendat uirginem. A. cui? tibi ne? C. mihi. A. satis tutò tamen.
C. Edicit, ne uir quisquam ad eam adeat & mihi, ne abscedam, imperat.
In interiore parte ut maneam solus cum sola. adnuo,
Terram intuens modeste. A. miser C. ego inquit ad cœnam hinc eo.
Abducit secum ancillas paucas, quæ circum illam essent, manent

Notitiæ puellæ continuo hæc adornant,ut lauet. *Troch.catalecticus*
Adhortor properent dum apparatur,uirgo in conclaui sedet, *Iamb.tetram.*
Suspectans tabulam quandã pictã,*ubi inerat pictura hæc,Iouem *al.ibi*
Quo pacto Danae mississe aiunt quondam in gremium imbrem aureum.
Egomet quoq; id spectare cœpi & quia consimilem luserat
Iam olim ille ludum,impendio magis animus gaudebat mihi,
Deum sese in hominem conuertisse,atq; per alienas tegulas
Venisse clanculum per impluuiũ fucum factum mulieri. *Nisi legas clam me*
At quem deum qui templa cœli summa sonitu concutit. *trum non constat*
Ego homuncio hoc non facerem ego illud uerò ita feci,ac lubens.
Dum hæc mecum reputo,accersitur lauatum interea uirgo. *Catalecticus*
It.lauit.redit deinde illam in lecto illæ collocant. *Trochaicus catalecticus*
Sto expectãs,si quid mihi imperent uenit una,Heus tu inquit,Dore, *Iãb.cat.*
Cape hoc flabellum,& uentulum huic sic facito dum lauamur.
Vbi nos lauerimus,si uoles lauato accipio tristis.

A. Tum equidem istuc os tuum impudens uidere nimium uellem.
Quis esset status,flabellum tenere te asinum tantum.

C. Vix elocuta est hoc,foras simul omnes proruunt se.
Abeunt lauatum perstrepunt,ita ut fit,domini ubi absunt.
Interea somnus uirginem opprimit ego limis aspecto
Sic per flabellum clanculum,& simul alia circunspecto,
Satin' explorata sint.uideo esse.pessulum ostio obdo.

A. Quid tum? C.quid tum fatue? A.fateor. C.an ego occasionem
Mihi ostentatam,tam breuem,tam optatam,tam insperatam,
Amitterem? tum pol ego is essem uere,qui assimulabar.

A. Sanè hercle ut dicis.sed interim de symbolis quid actum est?

C. Paratum est. A.frugi es ubi? domin'? C.imò apud libertum Discum.

A. Perlonge est sed tanto ocyus properemus.muta uestem.

C. Vbi mutem? perij,nam domo exulo nunc metuo fratrem,
Ne intus sit porrò autem,pater ne rure redierit iam.

A. Eamus ad me ibi proxumum est ubi mutes. C.recte dicis.
Eamus.& de istac simul quo pacto porrò possim
Potiri,consilium uolo capere unà tecum. A. fiat.

Erumpo

NVnquis hic est nemo est.] In hac scena,uerba gestum;uultumq; indicant exeuntis: cui obuia persona obijcit,sub cuius occasione spectatoribus gesta narrabuntur. Nunquis hic est nemo est.Nũquis hic me sequitur Duo metuit, ne quis obuius comprehensor occurrat:& ne quis sui persecutor existat. Iâmne erumpere hoc licet mihi gaudium Erumpere quasi actiuum uerbum posuit pro neutrali: ut sit, licétne mihi erumpere hoc gaudium Aut erumpere,quasi exire: Mihi, pro à me. Nemo homo est.] Quamuis per nemo,homo intelligatur:tamen addidit homo, ut ueteres solent, ὡδ ἀρχαϊσμῷ. Erumpere. Vtrum me erumpere,pro emittere posuit An erumpere pro exclamare:ut erumpere uocem dicitur, qui exclamat, nam,Prò Iuppiter, dicturus est. Nunc est profecto tempus.] Ordo & sensus hic est,Nũc est profecto tempus cum perpeti me possum in-

sum interfici.Hoc autẽ cur ipse dixerit,statim subijcit causam. Cur perpeti me possum.] Animaduertẽdum est quòd si Cum,coniuncte legeris,quãdo significat:si separatim, dum significat. Nunc est profecto.Figurate,ac cõiuncte lege sine disiunctione. Contaminet uita ægritudine aliqua.] Mire uitæ crimen ostendit:uelut ipsa sit campus,possessioq; fortunæ instabilis uariorum. Sed neminem curiosum,&c.] Apparatus ad intentionẽ futuræ narrationis dicitur. Qui me sequatur.Id cupit gaudens,quod tristibus molestũ est. nam *Obtundere*
contrà Menedemus grauatur narrare quæ dolet. Obtũdat.] Odiose instet,ac repetat:molestus,& odiosus sit. Enecet.] ὑφωνότερον, quàm enicet. Quid gestiam.] Deest quærens: ut sit,rogitando obtundat,& enecet quærens quid gestiam. Gestire,est motu corporis monstrare quid sentias. Constat autem à pecudibus ad homines esse translatum. Quid gestiam. Gestire proprie est sensum corporis gestu indicare:quod magis brutorum est animalium. Virgilius, Et studio in cassum uideas gestire lauandi. Aut quid lætus.] Propter quid. Vnde emergam.] Proprie dixit emergam,ut ex lustris atq; inhonestis locis, utpote *Emergere*
meretricis domo. Cicero, At ne tum quidem emersisti lutulnte Cæso ex naturæ tuæ sordibus Vestitum hunc nactus.] Bene nactus dixit:ut qui non sumeret,nisi suasisset hæc occasio. Adibo:atq; ab eo gratiam,&c.] Sensus & ordo hic est,adibo,atq; ab eo gratiam hãc *Inire gratiam*
inibo. Gratiam inire,est dare beneficium:ac per hoc alicuius inire gratiam, id est amicitiã. sed hæc est elocutio,gratiam ab eo inibo,pro eius gratiam merebor. Nam Ab eo amat Terentius pro Eius ponere,ut in Andria, Hæc primum animaduertenda ab eo iniuria est.id est eius iniuria.Inire autem gratiam,est mereri gratiam.Plautus,Iniet tamen solidã & grandem gratiam. Quid est quod sic gestis Facete repetit uerba eius interrogationis:ut sciat se iampridem esse præsentem. Quid sibi hic uestitus quærit Facete & figurate dictum est.sic & alibi,ut pernoscatis quid sibi Eunuchus uelit. Quid est quod lætus sis Vide aliud esse gestire,aliud lætum esse. Quid tibi uis πρὸς τὸ Quid mihi uelim. Satin' sanus πρὸς τὸ, Sanus sim,an insaniam. Quid me aspectas quid taces His duabus interrogatiunculis descripsit uultum dicturi. O festus dies hominis.amice salue.] Decet à salu *Festus dies*
tatione incipere luculente dicturum. Illud autem uerisimile est & percussum re noua,& audiendi cupidum immemorem extitisse salutandi. O festus dies. Vtrum quia causa est festi ac læti diei An quia ipse tantus sit quãtus est festus diès O festus dies hominis. Prohomo festi diei. Sic dicitur etiam scelus homo. Ennius, O pietas animi. Quem ego nunc magis.] Bene additum magis:ut his amicis se antepositum intelligat:quos cum optet uidere Chærea,tamen eum magis: adeò ut alijs amicis antepositum neminem cupit. Imo ego te obsecro hercle ut audias.] Bonum compendium ne multa diceret ad commendandum, ut solet narrationem futuram. Imo te obsecro hercle ut audias. Bene cõtulit uerba:ut ex his appareat quid agere uelit. Ille dixit quæso:hic obsecro. Nostin' hanc quam amat frater] Quæritur an uerisimile sit Antiphoni notam esse Thaidem, quam frater ipse nesciuerit. Sed intelligere debemus modo notitiam non uultus, sed famæ positam esse: quam famam potuit ex Phædria & Antipho scire. At uerò aliam notitiam negauerat Chærea sibi fuisse cum Thaide,hoc est uisus,uultus,oris,& corporis. Noui,nempe opinor Thaidem.] Verisimile est hæc scire Antiphonem,qui adeò sit familiaris Chæreæ Et est ordo hic, Noui, *Prædicare*
nempe opinor Thaidem. Opinor Thaidem. Optime & ab illo tacitum,& ab hoc nomen oblatum est:ut appareat quàm nouerit,& quàm possit assequi quæ dicentur. Faciem præ *Laudare*
dicem,aut laudem] Prædicamus,ut res sunt: Laudamus extollendo. Vel prædicamus uoce,Laudamus argumentis. Quàm elegans formarum spectator siem.] Elegans spectator est,qui sit cunctantis,& fastidiosi iudicij:cui non quid placet facilè. Quid ego eius tibi. Ordo hic esse debet. Quid ego eius tibi nunc faciem prædicem,aut laudem Antipho in hac commotus sum,cum meipsum noris quàm elegans formarum spectator siem,ut sit sensus, In hac commotus sum:ille scilicet qui,ut scis,formas solet eligere,ac fastidire pro merito. Spectator.Probator.ut pecuniæ spectatores dicuntur. In hac cõmotus sum.] Non est consequens:esset autem,si diceretur,in hac commotum me scias. Erit ergo ordo,& sensus qui suprà. Primam dices scio.] O fiduciam elegantiæ,& de alienis oculis iudicare.

Quid multa uerba amare cœpi.] Ordine egit nam prius est commoueri:inde amare.Et bene non antè dicit quid aggressus fuerit,nisi amoris mentione prælata: quo cogente nihil est infectum cupientibus. Submonuit.] Leuiter monuit,& recte, quia Arripui dicturus *Submonere*
est.Et totum optime:nam ut non erat boni adolescentis hanc technam reperire: sic ab illo repertam,fuit planè ueri amatoris arripere. Tacitus citius audies.] In oratione solemus corripere extra ordinem percontantes.Et bene celeritatem promisit qua facilè tenetur auditor.Et mire,tanq; sola interrogatio moræ sit. Et pro illo iubeam me deducier.] Iubeam amico dixit,tanquam inter honesta sit quod utile sit. & turpe factum plerunq; perseuerãte

impudentia releuatur. Quid ex ea re tandem?] Transit à reprehensione facti, ad causam ipsius facti. Nũ parua causa, aut parua ratio est?] Sic illata interrogatio est, quasi ad hãc annuere, & uultu consentire Antipho sit coactus. Læta uero ad se abducit domum. commendat uirginem.] Omnia mire, ꝙ læta, quòd abducit, quòd domũ, quòd cõmendat uirginem. Specta singula, & mirare uirtutem Poetæ. hic enim cõmendandus est locus erroris initium continens apud Thaidem. * conuicium. Tibi ne.] Non interrogat, sed miratur. Satis tuto tamen.] Quid hic facit tamen? Vtrum hoc, & si meretrix, tamen satis tuto agit? An, etsi Chereæ: satis tuto tamen: quia nullus accedet alius? Edicit.] Edicimus, * iubemus: uel iure * dictmus. edicta enim, imperatoris sunt. Et mihi ne abscedam, imperat.] Certe nullus uir accedit. Maneam solus.] Remanea, perseuremq; in loco. ac per hoc sim Miser, utpote dono datus, & seruiens meretrici. & est ἐιρωνία. Ego inquit, ad cœnam hinc eo.] μίμησις, ad impudentiam mulieris exprimendam, quæ hoc die erit secura de custode eunucho. Abducit secum ancillas.] Memoriter: nam dixerat abiens, Vos me sequimini. Paucæ quæ circa illã essent.] Relictæ nõnullæ ut lauari possit ea uirgo quæ sub uitij huius occasione nuptura est. hoc enim totum sic inducit poeta, ut non abhorreat à legitimis nuptijs. in ea præsertim quæ uxor futura est. Manent.] Pro remanent, ἀφαίρεσις.

Adornare Nouitiæ puellæ.] ἀδύνατος nouitiæ, & puellæ. Cõtinuo hæc adornant ut lauent.] Hæc pluraliter, pro hæc ut in Phormione, Hæc illæ erant itiones. Adornãt autem, ex medio significatu pro apparant. Dum apparatur.] Impersonaliter dixit, & dum apparatur, pro dum apparetur. & Sedet pro sedebat. Virgo in conclaui sedet.] Conclaue, est separatior locus in interioribus tectis: uel quòd intra eum loca multa & cubicula clausa sint adhærentia triclinio. Suspectans tabulam quandam pictam.] Bene accedit repente pictura ad hortamenta aggrediendæ uirginis: ideo, quia non ad hoc uenerat Chærea ut continuo uitiaret puellam, sed ut uideret, audiret, esset ꝙ unà: cum nihil amplius cogitaret, ausus incitatusq; dum picturam cerneret. Iouem quo pacto.] Mira inuentio, quia hæc pictura domui tribuitur meretricis aduersum omnium pudicitiam amorũ, contra parsimoniam, cõtra dignitatem, contra pudicitiam. Misisse aiunt.] Bene Aiunt: & quia fabula est, & quia tam turpis Ioui, quàm apta meretrici. Quo pacto Danae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.] Quæ aptior pictura domui meretricis ad amatorum illecebras, ꝙ hæc? quæ exemplum continet amoris, & amoris puellæ, & amoris ad Iouem pertinentis: & amoris non grauiti, nec paruo proposíti, sed auro in gremium fluẽte uenalis. Tum quod in gremiũ Danaæ etiam ipse Iuppiter, ut splẽdidus imber illabitur: nónne uidetur meretrix dicere adulescentulis illam corporis partem autore Ioue uelut inauratam fuisse? Imbrem aureum. Non rorem, uel pluuiam, sed imbrem addiderat. ò auaritiam Meretricis. Egomet quoq; id spectare cœpi.] Moris est ad id oculos uertere quod uidemus: & eum quem aspicimus, intueri. Iam olim ille ludum.] Bene, non scelus, sed ludum dixit. Impendio.] Id est magis ma-

Impendio *Ludere ludũ* gisq; luserat. & Luserat ludum, ut Hunc oro sine me furere ante furorem. figura ἀρχαϊσμός.

Deum se in hominem conuertisse.] Philosophice Terentius nunc demonstrauit quã clãdem moribus hominum, & ciuitatibus afferant figmenta Poetarum, cũ exempla scelerum afferãt peccaturis Atq; per alienas tegulas.] Hic apparet Iouem separatim, separatim aurum fuisse pictum. Deum se in hominem conuertisse. Vtrum quia Iuppiter humana forma aurum infundens pictus erat in tabulis, non pro Ioue aurum? An In hominem, id est in hominis audaciam, atq; flagitia? Atq; per alienas tegulas. Satis comico charactere locutus est, & presso stylo. Venisse clanculum per impluuium.] Hæc omnia non ut difficilia fa-

Fucum facere ctu, sed ut humilia & Ioue indigna proferunt, ut merito sequatur, Ego homuncio hoc non facerem, quod non solum non Ioui, sed ne homini quidem, nisi furi, aptum erat? Fucum factum.] Id est, ut fucum faceret, hoc est in sidias & fraudem. Fucum, astutam fraudem, & mulieri pro fœminæ. Qui templa cœli summo sonitu cõcutit.] ab autoritate personæ, ut fit in exemplis. Sonitu concutit. παρῳδία de Ennio. Templa cœli. Sententia tragica: sed de industria, non errore. Ego homũcio hoc non facerem?] Oratorie, ut Iouem extulit, ita detraxit sibi: utputa, Ille est deus, & magnus: ego non homo, sed homuncio. Dum hæc mecum reputo, accersitur lauatum.] Seruauit ordinem nuptiarum: & proprio uerbo, quasi de nuptura dixit Accersitur. ut alibi, Quàm mox uirginem accerso? Nam ipse illam est habiturus uxorem. Dum hæc mecum reputo. Hic ostendit non sibi primũ hæc nũc in mentem uenisse, sed tunc etiam cogitata cũ esset in domo meretricis. It. lauit. redit. συντομία. quia

Accerso solet, utitur. Deinde illam in lecto illæ collocant.] Vide an aliquid deest ita legitimis nuptijs: nam & ipsum uerbum Conlocarunt, proprium est, & ascribitur pronubis. Sto expectans, si quid mihi imperent.] ἐνέργεια. non enim dixit stabam. Expectans, desyderans. Et mire omne tempus executus est salua ueritate, in qua Virgilius negligens inuenitur, cum post occisum

occisum Mezentium, non facta noctis mentione, statim intulit, Oceanum interea surgens aurora reliquit. Cape hoc flabellum.] Præclare non sensim, sed uerba ipsa per μίμησιν induxit, per quam puellaris error exprimitur. Ventulum huic sic facito dum lauamur.] Demonstratiuum, & gestu explicandum. Cape hoc flabellum: & ventulum huic sic facito. Quàm particulatim, cum qua diligentia, & ἐναργῶς iubet, quasi nouitio imperitos? Vbi nos lauerimus.] Vide usum uerbi tam cito uariatum, dum lauamur: &, ubi nos lauerimus. Accipio tristis.] Id est, tristi similis: ut, Nanq; ut conspectu in medio turbatus inermis Constitit. Si uoles lauato.] Quasi satisfacientis est, cum solum illum relinquant cum uirgine. Accipio tristis. Bene tristis, tanquam aliud magis uellet, hoc est lauare, aut luderе: metuit enim ne quod cupit, prodatur gaudio. Os tuum impudens.] Licet iocanti & amico cõuicium iocunde facere. Qui esset status.] Statura, corpori ascribitur: Status, ad habitum refertur. Ergo status est χῆμα: Statura, longitudo corporis. Te asinum tantum.] Quia hoc ministerium, delicatorum seruorum est. Omnes proruũt se.] Verbo neutrali quasi actiuo usus est. Vbi absunt.] Vbi, & tẽporis & loci potest esse. Interea somnus uirginem occupat.] Vtpote compressam somno, & oblectatam flabello, atq; ab Eunucho nihil metuentẽ. Ego limis aspecto.] Limis, si nominatiuus singularis est, transuersus significat: si septimus pluralis, deest oculis. Nam limis, est transuersus: unde limen dicitur quoq; quòd ingredientibus exeuntibusq; transuersum est. Cum igitur dissimulant homines se uidere quod uident, & non recta facie, sed transuersa intuentur: limis dicuntur aspicere. Sic per flabellum clanculum. Sic, ὑστεροῦ est, & necessario additum. nam & limis, & per flabellum sine demonstratione parum intelligitur. Limis aspecto. Cum limi dicantur obliqui generaliter: hoc tamen proprie de oculis dicitur. Pessulum hostio obdo.] Scilicet ut amoueret, arceretq; auxilium uirginis. Quid tum fatue?] Quid enim præter uitium superest, ubi amator est adolescens, & uirgo dormiens & inclusa? Grata explicata narratio est, quã audientis curiositas finit, & cuius in extrema parte maior attentio est. Fateor.] Me fatuũ qui hoc quæsierim, subauditur. An ego occasionem mihi ostentatam, tam breuem, tam optatam tam insperatam.] Vide quanta dixerit: non uoluntatem, sed occasionem: non, animaduersam, sed ostentatam: non hanc, sed tantã: non angustam, sed breuem: non appetitam, sed exoptatam: non repentinam, sed insperatam. Et bene insperatam: aliud enim sibi promiserat, ut suprà diximus, non quod pictura occasioq; persuasit. Tum pol ego is essem.] Eunuchus scilicet. Sane hercle ut dicis.] Deest, ita est. Sed interim de symbolis?] Bene memor est personæ quam induxit, Poeta, per hanc interrogationẽ. Sed interim de symbolis? * Frugi es.] Vtilis, & necessarius: ut fruges humano generi. Frugi est ergo, in quo est aliquid quo fruamur, id est utamur. Discum.] Nomẽ est proprium Discum. Sed tanto ocyus properemus.] Properemus dixit pro ambulemus. Muta uestem.] Hæc οἰκονομία est ad id, quòd in domum Thaidis rediturus est Chærea. Vbi mutem?] Vultũ ostendit quod subauditur, Nescio. Nam domo exulo.] Deest, propè, aut ueluti: ut sit, propè iam exulo. Exulo duobus modis dicitur, & de loco in quo exul est, & de loco ex quo eiectus est. Nũc metuo fratrem.] Causas ostendit, cur domo penitus ueluti exulet. Pater ne rure redierit.] Præparatur iam interuentus senis: & est ἐνύπνια ad superiora. nam & hic Metuo est subaudiendum. Ibi proximũ est.] Hoc est domus mea. Recte dicis, Eamus.] Ipsa uerba quodam modo festinationem sonant, Quo pacto porrò.] Porrò, postea, deinceps.

Exulo

ACTVS IIII SCENA I.

DORIAS.

TA me Dij bene ament quantum ego illum uidi, nonnihil timeo misera, *Iambicus tetrameter catalecticus*
Ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut uim Thaidi. *Troch. catal.*
Nam postq; iste aduenit Chremes adolescens frater uirginis, *Iamb. catal.*
Militem rogat, ut illum admitti iubeat: ille continuo irasci, *Troch. tetra. acatal.*
Neq; negare audere: Thais porrò instare, ut hominem inuitet.
Id faciebat retinendi illius caussa: quia illa quæ cupiebat *Octonarius catal.*
De sorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat. *Troch. catal.*
Inuitat tristis: mansit ibi: cum illo sermonem occipit:

Miles uerò ſibi putare adductum ante oculos æmulum,
Voluit facere contrà huic ægrè. heus inquit, puer Pamphilam *Niſi legas pue re nõ conſtat uerſus*
Iãbicus tetrameter, ſed prima ſyllaba Accerſe, pertinet ad uerſum præcedentem *Accerſe, ut delectet hic nos. illa exclamat, minime gentium·
In conuiuium illam? miles tendere inde ad iurgium.
Interea aurum ſibi clàm mulier demit· dat mihi ut auferam·
Hoc eſt ſigni, ubi primum poterit, ſe illinc ſubducet ſcio.

TAta me Diſ bene ament.] Ea perſona quæſita eſt, quæ terribilem credat militem: & eo magis in experiendo uanus ac ridiculus eſſe poſſit. Ita me Diſ bene amẽt. Hoc loco quid poſt ſcenam geſtum ſit, hoc eſt in cõuiuio militis, ancilla demonſtrat: ut iam quæ in proſcenio agantur, ex his poſſimus agnoſcere. Ne quam ille hodie inſanus.] Illum, & ille inſanus, ſic effertur, ut omnibus inſuauis miles eſſe noſcatur. Nam poſtquàm iſte aduenit.] Inſtanter admonet, qui ſcilicet ſit Chremes.

Militem rogat.] Et hoc quaſi de odioſo, militẽ dixit, non Thraſonẽ. Continuo iraſci.] Vt riuali. Neq; negare audere.] Vt amicæ poſcenti. Inſtare, ut hominem inuitet.] Vide impudentiã meretricis. primũ petit ut iubeat eum admitti: poſtea ut inuitet, quod eſt maius. Id faciebat retinendi illius cauſa.] Admonet ſpectatorem, ne exiſtimet alteri riuali iniuriam fieri Phædriæ. Et ſimul eſt hic ἀπροσδιόνυσον uirginis agnoſcẽdæ, Inuitat triſtis. Manſit ibi.] Adoleſcens ſcilicet. & mãſit, pro remoratus eſt, id eſt accubuit. nec receſſit Manſit ſignificat. Simile eſt, Manſit, paſſus eſt. Sic Chremes manſit, immoratus. conuiua neceſſitate diſceſſit accipiendus eſt. Triſtis.] Inuitus, non libenter. Vt econtrario Virgilius, Vobis lætus ego hunc cãdentem in littore taurum Conſtituam ante aras, uoti reus. Et accipio triſtis, eodem modo Sermonem occipit. Sermonem, colloquium dicit. Adductum æmulum.] Plus dixit adductum, quàm admiſſum, & ſimul quia uidebat furibũdum Chremem, & totum crimen reuocat ad Thaidem. & hæc eſt cauſa cur à milite in eius domo nullam rixã patiatur Chremes. Huic ægre.] Huic Thaidi, non, adducto. Heus, inquit, puer.] Hic oſtenditur quod ſuprà apparatum eſt. Accerſe Pamphilam.] Non, prouoca: ſed accerſe: quia non eſt aptum militi. Vt delectet hic nos.] Quaſi dicat, quòd hæc nõ facit: ſed delectare, fidicinæ eſt: quia ſuprà de illa dixerat, Et fidib. ſcire. Et bene Hic: quaſi inſuauiter nunc tractemur. Illa exclamat.] Non reſpondit, inquit: ſed, exclamat. Minime gentium.] Hoc magis mirum, minime gentium, quàm nuſquam gentium. In conuiuium illam?] ἐμφατικῶς. Vt, Cantando tu illum? Illam. Deeſt, accerſas: & eſt figura ἀποσιώπησις.

Miles tendere.] Proprie dixit tendere, quod ſignificat pertinacẽ cõtentionem. Virgilius, Vaſto certamine tendunt. Inde ad iurgium.] Subauditur, uentum eſt. Interea aurũ ſibi clam mulier demit.] Ne aurum pro uirgine, quòd retinebat, amitteret. uel aurum demit, ut eſſet ad fugam expeditior, uel ad rixam. Et opportune mulierem dixit: non Thaidem: ut oſtenderet malitiã ſexus. Hoc eſt ſigni, ubi primum poterit.] Ad quam rem ſigni? Vtrum hoc eſt ſigni. Quamobrem metuã ne quam ille hodie inſanus turbam faciat, aut uim Thaidi? An hoc eſt ſigni. Vnde ſcio quòd ubi primum poterit, ſe illinc ſubducet. Erit igitur ſubaudiendum ſic. Vnde & Quod: ut ſit, unde ſcio, quòd ubi primum poterit.

Triſtis Sermo

Minime gentium

Tendere

ACTVS IIII SCENA II
PHAEDRIA

DVM rus eo, cœpi egomet mecum inter uias, *Senarij*
Ita ut fit, ubi quid eſt in animo moleſtiæ·
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Peiorem partem. quid opus eſt uerbis? dum hæc puto,
Præterij imprudens uillam· longe iam abieram·
Cum ſenſi, redeo rurſum· male uerò me habens,
Vbi ad ipſum ueni diuerticulum, conſtiti·
Occepi mecum cogitare, Hem, biduum hic

Manen-

Manendum eſt ſoli ſine illa? quid tum poſtea?
Nihil eſt· quid nihil? ſi non tangendi copia eſt,
Eho, ne uidendi quidem erit? ſi illud non licet,
Saltem hoc licebit. certè extrema linea
Amare, haud nihil eſt, uillam prætereo ſciens·
Sed quid hoc eſt, quòd timida ſubito egreditur Pythias? *Trochaicus catal.*

DVm rus eo, cœpi egomet.] Hic nũc cauſa narratur, cur ſtatim in urbem redeat Phædria, qui diſceſſerat abfuturus biduum ad tollendum iurgiũ militis, & imporfune redit. Dum rus eo. Iam tempus eſt reuocandi in ſcenam Phædriam, poſtquàm acta ſunt omnia, quæ illius abſentiam deſyderabant. Cœpi ego met mecum.] Ordo, Cœpi aliam rem ex alia re cogitare. Inter uias.] Figurate, & noue inter uias. Et ea omnia in peiorem partem.] Vtrum ſubaudiatur, cogitare an ibant, aut uergebant, aut quid tale? Dum hæc puto.] Id eſt exiſtimo. ut Virg. Multa putans, ſortemq; animo miſeratus iniquã. Et eſt ἀφαίρεσις, pro reputo. Putamus enim inſtantia: Reputamus præterita. Vbi ad ipſum ueni diuerticulum.] Diuerticulum eſt ubi iter de uia flectitur. & proprie diuerticula dicuntur in uia domicilia, ad quæ de itinere diuertendum ſit. Conſtiti.] Plus eſt nunc ſcientem ſtetiſſe, quàm præterijſſe neſciẽtem. Hem, biduum hic manendum eſt: Interiectio laborantis animi. Biduum ſic pronuntia, ut longum, nimiumq; tempus. Tum deinde Hic, tanquam in loco ſolo, atq; triſti. Soli.] Sine illa, aut ſine alio oblectamẽto? Sine illa. Satis amatorie. Sine illa. Iam cauſa eſt cur biduum gratuetur, loco triſti, cur ſolatium conquirendum. Sunt autem qui idem putent ſoli eſſe, & ſine illa: ut ſine illa ἐξήγησις eius ſit, quod dixerat Soli. Nihil eſt. quid nihil?] Amantium diſputationes intermiſcent quædam conſilia ſanæ mentis, quæ tamen ſtatim reſurgentis amoris fæuitia deuincuntur. Eho, ne uidendi quidem erit?] Eho, ridicule additum: tanquam omnino non ſecum loquatur, ſed cum altero. Saltem hoc licebit.] Bene bis dictum licet licebit: quaſi de re magna loquatur. totum ergo amatorie. Certe extrema linea.] Et hoc reſte: quia quinq; lineæ perfectæ ſunt ad amorem. Prima uiſus, ſecunda loqui, tertia tactus, quarta oſculari, quinta coitus. An ſic dixit extrema linea, quemadmodum dicatur longis lineis quid fieri? id eſt de longinquo. Amare haud nihil eſt.] Amare modo frui amore dicit. Plautus in Bacchidibus, Prius hic adero, quàm te amare deſinam. Et, Sine te amem.

Villam prætereo ſciens.] Sciens quidem, ſed non minus amator quàm prius. Sed quid hoc eſt, quod timida ſubito egreditur Pythias?] Ex his uerbis perſona in ſcenam ueniẽs, & locutura deſcribitur. & Timida, modo ægra, turbata, commota. Plautus, Manum ex mari timide. Et hic ipſe, Vxorem, inquit, Philumenam pauitare neſcio quid dixerunt. Timidum aliud naturale, aliud euentu eſt: ut, Addit ſe ſociam, timidisq; ſuperuenit Aegle.

Inter uias

Putare

Reputare

Diuerticulũ

Eho

Linea extrema

Timidus

ACTVS IIII. SCENA III.
PYTHIAS. DORIAS. PHAEDRIA.

PY. VBI ego illum ſceleroſum miſera atq; impium inueniam? aut ubi quæram? *Iamb. tetra. catal.*
*Hocine tam audax facinus facere eſſe auſum? PH. perij, hoc quid ſit uereor. *Hocine prima pertinet ad uerſum præcedentem*
PY. Quinetiam inſuper, ſcelus, poſtquàm ludificatus eſt uirginem, *Troch. catal.*
Veſtem omnem miſere diſcidit· tum ipſam capillo concidit. *Octona. acatal.*
PH. Hem. SY. qui nunc ſi detur mihi· *Dimeter*
Vt ego unguibus facile illi in oculos inuolem uenefico?
PH. Neſcio quid profectò abſente nobis turbatum eſt domi. *Troch. catal.*
Adibo· quid iſtuc? quid feſtinas, aut quem quæris Pythias? *Iamb. tetram.*
PY. Hem Phædria, egón' quem quæram? abi hinc quò dignus es *Iambici trim.*

Cum do

Cum donis tuis tam * lepidis. PH. quid iſtuc eſt rei? *al. inlepidis*
PY. Rogas me? eunuchum quem dediſti nobis quas turbas dedit. *Iambici tetr.*
Virginem quam heræ dederat dono miles, uitiauit. PH. quid ais?
PY. Perij. PH. temulenta es. PY. utinam ſic ſint, qui mihi male uolũt. *Troch.*
D. Hau obſecro mea Pythias, quid iſtucnam monſtri fuit? *Iamb. quadrati*
PH. Inſanis quî iſtuc facere eunuchus potuit? PY. ego illum neſcio
Qui fuerit. hoc quod fecit, res ipſa indicat. *Trimeter*
Virgo ipſa lachrymat neq; cum rogites quid ſit, audet dicere. *Tetrametri*
Ille autem bonus uir nuſquam apparet etiam hoc miſera ſuſpicor,
Aliquid domo abeuntem abſtuliſſe. PH. nequeo mirari ſatis
Quò ille abire ignauos poſſit longius, niſi ſi domum *Trochaicus tetr.*
Troch. tetr. redundante ſyllaba. Forte ad nos redierit? PY. uiſe amâbo num ſit. PH. iam faxo ſcias.
D. Perij, obſecro tam infandũ facinus mea tu, ne audiui quidem. *Troch. catal.*
PY. At pol amatores audieram eſſe mulierum eos maximos,
† Sed nihil † poſſe uerum miſeræ non in mentem uenerat.
Nam illum aliquò concluſſem neq; illi commiſiſſem uirginem.

† *Si legas poteſſe, Iambicus eſt, & ſic legendum arbitror. Nam & ſequens Iambicus eſt.*

Bi ego illum?] In hac ſcena operæ pretium delectationis eſt ſpectatoribus ex querela ancillæ Thaidis, atque errore Phædriæ. Vbi ego illum? Hoc initio oſtenditur tanquam perſequentem fugientem, progreſſam eſſe perſonam.

Sceleroſus Sceleſtus Sceleroſum.] Sceleroſus eſt multorum: Sceleſtus, uel unius. Sceleroſus, proprie autor eſt ſceleris: Sceleratus, in quo ſcelus ſit conſtitutum, uel commiſſum.

Sceleratus Facinus facere Sceleroſum atq; impium.] Sceleroſum in Thaidem, impium in uirginem. Audax facinus facere.] Facinus facere figura ἀρχαϊσμός. Hoc quid ſit, uereor.] Pro duobus unum dixit, ſcilicet uereor, pro & neſcio, & uereor. Quinetiam inſuper.] Accuſatio facti.

Scelus Scelus. αὔξησις. Plus enim eſt ſcelus quàm ſceleſtus. Vt Lucilius, Carcer uix carcere dignus. Poſtq; ludificatus eſt uirginem.] Argumentum ab his quæ ſunt poſt negocium geſta. Et mire, Poſtquàm ludificatus eſt, diſcidit, dixit: cum ille uidelicet, dum uirgo reluctatur, hoc fecerit. Et mire expreſſit uitium illatum uirgini ab eo quidem, qui uitiare iam poſſet: ſed tamen eiuſmodi adoleſcentulo, cuius propter teneras adhuc uires ad explendam uenerẽ longiore noxa aduerſus uirginem utendum fuit. Nam ideo, præter occaſionem familiæ diſcedentis, tempus, locus, & cætera attributa negocio, etiam ſomnus uirginem opprimens adiuuat Chæream. Et mire ludificatus potius, quàm complexus eſt, aut tale aliquid quod amorem indicaret.

Conſcidit capillo Veſtem omnem miſere diſcidit.] Adeò ut nõ amore fecerit, ſed iniuria. Et uide, ut ex his appareat multum uirginem reluctatam eſſe. Tum ipſam capillo cõſcidit.] Multo melius, q; ſi diceret, capillũ illi cõſcidit. Vt ego unguibus facile illi in oculos inuolem.]

Veneficus Nónne credis Pythiam id cõminari quod à uirgine minus factum ſit? quod, quia puella non potuit. Vnguibus.] Quibus armatur hic ſexus. In oculos. Quaſi amatori. Venefico.] Mutanti homines, & ex uirginibus mulieres facienti. An uenefico, amatori? quia amor, uenenum occultum eſt, ut Virg. Occultum inſpires ignem, fallas q; ueneno. Et, Longumq; bibebat amorem. Abſente nobis turbatum eſt domi.] Aut ſubdiſtinguẽdum eſt, & ſubaudiendum me. aut ἀρχαϊσμὸς figura eſt abſente nobis, pro nobis abſentibus. Pomponius, Sine ergo iſtuc, præſente amicis inter cœnam. Varro in Marcellum, Id præſente legatis omnibus, exercitu, pronuntiat.

Feſtinare Abſente nobis. Cum ſic dicit, pro præpoſitione ponit abſente: ac ſi diceret, coram amicis. Quid feſtinas? Properas, turbaris, & trepidas? Salluſt. Feſtinantibus in ſumma inopia patribus. Egon' quem quæram? Deeſt rogas. Eunuchum quem dediſti nobis quas turbas dedit.] Aut ἀντίπτωσις, ut urbem quam ſtatuo, ueſtra eſt. Aut Quem, eſt interrogatione pronuntiandum: ut ſit, qualem. Eunuchum quem dediſti. Quidam uolunt Quem diſtinguere, quaſi dicat qualẽ: ſed neſciunt hac figura multũ ueteres uſos eſſe. Eunuchũ enim ad dediſti uerbũ, retulit. Nuncergo addit propter aliud ἔξωθεν aſſumendũ extrinſecus, is eunuchus. Nã q̃iens uno nomine, aut, pnomine diuerſæ declinationis enunciationes comprehenduntur, neceſſe eſt quod alteri accommodatum fuerit, ab altero diſcrepare. Quem dediſti quas turbas. Et Quem, & Quas ſic accipe, quaſi dixerit, qualem Eunuchum, & quales turbas. Quid ais?] Hoc admirantis eſt, magis q̃ interrogantis. Temulenta es.] Ebria: à temeto, quo nomine antiqui graue uinum appellabant. eò quòd tentaret mẽtem, id eſt labefactaret. Virg. Tenuiſq; Lagæos Tentatura pedes olim, uincturaq; linguam. Vtinam ſic ſient qui mihi male uolunt.] Bene, nõ ebriam eſſe, in maledictum uertit: quaſi uerò temulentam eſſe, felicitatis ſit. An nõ negat ſe eſſe ebriam, ſed nõ uino, uerum malo ebriam uult intelligi? Mea Pythias.] Mea, & meatu, & amâbo, & alia huiuſcemodi, mulieribus apta ſunt blandimenta. Quid iſtuc nam monſtri fuit?] Quippe monſtrum eſt omne contra naturam. Si igitur eunuchus eſt, & uitiauit uirginem, contra rerum naturam factum eſt, & recte monſtrum eſt. Et ordo eſt, Quid nam iſtuc monſtri fuit? Qui iſtuc facere eunuchus potuit?] Iſtuc facere, honeſtius apud puellam, quàm ſi uitiare dixiſſet: & poteſt uideri aliquid nutu ſignificare. Ego illum neſcio qui fuerit.] ὑπόθεσις. Bene uitiauit eunuchi nomen, ut uitiaſſe uirginem obtinere poſſit. Virgo ipſa lachrymat.] Nunc oſtendit quid fecerit: & oſtendit argumentis. Neq; cum rogites quid ſit, audet dicere.] Quid ſi uerberata eſſet? ſed non puderet queri. Hæc autem iniuria apud uirginem non habet nomen. Bonus uir.] ἰρωνικῶς. non enim iam eunuchus. Nuſquam apparet.] Neſcias utrum fuga eius quæratur, an culpa. ſed conſtat hæc argumenta eſſe, quòd ipſe uirginem uitiauerit. Bonus uir.] Bene uir: quia hoc illum eſſe contendit. Etiam hoc miſera ſuſpicor.] Bene etiam: qui & hoc ſuſpicatur, uirginem uitiatam. Nequeo mirari ſatis.] Bene hic omnes ſuſpiciones ad eunuchum quẽ nouit, reuocat. neſcit Chæream ſiquidem hunc eſſe. Et mira locutio, pro eo quod eſt, neſcio. Nequeo mirari ſatis quo ille abire ignauus poſſit longius. Viſe amabo num ſit.] Domi ſubaudiendum eſt, aut, num ſit quod dicis. Sed nihil poſſe.] Vt uoluntatis rei ſint, non etiam facti. Verũ miſeræ nõ in mentem uenerat.] Non, nihil poſſe eos, ſed amatores eſſe maximos. ad partem enim ſententiæ pertinet quod dicit, Non in mentem uenerat: non ad totũ, quod audiuiſſe ſe dudum. Etiam niſi penitus negatiue conſy derauerit, cõtrouerſia inerit. ſi enim nihil poſſe audieras, quid eſt quod in mentẽ non uenerit ut uitares? Vtrum igitur amatores mulierum eſſe maximos audieras? quod ipſum uitandum fuit. Neq; enim hoc ſatis eſt ad pudicitiam, ſtuprũ uitaſſe, cum impudica fieri uel ſolo oſculo poſſit, quam oñino integram & illibatam uelis. An uerum, nõ erit coniunctio, ſed nomen: ut illud quaſi falſum audierit: hoc autem, quod uerum inuentum eſt, non ipſa ſuſpicata ſit. Nam in mentem uenire, non reminiſci tantũ, ſed etiam cogitare ſignificat. Sic Cicero, In mentem tibi non uenit cauſam publicam ſuſtinere, id eſt non cogitas, non ſuſpicaris. Verum miſeræ. Si uerum pro cõiunctione accipimus, ſubaudiendum erit, amatores mulierum eos eſſe maximos. In mentẽ non uenerat. Non, quod audieram. ſed, quod hic fecit. An non aliud in mentem uenerat: nõ, ſcilicet facturum fuiſſe quod fecit? Non in mentem uenerat. Aut non erat cogitatum: aut non eram recordata. Nam illum aliquo concluſſem.] Mire concluſiſſem dixit, ut ſæuam ferã. ſic alibi, Concluſam hic habet uxorem ſæuam. Neq; illi commiſiſſem uirginem.] Si uel amatorem tantum meminiſſem.

Temulentus Temetum *Mea, Meatu Amabo* *Monſtrum* *Nequeo mirari ſatis* *In mentem uenire*

ADTVS IIII SCENA IIII

PHAEDRIA. DORVS. PYTHIAS. DORIAS.

PH. Xi foras ſceleſte at etiam reſtitas? *Senarij*
Fugitiue prodi male conciliate. DO. obſecro. PH. oh,
Illud uide os ut ſibi diſtorſit carnufex.
Quid huc reditio eſt? quid ueſtis mutatio eſt?
Quid narras? paulum ſi ceſſaſſem Pythia,
Domi non offendiſſem ita iam ornabat fugam. PY. ha,
Bésne hominem amâbo? PH. quid ni habeam? PY. ó factum bene.
D. Iſtuc pol uerò bene. PY. ubi eſt? PH. rogitas? non uides?
PY. Videam obſecro, quem? PH. hunc ſcilicet. PY. quis hic eſt homo?
PH. Qui ad uos deductus hodie eſt. PY. hunc oculis ſuis

Noſtrarum

Noſtrarum nunquam quiſquam uidit Phædria.
PH. Non uidit? PY. an tu hunc credidiſti eſſe obſecro
Ad nos deductum? PH. nanq; alium habui neminem. PY. hau,
Ne comparandus hic quidem ad illum eſt ille erat
Honeſta facie, & liberali. PH. ita uiſus eſt
Dudum quia uaria ueſte exornatus fuit.
Nunc eò tibi uidetur fœdus, quia illam non habet. *Troch. tetram. catalecticus*
PY. Tace obſecro, quaſi uerò paulum interſiet. *Senarij*
Ad nos deductus hodie eſt adoleſcentulus,
Quem tu uerò uidere uelles Phædria.
Hic eſt uetus, uietus, ueternoſus, ſenex,
Colore muſtellino. PH. hem quæ hæc eſt fabula?
Eò redigis me, ut quid egerim egomet neſciam.
Eho tu, emin' ego te? DO. emiſti. PY. iube mihi denuo
Reſpondeat. PH. roga. PY. ueniſtin' hodie ad nos? negat. *Iamb. ſeptem pedum*
At ille alter uenit annos natus ſedecim, *Trimetri*
Quem ſecum adduxit Parmeno. PH. agedum hoc mihi expedi
Primum iſtam, quam habes, unde habes, ueſtem? taces?
Monſtrum hominis, non dicturus? DO. uenit Chærea.
PH. Fraterne? DO. ita. PH. quando? DO. hodie. PH. quam dudum?
DO. modo.
PH. Qui cum? DO. cum Parmenone. PH. norásne eum prius?
DO. Non, nec quis eſſet, unquam audieram dicier.
PH. Vnde igitur fratrem meum eſſe ſciebas? DO. Parmeno
Dicebat eum eſſe: is dedit hanc mihi. PH. occidi.
DO. Meam ipſe *induit: pòſt unà ambo abierunt foras. *induit diſſyllabum eſt*
PY. Iam ſatis credis me eſſe ſobriam, & nihil mentitam tibi? *Troch. catalectici*
Iam ſatis certum eſt uirginem uitiatam eſſe? PH. age nunc bellua,
Credis huic quod dicat? PY. quid iſti credam? res ipſa indicat.
PH. Concede iſtuc paululum. audin'? etiam nunc paululum. ſat eſt.
Dic dum hoc rurſum, Chæream tuam ueſtem detraxit tibi?
DO. Factum. PH. & ea eſt indutus? DO. factum. PH. & pro te huc deductus
eſt? DO. ita.
PH. Iuppiter magne, ó ſceleſtum, atq; audacem hominem. PY. uæ mihi,
Etiam nunc non credis indignis nos eſſe irriſas modis?
PH. Mirum ni tu credas quod iſte dicat: quid agam neſcio. *Iamb. tetram.*
Heus tu negato rurſum poſſumne hodie ex te exculpere *Troch.*
Verum? uidiſti ne fratrem Chæream? DO. non. PH. non poteſt
Sine malo fateri, uideo: ſequere hac, modo ait, modo negat.
Ora me. DO. obſecro te uerò Phædria. PH. I intro. DO. hoi hei.
PH. Alio pacto honeſte quo modo hinc abeam neſcio. *Deeſt ſyllaba, forte nunc*

Actum

Actum eſt ſiquidem. tu me hic etiam nebulo ludificabere?
PY. Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quàm me uiuere.
D. Sic eſt. PY. inueniam *hodie parem ubi pol referã gratiam. *hodie, prima pro*
Sed quid nunc faciundũ cenſes Dorias? D. de iſtac me rogas *ducta, hoc die.*
Virgine? PY. ita, utrũ taceámne, an prædicẽ? D. †tu pol ſi ſapis. *†tu ſupereſt*
Quod ſcis neſcis, neq; de eunucho, neq; de uitio uirginis.
Hac re te omni turba euolues, & illi gratum feceris.
Id modo dic, abiſſe Dorum. PY. ita faciam. D. ſed uideòn' Chremem?
Thais iam aderit. PY. quid ita? D. quia cum inde abeo, iam tum inceperat
Turba inter eos. PY. aufer aurum hoc: ego ſcibo ex hoc quid fiet.

Xi foras ſceleſte.] Iocũdus error, in q̃ non dubitet Phædria ipſum eſſe qui quæritur: uerum inſuper ſic aggreditur tanquam ſit ipſe. Sceleſte.] Quale eſt, ſceleſtum appellari qui nihil ſciat. Reſtitas?] Neceſſario reſtitat, qui miratẽ ſe pro trahi. Fugitiue.] Et ſceleſtum, & fugitiuum increpat, in hunc crimen transferens Chæreæ. Male conciliate.] Opportune adoleſcẽs hic exprobrat munus magno emptũ. Male, magno ſignificat: ut Plautus in Amphitrione, Hæc nox ſcita eſt exercendo ſcorto conducto male. Ergo maſe cõciliate, magno empte ſignificat. nam omnis conuentio, conciliatio nominatur. Conciliatũm ergo, magno emptum. Os ut ſibi diſtorſit.] Et hic memor adoleſcens inſinuandi muneris, dicit illũ os ſibi diſtorſiſſe qui natura ſit pulcher. Os autem dicimus illi diſtorquere, quẽ natura pulchrum deturpamus. Quid huc reditio eſt?] Eleganter ei reditio obijcitur, qui reuera loco ſe nõ mouerit. Quid ueſtis mutatio?] Sic ueteres, Plaut. in Trinummo. Quid tibi interpellatio, Aut in cõſilium huc acceſſio eſt? Cæcilius ἁρπαζομένη, Quid tibi aucupatio eſt argumentum, aut de meo amore uerbificatio eſt patri? Quid ueſtis mutatio? Nam liberi ueſtem habebat, utpote Chæreæ: ſerui uerò atq; eunuchi depoſuerat. Paululum ſi ceſſaſſem Pythia.] Familiare eſt iratis auertere ſe ad aliam perſonam ab ea, in quam commoueantur. Ita iam adornabat fugam.] Vt ſuprà, Adornant ut lauent. Habesne hominem amabo?] Hæc omnia Pythias cernens eunuchũm, loquitur. id enim erit iocundum ut quærat illũ quem uidet. Quid ni habeam?] Quid ni, quid niſi. Hoc eſt, cur non habeam? Vbi eſt?] Dorionẽ contemplata, dicit, Vbi eſt? quia non ipſum, ſed alterum nouit. Rogitas? non uides?] Stomachatur uterq; errans mirifice: illa, quòd eunuchum credidit, Chæream uidens: hic, quòd eunucho obiecit quod commiſit Chærea. Hunc ſcilicet.] Hic iam tangẽs eunuchum, dicit Phædria. Hunc oculis ſuis noſtrum nuſquam quiſquam uidit.] ἀρχαϊσμὸς eſt figura, pro noſtrum, uel noſtrarũm, id eſt quæ familiæ noſtræ ſunt: ut parum ſit non uidiſſe Thaidem, niſi addatur, ne familiarium quidem ullam eſſe, quæ hunc uiderit. Quiſquã. Antiqua locutio eſt. Non uidit.] Totidem, tiſdemq; uerbis repetit. Et interrogatio ſtuporem admirantis oſtendit, & iam ueluti conſentientis. Namq; aliũ habui neminẽ.] Bene, ad illud quod ait, An tu hunc. quaſi ex multis. Hau, ne comparandus hic quidem eſt.] Hau, interiectio eſt conturbatæ fœminæ, nec conſtantis ſibi. Ille erat honeſta facie & liberali.] τῷ ἰδιωτισμῷ Erat, quaſi de mortuo: aut qui non eſt, ſcilicet Thaidi, quia fugit. Honeſta facie & liberali. Commode deſcriptus eſt Chærea. Nunc eo tibi uidetur fœdus.] Facete, uidetur fœdus. non enim eſt. Tace obſecro.] Apte dictum eſt tace, fœmineo ſtomacho, quaſi impudenter aſſiſtenti formæ improbæ, & argumenta inaniter pertinaciterq; inuocanti. Tace obſecro. De cõſuetudine dictum eſt tace. & bene additur obſecro: ne tace ipſum, uideatur iniuria. Quem tu uerò uidere uelles Phædria.] Commota aduerſus Phædriam, cogitur eum laudare, cui irata eſt: & ideo totum callide. Quem tu uerò uidere. Facete, quaſi nec hunc, nec ipſum qui miſit, conſpectum uelit. Quem tu. Quem, talem. & breuiter forma eius laudata eſt: cum prolixius illius ſit deſcribẽda deformitas. Quem tu uerò uidere. Verò, pulchre. Pulcher enim eſt cuius forma, nec odium, nec conuitium commeruit. Lucilius in ſatyra * ex facie florem delegeris. Quem tu uidere. Quare tu? an quia iſta iam non uelit uidere, irata ſcilicet ob uitiatam uirginem? An tu, quaſi ſpectator elegans formarum, & qui amator ſis Thaidis? Hic eſt uetus, uietus, ueternoſus, ſenex.] Sic hoc totum pronuntiandũ, quaſi iraſcatur huic, propter quem laudauerit Chæream. Vetus. mollis, flaccidusq;, & flexibilis corpore, unde & uimina & uimenta, & uites, & uietores dicunẽ. & uiere, religare dicitur:

Reſtitare
Male conciliatus
Hau
Erat
Vetus, Vimina, Vimenta, Vites, Vietores, Viere.

quia uietis uirgis magis religare possumus quidlibet. Lucretius aranęæ dixit uietã uestem, id est putri mollitia præditam. Vetus. Ad uituperationem modo: nõ ad laudem ponitur, ut, Veteris Poetæ maledictis respondeat. Vetus est, cuius diminutiuum est uetulus. Veter nosus, morbo uetere confectus, id est ueterno: quales sunt qui hydropem patiũtur. Et recte.

Veternosus Nam sæpe eunuchi in senecta ueternosi fiunt, & cito hoc laborant morbo. Senex. Ex mor bo ægritudineq́ rugosus. Senex, Vtrum senex? an quia ita uidetur ob deformitatem?

Colore mustelino.] Errauit Terentius, non intelligens Menandricum illud οὗτοσὶ δὲ γαλεώ δης γέρων. ait autẽ Stellionem, animal quod lacertæ non dissimile est, maculoso corio. nanq́ ad id genus coloris, facies exprimitur eunuchorum corporis: quia plericq́ lentiginosi sunt.

Stellio Hinc ergo errauit ideo, quia γαλὴ Mustela dicitur, γαλεώτης Stellio. ὡς καὶ ἀριστοφάνει νηφάλιος. ἤσθην γαλεώτῃ κατακείσαντι σωκράτους. Ego Adesionem sequor, qui recte intellexit, Terentium scien tem, mustelino colore eunuchum dixisse coloratum, uelut subliuido: quia uere eunuchi, aut ex candidissimis lentiginosi fiunt, ut ex Gallis, & huiusmodi occidentalibus: aut ex fuscis,

Nescio subliuidi, ut ex Armenijs, & alijs orientalibus. Vt quid emerim, egomet Nesciam. Pro non meminerim, uel non agnoscam, Eho tu, emin' ego te?] Miro stomacho quod ipse fecit, id ex alio conatur audire: quatenus hæc audiat, an hoc fecerit * dubitatiue. Mihi denuo respondeat.] Hoc est quod in rhetoricis Cicero ait, Contra firmam argumentatio nem, aliam æquè firmam, aut firmiorem opponimus. hæc est autem æquè firma. Denuo autem, ad respondeat pertinet: non ad Iube. Denuo respondeat. Iube uerò. mihi denuo respondeat, intelligendum est. Roga.] Mire utriusq́ fiducia cõfertur, & apud utrunq́ est ueritas, cum uterq́ fallatur. At ille alter uenit.] Bene instat quasi ex parte iam obtinuerit Pythias. Agedum, hoc mihi expedi.] Hæc Plautina sunt, cum in ijsdem longa sit disputa tio: sed mirè à Terentio proferunt ad eius exemplum: & quod est plus, carent Plautinis nu gis. Agedum. Dum παρίλιπον est, & adiuuat ex animo loquentẽ. Tacesc?] Et recte tacet: quia metuit Chæream. Monstrum hominis.] Bene eunucho dictum est monstrum ho minis, hoc est nec mas, nec fœmina existens. Sic & suprà, senem, mulierem dixit. Modo.] Nota modo aperte pro præterito tempore dictum esse, id est iamdudum. nam qui uitiaue rat uirginem, nõ modo, sed longe ante uestem mutauit cũ eunucho Phædriæ. Quicum?] Præpositio Cum his dictionibus supponitur, quicum, nobiscum, uobiscum. Cæteris uerò ita ut ipsum nomen præscribit, præponitur: ut, cum amicis, cum exercitu, cum aduocatis.

Vnde igitur fratrem meum esse sciebas?] Vtpote nouitius: & eum, qui ex Pęræo rarò di scesserit, & longo interuallo ἐπ' ἄκρου uenerit. Et hæ sunt obliquæ interrogationes: quibus uti oratores uidemus, cum deriuare testimonium nituntur. Et ideo sic ait Phædria, ut frustrẽ omnia quæ confessus est Dorus. uult enim fratri esse consultũ. Parmeno dicebat eũ esse.]

Præteriti imperfecti uis Prope infirmatũ testimonium est. quod enim sic ait, Parmeno dicebat eum esse: falsum esse potest. Et mire sic ait, ut, Sola mihi talis casus Cassandra canebat. Sic autem dicimus, quan do non semel, quod factũ fuerit, sed sæpius demonstramus. Iam satis credis me Sobriam? Quia suprà dixit, Temulenta es, & quasi grauem iniuriam hoc dicto passa sit, memoriter dictum retulit: ut, En ego uicta situ. &, Pulsus ego. Iam satis certum est uirginem uitiatam esse.] Ordine ait, cum primum de se, tum de aduersario loquitur. Credis huic quod di cat? A personæ qualitate derogat fidem. nã quid credendum est seruo eunucho fugitiuo?]

Quid isti credam? res ipsa indicat.] Hic à persona, quæ conuincebat, oratorie ad factum se retulit. Concede istuc paululum.] Ad se uersum dicit istuc: ut longè sit à Pythia. Eunu cho enim dicit Phædria. O scelestum atq́ audacem hominem.] Chæream scilicet uel Par menonem. sed sic pronuntiandum est, ut putet ancilla de eunucho dici, hoc ipso quòd præ sto est. ideo illa infert, Væ mihi, indignis nos esse irrisas modis Væ mihi.] Hoc totum, Væ mihi, quidam à Pythia, usq́ ad irrisas modis, dici existimant. Mirum ni tu credas quod iste dicat.] Vtrũ an serua quod seruus? an stulta quod stultus? an fœmina quod eunuchus?

Mirum ni tu. Clare dicit. quidam pressius putant. Heus tu negato rursum.] Rursum, non ad negationem pertinet, sed ad interrogationem: ut sit, rursus interrogatus. Rursus, retro, id est econtrario. ac per hoc contrariũ superioribus dicito. Non potest sine malo fa teri, uideo. Ampliatio, & dilatio quæstionis argumento est nihil constitisse. Adde, quòd pœ

Fateor nam minatur, non tanquam iam incerto, sed falso testi. Deinde ipsum Fateri consyderemus quale sit. Non est testis fateri, sed rei. Hic igitur ut in illum culpã transferat uniuersam, fateri dixit, non indicare: ut ipse, reus, non alieni facti testis esse dicatur. Non potest sine malo.

Sequi Quasi nec hæc fuerit, nec illa cõfessio, in quibus nulla ueritas sit. Sequere hac.] Quasi ad tormenta. Modo ait, modo negat.] Testis aut ab aduersario conuincitur falsitatis: aut à se ipso, si uariauerit dicta. Ergo priora, quia non potuere conuinci, ab inconstantia testis præsi dium defensionis inquisitum est. Ora me.] Hoc lentius: ut sit causa non sæuiendi. Obse

cro te

cro te uerò Phædria.] Bene uerò. nam quia ille dixerat, ut simularet preces: hic annixus Ve rò addidit, ostendens serio se rogare, & ex animo: non ut ille iubebat, dolo. Intro.] Terri biliter, dummodo cum summoueat. Intro. Vtrum intro, domũ ad Phædriam? an ad Thai dem? sed, non oportet ad Thaidem intelligi, ne cælandarum rerum index teneatur. Hoi hei.] Bene hoi hei χετλιασμὸν rusticum posuit: utpote & serui, & nouitij, & est deploratio ab eis sic dicta. Actum est siquidem.] Hoc rursus clarè. & sic dicit tanquam adhuc iratus eu nucho suo. Alio pacto honeste.] Contra officium fuit mentiri docuisse seruum, & adfuisse mendacio liberalem adulescentulum. Sed uide quemadmodum defendatur: dum se men tiri coactum dicit, dum consulit honestati. Hanc autem causam longæ sermocinationis, ad hoc induxit artifex Poeta, ut apud omnes iam certum sit à Chærea uitiatam uirginem, ne ullo errore impediantur ulterius nuptiæ, uel finis fabulæ differatur. Alio pacto honeste. Nullo alio scilicet nisi per hanc fallaciam. Quàm me uiuere.] Deest Magis: ut sit, magis scio, quàm me uiuere. Inueniam hodie pol.] Hæc est προοικονομία ad futurum exitum fa bulæ. nam dum se ulciscitur Pythias, fit indicium patri Chæreæ, & confirmantur nuptiæ.

Vtrum taceámne an prædicem.] Tertium παρίλιπον abundat enim aut Vtrum, aut Ne aut certe hoc fit, ut sit figura τμῆσις Tu pol si sapis, quod scis, nescis.] Non possumus nescire quod scimus. sed ita, ut Concordia discors, & Virg. Sequiturq́ sequentem. De eunucho.] Quid fuerit. Tu pol si sapis, quod scis nescis. Videamus, cur nolit Poeta de uitio uirginis cõtinuo scire Thaidem. utrum, ne improuiso malo uehementius commoueatur, ac doleat? an ut ex eiusdem uirginis habitu, uultuq́ ista cognoscat? quod est actuosius. an, quod pro ximum uero est, ut illam & Thais, & frater ignorãtes uitiatam, animosius aduersus militem defendant repetitum eam uenientem cum tanto strepitu ac minis? Nam quo ore præterea diceret Thais Chrémeti de sororis pudore solicito, Educta est ita ut teq́, illaq́ dignum est: si sciret eam uirginem non esse? De Eunucho. Quòd Chærea sit, non eunuchus. Quod scis nescis. Vnde in Heautont. Nescias quod scis, si sapis. Et hoc est quod ἀκαὸξηλον dicitur.

Quod scis nescis. Prouerbiale est, & multum apud dialecticos tractatum: ut, facio & non facio: & amicus sum, & non sum: & audio & non audio, & cætera huiusmodi De uitio uir ginis.] Quòd iam mulier facta sit. Hac re & te omni turba euolues. Causa quæsita cur an te iurgium cum milite Thais nesciat uitiatam uirginem. Et illi gratum feceris.] Cui, nisi uirgini? cuius crimen, ut suprà, silentio texeris, præsertim tacentis iniuriam suam, & sic do lentis amissam uirginitatem, ut nec confessionem suæ calamitatis subire possit. Id modo dic.] Id pro Hoc, subiunctiuum pro præpositiuo. Thais iam aderit.] Bene dixit, aderit. huic enim aderit Thais. Quia cum inde abeo.] Aliam causam ex alia suppositit: quasi di ceret, uideo causam.

ACTVS IIII SCENA V.

CHREMES. PYTHIAS.

C. At data hercle uerba mihi sunt uicit uinũ quod bibi. *Iamb. tet.*
Ac dum accubabam, quàm uidebar mihi esse pulchrè sobrius.
Postquàm surrexi, neque pes, neque mens satis suum offi cium facit.

PY. Chreme. C. quis est? ehem Pythias, uah quanto nunc formosior
Videre mihi, quàm dudum? PY. certe tu quidem pol multo hilarior.

C. Verbum hercle hoc uérum est, SINE CERERE ET LIBERO FRI GET VENVS,
Sed Thais ante multo uenit? PY. an abijt iam à milite? *Iamb. tetram.*

C. Iam dudum ætatem, lites sunt inter eos factæ maxumæ.

PY. Nihil dixit tum, ut sequerere sese? C. nihil, nisi abiens mihi innuit.

PY. Eho nónne id sat erat? C. at nesciebam id dicere illam, nisi quia
Correxit miles, *quod intellexi minus nam me extrusit foras. *d uidetur elidi*
Sed eccam ipsam. miror ubi ego huic anteuerterim.

Atat Tat data hercle uerba mihi sunt.] Hic semigrauis inducit uino Chremes priorum memor, titubans in præsentibus, ut ferè adpoti solent. At at. Interiectio est paulatim percepti, atq; intellecti mali. Data uerba.] Fraus facta. Data hercle uerba. A milite, an à meretrice, cuius iampridem dolum malum in omni re suspicatus est: an magis à uino, quasi captioso aliquo, data uerba sunt: quia bibere, dulce est: ebrium fieri, turpissimum. adeò his quæ sequuntur, quasi subtilem fraudem ebrietatis inducit. Plautus de uino, Pedes captat primo, luctator dolosus. Vir. de uua. Tentatura pedes olim, uincturaq; linguam. Ac dum accubabam.] Hic uerba data sunt.

Dare uerba

Quàm uidebar mihi esse pulchrè sobrius.] Nihil elegantius. nō dixit uidebar mihi tunc esse sobrius: sed, ut hoc ipsum iam erroris esset, ac uinolentiæ accumulatio, Videbar, inquit, mihi nimiū sobrius. Pulchre. Fortiter, ac nimis. Neq; pes.] Ad incessum. Neq; mens.] Ad facta, ac dicta. Satis suum officium facit.] Bene: non enim omnino non facit, nam hoc insaniet: sed, non satis facit: quod est ebrietatis. Quis est? ehem Pythias.] γναμπτὸς, & satis miro exemplo mutatam credit, postquàm ipse mutatus est. Quanto nunc formosior uidere mihi quàm dudum.] Hoc multum Academicos iuuat, qui aiunt, prout habiti fuerimus, atq; affecti, ita nobis aliud atq; aliud uideri: & ideo nihil certi comprehendi posse.

Pulchre sobrius

Certe tu quidem pol.] Et certe, & pol, hæc dixit, ut appareret hanc uere loqui quæ sobria est: illum uerò ex uino falli. Et honorifice, atq; ut sobria, non dixit temulentior, aut lasciuior, sed alacrior. Verbum hercle hoc,] Verbum, prouerbium: ut idem in Andria, Verbū illud uerum est, uulgo quod dici solet. Sine cerere & libero friget uenus.] Hoc si ad sententiam reuoces, non conueniet ebrio. si ad petulantiam: quam * sic antè dictum est. Nam & improbior factus est: & cum tropice locutus sit, tamē ordinem naturalem seruauit: nam primum cibus, deinde potus, postremo libido uenerea. Friget autem: quia omnis eiusmodi uoluptas in calore sanguinis constituta est, qui his rebus alitur. Et friget proprie, non adhæret: translatum enim hoc prouerbium à picatione uasorum, quæ frigida picem non tenent: cum alia multa meliora sint, ad usum frigida, ut ferrum, argentum, aurum, & cætera huiusmodi: nam sic alibi, Vbi friget, huc euasit. Et uide tres μετωνυμίας Cererem, Liberum, Venerem. Sed Thais multo ante uenit?] Interrogatiue pronuntiandum hoc. Et scias de his interrogationibus hanc ipsam esse, in quibus ita quærimus, ut qui interrogantur, responsuri nobis se nescire uideantur. Iandudum ætatem.] Quia iandudum infinitæ moræ est: addit Ætatem, ut ostendat multum abfuisse temporis ut factum est. Iandudum ætatem. pro longinquo tempore. Lucilius, Vt multos mensesq; diesq;, Non tamen ætatem. Aetatem. Diu: longinquoq; tēpore ac prolixo, ut est ætas. nam sic dicimus de die, & dieculā aliquantulam moram. Nihil dixit tum ut sequerere sese?] Nihil, pro nō. Virg. Deponunt animos nil magnæ laudis egentes. Nihil, nisi abiens mihi innuit.] Apparet quasi iratā discessisse Thaidem à milite, & tamen sic iratam, ut illi ira consilium nō ademerit. Innuit, inquit, cum abiret. Eho nónne id sat erat?] Adeò simplex hic inducitur adolescens, ut à Pythia reprehendi possit. nam quid opus fuit dicere, si innuit? At nesciebam id dicere illam.] Dicere pro uelle, uel significare. Sic alibi, Quasi tu dicas factum id consilio meo. Nisi quia correxit miles quod intellexi minus.] Hoc uidetur facetius & sapientius, quàm dici ab ebrio, rustico, & adolescente debuisset. Hoc uitium tunc fit, cum Poetæ ingenium suum in personas conferunt. Quod intellexi minus. Verisimile hunc tantum extrusum fuisse, non etiā uapulasse: quia miles Thaidi magis, quàm huic irascitur. Miror ubi ego huic anteuorterim. Id est hanc præcesserim, Vbi, in qua parte uiæ.

Aetas
Diecula
Anteuertere

ACTVS QVARTI SCENA VI

THAIS. CHREMES. PYTHIA.

T. REDO equidem illum iam affuturum esse, ut illam à me eripiat: sine ut *Trochaicus tetrameter catalecticus*
Veniat: atqui si illam digito attigerit uno, oculi ilico
Effodientur. usqueadeò ego illius ferre possum ineptias,
Et magnifica uerba, uerba dum sint: uerùm enim si ad rem conferentur,
uapulabit.

al. expecto C. Thais ego iandudū hic adsum. T. ò mi Chreme, teipsum * expectabam. Scin' tu

Scin' tu turbam hanc propter te esse factam? & adeò ad te attinere hanc
Omnem rem? C. ad me? qui? quasi istuc. T. quia dum tibi sororem studeo
Reddere, & restituere, hæc atq; huiusmodi sum multa passa.
C. Vbi ea est? T. domi apud me. C. hem. T. quid est?
Educta ita uti teq; illaq; dignum est. C. quid ais? T. id quod res est.
Hanc tibi dono do, neq; repeto pro illa abs te quicquam pretij.
C. Et habetur, & refertur à me Thais tibi, ita uti merita es, gratia.
T. At enim caue ne prius, quàm hanc à me accipias, amittas Chreme.
Nam hæc ea est, quàm miles à me ui nunc ereptum uenit.
Abi tu, cistellam Pythia domo effer cum monumentis.
C. Viden' tu illum Thais. P. ubi sita est? T. in risco: odiosa cessas?
C. *Militem secum ad te quantas copias adduceret? *al. Militum*
At at. T. num formidolosus obsecro es mi homo? C. apagésis.
Ego formidolosus? nemo est hominum, qui uiuat minus.
T. Atq; ita opus est. C. hau metuo, qualem tu me esse hominem existumes.
T. Imò hoc cogitato, qui cum res tibi est, peregrinus est,
Minus potens quàm tu, minus notus, amicorum hic habens minus.
C. Scio istuc. SED TV QVOD CAVERE POSSIS stultum admittere est.
Malo ego nos prospicere, quàm hunc ulcisci accepta iniuria:
Tu abi, atq; ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forum:
Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac. T. mane.
C. Melius est. T. mane. C. omitte, iam istic adero. T. nihil opus est istis
Chreme:
Hoc dic modo, sororem illam tuam esse, & te paruam uirginem
Amisisse, nunc cognosse: signa ostende. P. adsunt, T. cape:
Si uim faciet, in ius ducito hominem: intellextin'? C. probe.
T. Fac animo hæc præsenti dicas. C. faciam. T. attolle pallium.
Perij, huic ipsi est opus patrono, quem defensorem paro.

REdo equidem illum iam affuturum esse, ut illā eripiat mihi.] Vides ut ex ipsis appareat uerbis, quàm concita, & recens à litigio ueniat Thais. Itaq; nec nominat militem, nec uirginē, sed pronomine utrunq; significat, quasi in medio constituta negocio. Affuturum esse.] Id est aduenturū: ut, Affuit & Mnestheus. Sine ut ueniat.] Quasi dicat, sine * nullis. & comminantis est: ut, Sine modo. Atqui si illam digito attigerit uno,] Moris comminantium est, ad exiguum re uocare commissa quæ se ulturos prædicent. Oculi ilico effodientur.] Et fœmineæ minæ sunt, & in libidinosos quàm maxime, nam hunc suspicatur amatorē esse uirginis. Sic & alibi, Vt ego unguibus facilè illi in oculos inuolem uenefico? In oculos autem maxime sæuire fœminas, & tragœdiæ ferè omnes, & Comœdiæ protestantur. Vsqueadeò ego illius ferre possum ineptias & magnifica uerba.] Non dixit, usqueadeò illū possum amare: sed, quàm insuauis iam diu sit, ostendit dicendo, ferre possum. Et cito ostendit quæ sit amicitia militis. Ineptias inquit, & magnifica uerba. Verba dum sint.] Hoc est, quæ uim non admisceant rerum. Verum enim si ad rem conferentur, uapulabit.] Si discesserit à uerbis: & rem experiri cœperit, uapulabit. Et bona locutio: ut si dicas, uerba ad rem cōtulit, hoc est, agere quod dicebat aggressus est. Ad me? qui? quasi istuc.] Et rusticus, & timidus, & pudens commotus est

Sine
Verba
Verba ad rē conferre

tus est meretriculæ dicto. Hæc atq; huiusmodi sum multa passa.] Mulier facunda meretrix,hæc imputat adolescenti quæ uidit,& alia quibus nõ interfuit. Reddere, restituere.] Propric redditur cupientibus,ut domino seruus:Restituitur cupiẽs,ut patriæ ciuis. Reddi tur,& restituitur cupiens cupientibus,ut parenti filius.Ergo in hac,utrunque est & reddi & restitui. Hem.] Extimuit adolescens cum sororem suam in domo meretricis esse audiuit: cui rei statim ocuurrit Thais. Educta.] Subauditur est. Vti teq; illaq; dignum est.] Bene purgauit quod ex fastu meretricio expectabatur. non inquit,ut me dignum est, apud me est. Quid ais?] Recte, quia mirum apud meretricem liberaliter educatam. Hanc tibi do no do.] Melius dixit,quàm Dono:ut donum placidius uideatur & præstantius. Neq; re peto pro illa quidquam abs te pretij.] Ex eo quod potuit iure facere, beneficium demonstrauit,oratorie dicens serio non esse facturam. Et habetur, & refertur Thais.] Qui habet apud se gratiam, nondum retulit. Retulit qui destitit habere. Multum ergo hic dixit, & habetur gratia, & refertur. Quem sensum transtulit Sallustius in bellum Iugurthinum, Arma, pecuniam sume, utere: & quoad uixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris,semper apud me integra erit. Ne priusquàm hanc à me accipias, amittas Chreme.] Hoc in Comœdia licet more uulgi dicere.Cæterum non potest amitti quod nondum acceptum sit. An quia iandudum sumptum sit? Nam hæc ea est quam miles à me ui nunc ereptum uenit.] Non ad deterrendum,sed ad præparandum animum adolescentis hæc dicit: quem audacem putat, aliter ac res ipsa est. nam mox Thais mutabit orationem: & dicet, Qui cum res tibi est,peregrinus est, Minus potens quàm tu, minus notus, amicorum hic habens minus. Cum monumentis.] Monumenta sunt quæ Græci dicunt γναρίσματα καὶ σπάργανα. Viden' tu illum Thais?] Longe uidere,timoris est indicium. Vbi sita est?] Trepidantes personas immiscuit. In risco.] Cista pelle contecta. nomen phrygium. Quantas copias.] Proprie dixit copias:nam sic dicuntur legiones in unum collectæ. conuenit tamen rudi, & rustico adolescenti sex homines copias dicere,Militem scilicet,Parasitum,Donacem,Syriscum,Simalionem,Sangam. Num formidolosus es mi homo?] Formidolosus,& terribilis,& timidus intelligitur. Apagesis.] Plautus in trinummo, Apage amor.

Atq; ita opus est.] Vt minus formidolosus sis. Metuo qualem tu me hominem existimes.] Videtur ebrius factus hic Chremes iam etiã displicere nolle mulieri. nã iccirco fatetur se timere malam opinionem Thaidis de se. Et metuo qualem me existimes.] Noue dixit:pro,metuo ne ignara sis. Peregrinus est,minus potens quàm tu.] Quàm * postquàm tamen ipsa non eloquitur,quid efficiatur:ex eo quod ait, Peregrinus est, minus potens quàm tu.bene sic dixit:quia tardum fuit dicere,ille impotens,tu potens,&c. Sed tu,quod cauere possis,&c. Ostendere uult Terentius plures sententias ad timiditatem conuenire, quàm ad audaciam.nam & mox dicturus est,Omnia prius experiri, quàm armis, sapientem decet.Quia ex prouidentia timor, ex audacia temeritas prouenit. Admittere.] Fieri sinere.& melius dixit,quàm pati.hoc generale est.nam nũc admittere,pati fieri significat. Malo ego nos prospicere.] Prouidere ne fiat: id est prospicere & cauere. ab eo quod præcedit id quod sequitur. Accepta iniuria.] Hic causa ostenditur,cur illud malit.

Ostium obsera intus.] Pauidi consilium nihil aliud continet post claustra & fugam. nam sera est claustrum ianuæ. Transcurro ad forum.] Transcurro dixit,non,curro:ut proximitatem fori ostenderet. Volo ego.] Quasi minus timeat:cupio non inquit,sed,uolo.

In turba hac.] Vide timidum turbam appellare quam mulier non timet. Melius est.] Fugæ occasionem hic cupit dari. Mane.] Hoc,gestu iam adiuuatur. Omitte, iam isthic adero.] Ex huius uerbis apparet etiam manu comprehensum esse adolescentem. Omitte,iam adero.] Quia causam probari non uidet,celeritatem redeundi pollicetur. Nihil opus est istis.] Istis,utrum aduocatis:an istis omnibus quæ dixisti? Virgil. Aut quid petis istis? Hoc modo,dic sororem esse illam tuam.] Ordine est executus:primo utrum personam habeat,Dic sororem,inquit,esse illam tuam. Vtrum negocium habeat,Et te paruam uirginem amisisse. Cur hodie agat,Nunc cognosce.Et unde probet,Signa ostende. Hæc omnia sic pronuntianda sunt,ut & iusta & factu facilia demonstrentur. Si uim faciet,in ius ducito hominem.Et recte:quia uiolento ciuiliter resisti solet. Fac animo hæc præsenti dicas.] Hæc non dicerentur à Thaide, nisi in illius uultu pauor nimius appareret. Faciam.] Adiuuandum pronunciatione.faciam enim,timide dictum est. Attolle pallium.] His uerbis Chremetis demonstrauit nimium liberaliter pauidi adolescentuli animum. Attolle pallium.Vel quia simplex est,uel quia ebrius,pallium trahit Chremes. Perij,huic ipsi patrono opus est,&c.] Hæc meretricis querela rudem adolescentulum magis & honeste natum,quàm culpandum esse demonstrat.

Reddere
Restituere
Habere gratiam
Referre gratiam
Monumentũ
Riscus
Copiæ
Formidolosus
Apagesis
Admittere
Pati
Prospicere
Sera
Transcurro
Animo præsenti

ACTVS IIII. SCENA VII.

THRASO. GNATHO. SANGA. CHREMES.

THR. HANCINE ego ut contumeliam tam insignem in me accipiam Gnatho? Octonarij
Mori me† satius est Simalio,Donax,Syrisce,sequimini. *In satius elidi-tur s*
Primum ædes expugnabo. G. recté. THR. uirginem eripiam. G. probé.

THR. Male multabo ipsam. G. pulchré. THR. in medium huc agmen cum uecti,Donax.
Tu Simalio in siniſtrum cornu,tu Syrisce in dexterum.
Cedò alios,ubi centurio est Sanga, & manipulus furum? s. eccum adest.

THR. †Quid ignaue,peniculóne pugnare,qui*istuc huc portes,cogitas? *al.istum* *†In Quid elidi-tur d*
S. Egóne? imperatoris uirtutem noueram,& uim militum.
Sine sanguine hoc fieri non posse. qui abstergerem uulnera.

THR. Vbi alij? s.qui(malùm)alij? solus Samnio seruat domum.

THR. Tu hosce instrue hic ego ero post principia inde omnibus signum dabo.

G. Illuc est sapere,ut hosce instruxit,ipse sibi cauit loco.

THR. Idem hocce Pyrrhus factitauit. CH. uide tu Thais quam hic rem agit,
Nimirum consilium illud rectum est,de occludendis ædibus.

THA. Sanè quòd tibi nunc uir uideatur esse,hic nebulo magnus est.
Ne metuas. THR. quid uidetur? G. fundam tibi nunc nimis uellem dari,
Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes facerent fugam.

THR. Sed eccam Thaidem ipsam uideo. G. quàm mox irruimus? THR. mane.

OMNIA PRIVS experiri,quàm armis,sapientem decet. *Troch.catal.*
Qui scis an quæ iubeam,sine ui faciat? G. di uestram fidem,
Quanti est sapere nunquam accedo,quin abs te abeam doctior.

THR. Thais primum hoc mihi responde,cum tibi do istam uirginem,
Dixtin' mihi hos dies soli dare te? THA. quid tum postea? THR. rogitas,
Quæ mihi ante oculos amatorem coràm adduxti tuum?

THA. Quid cum illo agas? THR. & cum eo clàm subduxti te mihi?

THA. Libuit. THR. Pamphilam ergo huc redde,nisi ui mauis eripi.

CH. Tibi illam reddat? aut tu eam tangas? omnium. G. ah quid ais? tace.

CH. Quid tu tibi uis? THR. ego non tangam meam? CH. tuam autem furcifer?

G. Caue sis,nescis cui maledicas nunc uiro. CH. non tu hinc abis?
Scin' tu ut tibi res se habeat? si quidquam hodie hic turbæ cœperis,

Faciam ut huius loci,dieiq́,meiq́ semper memineris.

G. Miseret tui me,qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.

CH. Diminuam ego caput tuum hodie,nisi abis. G.ain' uerò canis? Sicine agis? THR.quis tu homo es? quid tibi uis? quid cum illa rei tibi est? *Videntur Cretici*

CH. Scibis principio eam esse dico liberam. THR. hem. CH.ciuem Atticam. THR. hui. *Troch.acalect.*

CH. Meam sororem. THR.os durum. CH.miles,nunc adeò edico tibi Ne uim facias ullam in illam.Thais,ego eo ad Sophronam Nutricem,ut eam adducam,& signa ostendam hæc. THR. tun' me prohibeas, Meam ne tangam? CH. prohibeo inquam. G.audin' tu? hic furti se allígat.

† CH. †Satis hoc est tibi. THR.idem hoc tu ais Thais? THA. quære qui respondeat.

THR. Quid nunc agimus? G.quin redeamus · iam hæc tibi aderit supplicans Vltró THR.credin'? G.imò certe nouí ingenium mulierum, Nolunt ubi uelis ubi nolis,cupiunt ultró. THR.bene putas.

G. Iam dimitto exercitum? THR.ubi uis. G.Sanga,uti fortes decet Milites: domiq́, foriq́ fac uicissim ut memineris.

S. Iam dudum est animus in patinis. G.frugi es. THR.uos me hac sequimini.

† *Donatus legit,Satis hoc est tibi.& post ais addendum Thais:ubi rursus notata loquentis persona locum fecit errori.*

Contumelia

IAncine ego cõtumeliam.] Hic rursus inepti uanitas militis demonstratur, ad amicam tanquam ad hostilem exercitum pergentis irritato animo, concitato cursu,inclinata chlamyde,trepidi & quatientis caput. Et hæc uerba pro hortatu imperatoris accipienda sunt: quandoquidem omnia de exercitu transferuntur.Contumeliam uerò proprie,& ut miles. Sallustius, Ne qua contumelia,&c. Contumeliam in me accipiam Gnatho.] Apparet Gnahonem & dehortatorem esse certaminis,& ad pocula militem prouocare,maxime cũ uideat persuasisse ista consilia, ut hoc certamen moueretur. Mori me satius est.] Ridicula præsumptio, tanquã aduersus meretricem iurgia nunq́ Thraso sumere ausus esset,nisi morte propósita. Ergo uelut mortis contemptu opus est ad tale prælium. Mori me satius. Tanquam aliter miles aduersus mulierem audere non posset,uel quia nihili,uel quia amator. Mori me satius est. Quasi ille sibi dicat,uel molestum esse certamen,uel amicam non esse lædendam. Tam insignem.] Insignem,ut miles dixit,quia insignia armorum sunt. Simalio.] Et hoc cõcite pronũtiandum est. Sequimini.] Huiusmodi militia per tumultũ repente suscipitur, & dicitur euocatio,ubi dux alloquitur ciues, Qui rempub.saluam uultis,me sequimini. Vnde Virgil.sic ait: Desuetaq́ bello Agmina in arma uocat subito,ferrumq́ retractat. Ipse uocat pugnas, sequitur tum cætera pubes. Primũ ædes expugnabo.] Debet hic esse uociferatio uana ad hoc,& uerbum militis cum quodã motu ingenti,& per immanes minas sine ulla uí rerum. Vanaq́ cõminatio est,uelle ædes expugnare,cum foris sit meretrix. Male multabo. [Vide ordinem belli.Primo expugnatio mœnium.tum recuperatio captarum rerum. demum pœna prædonum. Pulchre.] Postq́ non obtinuit quod uolebat Gnatho,assentatur ad omnia. Vide autem manifestam irrisionem ex ipso genere laudandi. nam quid est in ædium expugnatione recti? quid in uirginis ereptione probitatis? quid in male multanda muliere pulchritudinis? Sed hoc est quod ait suprà de seipso parasitus, Quicquid dicunt, laudo.

Insigne

Euocatio

In medium huc agmen cum uecti, donax.] Mire composita ad contemptum nomina legionariorum

legionariorum sunt.nam Donax, ab arũdine,ueluti sit inanis & fragilis, nomẽ sortitus est. Simalio.] A simio,uel à simia deriuatum est,ob fœditatem oris,uel nasi. Syriscus.] Iam diminutiuum est à Syro. In medium huc. Ridicule satis, armaturas leues non putat aduersus Thaidem idoneas: & ideo agmen cum uecti uult uenire in medium. An ideo cum uecti, quia ad expugnationem uenitur ædium? Tu Simalio in sinistrum cornu:tu Syrisce in dextrum.Hic agmen instruitur.Facetum autem est cum à rebus magnis res ridiculæ deriuentur. Cedò alios.] Non reliquos dixit:sed alios,quasi multi sint. Sanga.] Nec sangarius saltem, ut nomen esset. Manipulus furum.] Manipulus proprie est militis. Cum Romani & Latini sub uno Centurione bellum aggressuri deputabantur, sibi sertum uel coronam ex manipulo herbæ uel huiusmodi conficiebant, quem pro signo sequebantur. Merito ergo Centurionem uidens, manipulum desyderauit: hoc est coquum uidens, conuiuas desyderat:qui apparauerat, quotiens locus affuit, id est conuiuium est constitutum.Alij manipulum furum,coci discipulos dici putant. Eccum adest.] Pro se,ac pro discipulis Sanga. Quid ignaue.] Apparet coquum ad repentinum strepitum sic exisse,ut ad artem suam fuerat expeditus. Egône.] Hæc causa est. Imperatoris uirtutem noueram,& uim militum.] Hoc plus habebit salis,si sic intellectũ fuerit, ut Sanga uno eodemq́ tempore & quærat quid dicat, simulq́ue respondeat,hoc noueram sine sanguine fieri non posse,scilicet ἀπροσδοκήτως Quid igitur si hoc sciebat?] Qui abstergerem uulnera. Quasi hoc fuerit auxilij genus.Quid hoc est?unde uulnera? quorum uulnera? utrum utriusque partis? An,quod magis ridiculum est,suorum? Solus Samnio seruat domum.] Hæc figura παρόμοιον dicitur. Solus Samnio seruat.domum. Vt, Sola mihi tales casus Cassandra canebat. Seruat domi.Pro remanet ut obseruet. Nam seruat domum, rectum erat: non, seruat domi, si custodit intelligeretur. Vel seruat, pro sedet: ab eo quod sequitur, id quod præcedit.nam non seruat, nisi qui prius in eo loco sederit. Qui malum.] Malum, per παρένθεσιν suauiter infertur. Plautus in Epidico, Quæ malum hæc impudentia est? Et non interponitur malum,nisi oculis conuersis ad eum qui id quod reprehendimus, dixerit.Malum,nunc interiectio est. Post principia.] Magnifice ad risum commouendum. nam dicere debuit,post uos.Et hunc locum sibi optimum elegit:ut timidus. Post principia.Militare dictum est.Et ambigunt multi,an in extremo agmine sit hic locus, an in medio. Inde omnibus signum dabo.]Tanquam non omnibus dari possit, si aliunde detur. Ipsus sibi cauit loco.] An loco simpliciter,quia post principia?an loco,in loco,opportune & εὐκαίρως? Terentius in Adelphis,Pecuniam in loco negligere,interdum maximum est lucrum.An,pro de loco. Idem hoc Pyrrhus factitauit.] Irridet quidem Poeta:ueruntamen ostendit officium imperatoris hoc esse,ne se in periculum proijciat. Sic Sallustius,Et in præsijs actu promptus.Et hoc totum, quasi in Palliata: sed concessum Poetis fuit. Pyrrhus autem peritissimus stratagematon fuit:primusq́ quemadmodum ea disciplina per calculos in tabula traderetur,ostendit. Nimirum consilium illud rectum est.] Illud rectum est. Et noua locutio,& superiori similis,Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum. pro, sine dubio,rectum est. Sanè quod tibi nunc uir uideatur esse hic nebulo magnus est,ne metuas.] Figurata locutio,& præterea ὑπέρβατον intermixtum. nam hic ordo est, Sanè hic nebulo est, ne metuas. An hic erit ordo & sensus,ut sit dictum, Ne metuas,sanè qui tibi uir uidetur esse,hic nebulo magnus est.Et recte,nam obterretur adolescẽs, & ætate militis,quòd iam uir est,& magnitudine quòd magnus corpore,quæ utraq́ in illo uana esse, meretrix ut experta denuntiat.Nebulo autem,uel inanis,uel uanus,aut mollis,ut est nebula dicitur. Et hoc εἰρωνικῶς dictum est. Meretrix frustrà metuentẽ corripiens Chremetem, Sanè, inquit, quòd tibi nunc uir uideatur esse.& deest,Non est:ut sit, Non est quod tibi iste uir uideatur esse.hic nebulo magnus est. Sic & alibi, Si te in platea hac offendero post unquã, nihil quod dicas mihi,aliũ quærebã,iter hac habui,periisti. Vt sit,nõ est quod dicas mihi. Quid uidetur?] Non diceret miles si staret in sententia:sed iam uidetur timore mutatus. Quid uidetur? Dubitandi est quod dictum sit:quid uidetur? Ego sanè hoc militem puto dicere, quem paulatim à uiolentis atq́ acribus principijs ad terrorem desidiamq́ perducit timor. Nam primo ipse præcedit,utpote qui dicat, Sequimini. Dũ deniq́ propius deuentũ est, post principia refert pedẽ. Post iam nihil ipse audet,sed quærit consiliũ paraliti. Deniq́,ubi cõminus res gerenda est,dixit Mane,& continet irruentes. Ad postremũ diffisus, nescit quid agat:ad parasitũ spectans, Quid agimus,inquit? Fundã tibi nũc.] Mire parasitus hoc ait:uel quia militem nolle uidet:uel quia audet impugnare,cõsiliũ formidolosum,& aptũ metuenti dedit,subtiliter tamen:nam funda pugnant qui cõminus nõ possunt:& ex occulto,qui nõ audent palàm. Sed honesta causa.nõ quia timeas inquit,sed ut fugiant:tanq́ nisi hostes fugerint,non sit tutũ accedere. Fundã tibi.Non dixit hastã,aut lanceã,sed sagittam, fundam, quæ

Alij

Manipulus

Malum

Nebulo

quæ nimium longe iactatur: ut ex hoc interuallo pauorem ostenderet nō audentis accedere. Et mire tibi: tanquam ipse parasitus nec hoc audeat. Sunt autem qui putent hæc à Thaide ad Chremetem dici. sed male. non enim conueniunt ista meretricis dictis superioribus. nisi quia mouet me, quod Ex occulto dicit: quasi cōstet iamdudū uideri militem, & ipsum non uidisse cum qua pugnaturus sit. Vt tu illos.] Meretricē scilicet cum suis. ut alibi, Nos prius introducant. Facerent fugam.] Deest rursus Vt. sic, Vt facerent fugam. uel ἀσυνδέτως illatum est. Facerent fugam. Desiderat coniunctionem Enim: ut sit, facerent enim fugam.

Vt cæderes.] Pro, cædendo cogeres ut facerent fugam. Sed eccam Thaidem ipsam.] Eccam & ipsam, figura ἐμφάσεως quasi eccam principem belli: & ipsam, contra quam pugnaturus est. Quam mox irruimus.] Hoc parasitus, irridens militem dixit. Et irruere proprie dicuntur, qui cum furore prælium ineunt. Omnia prius experiri quàm armis, sapientem decet.] Animaduerte quantam uim habeant ad delectandum in Comœdijs seueræ sententiæ, cum à ridiculis personis proferūtur: quale est apud Plautum, ubi miles suam formam admirans, ait: Nimia est miseria nimis pulchrū esse hominem. Quàm armis. ἀνακόλουθον, pro, quàm arma. Aut ὑπάλλαξις est, si subaudiamus agere. Et mire nō dixit me: sed, sapientem. quod magis ridiculum est. An quæ iubeam.] Et mire, non uelim: sed, iubeā dixit. iubeam pro uelim: ut, iubeo Chremetem. Dij uestram fidem.] Bona ἀναλογία, qui leuiora laudauerat, hic exclamare iā debet. Et hoc est quod suprà ait, Id rursum si negāt, laudo id quoq; Nam negat rursum male pugnandum esse, qui superius retineri non poterat, quin in prælium uel moriturus irrueret. Dij uestram fidem, Quanti est sapere, nunquā accedo, quin abs te abeam doctior. Mire egit personam admirantis per trinam ἀποστροφὴν ad deos, ut, Dij uestram fidem ad seipsum, Quanti est sapere ad militem, Nunquam accedo, quin abs te abeam doctior. Et ridicule parasitus, nunquam accedo ad te, dixit, qui nunquam recedit.

Quin abs te abeam doctior. Nimis impudens assentatio, se fieri doctiorem ex militis sapientia. Thais primum hoc mihi respondе.] Omissa contentione repetendæ uirginis. nō enim iam puellam, sed pactum exigit, ut amator. Cum tibi do.] Pro, cum tibi darem.

Quid tum postea:] Aut dixi, respondendum erat: aut non dixi. Sed uide contumaciam meretricis in contemptione personæ militis, interrogantem interrogare maluit, quàm per inductionem capi. Rogitas:] Contentionis genus interrogatiue. Quæ mihi ante oculos coràm.] Vtrū significat inepti militis dictum: An ante oculos, minus est quàm coràm: Ante oculos coram. Potest ante oculos, & longe tamen intelligi: Coràm proximitatem significat. Quid cum illo agas:] Omnino meretrix non putat illum idoneum, cui reddenda sit ratio, cuiq; se purget: adeò apud illam amicitiæ eius pertæsum est. Nam errant qui dicunt eam se uelle militi reconciliare. Et cum eo clàm subduxti te mihi.] Inuidiosè, & cum eo: nam ut suprà legimus, exclusit Chremem. Subduxti te mihi. Furtim subtraxisti mihi. Virgilius, Et fidum capiti subduxerat ensem. Libuit.] Superbum est, & meretriciū uerbum. Sic de Chelidone Cicero ait, Libenter ait se facturam. Huc redde.] Idioma est pro contumelia reposcentis. sic & in Hecyra, Renumeret dotem huc: eat. Nisi ui mauis eripi.] Vtrum nisi pro non, & si: ut sit, si non tibi illam mauis eripi. Tibi illam reddat:] Se primū interponit Chremes, ut adolescentulus potuit iam fracto milite. Aut tu illam tangas: omnium.] Ait utrunq; Chremes. nam quia dixit, nisi si tibi mauis eripi, ait, Tu illam tangas: & addidit, Omnium. & est ἀποσιώπησις secunda. sic autem loqui solent plus gestu, quàm uerbis conciti. Tibi illam reddat: aut tu illam tangas: Magna uis in pronominibus, & significatio est. ut, Cantando tu illum: Quid tu tibi uis:] Recte. cum Thaide enim loquebatur, non cum hoc. Ego non tangam meam:] Bene addidit Meam. hinc enim probatur iniuste dictum, Tu illam tangas: Tuam autem furcifer:] Incongrue, ut imperitus adolescens liberum seruilibus conuitijs exagitat. Caue sis, nescis cui maledicas nunc uiro.] Animaduerte parasitum neq; tacere omnino, ne defuisse patrono uideatur: neq; in aliena causa rixam in se transferre. Non tu hinc abis: scin tu ut tibi res sese habeat:] Hoc parasito, illud militi Chremes. Caue sis. Quia imperatiua uerba, sunt contumeliosa: addebant ueteres, sis: quod significat si uis. Scin' tu:] Non parasito, sed militi dicit. Faciam ut huius loci, dieiq;, meiq; semper meminerit.] Mos est magnas esse minas hominū meticulosorū. Specta ergo quàm acriter timidus comminetur. Huius loci, dieiq;, meiq;. Loci, in quo læsus. Diei, quo cæsus. Mei, à quo cæsus. Miseret me tui.] Hic parasitus nunc quasi monitor Chremeti respondet. Qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.] Ne nunc quidem parasitus à militis assentatione discedit. Diminuam ego caput tuū hodie, nisi abis.] Rusticius dixit, caput tuū diminuam, quàm si diceret, diminuam tibi caput. Ain uerò canis:] Hoc uerbo impudentibus inimicis cōuitium fieri solet. nam militare dictum est in hostem, canis: & apud Homerum pro graui cōtumelia in aduersariū dicitur, uelut in illo loco. τιμὴν

Irruere

Subducere
Libuit
Libenter

Sis

Canis

Τιμὴν ἀρνύμενοι μενελάῳ σοίτε λυγρώπα Quis tu homo es: quid tibi uis:] ἐπιτροχασμὸς figura est, ubi multa terribiliter interrogātur. ut State uiri, quæ causa uiæ, quiue estis in armis: Quoue tenetis iter: Scibis.] Non obsequenter, sed figurate dicitur ab irato. Principio eam esse dico liberam.] Quo tollitur, Tuam uideri. Scibis. Et scies, & scibis dicitur post productionem tertiæ cōiugationis. Principio.] In tria diuisit officium defensionis suæ: In assertoris, Principio eam esse dico liberam. In cognitoris, Ciuem Atticam. In fratris, Meam sororem. Et bonus est ordo: libera, ciuis, nobilis. Ciuem Atticam.] Quo etiam negocium potest et fieri qui se pro domino gessit in ciuem. Hui.] Hui, hem, & cætera huiusmodi generis, sanæ sunt aduersus eos quibus irascimur. Meam sororem.] Quo constat præsto esse defensionem puellæ Os durum.] Quasi ex omnibus hoc sit impudentius, quòd & sororem suam dicat. Os durum.] Os impudens: ut contra, mollis frontis dicuntur, qui sunt reuerentes. Nunc adeò edico tibi.] Vt superbè, quasi militi. nam edictum, Prætoris dicitur, & Imperatoris. Miles nūc adeò edico tibi.] Miles, cōtumeliose dixit. De ijs enim est officijs, quæ suo nomine contumeliosa censentur: sicut in Adelphis, Delibera hoc, dum ego redeo, leno. Ne uim facias ullam in illam.] Seruauit præcepta meretricis: adeò ut meminerit, Si uim faciet, in ius ducito hominem. Ego eo ad Sophronam.] Hoc lentius à Thaide Chremeti. Prohibeo inquam.] Non satis exercitate adolescens totidem uerbis dictum repetit militis. Audin' tu hic furti se alligat.] Gnatho occasionem finiēdi litigij iamdudum quærit ob desyderium mensæ & cibi: & ideo quasi de iure consilium suggerit, hunc reum militis esse posse, qui paratus est alienam rem suam dicere, & id in iure profiteri, hoc est apud Prætorem. Ergo furti se alligat, id est reum se efficit fraudis. Nam μεταληπτικῶς furtum pro omni fraude, & dolo accipimus, & iniuria. Alligat. Astringit, illaqueat, & obnoxium facit. Omne igitur quod fraude fit, furtum est. Sic Virgilius, Furta paro belli, id est insidias. Et, Dulcia furta, id est adulteria. Omne malum factum, Quæ quis apud superos furto lætatus inani Distulit in seram commissa piacula noctem. Furtum duobus modis dicitur. uno, cum omne maleficium generaliter significatur. altero, cum res surrepta demonstratur. Nunc ergo furtum, maleficium est. Satis hoc est tibi.] Ad repetendam scilicet uirginem, sumēdamq; iniuriæ uindictam. Quære qui respondeat.] Et contempsit interrogantem: & indixit inimicitias professione iracundiæ, cum dixit indignum militem. Idem hoc tu ais. Id est hoc quod Chremes, & tanquam Chremes. Et ipsam circunuenturus interrogat, quod illa intelligens malitiose ait, Quære qui respondeat. satis contumeliose: illud enim quæritur quod difficilè reperitur. Ergo non modo indignus es, inquit, cui ego respondeā: sed uix inuenies qui te dignum responso iudicet. Quid nūc agimus:] Vide ut euanuerit actio militis. Primo dixit, Omnia prius experiri quàm armis sapientem decet. Post, Idem hoc tu ais, Thais: Et postremo, Quid nunc agimus: Et Quid nunc agimus, Consilium quærentis est.

Quid nunc agimus? Languidi atq; defessi est. Quid nunc agimus: Vbi est illud quod ait, Primum ædes expugnabo, &c. Sed uani impetus hunc exitū semper accipiunt. Quin redeamus. Quin, modo imò. Non abeamus, inquit, sed redeamus: ut irritos conatus uno uerbo ostenderet. Credin'?] Ex parte consentit qui sic interrogat. Credin' Credere, dubitantis est: Certum esse, fidentis. Vbi nolis, cupiunt ultro:] Plus intulit spei, no reuocando uerbum quod expectabatur, hoc est uolunt: sed cupiunt. Ergo uariauit non enim intulit, uolunt ultro. Bene putas.] Hoc est, recte putas, sapis, uel intelligis. Virgilius, Multa putans, sortemq; animo miseratus iniquam. Vel conijcis. Vel putas, disputas. Vel putas, cogitas. Iam dimitto exercitum.] Dimitti exercitus dicitur, uel pace facta, uel uexatis hostibus. Ridicula ergo magnificentia uerborum est, cum sint facta deformia. Sanga, ita ut fortes decet milites, domiq; foriq; facinoriosissim memineris.] Vt mire in coquum, qui focum curat in domo. quia milites hi fortiter pugnant, qui sunt memores domorum. Vide ergo quàm utrunq; comicum. Ad ineundum prælium, resq; bellicas Donax primus est. ad res domesticas, Sanga qui coquus est. Domiq;, foriq;, Domi & foci, genitiui sunt. Cæcilius, De cora domi. Plautus, Quanquam domi cupio, operiar tamen. Iandudum animus est in patinis.] Hic aperuit causam Poeta cur & inuitus Gnatho iret ad litem, & libens domum rediret. Frugi es.] Vtilis, & necessarius. à frugibus, quæ quod his fruamur, dictæ sunt. Inde fructus & frumentum. Frui autem, est uesci, à frumine quæ est summa pars gulæ: à qua re, etiam his quæ nec cibo nec poculo sunt, frui dicimur, κατάχρησις utpote rebus uenereis, & delectatione odoris, uisus, auditus, & cæteris.

Scibis

Hui, Hem

Os durum
Mollis frontis homines
Edictum

Alligat se furti

Furtum

Quærere

Dimittere exercitum

Fruges
Fructus
Frumentum
Frui

ACTVS

ACTVS QVINTI SCENA I

THAIS. PYTHIAS

T. PERGIN' ſceleſta mecum perplexè loqui? *Senarij*
Scio, neſcio abijt audiui ego non adfui.
Non tu iſtuc mihi dictura aperte es, quidquid eſt?
Virgo conſciſſa ueſte lachrymans obticet.
Eunuchus abijt quamobrem? quid factum eſt? taces?
P. Quid tibi ego dicam miſera? illum eunuchum negant
Fuiſſe. T. quis fuit igitur? P. Iſte Chærea.
T. Qui Chærea? P. iſte ephebus frater Phædriæ.
T. Quid ais uenefica? P. atqui certò comperi.
T. Quid is obſecro ad nos? aut quamobrem adductus eſt? P. neſcio,
Niſi amaſſe credo Pamphilam. T. hem miſera occidi
Infelix, ſi quidem tu iſtæc uera prædicas.
Num id lachrymat uirgo? P. id opinor. T. quid ais ſacrilega?
Iſtucine interminata ſum hinc abiens tibi?
P. Quid facerem? ita ut tu iuſti, ſoli credita eſt.
T. Sceleſta, lupo ouem commiſiſti? diſpudet,
Sic mihi data eſſe uerba. quid hominis illic eſt?
P. Hera mea *tace obſecro. ſaluæ ſumus. *Niſi legas bis tace, uerſus non conſtat*
Habemus hominem ipſum. T. ubi is eſt? P. hem ad ſiniſtram, uides
Ne? T. uideo. P. comprehendi iube, quantum poteſt.
T. Quid illi feciemus ſtulta? P. quid faciam, rogas?
Vide amâbo, ſi non cum aſpicias, os impudens
Videtur. T. non eſt. P. tum quæ eius confidentia eſt.

PErgin' ſceleſta mecum perplexe loqui?] Nunc demum uirgo uitiata eſſe cognoſcitur à Thaide, opportune, poſtquàm magnopere & defenſa eſt, & retenta. Nã ſtatim conſequentur nuptiæ eius, & Chæreæ qui illam uitiauit. Perplexe loqui. Ideo perplexe, quia ſtatuerat crimẽ uirginis cælare. Scio, neſcio abijt: audiui.] Mire ex dictis omnibus pauca decerpit: & oſtẽdit quid perplexe dixerit: & ſtomachum ſæuientis expreſſit. Scio.] Flere puellam. Neſcio.] Vitiatam. Abijt.] Eunuchus. Audiui.] Domi hoc admiſſum. Ego non adfui.] Cum hæc fierent. Acriter irato rum eſt, ea repetere quæ proxime dixerint quibus iraſcuntur. ut, En ego uicta ſitu, ueriq; eſfœta ſenectus. Non tu iſtuc, &c.] Non eſt hæc interrogatio. Virgo conſciſſa ueſte lachry
Tacere mans obticet.] Hæc omnia rixam eſſe ſignificauerant. Virgo obticet. Tacemus cõſilia. ut,
Reticere Nec tacui demens. Reticemus dolores: ut, ne uerere, ne retice. Obticemus quorum nos pu-
Obticere det: ut in Phormione, Heu quidnam obtices? Eunuchus abijt.] Non Chærea, ſed eunuchus: non fugit, ſed abijt dixit. Quamobrem? quid factum eſt? taces?] Hæc ἀσύνδετα inſtantis dominæ uultum habitumq; demonſtrant. Quis fuit igitur?] Hæc cunctatiue pronuntiãda ſunt: aut quia inuita indicat, aut dubitat de nomine ignoti: aut trepidat per timo-
Ephebus rem: aut, ut non uideatur affuiſſe, cum fuerit factum: aut quia non libenter dicat eius nomen cui iraſcitur. Sed ego agnoſco ancillarum conſuetudinem, quæ obliuioſæ ſunt. Iſte ephebus.] Ephebus nomen, ad ætatem retulit, non ad facinus commiſſum. Ephebus.] Cito oſtendit, cur iſte Eunuchus creditur. Quid ais uenefica? Redit rurſum ad iracundiam. aptum conuicium & comicum in ancillas, uenefica, lupa, uipera, & ſacrilega, &c. Quid is obſecro ad nos.] Non rogãtis eſt Obſecro, ſed dolentis. Niſi amaſſe credo Pamphilam.]

Deeſt

Deeſt quòd: ut ſit, niſi quòd. Num id lachrymat uirgo?] Vt ſuprà, Id uerò ſerio triũphat: pro ob id. Id opinor.] Callide Pythias opinor dixit, cum ſciat. Quid ais ſacrilega?] αὐξησις. nam primo ſceleſta, deinde uenefica, poſtremo ſacrilega. Iſtucine interminata ſum?] Satis moraliter, Iſtucine interminata ſum, pro, num iſtuc tibi comminata ſum? Iſtucine interminata ſum hinc abiens tibi? Apparet hæc poſt ſcenam eſſe mandata. nam ſuprà non meminit: ſed dixerat, Tamen hos prius introducam: & quæ uolo ſimul imperabo: poſtea continuo exeo. Ita ut tu iuſti, ſoli credita eſt.] Dixerat enim prius Chærea, Edicit ne uir quiſquam ad eam adeat, & mihi ne abſcedam imperat. Iuſti:] συγκοπὴ καὶ μεταπλασμὸς, pro iuſſiſti. Sceleſta, ouem lupo commiſiſti. Bene dilatum tot occaſionibus prouerbium, perſonæ Thaidis aſcriptum eſt: continet enim fœmineam reuerentiam, & meretricium ſenſum. reditq; rurſus ad minora conuitia: quia uidet ſe eſſe conuictam. & eſt prouerbium, Ouem lupo commiſiſti. Sic mihi data eſſe uerba?] Videtur plura fuiſſe dictura, niſi ſuperueniſſet Chærea. Quid hominis illic eſt?] Per genitiuũ caſum iniurioſe dicitur: per nominatiuum honorifice. Quid hominis illic eſt? Non continuo agnoſcit hunc hominẽ meretrix: quia *Quid homi*
etſi adhuc eunuchi ueſte indutus eſt: attamen exuit ſpadonis inceſtum: uultum, habitumq; *nis eſt*
mutauit: & præter ueſtem, totus in Chæream rediit. Hera mea tace obſecro.] Blande, ac puellariter arridet. Tace.] Non ſilentium indicentis eſt, ſed ſecuram facientis, ut, Tace, ego met cõueniam ipſum. Habemus hominem.] Mire hominem dixit, ut reum. Iube comprehendi.] Pro comprehende. Iube enim uelle ſignificat. Et quantum potes.] Deeſt cito.

Quid illi faciemus?] Subauditur, comprehenſo. Quid faciam rogas?] Moraliter expreſſit puellæ ſtupentis uerba, & non habentis quid reſpondeat ad ea quæ dicta ſunt. Vide amabo, ſi non cum aſpicias, os impudens uidetur.] Mire ab eo quod reſpondere cœperat, ad aliud tranſit, mirata confidentiam Chæreæ. Non eſt impudens inquit, non eſt ſimilis impudenti. Sic alibi, Seueritas ineſt in uultu, atq; in uerbis fides. *Os impudens*

ACTVS QVINTI SCENA II.

CHAEREA. THAIS. PYTHIAS.

P. APVD Antiphonem uterq;, mater & pater, *Iambici trimetri*
Quaſi dedita opera domi erant, ut nullo modo
Introire poſſem, quin uiderent me interim
Dum ante oſtium ſto, notus mihi quidam obuiam
Venit ubi uidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam deſertum: inde item
In aliud, inde in aliud ità miſerrimus
Fui fugitando, ne quis me cognoſceret.
Sed éſtne hæc Thais, quam uideo? ipſa eſt hæreo.
Ah, quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?
T. Adeamus bone uir. Dore ſalue. dic mihi,
†Aufugiſtin'? C. hera, factum. T. ſatin' id tibi placet? *Prima aufugiſtin pertinet*
C. Non. T. credin' te impune abiturũ? C. unã hanc noxiã. *ad uerſum præcedentẽ.*
Mitte ſi aliam unquam admiſero ullam, occidito.
T. Num meam ſæuitiam ueritus es? C. non. T. quid igitur?
C. Hanc metui, ne me criminaretur tibi.
T. Quid feceras? C. paululũ quiddã. †T. eho paululũ impudens? *al.* PY *Niſi legas paulũ, uerſus non conſtat*
An paululum hoc tibi eſſe uidetur, uirginem
C. Vitiare ciuem? C. conſeruam eſſe credidi.
P. Conſeruam? uix me contineo quin inuolem in
Capillum monſtrum, etiam ultrò deriſum aduenit.

T. Abi hinc insana. P.quid ita ueró? debeam
Credo isti quidquam furcifero, si id fecerim:
Præsertim cum se seruum fateatur tuum?
T. Missa hæc faciamus. non te dignum Chærea
Feciſti: nam si ego digna hac contumelia
Sum maximè, at tu indignus qui facerés tamen.
Neq; ædepol quid nunc consilij capiam scio
De uirgine istac: ità conturbasti mihi
Rationes omnes, ut eam non possim suis,
Ita ut æquum fuerat, atq; ut studui, tradere:
Vt solidum parerem hoc mihi beneficium Chærea.
C. At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam
Fore Thais: sæpe ex huiusmodi re quapiam, & ex
Malo principio, magna familiaritas
Conflata est. quid si hoc quispiam uoluit deus?
T. Equidem pol in eam partem accipioq; & uolo.
C. Imò ita quæso. unum hoc scito, contumeliæ
Non me feciſſe causa, sed amoris. T.scio:
Et pol propterea magis nunc ignosco tibi.
Non adeò inhumano ingenio sum Chærea,
Neq; tam imperita, ut quid amor ualeat, nesciam.
C. Te quoq; iam Thais, ita me Di bene ament, amo.
P. Tum pol tibi ab istoc hera cauendum intellego.
C. Non ausim. P.nihil tibi quidquam credo. T.desinas.
C. Ego me tuæ commendo, & committo fidei.
Nunc ego te in hac re mihi oro ut adiutrix ſies.
Te mihi patronam *cupio Thais: te obsecro. *al.capio
Emoriar, si non hanc uxorem duxero.
T. Tamen si pater. C.ah, quid? uolet, certò scio:
Ciuis modo hæc sit. T.paululum operiri er
Si uis: iam frater ipse hic aderit uirginis.
Nutricem accersitum ijt, quæ illam aluit paruolam.
In cognoscendo tute ipse aderis Chærea.
C. Ego uerò maneo. T.uis ne interea, dum is uenit,
Domi operiamur, potius quàm hic ante ostium?
C. Imò percupio. P.quam tu rem actura obsecro es?
T. Nam quid ita? P.rogitas? hunc tu in ædeis cogitas
Recipere posthac? T.cur non? P.crede hoc meæ fidei.
Dabit hic aliquam pugnam denuo. T.ahu, tace obsecro.
P. Parum perspexiſſe eius uidere audaciam.
C. Non faciam Pythias. P.non pol credo Chærea,

Niſi si commissum non erit. C.quin Pythias
Tu me seruato. P.neq; pol seruandum tibi
Quidquam dare ausim, neq; te seruare apagete.
T. †Adest optimè ipse frater. C.perij hercle, obsecro — In *Adest* prior syllaba pertinet ad uersum præcedentem
Abeamus intro Thais: nolo me in uia
Cum hac ueste uideat T.quamobrem tandem? an quia pudet?
C. Id ipsum. P.idipsum, uirgo ueró. T.I præ, sequor.
Tu istic mane, ut Chremem introducas, Pythias.

APud Antiphonẽ uterq;.] Rediens in uiciniam suam, causam reddit Chærea, cur non mutauerit uestem. Oportuit aũt, & de necessitate argumenti fuit, Chæream non mutasse uestem: ut cum meretrix uirginem à Chærea uitiatam audiret, & cum cũ turpi habitu incedentem intueretur, eum reum uitiatæ uirginis putaret. Apud Antiphonẽ dixit, pro in domo eius. Vterq;, pater & mater.] Non, uterq; pater, & utraq; mater, sed uterq; parens: quia pater & mater. Quasi dedita opera domi erant.] Non tam mirũ, si domi erant: sed illud magis mirũ, quòd in ea domus parte qua in ædes introeundum erat adolescentulo. Vt nullo modo introire possem.] Superius causa cõtinetur cur nõ mutauerit uestem. Inferius autem cur huc redierit. Quin uideret me.] Quin modo pro quo minus. Dum ante ostium sto.] Antiphonis scilicet.

Apud Antiphonem
Vterq; parẽs

Notus mihi quidam obuiam uenit.] An notus, qui me posset agnoscere? an qui me nouerit, id est amicus? Quantum queo.] Deest uelociter. In angiportum.] Vide illum nõ uitasse sub una clausula bis In dicere, in pedes, in angiportum. Angiportum dicebant uicum non peruium, uiam publicam. In angiportũ quoddam desertum. Deest fugiens. Ita mi ferrimus fui fugitando.] Id est fatigatus, lassus, & languidus sum dum fugio. Et honesta locutio est: ut, miser amando, miser currẽdo. Ne quis me cognosceret.] Nota improprie dictum pro agnosceret. Sed est ne hæc Thais quam uideo?] Iampridem ipse uisus, nunc primum uidet. Hæreo.] Incertus remaneo, atq; defigor. Primus metus adimit consiliũ: sed re cogitatio reddit confidentiã. Quid mea autem?] Colligit se rursus ad impudentiã Chærea. & uide si non eadem est audacia in Chærea, quæ in suscipiendo facinore fuit. & ἀλλαχῶς, quid mea autem? Quid faciet mihi?] Opportune se confirmauit: quia si extimuisset, & fugisset, nihil nuptiæ promouerentur. Bone uir Dore.] Hoc totũ figurate dicit, ut Meretrix, & subtiliter. Nam scit Chæream esse quem alloquitur, nõ eunuchũ. Et hic magna occasio datur Meretrici adeundi adolescẽtis qui habitũ non mutauit, & adhuc quasi eunuchus, & seruus est. Bone uir Dore salue.] Maior obiurgatio est per hanc dissimulationem Thaidis aduersus Chæream, quàm si illum id, quod est, appellet. Hera, factum.] Non potuit subtilius respondere Chærea, q̃ accõmodare se interrogãti. Satin' id tibi placet?] Hoc potest & non figurate dici, sed aperte. Vnã hanc noxiã mitte.] Trisyllabo nomine noxiam dixit, quasi noxam. Alibi aliter, Dominam dixit extra noxam. Si aliam unquam admisero, occidito.] Verba seruorum, quibus nihil horribile est post præsentes plagas. Et nõ, cædito: sed, occidito: & non, alias dixit, quasi illa * dixerit adhuc irrisor es uti fugitiuus.

Noxiã
Noxa

Num meam sæuitiam ueritus es?] Vt fugeres. Hanc metui ne me criminaretur tibi.] Perfecte imitatus est uerba fugitiuorum, quæ apud dominos faciunt comprehensi. Vitia re ciuem.] Bene intulit ciuem: quòd plus est quàm uirginẽ uitiare. αὔξησις gradatim facta.

Conseruã esse credidi.] Locus erat ut diceret, Seruam esse credidi: sed admirabiliter conseruã dixit, & hoc ipsum, miserabiliter pronuntiandum est: tanquam miserabiliter crediderit conseruam esse quæ ciuis erat: atq; eam quasi conseruã uitiare debuerit. Conseruã?] Opportune stomachabat Pythias facta mentione conseruæ Vix me contineo quin inuolem in capillum.] Minæ istæ proprie fœminarum sunt, & in se, & in alios unguibus sæuientium. ut. Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis. Sed inuolem, ab auibus tractũ est: ut apud Virgiliũ, Prædam pedibus circumuolat uncis. Ergo hoc gestu, & dicto, & corporis motu est adiuuandũ. Inuolem in capillum. Apparet more ueterũ intonsum esse. Etiam ultro derisum aduenit.] Mire nunc addidit accusationem, quòd non saltem fugeret. Debeam credo isti quidq̃ furcifero.] Subauditur Vero. aut εἰρωνικῶς pronũtiandum est. Sanè debere dicimur pœnas pro iniuria, ei cui iniuriam fecerimus, quas se non debituram Chæreæ ut furcifero dicit Pythias, si illi cædẽ intulerit in seruili habitu cõstituto. Si id fecerim.] Si inuolauerim in capillum eius. Missa hæc faciamus.] Hæc scilicet iocularia, & futilia.

Inuolare in capillum

Non te dignum Chærea feciſti. Artificioſe meretrix ab eo quod licuit, ad id quod opor-
tuit tranſit: nec tractat quid ſit legitimum, ſed quid honeſtum. Itaq; totam illam partem fa-
cti accuſandi omittit: & ab accidentibus perſonæ adoleſcẽtis, obiurgat. ſcit enim uno uerbo
obſtari poſſe, Licuit mihi in domo meretricia ſcilicet: ne uideatur irrationabilis audacia illa
ingenui à Poeta inducta eſſe. Non te dignum. Dignum, pro digne. aut deeſt facinus: ut ſit,
non te dignum facinus feciſti. Mira accuſatio mixta laudi, & blandimento. Nam ſi ego di-
gna ſum.] Deeſt &, ut ſit ordo, Nam etſi maxime. Et bene additum eſt maxime, ut appareat
quod etſi digna pati ſit Meretrix: nõ tamen maximè digna pati Thais eſt. At tu indignus
qui faceres tamẽ.] Recte dixit. quatuor eñ ſunt modi in huiuſmodi rebus: ita ut aut uterq;
dignus ſit, aut uterq; indignus: aut alter dignus, alter indignus: aut contrà. Neq; ædepol
quid nunc conſilij capiam ſcio de uirgine iſtac.] Intelligit Thais amari uirginem ab hoc: &
ideo ſic ait, ut concilìet nuptias: nam ſatis ſigni eſt, quòd Eunuchi habitũ propter hanc ſum
pſit. Et uide quemadmodũ ad captionẽ nuptiarum res eant: quod tamen dicere non audet
Thais: ſed oſtendit adoleſcenti coniecturis, quem tentat, ſciens amantem uirginem: & uiam
oſtendit petendæ ſibi uxoris. Hoc mihi beneficiũ Chærea.] Blande nomen repetitum eſt,
Chærea. At nunc dehinc ſpero.] Nunc iam Chærea uera ueris æquiparãs, recedit à iocu-
laribus. Sæpe ex huiuſmodi re.] Hoc eſt turbulenta. Quæpiã.] Quæcunq;, uel aliqua.
Deus uoluit Quid ſi hoc uoluit quiſpiam deus?] Pleraq; repentinis impulſionibus nata, mirisq; pro-
uentibus, deo aſcribi ſolent: ut, Deſcendo, ac ducente deo flammã inter & hoſtes Expedior.
Et, Hinc me digreſſum ueſtris deus appulit oris. Et Salluſt. Vt tanta repente mutatio non ſi-
ne deo uideret. Quid ſi hoc quiſpiam uoluit deus? Vult amorẽ intelligi deum. Equi-
dem pol in eã partẽ accipioq;, & uolo.] Vt æterna inter nos ſit gratia: & ex malo principio
cõpleatur magna familiaritas: Et uolo.] Euenire ſubauditur. & eſt σύμπλοκη tertia. Imò
ita quæſo.] Vtrum meretricem, an deos quæſo? utrunq; enim accipi poteſt. Vnum hoc ſci-
to. ſcio.] Vnde hoc ſciat Thais inepte quæritur, cum ipſa res clamet nunquam hanc condi-
tionem ſubiturum Chæream, ut pro Eunucho etiam ſeruo, ſe fingeret, ſine amoris impulſu.
Nunc ignoſco tibi.] Quòd culpa non ſit hominis, ſed amoris. Non adeò inhumano in-
genio ſum.] Hoc eſt immitis non ſum, quantũ putas: ut, Non obtuſa adeò geſtamus pecto-
ra Pœni. Neq; tam imperita.] Id eſt, non experta. Vt quid amor ualeat, neſciam. Non in
humana, quia homo: non imperita, quia meretrix. Et neq; tam imperita inquit: quaſi dicat,
Neq; tam pudica ſum, ut quid amor ualeat, neſciam. Te quoq; iam Thais.] Bene Quoq;:
non enim iam hanc ita amat, ut negligat illam: ſed hanc illius cauſa. Pol tibi ab iſto hera
cauendum.] Facete. tanquã qui ſoleat capillum & ueſtem eius cõſcindere, quam amauerit.
Auſim Non auſim.] Pro, non audebo. & eſt uerbũ huius temporis tantum. Non auſim. Vtrum
propter ætatem? an propter fratrem tuũ Phædriã potius? Nihil tibi quicq;.] παρέλκει quar-
Deſinas tum. aut nihil, pro non. Deſinas.] Pro eo quod eſt deſine. aut deeſt fac: ut ſit, fac deſinas.
Commendare Ego me tuæ commendo & cõmitto fidei.] Satis amatorie, ut appareat nunc maxime ca-
Committere ptum Chæream, ac mancipatũ uirgini. Cõmendamus nos cognitis: Cõmittimus ignotis.
Ergo αἴξησις eſt maioris officij, fideiq; circa Thaidem. Te mihi patronam cupio.] Te ad-
iectum, uim habet, & ex animo ſupplicantis habitũ adoleſcentis oſtendit. Emoriar, ſi non
hanc uxorem duxero.] Vide amatorem adoleſcentulum, cui in ipſo flore nihil dulcius uita
eſt, ipſam deſpicere, ſi ſibi uxor non datur. Tamen ſi pater.] ὑπόθεσις, aut ἀποσιώπησις ſecun-
da Quid? ah uolet, certo ſcio.] Quid? deeſt dicat. ſed iſta omnia ad confirmationem ua-
lent. Ciuis modo hæc ſit.] Mire hic in uotum conuerſum eſt, quod timere potuit non du-
Verò cturus uxorem. Paululum operirier ſi uis, iã frater ipſe hic aderit uirginis.] Adeò cito pro-
bari poteſt. Ego uero maneo.] Modo uerò, conſentientis eſt aduerbium: aliàs cõfirmãtis:
aliàs cõiunctio: aliàs particula ironiam iuuans: ut, Egregiam uerò laudem, & ſpolia ampla
refertis Tuq; puerq; tuus. Domi potius operiamur, quàm hic ante oſtium.] Nõ ignara il
lecebrarum meretrix, non ſolum Chæream retinet, uerum etiam uocat, ubi uirgo eſt. & ſa-
tis callide interrogat, an uelit: quaſi neſciat uelle. Imo percupio.] Amatorie, non uolo, ſed
percupio. Hunc tu in ædes.] Pronomen in his plus ualet, q; accuſatio. Hunc tu in ædes
cogitas. Mire, cum illa iam uelit, cogitas dixit, uolens ut recogitet Cogitas in ædes recipe
re poſthac? Per ancillæ uerba uult oſtendere quàm ſit tractandorum adoleſcentium perita
meretrix. Poſthac.] Poſt hoc factũ, poſt hanc audaciã. Crede hoc meæ fidei.] Puellari
ter dixit, meæ fidei. Dabit hic aliquã pugnã.] Pro ſtupro. ut, At non in Venerẽ ſegnes, no
cturnaq; bella. Vt, Vereturq; bella, & ingẽs facinus. Vt Lucilius, Vicimus ò ſocij, & magnã
Dare pugnauimus pugnam. Dabit autem, proprie pro inducet: ut, Magnam dabit ille ruinam.
Ahu tace obſecro.] Ahu interiectio eſt perturbatæ mulieris: ut apud Græcos ἰοὺ. Parũ
perſpexiſſe uidere eius audaciam.] Parum εἰρωνία eſt. Et non ſenſiſſe, ſed perſpexiſſe dixit:
utiam

ut iam non ſit experienda illius audacia, quæ ſit perfecte cognita. Non faciam Pythias.]
Bene & moraliter appoſitum, Pythias. Non pol credo Chærea, niſi ſi cõmiſſum nõ erit.]
Ioculariter, ut ille Pythias, dixit: ita hæc, Chærea. Quin Pythias.] Iterum nomen uultuo
ſe eſt additum. Quin pro imò. Neq; pol ſeruandum tibi quicquã dare auſim.] Totũ gar-
rule & geſticuloſe: ut puellam cùm adoleſcentulo fabulari uideas. Adeſt optime ipſe fra-
ter.] Optime, opportune. Et non eſt additum, cuius frater: utpote in re manifeſta. Nolo
me in uia cum hac ueſte uideat. Subtiliter adoleſcens, quia nihil profecerat dicendo, per-
cupio: inuenit cauſam qua ſtatim ingredi poſſit. Quamobrem tandem?] Pro tamen. In
terrogatio hæc increpationem continet impudentiſſimi facti. An quia pudet?] Hæc inter
rogatio, irriſionis plena eſt in eum quem nihil pudet. Idipſum. Hoc ueluti moleſto uultu
dicitur: adeò ut imitetur dictum, uultumq; eius Pythias. Virgo uerò.] Verò εἰρωνικῶς. nam *Verò*
εἰρωνία eſt, ut, Egregiam uero laudem. Virgo.] Quaſi qui minime pudicitiæ ſtatum, ac ue-
recundiæ uirginalis, ueneretur. I præ, ſequor.] Manifeſtum eſt cur Meretrix docta capien
dorum iuuenum, præire uelit Chæreã, & in cõſequendo ipſa ſit tardior. uult enim liberum
ſine arbitris cum puella eſſe colloquium, & licitum amorem. Niſi forte putamus Terẽtium
hæc ſine cauſa feciſſe, qui ſit artificioſiſſimus Poeta. nam nẽq; ipſa ingreditur cum Chærea,
neq; ingredi ſimul permittit Phædriam. Tu iſtic mane ut Chremem introducas.] Relicta
eſt Pythias ob multas cauſas: & in primis ut poſſit per eam deluſus Parmeno pauore ſuo
ſenem compellere ingredi ad meretricem, & præſentem fieri ad confirmandas nuptias.

ACTVS QVINTI SCENA III.

PYTHIAS. CHREMES. SOPHRONA.

P. QVID, quid uenire in mentem nunc poſſit mihi, *Senarij*
Quidnam? quî referam illi ſacrilego gratiam,
Qui hunc ſuppoſuit nobis? c. moue uerò ocyus
Te nutrix. s. moueo. c. uideo, ſed nihil promoues.
P. Iámne oſtendiſti ſigna nutrici? c. omnia.
P. Amâbo quid ait? cognoſcitne? c. ac memoriter.
P. Bene ædepol narras: nam illi faueo uirgini.
Ite intrò iandudum hera uos expectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere
Video? uide ut ocioſus ſit: ſi dis placet.
Spero me habere, qui hunc meo excrucíem modo.
Ibo intrò, de cognitione ut certum ſciam.
Pòſt exibo, atq; hunc perterrebo ſacrilegum.

QVid, quid uenire in mentẽ,] In hoc loco cogitantis diſputatio eſt apud ſeipſam
Pythiæ quatenus Parmenonem dolo poſſit ulciſci. Quidnam?] Sic Cicero,
Sed earũ rerum artificem, quem? quemnam? recte admones. Polycletũ eſſe di-
cebant. Qui referã.] Qui, quomodo, uel ut. Qui hunc ſuppoſuit nobis?] *Subducere*
Proprie ſuppoſuit. nam ut ſubduci dicuntur quæ nolumus amittere, ita ſuppo- *Supponere*
ni quæ nõ deſyderamus. Sic Plautus, Ei pro ſcorto ſupponẽ hircus unctus nautea. Mo-
ue uerò nutrix.] Verò, pro interiectione poſuit ſtomachãtis. Video: ſed nihil promoues.] *Verò*
Hinc eſt illud Virgilianum, Illa gradum celerans ſtudio properabat anili. Scilicet non re ce
lerabat, ſed ſtudio. Promoues.] Proficis. Amabo quid ait? cognoſcit ne?] Exhibitũ ſpe- *Promoueo*
ctatori eſt quid poſt ſcenam geratur, id eſt agnitio puellæ. Ac memoriter.] Plus intulit q; *Memoriter*
interrogabatur. nam magna ſunt ſigna in quibus anilis memoria non errat. Ac memori-
ter. Reſponſionis breuitas attulit compendiũ perquirenti, ne plura interrogaret. Nam illi
faueo uirgini.] Quaſi dicat, illi faueo, nõ Chæreæ, & ſimul cauſa eſt cur illum ulciſci cupiat:
quia ſcilicet multum illi fauet. Virum bonum.] εἰρωνία Eccum Parmenonem incedere
uideo.] Res odio dignior, nouitate ſcilicet inceſſus. Vide ut ocioſus ſit.] Inuidet illi ſecuri
tatem, quem ſollicitum redditura eſt: non enim ulla alia erit uindicta pòſt, præter iſtã. Vi-

de ut ocioſus ſit. Vultu dicit,& geſtu eum eſſe ſecurum. Et mire Poeta lætum deſcribit, ut re/
Si Dis placet. pente oſtendat eſſe commotum. Si dis placet.] Proprium eſt exclamãtis propter indigni
Spero me ha/ tatem alicuius rei. Spero me habere.] Pro habiturã. aut ſpero pro credo, more ſuo. Meo
bere modo.] Id eſt, ut uolo. Ibo intrò, de cognitione ut certum ſciam.] Eleganter defatigare Par
Modo meo menonem non neceſſarium putat, ſed ex occaſione. Nam poſt eum dicit ſe ire intro: exitura autem, ut ipſum in timorem conſiciat.

ACTVS V. SCENA IIII.

PARMENO, PYTHIAS

PA. REVISO quidnam Chærea hic rerum gerat. *Senarij*
Quòd ſi aſtu rem tractauit, Dij uoſtram fidem
Quantam,& quàm ueram laudem capiet Parmeno.
Nam ut omittam, quòd ei amorem difficillimum,&
Cariſſimum ab meretrice auara uirginem
Quam amabat, eam confeci ſine moleſtia,
Sine ſumptu, ſine diſpendio. tum hoc alterum
Id uerò eſt quod mihi puto palmarium,
Me reperiſſe, quo modo adoleſcentulus
Meretricum ingenia,& mores poſſet noſcere:
Mature ut cum cognorit. perpetuo oderit.
Quæ dum foris ſunt, nihil uidetur mundius,
Nec magis compoſitum quidquam, nec magis elegans:
Quæ cum amatore ſuo cum cœnant, liguriunt,
Harum uidere ingluuiem, ſordes, inopiam,
Quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atq; auidæ cibi:
Quo pacto ex iure heſterno panem atrum uorent:
Noſſe omnia hæc, ſalus eſt adoleſcentulis,
PY. Ego pol te pro iſtis dictis & factis, ſcelus,
Vlciſcar ut ne impunè in nos illuſeris,

Aſtu REuiſo quidnam Chærea, &c. aſtu.] Pro aſtute. modo aduerbium eſt: aliàs no/
men: ut, Iam in aſtu uenit. Dij uoſtram fidem.] Modo non inuocantis eſt, ſed
admirantis. & eſt figura ἐπιμονὴ per ἀφώνησιν facta. Nam ut omittam quòd
ei amorem difficillimum & cariſſimum.] Cum dicere deberet, quòd ei amo/
Conficio rem & difficillimum & cariſſimum confeci: primo quaſi oblitus dicti ſuperio/
ris, tranſit ad uirginem. deinde addit cauſam ex abundanti. Quòd ſi dixiſſet, amorem con/
feci: poſſet intelligi confeci, expediui, perfeci. At uerò uirginem confeci, quid intelligemus,
niſi hoc unum, quòd inſultat Parmeno confectam uirginem, quaſi dicat ſuperatam atq; de
uictam? Nam proprie hoc uerbum conuenit gladiatoribus ijs, qui grauiſſimis uulneribus
occubuerunt. Sic Cicero in Catilinam, Gladiatori illi confecto & ſaucio. Conuenit ergo ſet
uilibus uerbis,& uelut iocoſe, uerniliterq; iactanti rem confectam eſſe in puella uirgine, &
non exhibere Chæreæ damnum, uel negocium. A meretrice auara uirginem quam ama
bat.] ἀποσιώπησις ſecunda. Difficillimum, quia uirginem quam amabat: Cariſſimum,
Verò quia à meretrice auara. Id uerò eſt.] Verò, niſi ornatiuum eſſet, nihil ſignificaret. Palma
Palmarium rium.] Palma dignum. Meretricum ingenia.] Optime, nõ meretricis dixit, ſed potius me
Mature retricum. Mature.] Cito,& ante tempus. Vt cum cognorit.] Suauiter, non nouerit, ſed
Cognoſcere cognouerit dixit: quod eſt plenæ perſpicaciæ. Mature ut cum cognorit.] Bene addidit ma
ture. Ferè enim cito cognouiſſe obfuit: ſed id ad illecebram fuit, quòd * cognitus
eſt cito

Quæ dum foris ſunt.] Apud amantes ſcilicet. Nihil uidetur mundius.] Bene
uidetur: non enim ſunt. Nec magis compoſitum quicquam.] Bona uarietas. nam nec
omnia per Magis aduerbium profert: nec omnia per comparatiuum gradum. Nec ma/
gis elegans.] More ſuo, ne diceret compoſitius, aut elegantius: ut ſuprà, Hoc nemo fuit mi/
nus ineptus, magis ſeuerus. Quæ cum amatore ſuo cum cœnant.] Vnum Cum, præpo/
ſitio eſt, alterum coniunctio. & dicitur hæc figura κατάχρησις. Liguriunt.] ἀπὸ τοῦ λιγυρούς, quod *Ligurire*
ſecundum Græcos ſuaue intelligitur. Ligurire dicitur, qui eleganter & more ſenum multo
faſtidio ſuauiora quæq; deguſtat. Harum uidere ingluuiem.] Ordo erat, harum uide/
re ingluuiem, ſordes inopiam, quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi, id eſt cum ſolæ ſint, ut inho/
neſtæ atq; auidæ cibi: quæ cum foris ſunt, cœnant ſcilicet. Quo pacto ex iure.] Ex pro *Ex*
cum poſitum eſt. aut deeſt madidum, aut maceratum, aut emollitum. nam apparet & for/
didum eſſe, & quaſi atrum durumq; panem, qui ex iure heſterno ſit comedendus. Cui con/
trarium Saluſtius poſuit de delicijs militum loquens, Panes enim in dies mercari, inquit.
Ex iure heſterno panem atrum uorent.] Hoc eſt, ut quidam uolunt, ex antiquitate mu/ *Panis ater*
cidum: quaſi dicat, panem mucidum heſterno iure, accipientes deglutiunt. Ego pol te
pro iſtis dictis & factis, ſcelus, ulciſcar.] Miro artificio Poetæ, & ab initio non placatur Py/
thias, nec in gratiam redit Chæreæ. Et inſuper, nunc mire à Parmenone irritatur magis: ut
per eam Parmeno terreatur, & per Parmenonem ingredi ad Thaidem cogatur ſenex: & de
mum per ſenem nuptiæ confirmentur. Hæc ergo artificibus & eruditis: cætera ſpectatori/
bus Poeta exhibet.

ACTVS V SCENA V

PYTHIAS. PARMENO

PY. PROH fidem deũm, facinus fœdum, ó infelicem adoleſcen/
tulum, *Trochaici catalectici.*
O ſceleſtum Parmenonem, qui iſtum huc adduxit.
PA. quid eſt?
PY. Miſeret me ita q; ut ne uiderem, miſera huc effugi foras.
Quæ futura exempla dicunt in eum indigna? PA. ó Iupiter
Quæ illæc turba eſt? núm nam ego perij? adibo. quid iſtuc Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient? PY. rogitas audaciſſime?
Perdidiſti iſtum, quem adduxti pro eunucho adoleſcentulum.
Dum ſtudes dare uerba nobis. PA. quid ita? aut quid factum eſt? cedó.
PY. Dicam uirginem iſtam, Thaidi hodie quæ dono data eſt,
Scis eam hinc ciuem eſſe. & eius fratrem adprime nobilem?
PA. Neſcio. PY. atqui ſic inuenta eſt: eam iſte uitiauit miſer.
Ille ubi id reſciuit factum frater uiolentiſſimus,
PA. Quid nam fecit? PY. colligauit primum eum miſeris modis. PA. *hem, *Hem extra*
Colligauit? PY. atq; equidem orante ut ne id faceret, Thaide. *metrum eſt*
PA. Quid ais? PY. nunc *minatur porrò ſeſe id, quod mœchis ſolet: *al. minitatur*
Quod ego nunquam uidi fieri, neq; uelim. PA. qua audacia
Tantum facinus audet? PY. Quid ità tantum? PA. an non hoc ma/
ximum eſt?
Quis homo pro mœcho unquam uidit in domo meretricia
Deprehendi quenquam? PY. neſcio. PA. at ne hoc neſciatis, Pythias,
Dico, edico uobis, noſtrum eſſe illum herilem filium. PY. hem,
Obſecro an is eſt? PA. ne quam in illum Thais uim fieri ſinat?

Atq; adeò autem cur non egomet intro eo? PY. uide Parmeno
Quid agas, ne neq; illi profis, & tu pereas. nam hoc putant,
Quidquid factum eſt, ex te eſſe ortum. PA. quid igitur faciam miſer?
Quidúe incipiam? ecce autem uideo rure redeuntem ſenem·
Dicam huic, an non? hercule dicam, etſi mihi magnum malum
Scio paratum· ſed neceſſe eſt, huic ut ſubueniat. PY. ſapis.
Ego abeo intrò· tu iſti narrato omnem rem ordine, ut factum ſiet.

Proh fidem Proh fidem deum.] Vim magnã oſtendit, deorum implorans fidem: quaſi in hoc negocio nil poſſit humanũ conſiliũ. Proh fidem deũm. Simulata per turbatione ſui Parmenonẽ terret Pythias. Proh fidẽ deũm. Hæc ſingula pronuntiãda ſunt pauido & attonito uultu. Fœdũ.] Crudele. Salluſtius. Fœdi oculi. O infelicẽ adoleſcentulum.] Plus eſt miſeriã adoleſcentis dicere Pythiam, q̃ iraſci ei. O ſceleſtum Parmenonẽ.] Vt uerba ſunt, periſt profecto miſer adoleſcens, cũ in eodẽ peccato iraſcit Parmenoni Pythias, nõ Chæreæ. Miſeret me.] Hæc omnia quaſi ſecũ loquitur: & fingit ſe neſcire q̃ aſſiſtat Parmeno. Quæ futura exempla dicunt in eum indigna? Graues pœnæ quæ poſſunt cæteris documento eſſe, exempla dicũtur. In eum indigna. Modo per indigna, fœda, crudeliaq; ſignificat. ut Virgilius, Atq; illi Miſenum in littore ſicco, Vt uenere, uident indigna morte peremptũ. Quæ illic turba eſt?] Quæ loquitur, Aut quam oſtentat ex uultu ac dictis. Sed apparet, uultum Pythiæ turbam dicere: ut in Andria, Sed quid Pamphilum exanimatum uideo? Vereor quid ſiet: operiar ut ſciam nunquidnam hæc turba triſtitiæ adferat: Rogitas audaciſſime?] Totum hoc terribile eſt in geſtu ac uultu Pythiæ, & nimis uſitatum & fœminẽ. Perdidiſti iſtũ, quem adduxiſti, &c. Artificioſe non accuſat quid peccauerit aduerſus Thaidem, quaſi ex pœna adoleſcentis plus doleat, quàm iraſcatur Parmenoni. Dum ſtudes dare uerba nobis.] Bene, ſtudes darẽ? neq; enim dediſti. Quid ita?] Deeſt dicis: ut ſit, quid ita dicis? Scis eam hinc ciuem eſſe.] Eam, abundat: quemadmodum ſuprà, Quam amabat uirginẽ, eam confeci ſine moleſtia. Et fratrem eius eſſe apprime nobilem.] Hæc ad terrorem, & gratiam aucta ſunt. Nam primo, uirginem poſuit, pòſt ciuem, ad ultimum nobilis ſororem. Neſcio.] Perturbatur Parmeno: nec negare potuit, nec conſentire uolebat: ſed quaſi defenſionis loco dixit, Neſcio. Atqui ſic inuenta eſt.] Facile eſt ut credat, qui dicit, Neſcio. Ergo Pythias nõ laborat, ut ſuadeat ciuem eſſe. Atqui ſic inuenta eſt. Magnum horrorem incutit audienti, non accuſando, ſed miſerando Chæream. Frater uiolentiſſimus.] Hoc inuẽtum eſt, quod daretur ad nobilem. Colligauit primo eũ.] Mira tarditas, ad torquendum Parmenonem: ſimul etiam relictus ad ſuccurrendum locus. Atq; equidem orante ut ne id faceret, Thaide.] Adeò uiolentiſſimus. & recte hoc additum, ne ſperet auxilium à Thaide. Nunc minatur.] Minatur, ut ſuccurri poſſit ei qui non ſit paſſus. Minatur porro ſeſe.] Deeſt facturum Quod mœchis ſolet.] Deeſt fieri. Quid ita tantum?] Nimis callidè Pythias hunc dicit uiolentum: & tamen iniuſtum, audacemq; dici non patitur, ſed defendit, ut magis terreat Parmenonem. Quis homo pro mœcho unquam.] Cauſa finalis, uirginem ciuem apud meretricem uitiauit: mercedem offert: petitur ad ſupplicium. Neſcio.] Quàm aſtute dixit, neſcio: ne laborans ad contradicendũ, amitteret fidem ſimplicis perſonæ, ac uera dicentis:

Dico uult enim magis nuntij officio fungi, quàm perſuadentis. Dico. edico.] ἀῤῥησις, ut ſuprà.

Edico Vbi quærã, ubi inueſtigem? Dico. Tibi Pythias. Edico. Omnibus tuis. Ergo ad uniuerſos utrunq; refertur, & dico & edico. Obſecro an is eſt?] Inſultantis: ut in Phormione, Hicine eras? nam ſciebat eum eſſe. Ne quam in illum Thais uim fieri ſinat.] Quàm bene prouidet Pythias. Atq; adeò autem cur non egomet intrò eo? Pythias, Vide Parmeno, quid agas, ne neq; illi profis, & tu pereas. Totum hoc ad id addidit, ut ſenex intromittatur ad cõ-

Facio firmandas nuptias: ſed Poeta hoc agit, perſonæ neſciunt. Quidúe incipiam?] Facimus me

Incipio diocria, incipimus ingentia. Ecce autem uideo rure redeuntem ſenem.] Choragij eſt adminiſtratio ut opportune in proſcenium. Dicam huic, an non?] Hoc non eſſet uerisimile, niſi dubitaſſet. Quid enim ad Chæream pertinet, dubitat. Scio paratum. ſed neceſſe eſt.] Hæc cauſa dubitandi fuit: quòd hinc Parmenonis, illinc adoleſcentis periculum cernitur.

Sapis.] Sapis dicit, non uidens quid futurum ſit: ſed tantum deriſiſſe cõtenta. Sed neceſſe eſt me huic.] Dicere, ſubaudiendum eſt: ut ſit. Sed neceſſe eſt dicere. & ἀνυπόκριτος inferendum eſt quod ſequitur. Deeſt enim Propterea, uel quid tale.

ACTVS V SCENA VI

SENEX. PARMENO.

SE. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi· *Senarij*
Neq; agri, neq; urbis odium me unquam percipit.
Vbi ſatias cœpit fieri, commuto locum.
†Sed éſtne ille noſter Parmeno? & certe ipſus eſt. *In Sed aut e eliditur aut d*
Quem præſtolare Parmeno hic ante oſtium?
PA. Quis homo eſt? ehem, ſaluum te aduenire here gaudeo.
SE. Quem præſtolare? PA. perij· lingua hæret metu. SE. hem
Quid eſt quod trepidas? ſatisne ſalue? dic mihi.
PA. Here primum te arbitrari id quod res eſt uelim·
Quidquid huius factum eſt, culpa non factum eſt mea.
SE. Quid? PA. recte ſanè interrogaſti. oportuit
Rem prænarraſſe me. emit quendam Phædria
Eunuchum, quem dono huic daret. SE. cui? PA. Thaidi.
SE. Emit? peri hercle, quanti? PA. uiginti minis.
SE. Actum eſt. PA. tum quandam fidicinam amat hic Chærea.
SE. Hem, quid? amat? an ſcit iam ille, quid meretrix ſiet?
An in Aſtu uenit? aliud ex alio malum.
PA. Here, ne me ſpectes· me impulſore hæc non facit.
SE. Omitte de te dicere· ego te furcifer
Si uiuo· ſed iſtuc quidquid eſt, primum expedi.
PA. Is pro illo eunucho ad Thaidem hanc deductus eſt.
SE. Pro eunuchón? PA. ſic eſt· hunc pro mœcho poſtea
Comprehendêre intus, & conſtrinxere. SE. occidi.
PA. Audaciam meretricum ſpecta. SE. nunquid eſt
Aliud mali, damniúe, quod non dixeris,
†Reliquom? PA. tantum eſt. SE. ceſſo huc intrò irrumpere? *Forte relictum*
PA. Non dubium eſt, quin mihi magnum ex hac re ſit malum.
Niſi, quia neceſſe fuit hoc facere, id gaudeo,
Propter me hiſce aliquid eſſe euenturum mali.
Nam iam diu aliquam cauſſam quærebat ſenex,
Quamobrem inſigne aliquid faceret· is nunc repperit.

Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.] Annotandum, quòd huius ſenis nomen apud Terentium non eſt: apud Menandrum Simon dicitur. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi. Firmatur ſtatus mentis trepidantis ſenis, ut appareat q̃ inopinato malo amens fieri poſſit: quod ipſum ſuperius & in Parmenone ſeruatum eſt. Imparatis enim mentibus mala maiora ſunt. Ergo nunc tam otioſus incedit ſenex, ut neq; mores increpet, nec quicq̃ ſuſpicetur mali, ſed agat gratias proximæ uillæ: cuius beneficio non ſcit quid in urbe agerent filij. Et nunc adeſt ubi opus eſt Poetæ. Et uide hanc cauſam fuiſſe, cur nõ ad uillã diuerterit. Omnes uillas comicas ſuburbanas eſſe, cõmoditatẽ ipſam nũc explicat, & oſtendit. Neq; agri neq; urbis.] Tragicus apparatus.

Delicias memorat, qui pericula cogniturus est. Odium me unquam percipit. Fastidium ex abundantia est. Vbi satias cœpit fieri.] Suffecerant ad hanc sentẽtiam duo superiores ij uersus: sed ὑπέρβατα est senilis eloquij, faceti, & garruli simul. Cõmuto locum.] Mira breuitate duas res explicuit simul. Vbi satietas est. Deest nam: ut sit, nam ubi satietas cœpit fieri. Et cœpit, pro cœperit. Satietas, odium: ab eo quod præcedit, id quod sequitur. Sed estne ille noster Parmeno? & certe ipsus est.] Et dubitauit & firmauit postea: utpote senex, ui su iam languido, atq; oculis ætate defessis. Quem præstolare Parmeno?] Noue, non, cui præstolare, sed, quem dixit. Aliter Tullius, Qui tibi ad forum Aurelium præstolarẽtur. Præstolari, est præsto esse & apparere, hoc est obsequi. Quis homo est?] Quare, quis homo, cum prouiderit uenientem? utrum non uult uideri prouidisse, ne quid fallaciæ parasse uideatur? Sic & in Andria, Quasi de improuiso respice ad eum. Vel quia perturbatur examinatus: qui dum quid apud Thaidem geratur, auscultat, nõ uidet senem propius accedere, quem longe uiderat. An uerò idcirco hoc fingit, quia quod parabat dicere de Chærea, postquàm comminus uentum est, non audet loqui? Lingua hæret metu.] Virg. Et uox faucibus hæsit. Quid trepidas?] Instandum est seni ad audienda quæ de facili nunq̃ fateretur Parmeno. Satis ne saluè?] Saluè integre, recte, cõmode. Plaut. in Trinummo, Beneuolens tuus atq; amicus. Satis ne saluć? Nunc aduerbiũ est, producta est e litera. Sallust. Inde ortus sermo, percontantibus utrinq;, satin' saluć, quã grati ducibus suis, quantis familiaribus copijs agerẽtur. Here primũ te arbitrari id quod res est uelim.] Quòd ante narrationem cõfirmatio inducitur, cõtra morem & præcepta est: sed merito, quia perturbatus est, licet simul * ut nõ possit dicere. Quicquid huius factum est.] Absolute ut suprà, Et quicquid huius feci, causa uirginis feci. Aut deest Rei: ut sit, huius rei. Stomachose, Quid? interrogat. quis enim antè crimen, quàm obijciatur, aut proponatur, neget? Recte sanè.] Do ćte Terẽtius ipse se reprehẽdit. Nam ordine factum non est præ timore & conscientia. Emit quendam phædria eunuchum.] Vide narrationẽ à necessarijs & urgẽtibus cœptã nõ in se continere, nisi quod conditio cogit fateri. Emit, inquit, eunuchum: Quem dono huic daret. Non dixit, cui dono daret. Aliter ab amoris mentione cœpisset. Deinde ὁ quendam ἰδιωτικῶς significat. Huic.] Huic more suo dixit potius, q̃ meretrici. Quinetiã interrogatus, Thaidi potius dicturus est, q̃ ut nomen dicat, quo offenditur senex. Eunuchi autem solius mentio necessaria est: quia dicturus est pro eunucho deductum Chæream. Actum est.] Desperantis uerbum. Quandã fidicinam. Extenuatio criminis est: non quòd uirginem, quòd ciuem uitiauerit. Tum quandam fidicinam amat hic Chærea. Mire & necessario uariauit: ille emit, ut eunuchũ mittat ad Thaidem: hic amat, ut deduci se pro eunucho uelit.

Hem, quid? amat?] Hæc singula pronũtianda sunt: ut stuporem nimiæ indignationis ostẽdat. An scit iam ille quid meretrix siet?] Quia fidicina, meretrix est. An in astu uenit?] In Astu, in urbem de Pireo. sic Athenienses uocabant urbem suam: unde ipsi incolæ ἀστοὶ uocantur. Aliud ex alio malum.] Hoc seperatim dixit senex, fixis in Parmenonem oculis.

Me impulsore non facit.] Ipsum accusat conscientia, non enim quod leuius est, dixit, me sciente: cum plus inferat, me impulsore. Ego te furcifer: si uiuo.] Modo omnis sæuitia comica aut in cõminatione est, aut in apparatu uerberũ. Si uiuo. ἀποσιώπησις: te ulciscar. quia necessario sequitur, Sed istuc quicquid est. Inuenta causa cur supplicia differantur, donec uxorem ducat Chærea, & ipse purget Parmenonem: secundũ argumenta quæ sibi ipse prospexit, iussu coactuq; fecisse & imperio herilis filij sui Chæreæ scilicet. Ad Thaidem hanc deductus est.] Vnde ductor ipse sceleratus. Pro eunuchon'?] Non interrogat, sed exhorrescit. Hunc pro mœcho postea.] Bene studuit Terentius Pro bis numero dicere: & pro eunucho, & pro mœcho. Pro mœcho aũt quasi excusans dixit. Nam uere in uirginẽ Atticam, non pro mœcho, sed mœchus est. Hunc pro mœcho postea. Bene utrunq; Pro: quia neq; eunuchus est qui uitiauit uirginẽ: neq; mœchus qui in domo meretricia. Et specta q̃ oratorie transtulerit mentionem uitiatæ uirginis. Pro mœcho inquit: ut culpã Chæreæ sub meretricis accusatione cælaret. Hunc pro mœcho. Bene totum pro: quia neque eunuchus, qui ephebus: neq; adulter, qui amator. Cõprehendere intus, & cõstrinxere.] Quo dicto uim ingentẽ inferri significat Chæreæ. Cõprehẽdere significat strictim aliquẽ in facinore deprehensum. Audaciã meretricũ specta.] Maior ἔμφασις accusationis est per pluralẽ numerũ, q̃ singularẽ. Sic alibi, An potius ita me cõparẽ, nõ perpeti meretricũ contumelias? . Audaciã meretricũ. Oratorie auertit iram senis à se & à Chærea: atq; deriuat in meretricẽ. Nũquid est aliud mali, dãniues?] Bene interrogat: quia omnia inuitus seruus dicere uidebatur. Et cũ damnũ, malũ sit, de proximo collatũ discernitur: & damnũ ad emptionẽ eunuchi, malũ ad cõprehensum pertinet & cõstrinctum Chæreã. Cesso huc intro irrumpere?] In tantam formidinẽ cõiectus est senex, ut nõ miremur quòd tam cito nuptias firmet ephebi, & uirginis: &

Satietas

Præstolari

Lingua hæret

Saluè

Pro

Comprehendere

& quamuis non honeste, tamen quia ex ingenti metu uel indigno matrimonio filij uitam pacisci uelit. Non dubium est quin mihi magnum ex hac re sit malum.] Suaue est nescire personas quid agat Poeta. Ita non periclitaturus Parmeno. Nisi quia necesse fuit.] Necesse, est nomen. Nam necessus, necessis, & necessitas, & necessum, lectum est. Id gaudeo.] Scilicet ut succurratur Chæreæ periclitanti. Propter me.] Plus dixit, quàm si Per Me diceret. Hisce aliquid.] Meretricibus, non, adolescentibus. & item pluraliter suo more, ut, Audaciam meretricum specta. &, Non perpeti meretricum contumelias. Nam iam diu aliquam caussam quærebat senex. Nota caussam, pro occasione. Quamobrem aliquid insigne faceret.] Manifestius hoc Menander explicat, iampridem infestum meretrici senem: post corruptum ab ea Phædriam: nunc demum se inuenta occasione uindicaturum.

Quamobrem.] Quamuis dixisset Caussam, intulit quamobrem. Insigne aliquid.] Magnum & nobile. Facinus faceret.] ἰδιωτικῶς dixit.

Necesse, Necessus, Necessis, necessum

Caussa

ACTVS V. SCENA VII.

PYTHIAS, PARMENO

PY. NVNQVAM ædepol quidquam iam diu quod magis uellem euenire, *Iam. tetram. catal.*
Mihi euenit, q̃ quòd modo senex intrò ad nos uenit errans.
Mihi solæ ridiculo fuit, quæ quid timeret † sciebã *sciebã dissylla*
PA. Quid hoc autẽ est? PY. nunc id prodeo, ut conueniã Parmenonẽ. *bum est*
Sed ubi obsecro est? PA. mén quærit hæc? PY. atq; eccum uideo. adibo.
PA. Quid est inepta? quid tibi uis? quid rides? pergin'? PY. perij,
Defessa iam sum misera de te ridendo. PA. quid ita? PY. rogitas?
Nunquam ædepol hominem stultiorem uidi, nec uidebo. ah
*Nõ possum satis narrare quos ludos præbueris intus. *al.* Nõ *pote satis narrari*
At etiam primo callidum & disertum credidi hominem.
PA. Quid? PY. ilicóne credere ea quæ dixi, oportuit te?
An pœnitebat te flagitij, te autore quòd fecisset
Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicares?
Nam quid illi credis animi tum fuisse, ubi uestem uidit
Illam esse eum indutum pater? quid? iam scis te perisse?
PA. Hem, quid dixisti pessuma? an mentita es? etiam rides?
Itáne lepidum tibi uisum est, scelus, nos irridere? PY. nimium.
PA. Siquidẽ istuc impune habueris. PY. uerũ? PA. reddam hercle. PY. credo.
Sed in diem istuc Parmeno est fortasse, quod minitare.
Tu iam pendebis, qui stultum adolescentulum nobilitas
Flagitijs, & eundem indicas. uterq; in te exempla edent.
PA. Nullus sum. PY. hic pro illo munere tibi honos est habitus. abeo.
PA. Egomet meo indicio miser, quasi sorex, hodie perij.

NVnquam ædepol quic q̃ iam diu.] Pythias egreditur ueluti irrisura Parmenonem, ut ipsa putat. egredi autẽ à Poeta cogitur, ut doceat populũ quid intus egerit senex. Ergo persona cachinnans inducitur, quærens Parmenonẽ: aspectuq; eius ob nimium risum uix loqui posse. Nunquam ædepol quicquã. Rarum est, euenire quod uelis: & quod maxime uelis, id rarum magis. Intro ad nos uenit errans.] Non gressu errans, nec uia, sed animo, & opinione. Mihi solæ ridiculo fuit.] Soli regulariter dicitur: solæ non rectè, sed antiquè. ut alibi, Hoc ipsa in itinere, alteræ

dum

dum narrat,forte audiui, Quid hoc autem est?] Ridente miratur Parmeno. Nunc Id prodeo.Propter id. Quid rides? pergin'?] Ex huius uerbis ostēdit, quàm multum rideat petulans puella. Perij.] Propriè hic uerbum est aptum,quasi sit lassa ridendo. Nunquã pol hominem stultiorem uidi.Postquàm Rogas dixerat,quasi narratura uidebatur: & redit ad insultationem. Quos ludos prebueris.] Ex errore, & metu nimio senis credentis constrictum filium se offensurum in domo meretricis. At etiam primo callidum ac diserum credidi hominem.] Hæc omnia sic in scena pronuntiata sunt,ut risu interrumpi uerba puellæ uiderētur.Maioris q; insultationis est,si is qui fatigat alterū,dicat se ante de illo multo aliter sensisse. Ilicóne credere.] Non ideo hoc dicit,quòd personæ suæ fidē deroget: sed quòd res incredibilis fuerit, quam illi persuaserit:aut certe si credēdum fuerit, nō statim, neq; examinata,neq; facta rei cognitione. Ilicóne credere.Obiurgatio de tempore. An pœnitebat flagitij.] Illud quod suprà,à stulto:hoc quod nunc dicit,à malo fieri potuit:illud
Pœnitet ab imprudente:hoc quod peius est à sciente. An pœnitebat flagitij.] Paruum uidebatur. Ipse alibi,Quantum hic operæ fiat,pœnitet.Plautus in Truculento, pœnitetne te quod ancillam solam nimis erumpere? Ni miserum insuper etiam patri indicares?] duo obijcit:
Indicium unum quòd male consuluerit:alterum quòd male prodiderit cōsilia sua.Et bene indicares
Miser nam indicium dicitur eius qui unà peccauerit. Nam quid illi.] Adolescenti scilicet. Ni miserum insuper etiam indicares patri?] ad inuidiam Parmenonis, miserū dicit adolescentem: eo modo quo Iuno accusans Venerem, ait, an miseros qui Troas Achiuis Obiecit. Sic enim agimus, cum ab his qui falsò rei sunt, in autores culpam sceleris remouemus.

Quid est? iam scis te perijsse.] Hoc modo stupentibus ac culpam fatentibus dicitur.

Hem,quid dixti pessima?] Nunc demum intelligit Parmeno se esse delusum. Etiam rides?] Apparet eam ex huius stomacho uehementius cachinnare. Nos irridere?] Nos superbius dixit,quàm si diceret me. Si quidem istuc impune.] Subauditur,Tum nimium.
In diem Verum?] Irridentis interrogatio. Sed in diem istuc.] In longam dilationem.unde dila
Dilatio tio est dicta,diei prolatio. Tu iam pendebis.] Iam,nimiam uelocitatem significat. Nobilitas flagitijs,& eundem indicas.] Duas res significat simul:& cogis flagitia facere, & facientem indicas. Vterq; exēpla in te edent.] Noua ac mira tormenta, quæ pro exemplis narrentur,aut quæ documenta sint cæteris ne delinquant,exempla dicuntur. Et edent,& edet legitur.si edent,figuratum est.si edet,rectè Et plus est edet,quàm dabit. Nullus sum.] Hoc secum Parmeno. Hic pro illo munere tibi honos est habitus ab eo.] *εἰρωνικῶς, & μεταφορικῶς* pro munere. Et honos rumigerulis haberi solet. Egomet meo indicio miser, quasi sorex, perij.] Proprium soricum est uel stridere clarius quàm mures, uel strepere magis cum obrodunt friuola:ad quam uocem multi se intendentes, quãuis per tenebras noctis, transfigunt eos. Plautus, Confossiorē te faciam soricina nænia. Quasi sorex hodie perij. Quia latere potuit,nec occidi,si taceret. Egomet meo indicio.Prouerbium in eos,qui ipsi se produnt.quia sorex non facile caperetur,nisi emitteret uocem noctu.

ACTVS V SCENA VIII

GNATHO, THRASO.

G. QVID nunc? qua spe,aut quo consilio huc imus? quid cœptas Thraso?
Trochaici catalectici
T. Egóne? ut Thaidi me dedam. & faciam quod iubeat.
G. quid est?
T. Qui minus quàm Hercules seruiuit Omphale? G. exemplum placet.
Vtinam tibi commitigari uideam sandalio caput.
Sed fores crepuere ab ea,perij. T. quid hoc autem est mali?
Hunc ego nunquam uideram & iam hic quidnam properans prosilijt?

Vid nunc? qua spe,aut quo consilio huc imus?] Reminiscere hūc esse,qui suprà militi dixerit de Thaide,Iamdudum te amat.& rursus,Iam tibi hæc aderit supplicans ultro.& hinc uidebis quos exitus habeat assentatio. nā idem militi auctor est summæ desperationis.Et animaduerte, quòd semper à mēsa Gnatho inuitus abstrahatur:nam & suprà,cū ad litem uenitur,ex uerbis Thrasonis manifestum

festum est,& Gnathonem inuitum sequi,ubi dicit,Hancine ego ut cōtumeliam tantam,tam insignem nunc accipiam Gnatho? Mori me satius est.Et bene,qua spe,& quo consilio:tanq; omnia expertus, & nec muneribus gratus, nec terroribus metuendus. Quid nunc? qua spe? Parasitus intelligit quid agat miles:sed ad hoc inducitur interrogare ipsum militem,ut populus audiat quo consilio ueniat ad Thaidem. Quid nunc? qua spe? Summa desperatio est apud militem reconciliandæ amicæ,ad hoc,ut æquo animo ferat admitti Phædriam, dum ipse quoq; recipiatur.nam nō in fine fabulæ contristandus est. Quid inceptas Thraso?] Incipere,magnorum facinorum est,& audaciæ. Vt Thaidi me dedam.] Post inductionem belli,& instructionem pugnæ quid sequatur,nisi deditio superatorū? Et facia quod iubeat.] Propriè nam in deditione uictores iubent:uicti obsequuntur. Qui minus quàm Hercules seruiuit Omphale.] Hic Terentius exprimit consuetudinem,in qua ignauis rationes criminum,& exempla suppeditāt:nam sic & suprà de Pyrrho. Omphale Lydiæ regina fuit,quæ Herculem sibi seruientem etiam ad lanificium compulit:cum ipsa calathum, & colum,cultus q; fœmineos sagittis,& claua,leonisq; tegmine mutasset. Seruiuit Hercules Omphale.Subauditur,& ego seruiam Thaidi? Vtinam tibi cōmitigari uideam sandalio *Commitigari* caput.] Cōmitigari est tundendo deprimi atq; deponi. Sandalio caput.Plus dixit caput, *Sandalium* q; si aliam partem corporis diceret uerberari.Et mire calciamento caput uerberari. Perij. quid hoc autem mali est?] Eunuchi habitu Chærea, sed uirili cōfidentia prosilit,& militem uelut noui rualis terret aspectu. Hunc ego nunquam uideram.] Ideo Chæream miratur.

ACTVS V. SCENA IX.

CHAEREA. PARMENO. PHAEDRIA. GNATHO. THRASO.

CH. POPVLARES ecquis me uiuit hodie fortunatior? *Iamb. tet. dca.*
Nemo hercle quisquam: nam in me planè Di potestatē suam
Omnem ostendêre, cui tam subito tot congruerint commoda.
PA. Quid hic lætus est? c. ó Parmeno mi, ó mearum uoluptatum omnium
Inuentor,inceptor,perfector:scin' me in quibus sim gaudijs?
Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? PA. audiui. c. scis sponsam mihi
PA. Bene,ita me Dij ament,factum. G. audin' tu illum,quid ait? c. tum autem Phædriæ
Meo fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo: una est domus. *Nō eliditur m*
Thais patri se commendauit in clientelam,& fidem:
Nobis dedit se. PA. fratris igitur Thais tota est? c. scilicet.
PA. Iam hoc aliud est,quod gaudeamus, miles? pellitur foras. *al. pelletur*
C. Tum tu,frater,ubi ubi est,fac quàm primū hæc audiat. PA. uisam domum.
T. Nunquid Gnatho dubitas,quin ego perpetuo perierim?
G. Sine dubio,opinor. c. quid commemorem primum? aut laudem maxume:
Illum,qui mihi dedit consilium ut facerem, an me qui id ausus sim
Incipere? an fortunam collaudem,quæ gubernatrix fuit:
Quæ tot res tantas,tam opportunè in unum conclusit diem:
An mei patris festiuitatem & facilitatem? ò Iuppiter.
Serua obsecro hæc nobis bona. PH. Di uestram fidem,incredibilia
Parmeno modo quæ narrauit:sed ubi est frater? CH. præstò adest. *Troch. catal.*
PH. Gaudeo. c. satis credo,nihil est Thaide hac tua frater dignius *Octonarij*

Quod ametur ita noſtræ eſt omni fautrix familiæ. PH. hui mihi
Illam laudas? T. perij, quanto minus ſpei eſt, tanto magis amo. *Trochaici*
Obſecro Gnatho in te ſpes eſt. G. quid uis faciam? T. perfice hoc
Precibus, pretio, ut hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem.
G. Difficile eſt. T. ſi quid collibuit, noui te. hoc ſi effeceris,
Quod uis donum, & præmium à me optato: id optatum feres.
G. Itáne. T. ſic erit. G. ſi hoc efficio, poſtulo ut mihi tua domus
Te præſente abſente pateat inuocáto ut ſit locus
Semper. T. do fidem ita futurum. G. accingar. PH. quem hic ego audio?
† O Thraſo. T. ſaluete. PH. tu fortaſſe quæ facta hic ſint neſcis?
T. Scio. PH. cur ergo in his ego te conſpicor regionibus?
T. Vobis fretus. PH. ſcin' quàm fretus? miles, edico tibi
Si in platea hac te offendero pòſt unquam, nihil quod dicas mihi,
Alium quærebam iter hac habui perijſti. G. eia haud ſic decet.
PH. Dictum eſt. G. non cognoſco ueſtrum tam ſuperbum. PH. ſic erit.
G. Prius audite paucis quod cum dixero, ſi placuerit,
Facitote. PH. audiamus. G. tu concede paululum iſtuc Thraſo.
Principiò ego uos credere ambos hoc mihi uehementer uelim,
Me huius quidquid facio, id facere maxime cauſa mea.
Verum idem ſi uobis prodeſt, uos non facere inſcitia eſt.
PH. Quid id eſt? G. militem riualem ego recipiendum cenſeo. PH. hem
Recipiendum? G. cogita modo, tu hercle cum illa Phædria
Et libenter uiuis, etenim bene libenter uictitas.
Et quod des, †paululũ & neceſſe eſt multũ accipere Thaidẽ, *paululũ diſſyllabũ*
Vt tuo amori ſuppeditare poſſit, ſine ſumptu tuo. ad
Omnia hæc, magis opportunus, nec magis ex uſu tuo
Nemo eſt principio & habet quod det, & dat nemo largius.
Fatuus eſt, inſulſus, tardus ſtertit noctesq; & dies.
Neq; iſtum metuas ne amet mulier facile pellas ubi uelis.
PH. Quid agimus? G. prætereà hoc etiam, quod ego uel primum puto.
Accipit hominem nemo melius prorſus, neq; prolixius.
PH. Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus eſt. C. idem arbitror.
G. Rectè facitis. unum etiam uos oro, ut me in ueſtrum gregem
Recipiatis. ſatis diu hoc iam ſaxum uoluo. PH. recipimus.
C. Ac libenter. G. at ego pro iſtoc, Phædria, & tu Chærea,
Hunc comedendum, & deridendum uobis propino. C. placet.
PH. Dignus eſt. G. Thraſo, ubi uis, accede. T. obſecro te quid agimus?
G. Quid? iſti te ignorabant poſtquàm eis mores oſtendi tuos,
Et collaudaui ſecundum facta & uirtutes tuas,
Impetraui. T. bene feciſti, gratiam habeo maximam.
Nunquam etiam fui uſquam, quin me omnes amarent plurimum.

Dixin'

G. Dixin' ego in hoc eſſe uobis Atticam eloquentiam?
PH. Nihil prætermiſſum. G. Ite hac omnes uos. Valete, & plaudite.

CALLIOPIVS RECENSVI.

† *Suſpicor carmen inuerſione ordinis deprauatum. Conſtabit ſi ſic legas, O Thraſo. ſalue te. tu fortaſſis hic quæ facta ſunt neſcis. Scio. cur ergo in his te conſpicor regionibus. ut ego pronomen elidatur.*

Populares ecquis me uiuit hodie fortunatior?] Hic perſona Chæreæ eſt, fer-
uens gaudio, ut adoleſcentuli eſt in proſperis rebus. O populares. Non mi
rum ſi inſane exultat nuptijs, qui iandudum ob id ſolum quòd uitiauerat uir-
ginem lætabatur. Nemo hercle quiſquam.] Et interrogauit, & reſpondit ſibi.
Nemo hercle quiſquam. παράλογον tertium. Cui tam ſubito tot contigerint
commoda. Tam qualitatis, Tot quantitatis eſt. Quid hic lætus eſt?] Inuenta perſona eſt
ad quam geſta hæc narret Chærea: ut populus, & miles inſtruatur, quid intus geſtum ſit.
Inuentor, inceptor.] Inuenire ſapientis eſt: incipere, audacis: perficere, cõſtantis. Ergo ple *Inuenire*
na laudatio eſt. & conſtat hoc Chæream laudatiue dicere. nam in ſubditis ſolum conſilium *Incipere*
attributurus eſt Parmenoni. Scin' me in quibus ſim gaudijs? σύμπλοκις. Et nota, ſcin' me: *Perficere*
cum ſufficeret ſcin'. ergo me abundat: & eſt figura ἀρχαϊσμὸς. Scis Pamphilam meã.] Ama-
torie dixit Meam: uel potius ſponſam meam, uel quam amo. Inuentam.] Cognitam.
Ciuem.] Deeſt, eſſe. Scis ſponſam mihi.] Deeſt & eſſe. & eſt Sponſa, nunc participium.
Audin' tu illum quid ait?] Hoc, uultu mutato & turbato dicitur. Amorem omnem
in tranquillo.] Bene in tranquillo: quia mari, & tempeſtatibus amicæ mobilitas & inſtabili-
tas comparatur. Sic horatius, Simplex munditijs. Heu quoties fidem Mutatosq; deos fle-
bit: & aſpera Nigris æquora uentis Emirabitur inſolens, Qui te nunc fruitur credulus au-
rea, &c. Thais ſe patri commendauit.] Hoc eſt quod profuit Phædriæ. Vna eſt domus.]
Poſt Pamphilæ nuptias. In clientelam, & fidem. Clientelam, ut ametur: in fidem, ut de- *Clientela*
fendatur. Fratris igitur tota eſt Thais.] Bene tota: ut ne ex parte quidem ſit militis. Mi- *ides*
les pellitur foras.] Sunt gaudia ex noſtris bonis: ſunt gaudia ex aliorum malis, hoſtiũ, aut
inimicorum. Ergo utrunq; genus gaudiorum complexus eſt. Viſam domum.] Bene do-
mi quæritur amator excluſus nam neq; ruri, neq; in foro eſt. Perpetuo perierim.] Quia
illud perijſſe ſuprà, tẽporale uidebatur. Quin ego perpetuo perierim. Hic iam militi neq;
ſeruiendi amicæ, ut apparet, præbetur locus. Sine dubio, opinor] Quia non quis dicitur
perpetuo perijſſe. quid enim opus hac exceptione eſt, quando nemo ita perit, ut temporali-
ter pereat, & poſtea fiat non perditus? correxit paraſitus ſtulti dictum militis: non illũ per-
petuo, ſed ſine dubio perijſſe opinari reſpondens. non eſt enim cõtrarium opinor te periſſe
ſine dubio, pro certo perijſſe. Confirmatur perijſſe miles: ut poſt tanta munera ex deſperato
ſupplex, ex ſupplice patiens riualis exiſtat. Quid commemorem primum?] Διαπόρησις *Quid comme*
oratoria familiaris laudantibus. Cicero, Vnde igitur potius incipiam? Hoc autem fit, ubi o- *morẽ primũ*
mnia & magna uidentur, & paria. Illum qui mihi dedit conſilium?] Attribuuntur perſo
nis conſilia, facta, caſus, & orationes. Ergo hic laudatur conſilium Parmenonis, factũ Chæ-
reæ, caſus fortunæ, id eſt euentus: oratio ſeni. Illum qui mihi dedit conſilium. Tria ſunt
in uita hominum: conſilia, facta, ſucceſſus. Conſilium, animi eſt: Factum, corporis: Succeſ-
ſus, fortunæ. Illum. Parmenonem ſcilicet. Quæ tot res.] Bene, tot res, quaſi dicat, eunu-
chum pro quo duceretur, commendationem uirginis, abſentiam meretricis, occaſionem
uitij inferendi, patris interuentum in nuptias. An mei patris feſtitatem. Etiam patri laus *Feſtiuitas*
impartienda eſt nam non erat tranſeundum feſtiuitatem, qua & feſtiuus amatori non obſti- *Facilitas*
tit, quod ignouit ut facilis: unde feſtiuitas in dictis, Facilitas uerò in animo & factis. Feſti-
uitatem: lætitiam, ut feſtiuus dies eſt. Dij ueſtram fidem.] Cito interuenit Phædria, utpo-
te qui domi erat. Quæ narrauit.] Nimius affectus in utranq; partem, defectus orationis
amat: eſt ergo ἔκλειψις, deeſt enim gaudeo. Satis credo.] Sic dici nota aientibus ſolet. Re- *Satis credo*
ſte igitur huic dicitur, cui fiunt nuptiæ, Gaudeo: & ille ſic reſpondet, ut amicis gratulãtibus
decet, Satis credo. Credo autem ideò, quia multi ſeſe fingunt gratulari, cum inuideant: gau-
dere cum doleant. Mihi iſtam laudas?] Scilicet amatori eius. Et Mihi pronuntiatione iu-
uandum eſt. Perij. quanto minus ſpei eſt, tanto magis amo.] Hic uerò eſt ardor inſaniſſi-
mus. ut Virgilius, Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexin, Delitias domini. Et profe-
cto ſic eſt. Sapientes ſpe maxime ad amorem coguntur: ſtulti forma tantũ. Obſecro Gna
tho, in te ſpes eſt] Mire quaſi deſperatis omnibus auxilijs, abiecta nimis ſupplicatio induci

Quid uis faciam? tur. Nam & obsecro, & Gnatho id significant: &, in te spes est. Quid uis faciam?] Non est hoc interrogantis, sed ostendentis nõ esse quid faciat. Precibus, pretio] Nihil militi super est præter precem, ut uicto: & pretium, ut diuiti. Nihil aliud optat, quàm sic res eant, ut persona Thaidis conueniri possit. Precibus, pretio. ἀσύνθετα uelut afflicta, & lassa, pronuntianda sunt. Pretio. Varie: quia alibi dixit, precario. Vt hæream.] ἀ hæream ultimũ genus beneficij est. Et in parte aliqua.] Non enim parte dixit, ut æqua intelligatur. Tandem.] Et desperãtis est, & difficulter credentis. Tandem, non est aduerbium temporis: sed, nunc saltem significat. Noui te.] Deest, perficis. sed ubiq; plura gestu significat miles, ut pote infantissimus. Difficile est.] Vultu, & pronuntiatione, asseuerationeq; firmandum est.

Donum *Præmium* *Munus* Si quid collibuit.] ἕκφασις pro, si quid collibitum est, efficis. Quod uis donum, & præmium, à me optato.] Donum, præmium est: & munus, præmium: sed donũ, præmium dijs datur: munus præmium hominibus: nam separatim, donum deorum est: præmium uirorum est fortium: munus hominum, & donũ, munusq;, tam ante factum quàm post factum datur: præmium non nisi post factum est. Donum, uoluntarium: præmium, debetur. Alij ergo ἀσυνδέτως pronuntiant, primo donum, & sic præmium, quasi unam partem orationis.

Quoduis donum, & præmium. Donum, ut à largo homine: præmium, ut à præclaro facinore. Quoduis donum & præmium à me optato, id optatum feres. Donum optato, ob quod præmium accipias. Præmium à me optato. Totum militariter nam & optatio dicitur, & optari à militibus: ut alibi, Vir fortis optet quod uolet præmium. Si hoc efficio, postulo ut mihi tua domus te præsente absente ut pateat. Prouerbiale est præsente absente: ut

Optatio *Præsens absens* *Sursum deorsum* *Vltro citro* *Inuocatus* *Do fidem* *Accingi* *Conspicor* *Fretus uobis* sursum deorsum, ultro citro, & cætera huiusmodi, fanda infanda, iusta iniusta, digna indigna, uelit nolit. Inuocato ut sit locus semper.] Inuocato, nõ uocato significat. In etenim auget, & minuit dictionem. Inuocato. Male intelligitur precibus uocato, cum sit αὐτομάτῳ, id est etiam non inuitando, quin ultro uenire debeat suam domum. Do fidem.] Iuro, confirmo, spondeo. Accingar.] Nõ quia facile est quod negauit suprà: sed suis uotis parasitus ad ductus est ad cœnãdum: ideo & accingar dixit: sic enim dicimus in magnis rebus sucipiendis. Vt, Accingunt omnes operi. Saluete.] Supplex sine gratia & sine timore, modo inimicus & infestus. Tu fortasse quæ facta hic sint nescis?] Hoc totum superbe, ac minaciter inquit adolescens. Scio.] Compendium poetæ: ne rursus eadem dicerentur. Conspicor.] Commune uerbum est conspicor. Vobis fretus.] Et hoc stulte. quis enim & ritualibus & inimicis fretum se esse dicat? Deinde ἀνακόλουθον & uitiosa responsio est, nisi enim addideris sum, erit solœcismus conueniens loquenti impolite homini & militi. Scis quàm fretus?]

Offendere Est ab * ea subaudiendum est. Miles edico tibi. Hoc contumeliose & proprie ut militi, Miles, inquit, edico tibi. Si te in platea hac offendero.] Hoc est, si uel casu inuenero. Et in platea, inquit, non circa meretricis fores. Nihil est quod dicas.] Nihil, pro non: ut sit, non est quod dicas mihi, id est nihil est quod dicas, pro ut dicas mihi: ut sit, quod pro ut: aut quod pro quid dicas mihi. Certum est autem sic ueteres locutos esse. Alium quærebam.] Aut alium pro quendam posuit: ut sit, quendam quærebam, id est aliquẽ. aut alium, hoc est non quem tu putas, hoc est alium, non Thaidem. sed si aliam diceret: neq; commode, neq; ἐμφάτως loqueretur. prævalet enim masculinum genus. Peristi.] Ordo est, post-

Eia quàm in platea hac te offendero, perijsti. Eia.] Interdum hortantis est, ergo nunc eia, correctionem significat. Non cognosco uestrum tam superbum.] Locutio annotanda: mire laudauit, ut persuadere potuisset. Vestrum tam superbum. Non, uestrum superbum.

Vestrum superbum. Absolute: ut, Pol Crito antiquum obtines. Ergo subaudiamus uel ingenium, uel animum, uel morem, uel institutum. Prius audite paucis.] Mira insinuatione agit: qui non ut consentiant, sed ut audiant paucis petit. Et bene prius, quasi non obstet quo minus faciant quod uelint. Tum deinde quo attentiores existant, addidit Paucis. deinde si placuerit. facilius enim flectitur, cum quo non pugnamus ut consentiat. Prius audite. Fiduciam ostentat persuasoriam rem dicturi. Audiamus.] Bene, non, faciamus, sed, audiamus dixit: nam prima oratoris impetratio in mala causa est, audiri meruisse. Tu concede paululum istuc Thraso.] Thraso hoc in bonã partem accepit: & ideo paret. putat enim uel turpe esse, si humiliter precetur suo nomine secq; audiente parasitus: uel incõgruum sibi, si in os præsens à Gnathone laudetur. Istuc Thraso. Non ad se uocat: sed locum ostendit quo abeat, atq; concedat. Principio ego uos.] Videt neq; se odio haberi, neq; offendi animos audientium in militis nomine. Hoc ergo oratorie: pro eo homine in quo offenditur, eum in quo nõ offenditur posuit. Me huius quicquid facio, id facere maxime causa mea.] Deest est Rei, aut est ut sit, me huius quicquid est quod facio, id facere maxime causa mea. Hic à persona discessit: & rem non odiosam pro odiosa posuit, id est parasiticam, pro æmuli amore, & commodo. Verum idem si uobis prodest.] Multum attulit ad persuadendum:

non

non esse commodum militi admitti: & suum commodum ipsorum esse commodum. Vos non id facere, insciti a est.] Oratorie, & secundum insinuationis præcepta sic dixit: nã remittendo, & dubitando, magis flectit animos, q; si aperte & pertinaciter asseueret. Militem ego riualem recipiendum censeo.] Artificiose satis, semel intulit omne quod durum dictu ad persuadendum erat: nam quòd militem & riualem dixit, ad eam rem ualet, ut magis admittendus sit quàm excludendus: & simul fiducia sic dicentis, parat animos ad audienda quæ dicet. Militem ego riualem recipiendum censeo. Riuales dicuntur æmuli de mulieribus: facta translatione nominis à feris bestijs, quæ sitientes cum ex eodem riuulo hausum petunt, in prælium contra se inuicem concitantur. Sic Cicero pro Cælio, Sin erit ex illo fonte riualis, inquit. Censeo.] Vide uirtutem poetæ: nõ enim dixit, peto: sed, censeo: tanquam illis modo consulat, neq; pro milite agat. Militem ego riualem. Considera quo uultu hoc dicendum sit: & intelliges, & militem, & riualem, & recipiendum, & ego censeo: quanta significat. Non enim dixit Thrasonem, sed militem: quod nomen ad stultitiam ualet. Non socium, sed riualem: quo ostendit, quandoquidem riualis in meretrice capiendus est, hunc potius eligendum. Nec, non excludendum, sed recipiendum dixit: ut ostenderet adeò prodesse, ut etiam de industria retinendus sit. Non, uolo aut rogo, sed censeo: ut consiliarius, non parasitus, uideaq; loqui. Nam quod Ego addidit, eo dicto usus est quo uti solent qui plus in negotio uident. nam sic in Phormione Iurisconsulti, Ego quæ in rem tuã fuerint, ea uelim facias. Ego sedulo hunc dixisse credo. Ego amplius deliberandum censeo. Cogita modo.] Modo, aut tantummodo significat: aut temporis est aduerbium. & simul incerta distinctio est.

Riuales

Suppeditare Et libenter uiuis.] Id est bonorum ciborum edax es. Suppeditare possit sine sumptu tuo.] Aut suppeditare, pro suppeditari. aut deest se. Vt, Accingunt omnes operi. Ad omnia hæc magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo est.] Locutio est ex negatiuis tertia: ut, Agrum in his regionibus meliorem nemo habet. Ex usu magis. Pro utilior. &, magis opportunus, pro opportunior. Nemo est. Hoc est opportunus. Habet quod det.] Vt dines. Et dat nemo largius.] Vt liberalis. Fatuus est.] Hoc ex usu tuo. Insulsus.] Sine sale & sapientia: aut sine saltu & salacitate. Tardus.] In Venerem scilicet. Stertit.] Plus dixit quàm dormit. Noctesq; & dies.] Plus significat quàm si diceret, diebus & noctibus: ut hoc ipso nomine consiliarij autoritas inesse uideatur. Fatuus.] Inepta loquens, à fando fatuus dicit: inde Fauni Fatui: & nymphæ Fatuæ dictæ sunt. Fatuus & insulsus. Fatui sunt, qui uerbis & dictis fatui sunt. Insulsi uerò, corde & animo. Tardus. Corpore, & membris. quanquam & intellectu tardos uocamus qui stulti sunt: sed melius est sic intelligi, ut ea uitia uideatur dicere, quæ inamabilem faciant etiam diuitem, largumq; amatorem. Nam aut uerba commendant: ut, Pendetq; iterum narrantis ab ore. hic fatuus. Aut sapientia gratum facit: ut, Multa uiri uirtus animo. hic insulsus est. Sed mihi uidetur fatuum dicere: qui tantum glorietur, & blandiri amicæ nesciat. Insulsum, qui non sit salax, & cupidus coitus. Tardum, qui non facilè explicet Venerem: quæ res meretricibus odiosa est. Fatuus est, insulsus. Sunt qui fatuum, animo putant: Insulsum dictis. sed male. Nam fatui quoque dij sunt, qui & Fauni dicuntur: & non stulti, sed multum fantes, id est loquentes. Fatuus est, insulsus. Hæc quæ nunc addidit, non ex superioribus pendent: sed cum superiora ualeant plurimum (nam quia diues & liberalis, potuit obesse riualibus) hæc omnia bona in Milite corrũ puntur, quòd fatuus, quòd insulsus, & cætera, quæ ipse persequitur. Fatuus, & insulsus. Hæc bene adduntur: quia dixit. Et habet quod det, & dat nemo largius. Ad rẽ eam ualebat ut amaretur Miles à meretrice, & præponẽdus omnibus esset: sed ingrata sunt mulieribus, maximeq; lasciuis, hæc omnia quæ subijcit. Fatuus & insulsus. Hoc pro aceruo uitiorum, cum quadam uultus improbitate prolatum est: quo magis res in medio posita esse uideatur. Vbi uelis.] Quando uel cum. Quid agimus?] Initium consensionis, dubitatio est eius qui negauerit. Hoc etiã.] Deest. uel abest. Quod ego.] Parasitus scilicet. Primum puto.] Primum puto, quasi parasitus. Accipit hominem.] Accipit, pascit. inuitat, ut, Illos porticibus rex accipiebat im amplis. Nemo melius prorsus, neq; prolixius.] Horum alterum apparatum indicat, alterum copiam. Mirũ ni illoc homine quoquo pacto opus est.] Facete dixit adolescens rei parcus, & qui putet amorem sine damno esse oportere, quiq; fefellerit meretricem: non solum efficiendum non esse militem, sed etiam quouis modo sustinendum, ac perferendum. Mirum ni illoc homine. Obtinuit parasitus iam quod negabatur. Primo deliberatũ, ut Quid agimus? pòst concessum, ut, Mirũ ni illoc homine quoquo pacto opus est. Mirum ni illoc. Hic inquit, eiusmodi est, ut etiam cum mala conditione patiendus sit. Idem arbitror.] Sanè opus fuit consensione, præcipue Phædriæ, cuius res agitur: nam ita & seruata persona est tarde consentientis amatoris. Recte facitis.] Gratiarum actio est. Vnum etiam, hoc uos oro.] Subtiliter etiã parasitus hic se adiungit, suasq; par-

Magis ex usu *Insulsus* *Dies & noctes* *Fatuus* *Fatuæ nymphæ* *Tardus* *Fatui & Fauni dij* *Accipere* *Recte facis*

tes circa hos agit. Satis diu hoc iam ſaxum uoluo.] Vide quemadmodum ſerpat paulatim etiam in eorum aſſentationem ex uituperatione militis. Hoc ſaxum uoluo. Prouerbium in eos qui inextricabili labore afflicti ſunt. Et bene ſaxum de ſtulto milite ait: & ſeipſum Siſyphum fecit. Hoc ſaxum uoluo. Velut Siſyphus apud inferos. Vt me in ueſtrum gregem.] Iam hos laudat: & nimis parasitus eſt, ſi recorderis eundem dixiſſe, Facete, lepide, laute. nihil ſuprà. At ego pro iſtoc Phædria.] Subaudiamus & ſum hic. aliter nō ut parasitus ait. Phædria & tu Chærea.] Ambos nominat, quaſi legibus paciſcantur. Hūc comedendum.] Cum cæteris rebus, ſummus Poeta etiam fidem oſtendit amicitiæ parasiticæ, exemplo Gnathonis de milite loquentis hoc modo. Propino.] Facete ſic dixit, ut parasitus, & ut qui de conuiuio loqueretur. Dignus eſt. Hæc uerba ultima lōgi ſermonis, eiuſmodi ſunt, ut miles hæc audiens, laudatum ſe eſſe, & approbatum exiſtimet. Vbi uis.] Honorifice reuocat ablegatum cum iniuria, dicendo, ubi uis: quia accede imperatiuum erat. & Vbi niſi Quando intellexeris, uitium eſt. Iſti te ignorabant.] Figura ἀνυποκρισία. Ad utrunq; enim pertinet, & ad laudem, & ad mores. Et hoc ambiguum. Secundum facta & uirtutes tuas.] Et hoc ἀμφίσολον. Nam uirtutes, εἰρωνικῶς pro uitijs poſuit, ut, Neſcis qui uir ſiet. &, Ornatus eſſes ex tuis uirtutibus. Facta, & uirtutes. Proprie facta militibus aſcribuntur. Facta, & uirtutes. Amarior eſt εἰρωνία in uitioſos homines, quàm ueritas. Nunquam etiam fui uſquam.] Nunquam, & locum & tempus ſignificat: Vſquam, locum magis. Nūquam, pro non. Et nunquam uſquam ὡδὶ ἀρχαϊσμῷ, pro, non uſquam, id eſt nuſquam. Quin me omnes amarent.] Contrarium ſuperiori. quid eſt enim quod bene non fecerit quicquam, ſi in illo eſt, ut ametur? Atticam eloquentiam. Et hoc εἰρωνικῶς, ut illa quæ ſuprà. Atticam dicit ueram atq; germanam: quia excultior eloquentia, dicitur Attica: & ſummi oratores, Attici appellati ſunt. Prætermiſſum eſt.] Et hoc anceps eſt, intellectu gemino ad utrunq;.

Attica eloquentia

Attici

Ite hac. Quo uocat parasitus? an ad meretricem? an ad cœnam militis, ut promiſit, Hunc ego comedendum & deridendum uobis propino. Ite hac. Comeſſatum ad militem, uel ad Thaidem. Si cœnæ interfuit meretrix: quomodo poſt acta ſunt omnia, cum mentio noctis non facta ſit? Omnia poſt cœnam geſta ſunt: & nō completa per rixam cœna, ſuperfuit plurimum temporis ad agendum.

FABVLAE INTERLOCVTORES

Chremes ſenex	Soſtrata matrona
Clitipho adoleſcens	Bacchis meretrix
Syrus ſeruus	Phrygia ancilla
Menedemus ſenex	Nutrix
Clinia adoleſcens	Antiphila meretrix
Dromo ſeruus	

C. SVLPICII APOLLINARIS IN HEAVTONTIMORVMENON PERIOCHA

IN militiam proficiſci gnathum Cliniam *Senarij*
Amantem Antiphilam compulit durus pater.
Animiq; ſeſe angebat, facti pœnitens:
Mox ut reuerſus eſt, clam patre diuortitur
Ad Clitiphonem (is amabat ſcortum Bacchidem)
Cum accerſeret cupitam Antiphilam Clinia,
Vt eius Bacchis uenit amica, ac ſeruolæ
Habitum gerens Antiphila, factum id quò patrem
Suum celaret Clitipho: hic technis Syri,
Decem minas meretriculæ aufert à ſene.
Antiphila Clitiphonis reperitur ſoror,
Hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem accipit.

IO. CALPHVRNII BRIXIENSIS VIRI CLARISSIMI IN P. SEXTI TERENTII HEAVTONTIMORVMENON ARGVMENTVM

HAec fabula, Menandri Græca: quæ facta à Terentio latina, nomen idem obſeruauit, ne Græci nominis euphoniam perderet, quòd Terētius minus laudis exiſtimaret propria ſcribere, quàm Græca transferre. Nomen habet à ſe ne ſeipſum excruciante ob filij abſentiam: quem amātem, duritia ſua in militiam proficiſci compulerat. ἑαυτὸν τιμωρούμενον, latine ſeipſum excrucians interpretatur. Illud animaduertendum, omnes Terentianas fabulas, ex utroq; genere miſtas, præter hanc. Nam comœdiæ aut motoriæ ſunt, aut ſtatariæ, aut miſtæ. Motoriæ, turbulentæ: Statariæ, quietiores: Miſtæ, ex utroq; actu cōſiſtentes. In hac, quæ plurimum delectat actu & ſtylo, primæ partes ſunt Menedemi & Chremetis: ſecundæ, Cliniæ & Clitiphōis: tertiæ, Syri: & ſic deinceps. Hæc etiam, ut cæteræ, quinq; actus, habet, Prologum concitatum. Nam & ſe purgat: & in lædendis aduerſarijs eſt occupatus. Argumentum quoq; non ſimplicis negocij habet, nec unius adoleſcentis, ut in Hecyra: ſed duorum, ut in fabulis.

CHremes grauidæ uxori olim interminatus, ſi puellam pareret, nolle tolli. At illa clam anui Corinthiæ nutriendam dedit. Hanc adultā Clinia inuito patre amare cœpit. cuius duritia & aſſiduis iurgijs, in militiam proficiſci compulſus eſt. Poſtea facti patrem Menedemum adeò pœnituit, ut omnia uenderet, & agrum emeret, in eoq; ſe exerceret: ut ſic filij iniuriam ulciſceretur. Paulopoſt reuertitur Clinia: & clam patre diuertitur apud Clitiphonem, qui & ipſe amabat ſcortum Bacchidem. Mittit accerſitū cupitam Antiphilam Clinia: cum qua & Bacchis una uenit. Hanc adoleſcentes Cliniæ amicam ſimulant Syri technis. Antiphila ad matrem deducit: cuius occaſione Syrus decem minas meretriculæ aufert à Chremete. Dehinc Antiphila Clitiphonis ſoror reperitur: & Cliniæ in uxorem datur. Chremes Bacchidem à Clitiphone amari animaduertit. iraſcitur. minatur. ſed & Menedemo adhortante filio ignoſcit: & aliam illi dat coniugem. In primo actu agitur de coniunctione ſenum, ſcilicet Menedemi, & Chremetis: ſimul & de amicitia & familiaritate adoleſcentum, in qua Clitipho ardentiſſimus oſtenditur. Secundus actus continet quemadmodum adoleſcentes amicas receperint: ſimul & Syri callidum conſilium. Tertius actus exprimit Syri fallaciam in Chremem, ut Bacchidem credat Cliniæ eſſe amicam, & Antiphilam arraboni Bacchidi relictam eſſe putet pro argento, quod anum Corinthiam meretrici debere finxit. In quarto actu agitur de recognitione Antiphilæ: & de extorſione argenti quod Bacchidi Clitipho promiſerat. Quintus actus continet omnium rerum conuerſionem ad iucundos exitus, patefacta cunctis cognitione geſtorum: & quemadmodum Antiphilam uxorem Clinia duxerit: Clitipho uerò dimiſſa Bacchide, aliam acceperit.

GRAECA EST MENANDRV. ACTA LVDIS MEGALENSIB. L. CORNELIO LENTVLO, L. VALERIO FLACCO AEDILIB. CVRVL. EGIT AMBIVIVS TVRPIO. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. ACTA PRIMVM TIBIIS IMPARIBVS. DEINDE DVAB. DEXTRIS. ACTA ETIAM TERTIA, † C. CORNELIO, M. IVVENTIO COSS.

Al. T. Sempronio

Vide anno ab Vrbe condita 591

PROLOGVS

Senarij

NE CVI sit uestrum mirum, cur parteis seni
Poeta dederit, quæ sunt adolescentium,
Id primum dicam deinde, quod ueni, eloquar.
Ex integra Græca, integram comœdiam
Hodie sum acturus, Heautontimorumenon.
Duplex quæ ex argumento facta est simplici.
Nouã esse ostendi, & quæ esset · nunc qui scripserit,
Et cuia græca sit, ni partem maximam
Existimarem scire uestrum, id dicerem.
Nunc quamobrem has parteis didicerim, paucis dabo.
Oratorem uoluit esse me, non Prologum·
Vestrum iudicium fecit me actorem dedit.
Sed hic actor tantum poterit à facundia,
Quantum ille potuit cogitare commode,
Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum.
Nam quod rumores distulerunt maleuoli,
Multas contaminasse Græcas, dum facit
Paucas Latinas · factum hic esse id non negat,
Neq; se id pigere · & deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum · quo exemplo sibi
Licere id facere, quod illi fecerunt putat.
Tum quod maleuolus uetus Poeta dictitat,
Repente ad studium hunc se applicasse musicum,
Amicûm ingenio fretum, haud natura sua·
Arbitrium uestrum, uestra existimatio
Valebit · quamobrem omnes uos oratos uolo,
Ne plus iniquûm possit, quàm æquûm oratio.
Facite æqui sitis · date crescendi copiam
Nouarum qui spectandi faciunt copiam
Sine uitijs: ne ille pro se dictum existumet,
Qui nuper fecit seruo currenti in uia
Decesse populum · cur insano seruiat?
De illius peccatis plura dicet, cum dabit
Alias nouas, nisi finem maledictis facit.

Adeste

Adeste æquo animo · date potestatem, mihi
Statariam agere ut liceat per silentium·
Ne semper seruos currens, iratus senex,
Edax parasitus, sycophanta autem impudens,
Auarus leno, adsidue agendi sint mihi,
Clamore summo, cum labore maxumo.
Mea causa causam hanc iustam esse animum inducite.
Vt aliqua pars laboris minuatur mihi.
Nam nunc nouas qui scribunt, nihil parcunt seni·
Si qua laborioſa est, ad me curritur·
Sin lenis est, ad alium defertur gregem.
In hac est pura oratio · experimini,
In utranq; partem ingenium quid possit meum.
Si nunquam auare pretium statui arti meæ·
Et eum esse quæstum in animum induxi maximum,
Quàm maxumè seruire uestris commodis.
Exemplum statuite in me, ut adolescentuli
Vobis placere studeant potius, quàm sibi.

IO. CALPHVRNII INTERPRETATIO IN PROLOGVM HEAVTONTIMORVMENI

NE cui sit uestrum mirũ.] Prologus concitatus: nam & se purgat, & aduersarium acriter terret. Actor quoque, ex commodo suo, cur hanc comœdiæ actionem susceperit, causas affert. Ex integra Græca.] Terentius Hecyram & Phormionem ab Apollodoro transtulit: reliquas quatuor, à Menandro. Et quæ esset. Id est quo nomine uocaretur. Oratorem uoluit me esse, non prologum.] Officium prologi, ante narrationem rei semper est: ueruntamen & post principium fabulæ inducitur, ut apud Plautum in milite glorioso, & apud cæteros magnæ autoritatis ueteres poetas. Oratorem. Sic in prologo Hecyræ, Orator ad uos uenio cum ornatu prologi.

Oratorem. Oratorem audire oportere, ius gentium est. Oratorem non liceat iniuriam pati. Ne igitur patiatur iniuriam, non se prologum, sed oratorem nominat. Et orator est qui rogat: Exorator, qui impetrat. Alibi Terentius, Orator ad uos uenio, finite exorator fiem. Et orator est, cui causa defendenda mandatur. Nam quòd rumores distulerunt.] Id quod maleuoli uitio dant sibi, sibi laudi ascribit: seq; exemplo præstantissimorum poetarum defendit qui idem factitauerunt. Distulerunt, diuulgauerũt. Autumat.] Opinatur, dicit, censet. Habet bonorum exemplum.] Videlicet, Plauti, Neuij, Ennij, quos autores Terentius habet, ut in prologo Andriæ fatetur, Qui cum hunc accusant, Neuium, Plautum, Enniũ accusant, quos hic noster autores habet. Tum quod maleuolus uetus Poeta.] A natura, maleuolus: à tempore uel inuidia, uetus: à signo æmulationis, poeta. Vetus, plerunq; ad laudem refertur, interdum ad uituperationem. Vetus, id est carioſus, & quasi rancidus. Maleuolus, non criminibus, sed maledictis. Amicûm ingenio fretum.] Hoc idem refellit in prologo Adelphorum. Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles Eum adiutare, assidueq; unà scribere, Quod illi maledictum uehemens esse existimant, eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet Qui uobis uniuersis & populo placent. Hunc musicum.] Videlicet Poetam elegantem. Musicus, latine dicitur elegans. ἄμουσος uerò Græce, inelegans. Amicûm. Pro amicorum, uidelicet Lelij & Scipionis, quorum amicitia Terentius familliarissime usus est. Arbitrium uestrum.] Bene arbitrium. nam arbiter dicitur iudex, qui totius rei habet arbitrium & facultatem. horum enim arbitrio & iudicio comœdia commendari poterat. Ne plus iniquum possit.] Iustam rem petit: quæ quidem, nisi ab iniustis, conceditur. Qui nuper fecit seruo currenti.] In hoc notatur aduersarius, qui decorum

Orator

Exorator

Differo

Autumo

Musicus

Arbiter

decorum personæ nõ seruauerit. Quid enim magis præter serui decorum, quàm ut illi po-
Statarius pulus in uia decedat, & insano seruiat? Date potestatem mihi statarias agere.] Vt liceat ad exitũ usq; fabulæ perpetuo stare, ne uidelicet aliqua turba fiat, ut fieri solet aut ludis funambuli, aut gladiatorum. tunc enim necesse est relinquere comœdiæ actionem. Et bene dixit stataria. Agi enim dicitur fabula cũ recitatur, Stare cum placet. Est etiam comœdia quæ dicitur stataria, aut motoria, à statarijs actibus uel motorijs. Ne semper seruus currens.] Exprimit uarias personas quæ in comœdijs introducuntur, quibus ars comica uade nobilitatur. Inducitur autem leno periurus, amator feruidus, seruus callidus, & amica illudens, & uxor inhibens, & mater indulgens, & patruus obiurgator, & sodalis opitulator, & miles præliator, parasiti edaces, parentes tenaces, & meretrices. Mea caussa, caussam hanc iustam.] παρονομασία. Si qua laboriosa est.] Iustum etenim est seni in re laboriosa fauorem præstare. Ad alium gregem.] Gregem cum contemptu dixit, alios actores parui faciens. Gregem appellat scenicorum turbam. Plautus in prolog. Asinariæ, Quæ quidem mihi atq; uobis res uertat bene, atq; huic gregi. Est pura oratio.] Hoc est nitida, quæ facile assensum auditorum ineat. Si nunquam auare pretium statui.] Per hæc uerba Terentius demonstrat quàm grauis autor sit, qui suas comœdias probet. sic Horatius, Et cum respõdere coneris, Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Roscius egit. Et eum esse quæstum.] Nonnunquam subauditur si, ut sit, & si eum quæstum. Seruire uestris commodis.] Plus dixit commodis, quàm si diceret uoluptatibus.

ACTVS I SCENA I

CHREMES, MENEDEMVS, SENES.

C. QVANQVAM hæc inter nos nuper notitia admodũ est, *Senarij*
Inde adeò, quòd agrum in proximo hic mercatus es,
Nec rei ferè sanè amplius quidquam fuit.
Tamen uel uirtus tua me, uel uicinitas
(Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto)
Facit, ut te audacter moneam, & familiariter.
Quod mihi uidere præter ætatem tuam
Facere, & præter quàm res te adhortatur tua.
Nam pro deũm atq; hominum fidem, quid uis tibi? aut
Quid quæris? annos sexaginta natus es,
Aut plus eo, ut confscio agrum in his regionibus
Meliorem, neq; preti maioris nemo habet.
Seruos complureis proinde quasi nemo siet,
Ità attentè tute illorum officia fungere.
Nunquam tam mane egredior, neq; tam uesperi
Domum reuertor, quin te in fundo conspicer,
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique
Nullum remittis tempus, neq; te respicis.
Hæc non uoluptati esse satis certo scio.
At enim dices: me quantum hic operis fiat, pœnitet.
Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
Si sumas in illis exercendis, plus agas.
M. Chreme tantúmne est ab re tua ocij tibi,
Aliena ut cures, eaq; , nihil quæ ad te attinent?
C. Homo sum. humani à me nihil alienum puto.

Vel

Vel me monere hoc, uel percontari puta.
Rectum est ego ut faciam, non ut deterream.
M. Mihi sic est usus, tibi ut opus est facto, face.
C. An cuiquam est usus homini, sẽ ut cruciet? M. mihi est.
C. Siquid laboris est, nollem. sed quid istuc mali est?
Quæso quid de te tantum meruisti? M. eheu.
C. Ne lacruma, atq; istuc quidquid est, fac me ut sciam.
Ne retice. ne uerere. crede inquam mihi,
Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero.
M. Scire hoc uis? C. hac quidem causa, qua dixi tibi.
M. Dicetur. C. istos rastros interea tamen
Depone. ne labora. M. minime. C. quam rem agis?
M. Sine me, uacuum tempus ne quod dem mihi
Laboris. C. non sinam inquam. M. ah, non æquum facis.
C. Hui, tam graueis hos quæso? M. sic meritum est meum.
C. Nunc loquere. M. filium unicum adolescentulum
Habeo. ah quid dixi habere me? imò habui Chreme.
Nunc habeam, nécne, incertum est. C. quid ità istuc? M. scies.
Est è Corintho hic aduena anus paupercula.
Eius filiam ille amare cœpit perditè,
Propè iam ut pro uxore haberet. hæc clam me omnia.
Vbi *rem resciui, cœpi non humanitus, *aliud*
Neq; ut animum decuit ægrotum adolescentuli
Tractare. sed ui, & uia peruolgata patrum.
Quotidie accusabam: hem, tibine hæc diutius
Licere speras facere me uiuo patre?
Amicam ut habeas propè iam in uxoris loco?
Erras si id credis, & me ignoras Clinia.
Ego te meum esse dici tantisper uolo.
Dum quod te dignum est facies. sed si id non facis,
Ego quod me in te sit facere dignum, inuenero.
Nulla adeò ex re istuc fit, nisi ex nimio otio.
Ego istuc ætatis, non amori operam dabam,
Sed in Asiam hinc abij propter pauperiem. atq; ibi
Simul rem, & gloriam armis belli repperi.
Postremo adeo res redijt. adolescentulus
Sæpe eadem, & grauiter audiendo, uictus est.
Putauit me & ætate, et beneuolentia
Plus scire et prouidere, quàm seipsum sibi.
In Asiam ad regem militatum abijt Chreme.
C. Quid ais? M. clam me est profectus, menseis treis abest.

Ambo

C. Ambo accuſandi & ſi illud inceptum, tamen
Animi eſt pudentis ſignum, & non inſtrenui.
M. Vbi comperi ex his, qui ei fuere conſcij,
Domum reuertor mœſtus, atq; animo fere
Perturbato, atq; incerto præ ægritudine
Aſſido accurrunt ſerui ſoccos detrahunt
Video alios feſtinare, lectos ſternere,
Cœnam apparare pro ſe quiſq; ſedulò
Faciebat, quò illam mihi lenirent miſeriam.
Vbi uideo hæc, cœpi cogitare: hem, tot mea
Solius ſolliciti ſunt cauſſa, ut me unum expleant?
Ancillæ tot me ueſtiant? ſumptus domi
Tantos ego ſolus faciam? ſed gnatum unicum,
Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius,
Quòd illi ætas magis ad hæc utenda idonea eſt
Eum ego eieci hinc miſerum iniuſtitia mea.
Malo quidem me dignum quouis deputem,
Si id faciam nam uſq; dum ille uitam illam † incolit *al. incolet*
Inopem, carens patria ob meas iniurias,
Interea uſq; illi de me ſupplicium dabo,
Laborans, quærens, parcens, illi ſeruiens.
Ita facio prorſus nihil relinquo in ædibus,
Nec uas, nec ueſtimentum corraſi omnia.
Ancillas, ſeruos, niſi eos, qui opere ruſtico
Faciundo, facile ſumptum exerceant ſuum
Omnes produxi, ac uendidi inſcripſi ilico
Ædeis mercede quaſi talenta ad quindecim
Coegi agrum hunc mercatus ſum hic me exerceo.
Decreui tantiſper me minus iniuriæ
Chreme, meo gnato facere, dum fiam miſer:
Nec fas eſſe ulla me uoluptate hic frui,
Niſi ubi ille huc ſaluos redierit meus particeps.
C. Ingenio te eſſe in liberos leni puto,
Et † illum obſequentem, ſi quis rectè aut commode *Illum eliditur 1*
Tractaret uerum neq; tu illum ſatis noueras,
Nec te ille. hoc ibi fit, ubi non uerè uiuitur.
Tu illum nunquam oſtendiſti quanti penderes,
Nec tibi ille eſt credere auſus quæ eſt æquum patri.
Quod ſi eſſet factum, hæc nunquam eueniſſent tibi.
M. Ità res eſt, fateor peccatum à me maximum eſt.
C. Menedeme, at porrò recte ſpero illum tibi

Saluom

Saluom affuturum eſſe hic confido propédiem.
M. Vtinam di ità faxint, C. facient nunc ſi commodum eſt,
Dionyſia hic ſunt, hodie apud me ſis uolo.
M. Non poſſum. C. cur non? quæſo, tandem aliquantulum
Tibi parce idem abſens facere te hoc uult filius.
M. Non conuenit, qui illum ad laborem impulerim,
Nunc me ipſum fugere. C. ſicine eſt ſententia?
M. Sic. C. bene uale. M. & tu. C. lacrumas excuſſit mihi,
Miſeretq; me eius ſed ut diei tempus eſt,
Monere oportet me hunc uicinum Phaniam,
Ad cœnam ut ueniat ibo ut uiſam ſi domi eſt.
Nihil opus fuit monitore: iam dudum domi
Præſtò apud me eſſe aiunt. egomet conuiuas moror.
Ibo adeò hinc intró. ſed quid crepuerunt fores?
Hinc à me quiſnam egreditur? huc conceſſero.

VAnquam hæc inter nos.] Bene ex arte comica ſenex opitulator inducitur, qui & miſeria & triſtitia alterius ualde commoueatur. ſimul amborum ſenum coniunctio & familiaritas, ad id quod ſecuturum eſt non parum accommoda futura eſt. ſimul exprimitur à Poeta mutua miſeratio quæ inter ſenes eſſe ſolet & omnino ſenilis prolixa. Quanquam hæc inter nos. Exordium eſt, & oratori congruum. quod enim exigua notitia, aut nuper incepta, uel nulla conſuetudo anteactæ uitæ facere prohibet, id uel uirtus uel propinquitas cogit. Vicinitas.] Vicinia nõ tam homines qui eundem incolunt uicum ſignificat, quàm qui prope domum tuam habitant. Vicinitas autem non homines, ſed propinquitatem proprie uicinorum. Nam prò deum atque hominum fidem.] Exclamatio uehemens eſt in eum, qui & ſenex & dives continuo ſe labore defatiget, & eo magis Chremes admiratur huius laborem nondum intellecta cauſa.

Vicinia
Vicinitas

Vt conijcio.] Id eſt coniecturam capio. hinc coniectura dicta eſt à coniectu, id eſt à directione quadam rationis ad ueritatem. Vnde etiam ſomniorum atq; ominũ interpretes, coniectores uocamus. Nemo.] Pro quiſquam. Tute illorum officia fungere. Nunc dicimus, officijs fungeris. Fungor idem eſt quod officium munus q; ago, ut fungor magiſtratu, fungor legatione. Nunquam.] Deeſt nam. Tam mane.] Modo aduerbium: alibi nomẽ uidetur, ut, Iam mane nouum, iam clarum mane feneſtras intrat. Quin te in fundo conſpicer.] Quin, pro quòd non hoc in loco, aliâs pro cur non, pro, etiam, pro quare ponitur.

Conijcio
Coniectura
Coniectores
Fungor
Mane

In fundo. Superius dixit, Agrum in proximo hic mercatus eſt. Fundus enim ab agro continetur. de quo Cicero in quodã ioculari libello, Fundũ uerò uocat quem poſſit mittere funda, Ni lapis exciderit, qua caua funda patet. Remittis, neq; te reſpicis.] Nihil ſignificãtius de eo qui nihil ſibi parcit, nec ſui miſeretur. nam qui aliſs remittit aliquid, id eſt cõdonat, is eſt facilis & mitis naturæ. At enim dices.] Anthypophoræ reſpondet. Pœnitet.] Id eſt parum uidetur. Pœnitet enim eum qui parũ putat. alibi Terent. Noſtri noſmet pœniter. Virg. in Bucol. Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellũ. Cic. ad filiũ. Quod te quantũ proficias non pœnitebit. Quod in opere faciundo.] Opera eſt actio, & perſona ipſa quæ opus peragit: Opus: finis eſt & fructus operæ. Nonnunquam opus pro opera uidetur accipi. Virgil. Molibus è ſtratis opera ad fabrilia ſurgit. In illis exercendis.] Qui aliſs præeſt, aut pater familiâs, aut imperator, plus efficit ſua adhortatione quàm opera. Tantum ne eſt ab re tua ociſ tibi.] Difficilis, ut inquit Cicero, eſt cura rerũ alienarũ. Nam ea magis præcipimus atq; ſentimus quæ nobis ipſis aut proſpera aut aduerſa ueniũt, quàm illa quæ cæteris, quæ quaſi longo interuallo interiecto uidemus aliter de illis ac de nobis iudicamus. Ab re tua.] Id eſt à negociſs tuis familiaribus. dicitur etiam ab re tua, cõtra utilitatem tuam: ſicut è re tua, & è repub. id eſt pro re tua, & pro repub. Homo ſum, humani à me nihil alienum puto.] Hoc ex Platonis ſententia, qui inquit, Ortus noſtri partem patriam uendicare, partem amicos, & ut Stoicis placet, quæ in terris gignuntur, ad uſum hominum omnia creantur. Homi

Remittere
Opera
Opus
Ab re tua
E re tua

o nes autem

Percontari nes autem,hominum cauſſa generantur,ut ipſi inter ſe alij alijs prodeſſe poſſint. Percon-
Interrogare tari.] Id eſt interrogare.Percõtari ſuapte natura ad finem ſpectat coarguẽdi.Interrogamus,
Vſus noſcendi gratia:Percontamur uerò,arguẽdi,quamuis tamen utroq; indifferenter utamur.
Vſus.] Modo opus ſignificat:aliàs utile,ut,opus eſt facto,pro facere.Sic Salluſt. Nam &
priuſquã incipias conſulto,& ubi conſulueris,mature facto opus eſt. Mihi.] Nõ repugnat
Mereo ſentẽtiæ Chremetis,ſed ſe ſolum meruiſſe dicit ut crucietur. De te meruiſti?] Dicimus au
Mereor tem mereo & mereor.Mereor de te,eſt aliquid in te confero uel bonũ,uel malũ. Ne retice.]
Reticeo Bene retice.Nã reticemus dolores,Obticemus pudenda,Tacemus ſecreta,ut,Nec tacui de
Obticeo mens.In Eunucho,Virgo conſciſſa ueſte lachrymans obticet. Aut conſolando,aut conſi-
Taceo lio,aut re iuuero.] His tribus adhibitis quid amplius in uera amicitia exoptandũ? Depo
Perditus ne.] In tempore. Nõ ſinam inquam.] Hæc magis geſtu exprimũtur.Hui tam grauis.Apo
Aeger ſiopeſis:& admiratio põderis raſtrorũ,quibus ſenex utitur. Perdite.] Bene perdite.Nam
Aegrotus perditus eſt,qui in omne ſcelus eſt traditus. Animum ægrotũ.] Pro ægro dixit,nam ani-
Tantiſper mus,æger:corpus uerò,ægrotum dicitur. Et uia peruulgata patrum.] Patres bonis inſti-
tutis,aliorum exemplis,nonnunquam minis,filios ad uirtutem adhortantur. Tantiſper
uolo.] Tantiſper,poſtulat poſt ſe Dum pro donec ſiue quãdiu.Cicero,In carcerem ductus,
ut ibi eſſet tantiſper dum culeus in quẽ deiectus deferretur,cõpararetur. Sunt qui accipiãt
tantiſper,pro tantummodo:ſunt qui pro interea.Liuius lib.1.ab Vrb.cond.Tamẽ id impe-
rium ei ad puberẽ ætatẽ incolume manſit,tantiſper tutela muliebri.Et Tantiſper ſine Dum
uſus eſt. Non amori operam dabam.] Bene ſenex iuxta Horatij præceptũ, laudator acti
temporis inducitur. Rem & gloriam.] Hæc duo potiſſimum à militibus ſtrenuis compa-
rantur.Res tria notat,imperium ſiue diuitias,litem,& Venerem. Putauit me.] Clemẽtiſſi-
Res mus pater filium laudat,quòd non pertinax in malis,ut multi,fuerit. Vbi comperi.] Hæc
Compertum oratio,tota pathetica eſt.Et bene cõperi,compertũ eſt mihi,& exploratum,idẽ eſt quod ſcio
Exploratum per inueſtigationem. Accurrunt ſerui.] Tale illud in Andria,Accurrit,mediam mulierẽ
Lectos ſter- amplectitur. Lectos ſternere.] Ex conſuetudine antiqua.lectulis enim ſtratis antiqui cœ-
nere nitabant unde triclinium à tribus lectis dictum.Horatius,Sæpe tribus lectis uideas cœna
Triclinium re quaternos.Terẽtius in Adelphis,Lectulos iligneos dedit faciẽdos in ſole ubi potetis uos
Apparare Cœnam apparare.Nihil lignificantius de ſene dicere potuit, qui uoluptates & commo-
Præparare da quæ aſpernatus gratia filij narrat.Nam apparare,eſt ad dignitatem quandam ac uerius
pompã.Præparare uerò,eſt quæ utilia ſunt aut fore creduntur. Eum ego eieci.] Eum abun
Corradere dat. Corraſi omnia.] Omnia compilaui,uendidi.Huic cõtrarium eſt abradere:& eſt per
Abradere uim aliquid auferre. Produxi,ac uendidi.] Bene produxi.nam producere, foras ducere
Producere ſignificat.M.T.in Frumentaria,Nemo tuorum amicorum abs te productus.nemo interro-
Productores gatus.Hinc productores dicuntur,qui uirgines abducunt,& eas ad quæſtum exponunt.
Cogere Talenta ad XV.coegi.] Congeſſi:coadunaui.Hinc coactores argẽtariorum dicũtur, qui
Coactores pecunias cogunt. Decreui.] Plus eſt decernere quàm conſtituere.& eſt proprie decernere
Frui de rebus magnis certam proferre ſententiam. Voluptate frui.] Si parentes pro filijs ela-
Liberi borant,quis clemẽtior hoc ſene,qui omnia cõmoda abſente filio aſpernatur?Frui, proprie
eſt delectationẽ capere ex uſu. Ingenio te eſſe leni in liberos puto.] Liberos multitudinis
numero dixit,cum Menedemus unicum haberet filium.Conſtat enim antiquos oratores,
hiſtoriæq;,aut carminum ſcriptores,etiam unum filium filiamue,liberos multitudinis nu-
mero appellaſſe.In Hecyra liberos in ſignificatione unius filiæ dixit,Qui illum decreuerũt
dignum,ſuos cui liberos committerent.Sic Cicero,En cui tuos liberos cõmittas. Quan-
Pendere ti penderes.] Quanti illum faceres.Tractum ab antiquis,qui ante ſignatam pecuniã, æs &
argentum pendebant. Nec tibi credere auſus.] Adoleſcẽtibus glorioſum eſt ſi modeſtia
utuntur & pietate in parentes,ut nihil dicant aut faciant niſi conſilio parentum. Porrò re-
cte ſpero.] Porrò eiuſdem ſignificationis cuius uerò & autem : pro quibus tamen ponere
non poſſis. Significat etiã apud Poetas lõge,certe, poſtea,ultro.Spero pro credo, uſitatum
Spero eſt:ſiue de præſenti loquamur,ſiue de præterito. Similiter confido pro credo,tum in præte-
Confido rito,tum in præſenti,tum in futuro. Vtinam dij faxint.] Faxo,futurum tempus tantum:
Dionyſia uel,ut alij,promiſſiuum modum oſtendit. Dionyſia hic ſunt.] Hoc eſt Bacchanalia.Dio-
nyſij autem,qui & Bacchus dicitur,ſacra,à pleriſq; Græciæ urbibus triẽnio quoq; celebra-
bantur. Quæſo.] Primam perſonam indicatiui habet duntaxat.Licet quæſere lectum ſit
apud Salluſtium & Tullium, Nihil opus fuit monitore.] Hoc eſt uocatore.Nam uocato-
res proprie dicebantur qui ad cœnas uocabant. Præſto ſum.] Idem eſt quod adſum. nec
alteri ferè uerbo cohæret,niſi uerbo ſubſtãtiuo,& huic ſimplici.Nam præſto adſum,magis
poeticum eſt. Egomet conuiuas moror.] Hoc eſt in mora detineo, à quibuſdam, morari
pro expectare exponitur,ſed mea ſententia, magis poetice quàm oratorie.

ACTVS I SCENA II

Iambici quadrati hypercatalectici & acatalectici.dimeter unus acatalecticus,
Quadratus unus catalecticus,brachycatalectici duo.

CLITIPHO ADOLESCENS. CHREMES.

CLI. NIHIL adhuc eſt,quod uereare Clinia: haud quaquam
etiam ceſſant, *Catalecticus*
Et illam ſimul cum nuntio tibi hic ego affuturam hodie ſcio: *Brachycatal.*
Proin tu ſollicitudinem iſtam falſam, quæ te excruciat, omittas.
CH. Qui cum loquitur filius? *Trochaicus dimeter catalecticus*
CLI. Pater adeſt,quem uolui:adibo,pater opportunè aduenis. *Troch.tetra.catal.*
CH. Quid eſt? CLI. hunc Menedemum noſtin' noſtrum uicinum?
CH. Probe. CLI.huic filium ſcis eſſe? CH.audiui,in Aſia. CLI.non eſt pater, *Iamb.Octo. hypercat.*
Apud nos eſt? CH.quid ais? CLI.aduenientem è naui egredientem ilico
Adduxi ad cœnam:nam mihi magna cum eo iam inde uſq; à pueritia
Semper fuit familiaritas. CH.uoluptatem magnam nuntias:
Quàm uellem Menedemum inuitatum,ut nobiſcum eſſet hodie amplius,
Vt hanc lætitiam nec opinanti primus ei obijcerem domi.
Atq; etiam nunc tempus eſt. CLI.caue faxis,non eſt opus pater. *Iamb. quadrati acatalect.*
CH. Quapropter? CLI.quia enim incertum eſt etiã quid ſe faciat:modo uenit:
Timet omnia,patris iram,& animum amicæ ſe erga ut ſit ſuæ.
Eam miſere amat:propter eam hæc turba,atq; abitio euenit. CH. ſcio.
CLI. Nunc ſeruolum ad eam in urbem miſit,& ego noſtrum unà Syrum.
CH. Quid narrat? CLI.quid ille? ſe miſerum eſſe. CH.miſerum? quem minus
credere eſt?
Quid reliqui eſt,quin habeat quæ quidem in homine dicuntur bona?
Parenteis,patriam incolumem,amicos,genus,cognatos,diuitias:
Atq; hæc perinde ſunt, ut illius animus,qui ea poſſidet:
Qui uti ſcit,ei bona:illi qui non utitur rectè,mala.
CLI. Imò ille fuit ſenex importunus ſemper:& nunc nihil magis
Vereor,quàm nequid in illum iratus plus ſatis faxit pater.
CH. Illéne? ſed reprimam me:nam in metu eſſe hunc,illi eſt utile.
CLI. Quid tu tecum? CH.dicam:ut ut erat,manſum tamen oportuit.
Fortaſſe aliquanto iniquior erat,præter eius libidinem:
Pateretur:nam quem ferret,ſi parentem non ferret ſuum?
Huncine erat æquum ex illius more,an illum ex huius uiuere? &
Quod illum inſimulat durum,id non eſt:nam parentum iniuriæ
Vniuſmodi ſunt fermè:paulo qui eſt homo tolerabilis.
Scortari crebrò nolunt.nolunt crebrò conuiuarier:
Præbent exiguè ſumptum,& ea ſunt tamen ad uirtutem omnia,
Verum ubi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala,
Neceſſe eſt Clitipho conſilia conſequi conſimilia:hoc

Scitum est, PERICVLVM ex alijs facere, tibi quod ex usu siet.
CLI. Ità credo. CH. ego ibo hinc intrò, ut uideam nobis quid cœnæ siet:
Tu ut tempus est diei, uidesis nequò hinc abeas longius.

NIhil adhuc est quod uereare.] Hic Cliniæ, qui ex Asia redierat, ingens de amica solicitudo exprimitur. Accedit & sodalis opitulator Clitipho, qui aduentū amici mira uoluptate patri narrat. Nihil adhuc quod uereare. Clinia miserat accersitum Antiphilam: discruciabatur quòd non rediret. Haud quaquā etiam cessant.] Id est nondum differunt aduentū. Solicitudinem istam.] Bene solicitudinē dixit. nam solicitudo est quæ inhæret mentibus: Solicitatio, quæ ab alio fit. Audiui in Asia esse.] Recta eiuscemodi est oratio per infinitum. Nam non latine dicitur, audiui quòd in Asia est. Nec opinanti.] Insperatum enim gaudium maius esse solet: quemadmodum & dolor acerbior, si non opinanti obijcitur. Caue faxis.] Volebat Chremes nuntiare Menedemo redijsse filium: sed Clitipho prohibuit, quod Cliniæ nondum patris uoluntas esset perspecta. Miserum: quem minus credere est:] Minus, hoc loco pro nō ponitur. Non est, inquit, credendum Cliniam esse miserum. hoc ad sequentia respicit, scilicet. Quid reliqui est quin habeat quæ quidem in homine esse dicuntur bona? Minus credere est. Pro, non credendum est. huiusmodi locutio parum Latinis usui est. Quæ quidem in homine dicuntur bona.] Scilicet à uulgo. Cum tantum animi bona, secundum philosophos, appellanda sint. Et hoc, illud quod suprà dixit Chremes affirmat, scilicet Cliniam non esse miserum. Illene: Chremes sermonem quem cœperat repressit: ut exemplo Cliniæ filius terreretur. Illene: Hoc clara uoce pronuntiandum. Sed reprimam me.] Hæc submissa uoce protulit, ne audiret filius. Hunc.] Scilicet Cliniam. Vt ut erat.] Quàm bene tuē patrum partes, qui omnino à filijs tolerandi sunt. Præter eius libidinem.] Vult causam Cliniæ uideri deteriorem ut ostendat parentes filijs, ob uitia eorum, asperiores esse. Nam quem ferret, si parentem non ferret suum?] Tale est illud, Cuius saluti consulet, qui suam negligit? Erat æquum.] Ab æquo suscipit paternam defensionem. Durum non est.] Aliud obiectum refellit: & à statu diffinitiuo censet patrem nō esse appellandum durū, qui filios à uitijs sua seueritate deterret. Scortari.] Est frequenter scorta ductitare. Consequi consilia.] Nam cuius animus in re mala semel corruptus est, in dies fit peior. Nobis quid cœnæ.] Minus dixit, quā si dixisset quæ cœna. Sic illud, Quicquid hoc hominis est, Aliter exprimitur quàm si diceremus, quis hic homo est.

Solicitudo
Solicitatio
Minus
Scortari

ACTVS I SCENA II
CLITIPHO.

Octonarij Iambici

QVAM iniqui sunt patres in omneis adolescentis iudices,
Qui æquum esse censent, nos iam à pueris ilico nasci senes,
Neq; illarum affines esse rerum, quas fert adolescentia:
Ex sua libidine moderantur, quæ nunc est, non quæ olim fuit.
Mihi si unquam filius erit, næ ille facili me utetur patre.
Nam & cognoscendi, & ignoscendi dabitur peccati locus.
Non ut meus, qui mihi per alium ostendit suam sententiam.
Perij, is mihi ubi adbibit plus paulò, sua quæ narrat facinora?
Nunc ait, Periclum ex alijs facito, tibi quod ex usu siet.
Astutus: næ ille haud scit quàm mihi nunc surdo narret fabulam.
Magis nunc me amicæ dicta stimulant, Da mihi, atq; affer mihi.
Cui quid respondeam nihil habeo, neq; me quisquam est miserior.
Nam hic Clinia, etsi is suarum rerum satagit: attamen
Habet benè ac pudice eductam, ignaram artis meretriciæ.
Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa, nobilis:

Tum

Tum quod dem ei, recte est: nam nihil esse mihi, religio est dicere.
Hoc ego mali non pridem inueni: neq; etiámdum scit pater.

QVàm iniqui sunt patres.] Solus Clitipho permansit, qui de patre conqueritur, us mos est adolescentiū, qui paterna præcepta moleste ferunt. Quæ nūc est.] Huic illud contrarium, Sed nunc ea me exquirere, inquit, patris est. nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet. Dum tempus ad eam rem tulit, sui animum ut expleret suum. Ex sua libidine.] Libido est quæq; uoluntas temere suscepta. Apud Sallustium in Catil. tamen in bonam partem capitur, Magisq; in decoris armis, & militaribus equis, quàm in scortis & conuiujs libidinem habebant. Cognoscendi & ignoscendi.] Ex affectu eorum loquitur, qui cum alicui obnoxij sint, alium habēt animum quàm haberent, si liberi essent. Per alium ostendit suam sententiam.] Superius, Sed reprimam. nam in metu esse hunc, illi est utile. Vbi adbibit.] Quàm petulans sit filius in paretem, ostenditur: cuius præcepta contemnit. Næ ille.] Næ pro certo ponitur. Da mihi atq; affer.] Verba sunt amicæ, quæ magis Clitiphonē stimulant, quàm patris præcepta. Satagit.] Genitiuo iungitur. Satagit. Id est anxius est & curiosus suarum rerū. Pudice eductam.] quod nos educare dicimus, antiqui educere dixerunt. Procax.] Procare poscere est. unde procaces meretrices, ab assidue poscendo. & proci uxorem petentes in matrimonium. Religio.] metus uel solicitudo. Terentius in Andria, Dignus cum tua istac religione es odio. Inde dies religiosi. infames, uel infausti dicti: quos ex contraria causa propter ominis diritatem relinquam.

Libido
Satago
Educare
Educere
Procare

ACTVS II. SCENA II.
CLINIA. CLITIPHO.

CLIN. SI mihi secūdæ res de amore meo essent, iā dudū scio Octo. *Iamb.*
Venissent: sed uereor ne me absente mulier corrupta sit.
Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant:
Locus, occasio, ætas: mater, sub imperio cuius est, mala:
Cui nihil iam præter pretiū dulce est. CLIT. Clinia. CLIN. hei misero mihi.
CLIT. Etiam caues ne uideat forte *hinc te à patre aliquis exiens. *al. hic*
CLIN. Faciam: sed nescio quid profectò mihi animus præsagit mali.
CLIT. Pergin' istuc prius dijudicare, quàm scis quid ueri siet?
CLIN. Si nihil mali esset, iam hic adessent. CLIT. iam aderunt. CLIN. quando istuc erit?
CLIT. Non cogitas hinc longius abesse? & nosti mores mulierum.
Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. CLIN. ò Clitipho,
Timeo. CLIT. respira: eccum Dromonem cum Syro, unà adsunt tibi.

SI mihi.] Hic mira amantis solicitudo exprimit, cui expectanti, hora, dies, annus uidetur. Si mihi. Amor res est suspicionis plena. Torquetur igitur Clinia mora & dilatione amicæ Antiphilæ. Sed uereor ne mulier.] Bene amantis exprimit affectum: qui semper omnia in deterius suspicatur. Mihi animum exaugeant.] Augeri dicitur animus, quando multa concurrunt quibus flectitur in eam partem in quam inclinatur. Occasio, ætas.] Hi loci ex arte rhetorica etiam ad maioris rei confirmationem ualerent. Occasio, locus, ætas, mater. Argumenta deducuntur aut à rebus, aut à personis. hæc enim, causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, & cætera rerum accidentia. à personis deducuntur hoc modo. Nam similes parentibus aut maioribus suis filij plerunq; creduntur: & nonnunquam ad honeste turpiterq; uiuēdum. Similiter à natiōe quoq;, patria, ætate, educatione & disciplina sumuntur. Hei mihi.] Hei, dativo iungitur, ut Virg. Hei mihi qualis erat. Heu uerò, accusativo: ut alibi Terentius, Heu me miserum. Mihi animus præsagit mali.] Sic fieri cōsueuit. ut quotiens aliquid expectamus, ea occurrant potius quæ mentem nostram ad cogitandum aliquid mali trahant.

Hei
Heu

Quando istuc erit?] Non potest credere ex nimia suspicione uenturam amicam. Non cogitas hinc longius abesse? Clitipho remouet suspicionem ex animo Cliniæ, & locorũ interuallo, & ex cultu mulierum, quæ maiorem temporis partem in se ornando conterunt.

Clitipho, timeo.] Vide nulla re arceri posse suspicionem ex pectore amantis. Eccũ Dromonem cum Syro, ληπτικῶς: & cum gestu nimiæ lætitiæ pronuntiandum est.

ACTVS II SCENA III

Senarij & Octonarij Iambici, permixtis Trochaicis Catalecticis.

SYRVS, DROMO SERVI. CLINIA. CLITIPHO.

S. AIN' tu? D. sic est. S. uerũ interea dũ sermones cædimus *Tro. ca.*
Illæ sunt relictæ. CLIT. mulier tibi adest, audin' Clinia?
CLIN. Ego uerò audio nunc demum, & uideo, & naleo Clitipho.
S. Minime mirum, adeò impeditæ sunt, ancillarum gregem
Ducunt secum. CLIN. perij, unde illi sunt ancillæ? CLIT. men' rogas?
S. Non oportuit relictas portant quid rerum. CLIN. hei mihi.
S. Aurum uestem, & uesperascit, & non nouerunt uiam.
Factum à nobis stultè est. abi dum tu Dromo illis obuiam.
Properè quid stas? CLIN. uæ misero mihi, quanta de spe decidi.
CLIT. Quid istuc? quæ res te sollicitat autem? CLIN. rogitas quid fiet?
Vidén' tu ancillas, aurum, uestem? quam ego cum una ancillula
Hic reliqui unde ea esse censes? CLIT. uah, nunc demum intellego.
S. Di boni quid turbæ est? ædes nostræ uix capient scio.
Quid comedent? quid bibent? quid sene erit nostro miserius?
Sed uideo, eccos quos uolebam. CLIN. ó Iuppiter ubi nam est fides?
Dũ ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci *Iãb. Octon. aca*
Collocupletasti te Antiphila, & me in his deseruisti malis. *talecticus*
Propter quam in summa infamia sum, & meo patri minus sum obsequens,
Cuius nunc pudet me, & miseret qui harum mores cantabat mihi,
Monuisse frustra neq; potuisse unquam ab hac me expellere.
Quod tamen nunc faciam tum cum gratum mihi esse potuit, nolui.
Nemo est miserior me. S. hic de nostris uerbis errat uidelicet,
Quæ hic sumus locuti. Clinia aliter tuum amorem, atq; est, accipis.
Nam & uita est eadem, & animus te erga idem ac fuit. *Senarij Iambici*
Quantum ex ipsa re coniecturam † fecimus *al. cepimus*
CLIN. Quid est obsecro? nam mihi nunc nihil rerum omnium est
Quod malim, quàm me hoc falsò suspicarier.
S. Hoc primum, ut nequid huius rerum ignores anus
Quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit.
Ea obijt mortem hoc ipsa in itinere alteræ
Dum narrat, forte audiui. CLIT. quæ nam est altera?
S. Mane hoc quod cœpi primum enarrem Clitipho.

Post,

Post, istuc ueniam. CLIT. propera. S. iam primum omnium
Vbi uentum ad ædes est, Dromo pultat fores.
Anus quædam prodit hæc ubi aperuit ostium,
Continuo se hic coniecit intró ego consequor.
Anus foribus obdit pessulum ad lanam redit.
Hinc sciri potuit, haud usquàm alibi, Clinia,
Quo studio uitam suam te absente exegerit,
Vbi de improuiso est interuentum mulieri.
Nam ea res dedit tum existimandi copiam,
Quotidianæ uitæ consuetudinem.
Quæ cuiusq; ingenium ut sit, declarat maxume
Texentem telam studiosè ipsam offendimus,
Mediocriter uestitam ueste lugubri,
Eius anuis caussa opinor, quæ erat mortua.
Sine auro tum ornatam, ità uti quæ ornantur sibi.
Nulla mala re esse expolitam muliebri.
Capillus passus, prolixus, circum caput
Reiectus negligenter pax. CLIN. Syre mi obsecro
Ne me in lætitiam frustra conijcias. S. anus
Subtegmen nebat præterea una ancilla erat.
Ea texebat unà pannis obsita,
Neglecta, immunda illuuie. CLIT. si hæc sunt Clinia
Vera, ita uti credo, quis te est fortunatior?
Scin' hanc, quam dicit sordidatam & sordidam?
Magnum hoc quoq; signum est dominam esse extra noxiam,
Cum eius tam negleguntur internuntij.
Nam disciplina est, eisdem munerarier
Ancillas primùm, ad dominas qui affectant uiam.
CLIN. Perge obsecro te, & caue ne falsam gratiam
Studeas inire. quid ait, ubi me nominas?
S. Vbi dicimus rediisse te, & rogare uti
Veniret ad te, mulier telam deserit
Continuò, & lacrymis opplet os totum sibi,
Vt facile scires desiderio id fieri tuo.
CLIN. Præ gaudio (ita me Di ament) ubi sim nescio.
Ita timui. CLIT. at ego nihil esse sciebam Clinia. *Proceleus. & tres anapesti*
Agédum uicissim Syre, dic quæ illa est altera.
S. Adducimus tuam Bacchidem. CLIT. hem, quid Bacchidem?
Eho sceleste quò illam ducis? S. quò ego illam? ad nos scilicet. *Octonarij Iãbici acat. permixtis troch. catalect.*
CLIT. Ad patrémne? S. ad eum ipsum. CLIT. ó hominis impudentem audaciam.
S. Heus tu, non fit sine periclo facinus magnum & memorabile.

CLIT. Hoc uide,in mea uita tu tibi laudem is quæſitum ſcelus·
Vbi ſi paululum modo quid te fugerit,ego perierim.
Quid illo facias? S.at enim. CLIT.quid enim? S.ſi ſinas,dicam.
CLIN. ſine
CLIT. Sino. S.ità res eſt,hæc nũc quaſi cũ. CLIT.quas,malum,ambages mihi
Narrare occipit? CLIN.Syre uerum hic dicit,mitte ad rem redi.
S. Enimuero reticere nequeo multis modis iniurius *Octon.*
Clitipho eſt neq; ferri potis eſt. CLIN.audiendum hercle eſt, tace, *Troch.*
S. Vis amare uis potiri uis,quod des illi,effici·
Tuum eſſe in potiundo periclum non uis· haud ſtultè ſapis,
Siquidem id ſapere eſt,uelle te id quod non poteſt,contingere.
Aut hæc cum illis ſunt habenda, aut illa cum his amittenda ſunt.
Harum duarum conditionum nunc utram malis,uide.
Etſi hoc cõſilium,quod cœpi,rectum eſſe & tutum ſcio.
*Nam apud patrem tua amica tecum ſine metu ut ſit,copia eſt. *Nam redundat*
Tum quod illi argentum es pollicitus,eadem hac inueniam uia. *in uerſu*
Quod ut efficerem,orando ſurdas iam aureis reddideras mihi.
Quid aliud tibi uis? CLIT.ſiquidem hoc ſit. S.ſiquidem experiundo ſcies.
CLIT. Age age,cedò iſtuc tuum conſilium quod id eſt? S.aſſimulabimus
Tuam amicam,huius eſſe amicam. CLIT.pulchre,cedò quid hic faciet ſua?
An ea quoq; dicetur huius,ſi una hæc dedecori eſt parum?
S. Imò ad tuam matrem deducetur. CLIT. quid eò? S.longum eſt Clitipho,
Si tibi narrem,quamobrem id faciam uera cauſa eſt. CLIT.fabulæ,
Nihil ſatis firmi uideo, quamobrem accipere hunc mihi expediat metum.
S. Mane, habeo aliud,ſi iſtuc metuis,quod ambo confiteamini
Sine periclo eſſe. CLIT.huiuſmodi obſecro aliquid reperi. S.maximè.
Ibo obuiam hinc dicam ut reuortantur domum. CLIT.hem, *Senarij*
Quid dixti? S.ademptum tibi iam faxo omnem metum,
In aurem utram uis otioſe ut dormias.
CLIT. Quid ago nunc? CLIN.túne quod boni eſt? CLIT.Syre dic modo
Verum. S.age modo.hodie ſerò,ac nequidquam uoles.
CLIN. Datur modo,fruere dum licet,nam neſcias,
Eius ſit poteſtas poſthac,an nunquam,tibi.
CLIT. Syre inquam. S.perge porrò,tamen iſtuc ago.
CLIT. Verum hercle iſtuc eſt.Syre,Syre inquam,heus heus Syre.
S. Concaluit.quid uis? CLIT.redi redi. S.adſum,dic quid eſt?
Iam hoc quoq; negabis tibi placere. CLIT.imò Syre,
Et me,& meum amorem,& famam permitto tibi,
Tu es iudex,ne quid accuſandus ſis uide·
S. Ridiculum eſt iſtuc me admonere Clitipho,
Quaſi iſtic minor mea res agatur,quàm tua.

Hic ſi

Hic ſi quid nobis forte aduerſi euenerit,
Tibi erunt parata uerba.huic homini uerbera.
Quapropter neutiquam hæc res neglectu eſt mihi·
Sed iſtum exora,ut ſuam eſſe adſimulet. CLIN.ſcilicet
Facturum me eſſe,in eum iam res redijt locum,
Vt ſit neceſſe. CLIT.meritò te amo Clinia
CLIN. Verum illa ne quid titubet. S.perdocta eſt probé.
CLIT. Ad hoc demiror,quî tam facile potueris
Perſuadere illi,quæ ſolet quos ſpernere.
S. In tempore ad eam ueni,quod rerum omnium eſt
Primum nam miſerè quendam offendi militem,
Eius noctem orantem hæc arte tractabat uirum.
Vt illius animum cupidum inopia incenderet·
Eademq; ut eſſet apud te ob hoc quamgratiſſima.
Sed heus tu uidéſis,nequid imprudens ruas·
Patrem nouiſti, ad has res quàm ſit perſpicax·
Ego te autem noui quàm eſſe ſoleas impotens,
Inuerſa uerba,euerſas ceruices tuas,
Gemitus,ſcreatus,tuſſis,riſus abſtine.
CLIT. Laudabis. S.uidéſis. CLIT.tutemet mirabere.
S. Sed quàm citò ſunt conſecutæ mulieres?
CLIT. Vbi ſunt? cur retines? S.iam nunc hæc non eſt tua.
CLIT. Scio,apud patrem at nunc interim. S.nihilo magis.
CLIT. Sine. S.non ſinam inquam. CLIT.quæſo pauliſper. P.ueto.
CLIT. Saltem ſalutare. S.abeas,ſi ſapis. CLIT.eo.
Quid iſtic? S.manebit. CLIT.ó hominem felicem. S.ambula.

In' tu?] Hæc ſcena plena eſt & timoris & ſuſpicionis:ſed perſona ſeruilis utriq; ſuccurrit. Ain' tu? Hoc ſic lege, ut intelligas multa uerba præceſſiſſe. Mulier.] Non Antiphila,aut amica:ſed ſic dixit quaſi illi qui deſperauerat rediturã. Ego uero audio.] Verba ſunt reſpirãtis,& ad ſe redeuntis. Minime mirum.] Mulieres à natura tardæ in inceſſu ſunt,ſed hic additur cauſa tarditatis. Minime mirum.Scilicet ſi relictæ ſunt. Perij.] Cliniæ ſuſpicio,quòd amica corrupta ſit,ab aemillarum grege oritur.has enim ab alijs amatoribus eſſe putat. Portant quid rerum.] Ob hoc non eſt ſecurus Syrus, quòd mulieres relictæ ſint. Et ueſperaſcit, & non nouerunt uiam.] Cauſa cur nõ oportuit relictas.quis enim tutus,ſi quid portat,& in nocte,& in incerto itinere? Væ miſero mihi.] Magis ſuſpicatur Clinia quòd à Syro aurum & ueſtem audierit. Abi dũ.] Dum, παρέμπορ. Vnde ea eſſe cenſes?] Vnde eſſent iſta,tanquã notũ eſſet,nõ explicuit. Quid turbæ eſt?] Perſona ſeruilis,utpote fidelis heri impẽſis timet. Quid turbæ eſt? Turba primũ perturbationem ſignificat.inde turbo turbas, perturbo,deturbo. Dehinc multitudinẽ: quæ ferè turbatione non uacat. Capient.] Alias deligent ſignificat.Virgil.Aut capere,aut captas iam deſpectare uidentur. Eccos uolebam.] Eccũ eccã,eccos eccas,ellum ellam,ellos ellas,ab ecce compoſita ſunt:& per aduerbia reſoluuntur,nõ per pronomina.Eccũ,ecce hic:ſubintellige uirũ de q̃ agebamus.eccã,ecce hic:ſubintellige fœminã. Ita ellum,intellige ecce illic uirũ,&c. O Iuppiter.] Sic exclamat dũ putat ab amica eſſe deceptum. Errans.Hinc errones dicũtur. Pudet & miſeret.] Recte:quia poſt pudorem ſolet conſequi miſericordia.Pudet,uerecundiæ eſt:Piget,pœnitentiæ.Terentius in Adelphis; *Pudet* *Piget*

Fratris

Fratris me quidē pudet,pigetq;.Et bene pudet de filio in patrem.in Andria,Tum patrispudor. Cantabat.] Hoc est frequenter dicebat.& significantius dixit cantabat.& antiqui canere:pro eloqui dixerunt. Ab hac.] Sic dixit:quia nondū appulerat: etsi superius Me deseruisti dixerit. Hic de nostris uerbis.] Superius,Portant quid rerū,& aurū,& uestem,di-
Scilicet xit. Videlicet.] Scilicet & uidelicet idem significare uidentur quod certe:sed habēt usum
Videlicet suum per amaritudinem cū derisu permixtā. Virgilius, Scilicet hic tuperis labor est. Quintilianus,Hoc uidelicet expectasti. Ex ipsa re.] Ex signis quæ dicturus est. Anus quæ dicta est mater.] Hoc cōtra illud est quòd suprà dictum à Clinia,Mater sub imperio cuius est mala. Ea obijt mortem.] Hoc dictum,ne ab illa corruptam amicam suspicetur. Alteræ dum narrat.] Antiquū est:nos Alteri dicimus. Quænam est altera?] Interrogat:quia non dum intellexerat amicam aduentare. Propera.] Properat qui festinanter aliquid agit uel dicit. Virg.Multa forent quæ mox cælo properāda sereno Maturare datur. Iam primum omniū.] Sic incipit,ut multa pudicitiæ signa narraturus. Liuius in 1.ab Vrb.cond.Iam primum omnium satis constat. Anus quædam prodit.] In Eunucho de utilissima persona, Prodi foras male conciliate. Ad lanam redit.] Hæc signa sunt pudice uitam agētis.Sic in Andria,Primum hæc pudice uitam,parce,ac duriter agebat, lana & tela uictum quæritās.
Exigo uitam Vitam exegerit.] Aliter dicitur exigere uitam,exigere fabulam,& exigere opus.Significat
Existimo enim traducere,expellere,& finire. Existimandi copiam.] Iudicandi.Aestimare enim,est considerare:Existimare uerò,iudicare. Nam prius consideramus ea quæ iudicanda sunt.
Aestimo Quæ cuiusq; ingenium.] In Andria,Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi.&c.
Offendimus.] Reperimus.Offendere fere idem est quod reperire. Eius anuis causa.] M.
Anuis Varronem & P.Nigidium uiros Romani generis doctissimos constat nō aliter locutus esse & scripsisse q̄s senatuis & domuis,qui est primus casus ab eo quod est senatus & domus.
Ornantur sibi.] Non ut placeant amatoribus. Nulla mala re expolitam.] Hoc est,non fucatam.Mala enim,à similitudine mali,hoc est pomi, nomen assumpsit. Nam id est quod
Passus præeminet inter nasum,oculos,& buccam,quod rotundum est,& in speciem mali. Capillus passus.] Id est sparsus.Virgilius,Crinibus Iliades passis.Sunt quædam uerba quæ à di
Proluuies uerso ueniunt præsenti:sed in præterito confunduntur:sicuti à patior,ita à pando passus de
Illuuies scēdit:à uertor,& uerror uersus sum. Pānis obsita.] Sic in Eunucho,Pānis annisq; obsitū.
Immūda illuuie.] Proluuies & illuuies significantiā habēt parem,& immūditia est. Virg.
Sordidus Fœdissima uentris illuuies. Sordidatam & sordidam.] Sordidus à natura dicitur: Sordi-
Sordidatus datus uerò fit urgente necessitate.Sordidatam,refertur ad illud,Pannis obsita:Sordidam, ad illud,Neglecta,immunda illuuie. Extra noxam.] Hoc est culpam.Noxa etiam significat damnum.Suetonius in Cæsare,Spurinamq; irridens,& ut falsum arguēs, quod sine ulla sua noxa Idus Martiæ essent. Nam disciplina est.] Præceptum in arte amandi ut amato
Affectare res prius ancillas corrumpant. Affectant.] Affectare,est pronum animum ad faciendum habere. Falsam gratiam.] Scilicet mentiendo. Oppletos.] Nam & ex nimio gaudio interdum lacrumæ prouenire solent. Agedum.] Age.singularē numerum desiderat:Agite, pluralem:Agédum uerò utrunq;. Quæ est illa altera?] Interrogat non immemor uerborum Syri,O Clitipho post istuc ueniā. Hem,quid.] Hem,interiectio est nouas res & optime audientis. Quò illam ducis?] Hoc cum timore pronūtiandum. Timet ne pater illius amicam cognoscat. O impudentem audaciam.] Bene audaciam:quæ proprie est temeritas. Heus tu,non fit sine periculo facinus.] Sententia generalis,quæ & seruis conuenit.
Vide Hoc uide.] Sic dicere solemus his qui res maximas aggrediuntur. Vbi si paululum.] Verba proprie alicuius committentis alteri cum periculo uel res suas,uel salutem. At enim.] Aliquid supplendum.Syrus dicere uolebat,aut in ea re non esse periculum: aut se effecturum quod intendit.Sed illius sermonem Clitipho interrupit. Ita res est. hæc nunc quasi cum.] Hæc oratio imperfecta est,utpote à Clitiphone,qui impatiens audiendi est, interrupta.Recusat em̄ Clitipho pericula:& uult amica sine his potiri: quod Syrus fieri posse negat: quia necesse est,si amare uult,ut admittat pericula.Ergo subintelligendum est, quòd hic uelit compos esse uoti sui sine periculo: quemadmodum si aliquis sine belli periculo uelit consequi uictoriam:Aut aliquid tale:ut sit prouerbium usitatum in ignauos, qui sine labore consequi uellent quod optant. Malum.] Aduerbium est interpositæ indignationis.
Potis est.] Pro,nō potest. Vis potiri.] Potior à potis descendit:ideo illi in significatione est simillimum.dicitur enim,sum compos animi,aut rationis,quòd hæc habeo. Vis,quod des illi,Effici.Pro inueniri positū. Haud stulte sapis. εἰρωνευτ' id enim uelle sine periculo, quod fieri non potest,est insipientis. Aut hæc.] Scilicet pericula. Cum illis.] Inuidiose illis, cum in una sit. sic in Eunucho, Non perpeti meretricum contumelias. Harum duarum conditionum.] Hoc sic infert Syrus, ut tandem uelit consilium suum anteferri.

Harum

Harum,duarum cōditionum.Aut uelle pericula cum amica, aut amittere eam unà cum periculis.Condictio,est actio in aliquem,uel denuntiatio,condicere enim, prisca lingua,est *Condictio*
denuntiare,conditio uero sine c,ut hic est legendum,est cum uno,certam legem in se conti *Conditio*
nens.Alibi Terent.Accepit conditionem,dehinc quæsum occipit.Dicitur etiam bonæ conditionis:ita ut referas ad fortunas,non ad mores,id est diues est.Est etiam cōditio inter plura eligenda,sortis oblata electio. Conditionū, id est optionum,electionum. Quod ut efficerē.] Superius, Vis quod des illi,effici.Id efficimus,quod cum magno conatu & molimine facimus:uixq; per nos finem accipit. Siquidem.] Syrus repetit uerbū Clitiphonis: quòd per eum dubitare uideat. Assimulabimus tuam amicā.] Callide Clitiphonis amica, Cliniæ esse simulatur, ut Antiphila ad Sostratam deducatur, quæ post agnoscetur filia Chremetis qua cognita,& altero consilio inuento à Syro,extorquebitur argentum à Chremete,quod Clitipho Bacchidi promiserat. Dedecori est parū?] Turpe est habere unam amicam,nedum duas. Quid eo?] Cū interrogatione,quasi dicat,quid tum si ad matrem deducet? Fabulæ.] Recte fabulæ:quia neq; ueræ sunt,neq; uerisimiles. Huiusmodi obsecro aliquid.] Quàm stulte amans inducitur credere Syrum, qui iocatur iam habere aliquid quo potiatur amica sine periculo. Quid ago nunc?] Dubius & circa pericula & circà amicam quærit consilium. Age modo.] Sic pronūtiandum est,ut Syrus discedat,& dicat amicæ Clitiphonis ut domū reuertatur. Syre inquam.] Trepide Syrum reuocari iam decedentem. Tamen istuc ago.] Quod cœpi,scilicet ut dicam amicæ ut domum redeat.
Verum hercle.] Id est uerba credulī & trepidi amantis & cōcedere nolentis Syro ut quod constituerit peragat. Concaluit.] Bene de amore cōcaluit.In Eunucho, Accede ad ignem hūc,iam calesces plus satis. Ne quid accusandus.] Ne quid,deest ob uel propter.& est ad monitio aliquid alicui trepide committētis. Quasi istic minor mea res agatur.] Securius committimus his ad quos non minus pertinet quod agēdum,quàm ad nos. Huic homini uerbera.] Amabant ueteres de proximo similia dicere. Cicero, Minus carum putauit, si de armario q̄s de sacrario fuisset ablatū. Homini huic.] Ἀσυντάκτως hæc dixit, seipsum ostendens. Ne illa quid titubet.] Subaudi timeo. Titubare est proprie pedibus nō ualentis in- *Titubare*
sistere,quales sunt ebrij.Ad animū quoq; transfertur,quotiens ab animo uerba dissentiūt. Veretur igitē Clitipho ne quid temere effundat quo se indicet. Quæ solet quos spernere.] Quos,id est quales amatores. Virg. Quos ego sum toties iam de. m. Miserum quendam offendi.] Recte miserū dixit,ut ostenderet nō admissum,arte scilicet meretricis. Inopia.] Scilicet sui. Ouid. Nitimur in uetitū semper,cupimusq; negata. Inuersa uerba.] Omnia ponit quæ ab amante uecorde fieri solent. Inuersa uerba. Id est uerba præpostere & in cōtrariū pronuntiata. Est enim inuertere quasi in contrariū uertere,& præpostere uerba pronuntiare:ut pro lauo uola. Euersas ceruices.] Ceruix seu ceruices posterior pars colli, ubi origo est omnibus neruis.unde homo duræ ceruicis dicit̄,quasi indomabilis & quasi duri ca- *Ceruix*
pitis & duræ mentis. Euersas ceruices.Contrarium est erectas ceruices.Et significat illum flecti & domari ab amica. Vide sis.] Vultuose pronuntiandum est. Cur retines?] Impatientia amantis ostenditur.Nam uisa amica,Clitipho uerba Syri obliuioni tradiderat. Apud patrē.] Obseruabo id q̄d me admonuisti. At nūc interim.] ἀποσιώπησις amantis:ut sit, sine interim paulisper cū amica ludere. Nihilo magis.] Vult Syrus eum perpetuo modestum:ne si inceperit,non possit se abstinere,etiam patre uidente. Quid istic?] Istic, pro iste.

ACTVS II. SCENA IIII.

Trochaici octo catalectici, permixtis Iambicis quadratis acatalecticis.
Porrò senarij quinque.

BACCHIS. ANTIPHILA. CLINIA. SYRVS.

EDEPOL te mea Antiphila laudo, & fortunatam iudico,
Id cum studuisti,formæ mores ut consimiles forent·
Minimeq; (ita me Dij ament) miror,si te sibi quisq; expetit,
Nam mihi quale ingenium haberes,fuit indicio oratio.
Et cum egomet nunc mecum in animo uitam tuam considero,
Omniumq; adeò uostrarum,uolgus quæ ab se segregant·
Et uos esse istiusmodi,& nos non esse haud mirabile est.

Nam

Nam expedit bonas esse uobis nos quibus cum est res,non sinunt.
Quippe forma impulsi nostra,nos amatores colunt,
Hæc ubi immutata est,illi suum animum aliò conferunt.
Nisi prospectum intereà aliquid nobis est,desertæ uiuimus.
Vobis cum uno simul ubi ætatem agere decretum est uiro,
Cuius mos maximè est consimilis uostrum,hi se ad uos applicant.
Hoc beneficio utriq; ab utrisq; uerò deuincimini.
Vt nunquam ulla amori uestro incidere possit calamitas.
AN. Nescio alias me scio quidem semper fecisse sedulo,ut
Ex illius commodo,meum compararem commodum. CLIN. uah.
Ergo mea Antiphila tu nunc sola reducem me in patriam facis. *Iamb.octo.acat.*
Nam dum abs te absum,omnes mihi labores fuere quos cepi,leues,
Præterquàm tui carendum quod erat. S.credo. CLIN.Syre, uix suffero.
Hocine me miserum non licere meo modo ingenio frui?
S. Imò ut patrem tuum uidi esse habitum,diu etiam duras dabit.
BA. Quis nam hic adolescens est,qui intuetur nos? AN. ah retine me obsecro.
BA. Amâbo,quid tibi est? AN.disperij. BA.perij misera,quid stupes
Antiphila? AN.uideón' Cliniam an non? BA.quem uides? *Senarij*
CLIN. Salue anime mi. AN.ó mi Clinia,salue. CLIN. ut uales? *al.mi expecta-*
al.aduenisse AN Saluum ueniſſe gaudeo. CLIN.teneóne te *te:tunc erit troch.cata.*
Antiphila,maxime animo exoptata meo?
S. Ite intrò,nam uos iam dudum expectat senex.

AEdepol te mea Antiphila.] Non potuit melius conditionem meretriciam exprimere, q̃ per eam quæ meretrix esset: quæ tamen nomini meretricio fauet,cum alibi reprehendantur meretrices nihil aliud ex amore adolescentium quærere, quàm pecuniæ extorsionem. hic quoq; iocunda amantium congressio signantissime exprimit. Aedepol.] Per Castorem & Pollucem, ornatiua sunt iurandi,apta fœminis.Isti formæ mores ut cõsimiles forent.] Mores enim pudici, gratiores esse solent in pulchro corpore. Virgil. Gratior & pulchro ueniens e corpore uirtus. Sibi quisq; *Expetere* expetit.] Recte expetit:cum eam à pudicitia commẽdet.Expetimus enim tantũ ea quæ honesta sunt,& planè bona.unde,de rebus expetendis à philosophis scriptum: quæ scilicet peti debent. Oratio tua.] Quod dixeris,cum uno uelle ætatem traducere. Antiqui etiã pauca uerba orationem dixerunt. Nam expedit bonas esse uobis.] Quia cum solo uiuitis. Nec potest esse uerus amor,nisi inter duos qui sibi inuicem fidem seruent: iuxta illud, Nec regna,nec tædæ socium pati ualent. Quippe forma impulsi.] Et hic amor est gratia uoluptatis tantum. Et bene impulsi:Nam hæc omnia,nox,uinum,amor,adolescentia, ab impulsionis parte dicuntur,non à ratiocinationis. Amatores colunt.] Bene amatores. Amator, fingi potest: Amans uere amat. Colunt.] Colere est inferioris personæ ad superiorẽ: non nunquam superioris ad inferiorem. Virg. Posthabita coluisse Samo. Nisi prospectum.] Prospicimus futura. Dijudicamus præsentia. Incidere possit calamitas.] In Eunucho,Nostri fundi calamitas. Proprie calamitatem rustici grandinem dicunt, quòd comminuat calamum,hoc est culmum ac segetem. Nescio alias.] Verba mulieris commendantis se à fide in uirum. Vah.] Clamosa interiectio hoc in loco ad gaudium spectat. Nec potuit uoxac commodatior dari amatori præ nimio amore ferme insanienti ad primum cum amica congressum. Credo.] Syrus non se loco mouerat,respondet uerbis Clitiphonis, qui cum loquebatur,ut eum aliquo ambulatum abire cogeret. Vix suffero.] Vix,difficultatem significat Et aliquando pro nõ ponitur. Ouidius, Vix Priamus tanti, totaq; Troia fuit. Lucilius, Carcer uix carcere dignus. Suffero, Sustineo, aliàs suppono. Imò ut patrem tuum uidi esse

di esse habitum.] Cum non possit per se Syrus Clitiphonem abigere, ad minas patris cõfugit: quem fingit iratum. Vidi esse habitum. Vario modo homines habiti atque affecti esse possunt. quibus secundum Academicos aliud atq; aliud uidetur. Etiã duras dabit.] Sub intelligendum est uel lites uel partes. In Eunucho, Duras partes fratris prædicas. Et partes duras, μεταφορικῶς ab actoribus scenicis. Ah retine me.] Antiphilæ præ nimia lætitia,uiso Clinia,animo male esse cœpit. Nam & animus unà cum corpore nonnunquã deficit nimio mœrore: sic & interdũ nimio gaudio Video cliniam,an non.] Tanta lætitia erat Antiphilæ,ut et si amatorem agnosceret,de eo tamen dubitaret. Anime mi.] Mollis oratio,& fœminea multis implicata blandimentis. Mi,uim blandimenti habet. nam significat meus.
Clinia salue.] Illa ad maiorem gratiam,amantem proprio nomine appellauit. Salue, modo admirantis interiectio est. Teneó ne te?] Præ nimio amicæ desiderio,cum dubitatione loquitur. Sunt qui legant, Teneóne te: ut referatur ad fidem, ita ut dubitet an à se alienata sit,an in fide persistat.

ACTVS III SCENA I

CHREMES. MENEDEMVS.

C. VCESCIT hoc iam cesso pultare ostium *Senarij*
Vicini primum ex me ut sciat sibi filium
Rediisse,etsi adolescentem hoc nolle intellego.
Verùm cum uideam miserum hunc tam excruciarier
Eius abitu cælem tam insperatum gaudium,
Cum illi nihil pericli ex indicio siet?
Haud faciam.nam quod potero,adiutabo senem.
Ita ut filium meum amico,atq; æquali suo
Video inseruire,& socium esse in negotijs.
Nos quoq; senes est æquum senibus obsequi.
M. Aut ego profecto ingenio egregie ad miseriam
Natus sum aut illud falsum est quod uulgo audio
Dici, DIEM ADIMERE ægritudinem hominibus.
Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio ægritudo,& quantò diutius
Abest,magis cupio tantò,& magis desidero.
C. Sed ipsum foras egressum uideo adibo alloquar.
Menedeme salue nuntium apporto tibi,
Cuius maximè te fieri participem cupis.
M. Nunquid nam de gnato meo audisti Chreme?
C. Valet atq; uiuit. M.ubi nam est quæso? C.apud me domi.
M. Meus gnatus? C.sic est. M.uenit? C.certé. M.Clinia
Meus uenit? C.dixi. M.eamus,duc me ad eum obsecro.
C. Non uolt te scire se rediisse etiam & tuum
Conspectum fugitat,propter peccatum tum hoc timet
Ne tua duritia illa antiqua,etiam adaucta sit.
M. Non tu ei dixisti ut essem? C.non. M.quamobrem Chreme?
C. Quia pessumè istuc in te,atq; in illum consulis,
Si te tam leni,& uicto esse animo ostenderis.

M. Non poſſum ſatis iam,ſatis pater durus fui. C.ah,
Vehemens in utranq; partem Menedeme es nimis,
Aut largitate nimia,aut parſimonia.
In eandem fraudem ex hac re,atq; ex illa,incides.
Primùm,olim potius,quàm paterere filium
Commeare ad mulierculam,quæ paululo
Tum erat contenta,cuiq; erant grata omnia,
Proterruiſti hinc.ea coacta ingratis
Poſt illa cœpit uictum uolgò quærere.
Nunc cum ſine magno intertrimento non poteſt
Haberi,quiduis dare cupis.nam ut tu ſcias,
Quàm ea nunc inſtructa pulchrè ad perniciem ſiet
Primùm,iam ancillas ſecum adduxit plus decem,
Oneratas ueſte,atq; auro ſatrapes ſi ſiet
Amator,nunquam ſufferre eius ſumptus queat,
Nedum tu poſſis. M.eſtne ea intus? C.ſit rogas?
Senſi nam ei unam cœnam,atq; eius comitibus
Dedi quòd ſi iterum mihi ſit danda,actum ſiet.
Nam ut alia omittam,pitiſſando modò mihi
Quid uini abſumpſit? ſic hoc dicens,aſperum
Pater hoc eſt,aliud lenius ſodes uide,
Releui dolia omnia,omnes ſerias.
Omnes ſollicitos habui.atq; hæc una nox
Quid te futurum cenſes,quem aſſidue exedent?
Ita me Di amabunt,ut tuarum miſeritum eſt
Menedeme fortunarum. M.faciat quod libet.
Sumat,conſumat,perdat,decretum eſt pati:
Dum illum modo habeam mecum. C.ſi certum eſt tibi
Sic facere,illud permagni referre arbitror,
Vt neſcientem ſentiat te id ſibi dare.
M. Quid faciam? C.quiduis potius,quàm quod cogitas,
Per alium quemuis ut des falli te ſinas
Technis per ſeruulum etſi ſubſenſi id quoq;,
Illos ibi eſſe,& id agere inter ſe clanculum.
Syrus cum illo ueſtro conſuſurrat.conferunt
Conſilia adoleſcentes.& tibi perdere
Talentum hoc pacto ſatius eſt,quàm illo minam.
Non nunc pecunia agitur ſed illud,quomodo
Minimo periculo id demus adoleſcentulo,
Nam ſi ſemel tuum animum intellexerit,
Prius proditurum te tuam uitam,& prius

Pecuniam

Pecuniam omnem,quàm abs te amittas filium:hui,
Quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris?
Tibi autem porrò ut non ſit ſuaue uiuere.
NAM DETERIORES omnes ſumus licentia.
Quodcunq; inciderit in mentem,uolet neq; id
Putabit prauum,an rectum ſiet,quod petet. *al.petit*
Tu rem perire,& ipſum,non poteris pati.
Dare denegabis ibit ad illud ilico,
Quo maxime apud te ſe ualere ſentiet
Abiturum ſe abs te eſſe ilico *minabitur. *al.minitabitur*
M. Videre uerum,atq; ita uti res eſt dicere.
C. Somnum ego hercle hac nocte oculis non uidi meis,
Dum id quæro,tibi qui filium reſtituerem.
M. Cedò dexteram porrò te idem oro ut facias Chreme.
C. Paratus ſum. M.Scin' quid nunc te facere uolo?
C. Dic. M.quod ſenſiſti illos me incipere fallere,
Id ut maturent facere cupio illi dare
Quod uolt cupio ipſum iam uidere. C.operam dabo,
Syrus eſt apprehendendus,atq; adhortandus mihi.
A me neſcio quis exit concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere ſentiant.
Paululum negoti mihi obſtat Symus,& Crito
Vicini noſtri hic ambigunt de finibus
Me cepere arbitrum ibo ac dicam,ut dixeram,
Operam daturum me,hodie non poſſe his dare.
Continuò hic adero. M.ità quæſo Di uoſtram fidem,
ITAN' COMPARATAM ESSE HOMINVM naturam omnium,
Aliena melius ut uideant,& iudicent,
Quàm ſua?an eo fit,quia in re noſtra,aut gaudio
Sumus præpediti nimio,aut ægritudine?
Hic mihi quantò nunc plus ſapit,quàm egomet mihi?
C. Diſſolui me ocyus,operam ut tibi darem.

IVceſcit.] Veri amici officiũ pulcherrime à Terẽtio in hac ſcena exprimitur: in qua amicus amico ſimul,& gaudij inſperati, maximo cũ affectu nũtium, & cõſiliũ affert. Ceſſo.] Aliquis ceſſare dicitur,id eſt tardare ad aliquid celeriter peragendũ. Virg. Ceſſas in uota precesq;. Ceſſat deſidioſus: Requieſcit defeſſus. Miſerũ hunc.] Cum affectu. nam proprium ueri eſt amici lætari rebus proſperis amici,& dolere aduerſis. Ex indicio.] Indicium proprie eſt oris & linguæ. Senem.] Plus habet affectus,quàm ſi diceret Menedemum. Nos quoq; ſenes eſt æquum ſenibus obſequi.] Iuxta illud prouerbium uſitatiſſimũ,Pares cum paribus facillime congregantur. Naturaliter enim adoleſcentes adoleſcẽtibus,ſenes uerò ſenibus potius inſeruiunt & obſequuntur. Aut ego profecto.] Id eſt ex his duobus neceſſe eſt alterum tantũ eſſe uerum.ſed ſenex ex nimio filij deſiderio dubitat de eo quod omnibus approbatiſſimum

Ingenium tissimum est. Ingenio.] Hoc est natura. Ingenium naturalis est sapientia. Sallust. in Catil. Ingenium nemo sine corpore exercebat. Ingeniū quoq; ueteres dixerunt, ex sua sponte uel natura Virgilius Georg. lib. 2. Nunc locus aruorum ingenijs quæ robora cuiq;. Egregie ad miseriam.] Egregium dicitur quod ex grege eligitur. Sed hic egregie, ualde nimis. Non est ergo ad laudem positum. Diem adimere ægritudinem hominibus. Seruius Sulpitius ad Ciceronem, Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atq; molliat.

Nuntius Nuntium apporto tibi.] Nuntius & res ipsa & nuntius dicitur. Cuius maxime.] Bene maxime, quis enim nuntius illi gratior esse poterat, quàm filijs? Nunquid nam de gnato meo.] Quia omnis illius solicitudo circa filium erat, idcirco statim de eo suspicatus est, nō/dum facta mentione. Valet atq; uiuit.] Prothysteron in sensu est. Si enim ualet, necessario uiuit: non si uiuit, ualet. Ergo uiuit & ualet, dicendum erat. Et bene utrūq; iunxit. Nam multi uiuunt, sed non bene ualent. Meus gnatus.] Magis cum admiratione quàm cum interrogatione legendum. Clinia meus uenit?] Addidit & nomen: quod fieri consueuit in his quos diu optauimus, & nondum uenisse credimus. Dixi.] Denuntiatio est cōfirmandæ sententiæ, nec mutandæ. translata de foro & causidicis. Cicero, Præco dixisse pronuntiat. Dixi. Hoc uerbum in fine additum, superiora confirmat. & est proprium his qui perorauerint causam. Dixi.] Sic dixit, quasi iam obtunderetur à Menedemo. Etiā & tuum conspectum fugitat.] Plus est quàm fugit. Et fugitat dixit, ut ostenderet filium uehementer timere. Non tu ei dixti ut esset?] Vt, aliquando certam qualitatem significat: Et nonnun quam incertam. Alibi, Vt erat gesta. Quia pessime istuc.] Consilium & parentibus omnibus & filijs salubre. patres enim nimia largitate & clementia liberos corrumpunt. Illi uerò, nimia licentia deteriores facti, patribus mœrori, sibi uerò detrimēto sunt. Non possum.] Hoc est animi uicti, & clementis. Interdum ad nimiam indignationem spectat: ut illud satyrici. Non possum ferre quirites Græcam urbem. Ah uehemens.] Bene dixit uehemēs: de eo qui non seruaret modum. Ve enim particula, sicuti quædam alia, tum intensionem, tum minutionem significat. Ergo uehemens, à mentis ui atq; impetu dicitur. In eandem fraudem.] Fraus pro dolo & pœna ab antiquis accipiebatur. Mulierculam.] Minus est quàm si diceret, aut mulierem, aut meretricem, utpote quæ erat contenta paruo. Coacta ingratis.] Hoc est inuita. Et bene coacta & ingratis. Nam aliquis ingratis dicit aliquid facere, qui inuitus & coactus præter uoluntatem facit. Post illa cœpit uictum uolgo quærere.] Sic in Andria, Lana & tela uictum quæritans. Et rectè uictum, & non cibum protulit. Cibus est enim qui delicatis præbet: Victus, in paruis aridisq; alimonijs est cōstitutus. Virg. Victum infelicem baccas lapidosaq; corna. Quærere. Melius dixisset quæritare. Quærit enim qui ad plenum & ad perpetuū reponit: Quæritat qui uix quotidie inquirendo uictum inuenit.

Vehemens *Ve* *Fraus* *Coactus* *Ingratis*

Detrimentum *Intertrimentum* *Intertrigo* *Satrapes* *Nedum* Post illa. Antiquum est: nos autem dicimus postea. Sine magno intertrimento.] Id est damno. Detrimentum, secundum Varronem, à detritu dicitur: quòd ea quæ trita sunt, minoris pretij sint. Intertrimentū, ab eo quòd duo quæ inter se trita & diminuta. A quo etiam intertrigo dicta. Quid uis dare cupis.] Et hoc est nimiæ largitatis. Primum, iam ancillas.] Et hoc est signum illam probe instructam ad expilandum amatores. Satrapes.] Satrapes à Græcis prouinciæ præfectus dicitur. Ne dum tu possis.] Nedū, hoc loco negatiue ponitur: ut, Non crederem tibi obolum, nedum pro te effunderē sanguinem. Iam Chremes Bacchidem credit Cliniæ esse amicam. Et obserua Terentianam consuetudinem, qui inducit nihil sapere eos qui falluntur. Sensi.] Hoc cū dolore dicere solemus in his in quibus detrimentum ingens passi sumus. Actum siet.] Actum est dicitur de ea re de qua iam lata sit sententia. Et est uerbum desperantis.

Pitissare Pitissando modo.] Bene pitissando. Et releui dolia omnia. Nam pitissare proprie est parce uinum gustare, quasi tentandi gratia. Tale est uerbum quo Plautus utitur, cyatisso, tale est & græcisso. Pitissando, est expressis labris expuendo, dum saporem uini probat. Sic hoc dicens, asperum.] Id est austerum. Secūdum

Asper Plinium tria uiri sunt genera, austerū, dulce, & tenue. Releui dolia.] Vt inquit Plinius, in Italia resina uino condendo maxime probatur Brutia: circa Alpes ligneis uasis condunt, circulisq; cingunt. Picantur autem protinus à canis ortu: dehinc perfundunt marina aqua aut salsa, ac leui cinere sarmenti asperguntur. dum igitur uina aperiuntur, dolia rēlinuntur.

Seria Omnes serias.] Seria, dolium: & proprie uas fictile de limo oblōgum. Persius, Et ó si sub

Solicitos habere rastro creperet argenti seria dextro Hercule. Solicitos habui.] Varijs officijs & ministerijs distractos. nihil significātius dicere potuit. Quid enim aliud est solicitare, quàm suo loco mouere? Solum autem quin significet locum, quis dubitat? cum exules quoq; dicantur solo patriæ suæ pulsi. Sollicitos igitur habuit omnes domesticos, qui hinc & in dead mini/strandum destinabantur. Quem exedent.] plus dixit, quàm si, cuius res, dixisset. Sic me Dij amabunt.] Pro ament. Vt me tuarum misertum est.] Bene misertum. Nam secundum non-

dum nōnullos, miserari est flere & lamētari: Misereri uerò, miserationes alienis casibus exhibere. Sumat.] Consumat, perdat. Quis hoc patre indulgentiore? sed hoc contingere solet dum unicus est gnatus. Sumat. Accipiat. Alias sumere est eligere. Sallust. in Iugurtha, Sumat aliquem ex populo monitorem officij sui. Perdat.] Quod maius est: & quod finem consumendi habet, tertio loco posuit. Per alium quemuis ut des.] Quod salubrius præceptū parentibus dari potest? Nulla enim re adolescentes magis corrumpuntur, quàm nimia parentum indulgentia. Technis.] Id est fallacijs. Subsensi.] Bene subsensi. Nam sub, est temperamētum plenæ pronuntiationis, ut subtristis, subridet, non ad plenū tristis, aut ridet. Et cū quinq; sint sensus, duo sunt, uisus & auditus, quos nos magis sensibiles habemus quàm pecora. Cicero, Non solum uideam, sed etiam audiam. Duabus ergo rebus scimus: aut ratione, aut sensu: quibus maxime præstamus cæteris animalibus. Ergo senex dicit se sensu sensisse seruulos fraudem parare. Quam abs te amittas filiū.] Amittas pro dimittas dixit. nam quod nos dicimus dimittere, antiqui etiā dicebant amittere. Virgilius, Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios. Sallustius, Pactione amissa publico consilio. Ad nequitiam.] Bene de adolescente, nequitiam dixit, nequitia enim est luxus uitæ prodigus atq; effusus. Ouidius. Nequitia est quæ te non sinit esse senem. Nam deteriores omnes sumus licentia.] Sententia proprie seni conueniens. & deteriores signātissime protulit. deteriores enim homines licentia à bono ad malū uertunt. Est enim peius à malo, quod in usu est, & creberrime frequentatur: Deterius uerò, à bono, ut minoris sit meriti quàm quod placet. Virg. tertio Geor. Deterior donec paulatim ac decolor ætas. Putabit.] Putamus instātia, Reputamus præterita. Putare, proprie purgare est. & arbores & uites dicimus putare hinc putare est cogitare: quia cogitando superflua mente recidimus. Est tamen putare eius qui simplicitate pectoris aberrauit. Cic. Non putauit, lapsus est. Minabitur.] Minatur etiam filius parenti dum se carum animaduertit, & discessum simulat. Qui.] Quomodo. & est sermo comicus. Restituere.] Reddit cupientibus, ut domino seruus: Restituitur cupiens, ut patriæ ciuis. Et redditur & restituitur cupiens cupientibus, ut patri filius.

Miserari *Misereri*

Sub

Amitto *Dimitto* *Nequitia*

Prius *Deterius* *Prtare* *Reputare*

Prehendendus.] In Andria, Tuus pater me modo apprehēdit. Me cœpere arbitrum.] Arbiter dabatur his qui de finibus regendis ambigerēt. Dicitur enim arbiter iudex: quòd totius rei habeat arbitrium & facultatem. Aliena melius ut uideant, & iudicēt quā sua.] Huic illud Ciceronis libro primo Officiorum contrariū est, Est enim difficilis cura rerum alienarum: quanquam Terentianus ille Chremes, humani nihil à se alienum putet, sed tamen quia magis ea percipimus atque sentimus, quæ nobis ipsis aut prospera, aut aduersa eueniunt, quàm illa quæ cæteris: quæ quasi longo interuallo interiecto uidemus, aliter de illis, ac de nobis iudicamus.

Arbiter

ACTVS III SCENA II

SYRVS. CHREMES.

Senarij

S. HAc illac circuncursa, inueniendum est tamen
Argentum intendenda in senem fallacia.
C. Num me fefellit hosce id struere? uidelicet
Est ille Cliniæ seruus tardiusculus
Iccirco huic nostro tradita est prouincia.
S. Quis hic loquitur? perij, núm nam hæc audiuit? C. Syre. S. hem,
C. Quid tu istic? S. rectè, equidem te demiror Chreme
Tam mane, qui here tantum biberis. C. nihil nimis.
S. Nihil narras? uisa uerò est, quod dici solet,
Aquilæ senectus. C. eia. S. mulier commoda, &
Faceta hæc est meretrix. C. sanè idem uisa est mihi.
S. Et quidem hercle forma luculenta. C. sic satis.
S. Ita non ut olim, sed uti nunc sanè bona.
Minimeq; miror, Clinia hanc si deperit.

Sed habet patrem quendam auidum,miſerum,atq; aridum.
Vicinum hunc noſtin'? at quaſi is non diuitijs
Abundet,gnatus eius profugit inopia.
Scin' eſſe factum,ut dico? c.quid ego neſciam?
Hominem piſtrino dignum. s.quem? c.iſtum ſeruulum
Dico adoleſcentis. s.Syre tibi timui male.
c. Qui paſſus eſt id fieri. s.quid faceret? c.rogas?
Aliquid reperiret·fingeret fallacias·
Vnde eſſet adoleſcenti amicæ quod daret·
Atq; hunc difficilem inuitum ſeruaret ſenem.
s. Garris. c.hæc facta ab illo opportebant Syre.
s. Eho quæſo,laudas qui heros fallunt? c.in loco,
Ego uerò laudo. s.rectè ſanè. c.quippe quia
Magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt·
Iam huic manſiſſet unicus gnatus domi.
s. Iocóne,an ſeriò illæc dicat,neſcio·
Niſi mihi quidem addit animum,quò libeat magis.
c. †At nunc quid expectat Syre? an dum hinc denuo *al.Et*
Abeat.cum tolerare huius ſumptus non queat?
Nónne ad ſenem aliquam fabricam fingit? s.ſtolidus eſt.
c. At te adiutare oportet adoleſcentuli
Cauſſa. s.facilè equidem facere poſſum,ſi iubes· *Proceleuſ.in 2.*
Etenim quo pacto id fieri ſoleat,calleo.
c. Tantò hercle melior. s.non eſt mentiri meum.
c. Fac ergo. s.at heus tu facito†dum eadem hæc memineris, *d eliditur*
Siquid huius ſimile forte aliquando euenerit,
Vt ſunt humana,tuus ut faciat filius.
c. Non uſus ueniet ſpero. s.ſpero hercle ego quoq;·
Neq; eò nunc dico quòd quidquam illum ſenſerim·
Sed ſiquid,ne quid·quæ ſit eius ætas uides.
Et næ ego te(ſi uſus ueniat)magnificè,Chreme,
Tractare poſſim. c.de iſtoc,cum uſus uenerit,
Videbimus quid opus ſit·nunc iſtuc age.
s. Nunquam commodius unquam herum audiui loqui,
Nec cum malefacerem,crederem mihi impunius *Proceleuſ. in 2.*
Licere,quiſnam à nobis egreditur foras?

Ac illac circuncurſa.] Iucundus error,in quo herus in ſeruo decipitur, quem credit alteri fallaciam intendere, dum ſibi tenditur: & ſic cum aggreditur de fallacia in alterum. Intendenda.] Verbum à uenatoribus translatum qui retia intendunt ad feras capiendas. Quia ergo parat ſenem fallere, intendenda dixit,uel à ſagittis atq; arcu. In ſenem.] Cum ſtomacho ſeruili,ſenem dixit.

In Andria,Quantum intellexi modo ſenis ſententiam. Num me fefellit.] Idem ſuperius,Etſi ſubſenſi id quoq; illos ibi meſſe.Et hic eſt error credi ſenem Menedemũ, dum Syrus de Chremete ipſo intelligit. Prouincia.] Onus dicitur cuiuslibet rei gerẽdæ.Nam acquiſitæ bello longe ab Italia regiones,prouinciæ dictæ ſunt,à porrò,uel à procul uincẽdo: ad quas Prætores quia cum officio mittebantur,officia quoq; prouinciæ nominantur. Recte.] Ioco uult Syrus deflectere orationem in aliud,& ſubterfugere heri reprehenſionem. *Prouincia*

Aquilæ ſenectus.] Plin.lib.x.nat.hiſtoriæ,de aquilis hæc refert,Oppetunt non ſenio,nec ægritudine, ſed fame,in tantũ ſuperiore accreſcente roſtro,ut aduncitas aperiri non queat. Igitur aquila,tantum in ſenectute bibit,uel de præda ſanguinem ſugit:ex quo prouerbium in ſenes qui plus bibunt quam comedunt. Eia.] Eia interdum hortãtis eſt,nunc correctionem ſignificat. Mulier commoda.] A commendatione meretricis incipit, ut melius perſuadeat Cliniam deperire hanc,cum ſit amica Clitiphonis. Faceta.] Bene de meretrice faceta dixit.Nam facetus eſt,qui facit uerbis quod uult. Poteſt etiam referri ad formam corporis,ut ſignificatio uocabuli indicat. Ita non ut olim.Præterita ſemper præſentibus præferuntur,& magis commẽdantur. Aridum.Translatio à terra, quæ nihil profert. Profugit.] Superius,In Aſiam ad regem militatũ abijt.Hinc profugus dictus proprie,qui procul à ſedibus ſuis uagatur. Hominem piſtrino dignum.] Ambigue an de Dromone,an de Syro,à quo bene annotarentur ſenũ uitia.Et ſecum hæc dixit. Syre tibi.] Et hic ſecum. *Facetus*

Seruaret ſenem.] Bene ſeruaret dixit,de eo qui penitus ſe perderet,& continuis excruciaret laboribus. Eho quæſo.] Eho,modo interiectio eſt interrogantis:aliàs admirantis:aliàs ad ſe uocantis. Quia magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt.] Ipſum fallere in tempore,quidam de officijs ſcribentes,rectum putauerunt. Aliquam fabricam.] Tranſlatio ab his qui expugnaturi oppida, machinamẽta belli ad id præparant. Stolidus eſt.] Superius, Ille Cliniæ ſeruus tardiuſculus eſt. Et proprie ſtolidus,eſt qui proxime accedit ad naturam ſenſumq; pecudum. Calleo.] Id eſt callide ſcio. At heus tu.] Iam prouidet fallaciæ,quam mẽte conceperat:quo facilius mereatur ueniam,ſi quid ſtruxerit in herum. *Stolidus* *Calleo*

Sed ſiquid,nequid.] ἀποσιώπησις. quaſi dicat,Si quid euenerit. Quæ eius ætas, uides.] Quæ amori eſt obnoxia. Et næ.] Pro ualde. Magnifice.] Bene magnifice dixit,memor uerborum Chremetis,qui ſuprà dixit,Heros falli à ſeruis, aliquando eſſe remedium magnarum ægritudinum: Tractare.] Superius,Quo pacto id fieri ſolcat,calleo. Quiſnam à nobis egreditur foras?] παρασιωπὴ alterius ſcenæ.

ACTVS III. SCENA III.

Iambici quadrati & acatalectici & catalect. Denarius item unus, & fragmentum Iambi quadrati. Senarius unus, Fragmentum unum.

CHREMES. CLITIPHO. SYRVS

c. QVID iſtuc quæſo? qui iſtic mos eſt Clitipho? itáne fieri oportet?
CLIT. Quid ego feci? c. uidine ego te modo manum in ſinum
huic meretrici
Inſerere? s.acta hæc res eſt,perij. CLI.méne? c.hiſce oculis,
ne nega.
Facis adeò indignè iniuriam illi,qui non abſtineas manum.
Nam iſtæc quidem contumelia eſt,
Hominem amicum recipere ad te,atq; eius amicam ſubagitare·
Vel heri in*conuiuio,quàm immodeſtus fuiſti? s.factum. *al.uino*
c. Quàm moleſtus·ut equidem (ita me Di ament)metui quid futurum
denique eſſet.
Noui ego amantium animos·aduertunt grauiter quæ non cenſeas.
CLIT. At mihi fides apud hunc eſt,nihil me iſtius facturum pater.

C. Esto,at certè concedas aliquò ab eorum ore aliquantisper.
Multa fert libido·ea prohibet facere tua præsentia,ego de me
Quadr. Iambicus acatale. Facio coniecturam·nemo est meorum amicorum hodie,apud
Quem expromere omnia mea occulta Clitipho audeam·
Apud alium,prohibet dignitas·apud alium,ipsius facti piget·
Ne ineptus,ne proteruos uidear·quod illum facere credito.
Sed nostrum est intelligere,utcunq; atq; ubicunq; opus sit obsequi.
S. Quid istic narrat? CLI.perij. s.Clitipho,hæc ego præcipio tibi,
Hominis frugi & temperantis functus officium. CLI.tace sodes.
S. Recte sanè. C.Syre pudet me. s.credo,neq; id iniuria·
Quin mihi molestum est. CLI.pergin' hercle? s.uerum dico quod uidetur.
CLIT. Nónne accedam ad illos? C.ého quæso,una accedundi uia est.
S. Actum est,hic prius se indicarit,quàm ego argentum effero·Chreme
Vin' tu homini stulto mihi auscultare? C.quid faciam? s.iube hunc
Abire hinc aliquó. CLI.quò ego hinc abeam? s.quò lubet·da illis locum.
Abi deambulatum. CLI.deambulatum,quó? s.uah,quasi desit locus.
Abi sanè istac,istorsum,quò uis. C.rectè dicit,censeo.
CLIT. Di te eradicent Syre,qui me istinc extrudis. s.at tu pol tibi istas
Posthac comprimito manus. *Troch.catal.dimeter*
Censen' uero? quid illum porrò credis facturum Chreme, *Troch.tetra.*
Nisi eum,quantum Di dant tibi opis,seruas,castigas,mones?
C. Ego istuc curabo. s.atqui nunc here hic tibi asseruandus est.
C. Fiet. s.si sapias·nam mihi iam minus,minusq; obtemperat.
C. Quid tu? ecquid de illo,quod dudum tecum egi,egistin' Syre? aut
Reperisti tibi quod placeat,an nondum etiam? s.de fallacia
Dicis? est,inueni nuper quandam. C.frugi es,cedò quid est?
S. Dicam,uerum ut aliud ex alio incidit. C.quidnam Syre? s. pessima hæc
Est meretrix. C.ità uidetur. s.imò si scias. *Senarius*
Vah,uide quod inceptet facinus,fuit quædam anus Corinthia *Octo.Iamb.*
Hic·huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuum. *Troch.quad.catal.*
C. Quid tum? s.ea mortua est.reliquit filiam adolescentulam.
Ea relicta huic arraboni est pro illo argento. C.intellego.
S. Hanc secum huc adduxit,ea quæ est nunc ad uxorem tuam.
C. Quid tum? s.Clinia orat sibi uti nunc det illam·illi tamen
Post daturum mille nummûm poscit. C.& poscit quidem? s.hui
Dubiúmne id est? C.ego sic putaui·quid nunc facere cogitas?
S. Egóne? ad Menedemum ibo·dicam hanc esse captam è Caria,
Ditem,& nobilem·si redimat,magnum inesse in ea lucrum.
C. Erras. s.quid ità? C.pro Menedemo nunc tibi ego respondeo,
Non emo·quid ais? s.optata loquere. C.loquere,atqui non opus est.
S. Non opus est? C.non hercle uerò. s.quid istuc,miror. C.iam scies.

Mane

Mane mane,quid est,quod tam à nobis grauiter crepucre fores?

VId istuc quæso?] In hac scena Syrus hero persuadet quod multum facit ad extorquendum argentum. Quid istuc? Viderat Chremes filiũ ludentem cum Bacchide, quam Cliniæ esse credebat.Et bene expressit obiurgationem paternam sæpe repetendo. Huic meretrici.] Plus intulit,quàm si dixisset mulieri.
Acta hæc res.] Verbum desperantis. timebat enim Syrus ne ob hoc,fallacia eius detegeretur. Méne.] More filiorum,quod commiserat,patri audacter negat. Facis adeò indigne illi iniuriam.] Bene pater post obiurgationem,ad admonitionẽ transit. Vel heri.] Ingerit aliud malefactum inter admonitionem,ut solent patres. Vt equidem mé tui.] Vt,pro quantum,uel pro qualiter.Virg.Vt uidi,ut perij. Aduertunt grauiter.] Quia in amore omnia suspecta sunt. Esto.] Verbum concedentis. Concedas aliquo.] Et hoc quærit Syrus,ut abigatur Clitipho ab amica,ne Chremes eius esse animaduertat. Ego de me facio coniecturam.] Patres conantur monere filios aut proprio exemplo,aut aliorũ.
Ne ineptus,ne proteruus.] Ineptus quo ad dignitatem:Proteruus dicitur importunus, qui alteri est impedimento,uel si per impotentiam mentis obuium cubito feriat,aut contumelia sibi cedere cogat. Quid istic?] Syrus secum loquitur, timẽs suæ fallaciæ. Frugi.] Vtilis & necessarius:à frugibus,quæ quòd his fruantur dictæ sunt.Inde fructus & frumentum.Frui autẽ,est uesci:à frumine quæ est summa pars gulæ. Sodes.] Est aduerbiũ blandientis. Quin mihi molestum est.] Quin pro etiam.Mihi habet emphasim.Mihi, qui nõ sum pater. Pergin'.] Irascitur Clitipho seruum aduersus se loqui. Eho.] Hoc loco admonentis est. Vna uia.] Scilicet honesta:nec impudice agas. Actum est.] Semper desperantibus hoc uerbum datur. Hic prius.] Hæc secum loquitur. Deambulatum, quò?] Bene impotentia amantis exprimitur.nec pater, nec Syrus, nec deliberatio antè facta remouere poterant Clitiphonem ab amica. At istas comprimito manus.] Subticet percussionem: ne surgat in tragicum cothurnum. Quid tu?] Bene amato filio de fallacia erga Menedemum exquirit. De illo.] Sic dicere solent, qui de re aliqua peragenda inter se loquũtur.
Vt aliud ex alio incidit.] Multa esse fingit:ut uerisimilius sit quod finxerit. Pessima est hæc meretrix.] Contrarium illud quod superius dixit,Mulier commoda & faceta hæc est meretrix.Sed hoc loco pessimam appellat:utpote quæ teneat uirginem quam Syrus illi relictam arraboni fingit:& hæc est ualens causa ad extorquendum argentum. Inceptet.] Incipere & incœptare,magnorum est facinorum & audaciæ.In Eunucho, Quid incœptas Thraso? Arraboni.] Pignori,hoc loco intelligas. Arrabon dicitur merces,corolarium: & est quod prius datur,ut reliquum reddatur. Mille nummum.] Tale & illud, mille hominum occiditur:& antiquum est. Dubiũ ne id est?] Quod meretrix auara poscat. Hui.] Et cætera huiusmodi generis,sanè sunt aduersus eos quibus irascimur. Ibo, dicam.] Se astutum fingit ad decipiendum Menedemum. Superius, Etenim quo pacto id fieri soleat, calleo. Optata loquere.] Ita loquitur ille,qui cum alio loquitur,& cui is aduersatur in consilio de re peragenda.

Ineptus
Proteruus
Sodes
Incipere
Incœptare
Arrabon

ACTVS IIII SCENA I

Iambici quadrati acatalectici.trochaici catalectici.unus acatalect.unus hypercat.

SOSTRATA. CHREMES. NVTRIX. SYRVS.

SO. NIsi me animus fallit,hic profecto est anulus,quẽ ego suspicor? Is,qui cũ exposita est gnata. C.quid uolt sibi Syre hæc oratio? *Iamb.quadr. Acatalect.*
SO. Quid est? isne tibi uidetur? NV. dixi equidem,ubi mihi ostendisti,ilico
Eum esse. SO.at ut satis contemplata modò sis,mea nutrix. NV.satis.
SO. Abi iam nunc intró·atq; illa si iam lauerit,mihi nuntia·
Hic ego uirum interea opperibor. SY.te uolt,uideas quid uelit·
Nescio quid tristis est·non temere est·metuo quid sit. C.quid fiet?
Næ ista hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.

Ehem

SO. Ehem mi uir. C. ehem mea uxor. SO. te ipsum quæro. C. loquere quid uelis.

SO. Primum hoc te oro, ne quid credas me aduersus edictum tuum Facere esse ausam. C. uin' me istuc tibi (etsi incredibile est) credere? *Troch. quadrati catale.* Credo. SY. nescio quid peccati portet hæc purgatio.

SO. Meministin' me esse grauidam, & mihi te magnopere interminatum, Si puellam parerem, nolle tolli? C. scio quid feceris. *Troch. catalect.* Sustulisti. SO. sic est factum. SY. domina ergo herus damno auctus est.

SO. Minime, sed hic erat anus corinthia haud impura ei dedi Exponendam. C. ó Iuppiter, tantam ne esse in animo inscientiam?

SO. Perij, quid ego feci? C. rogitas? SO. si peccaui mi Chreme, Inscius feci. C. id equidem ego, etiamsi tu neges, certò scio, Te inscientem, atq; imprudentem dicere, ac facere omnia. Tot peccata in hac re ostendis. nam iã primum, si meum Imperium exequi uoluisses, intereremptam oportuit, Non simulare mortem uerbis, re ipsa spem uitæ dare. At id omitto. misericordia, animus maternus, sino. Quàm bene uerò abs te prospectum est. quid uoluisti? cogita. Nempe anui illi prodita abs te filia est planissume, Per te uel uti quæstum faceret, uel uti ueniret palám. Credo id cogitasti, quid uis? satis est, dum uiuat modo. Quid cum illis agas qui neq; ius, neq; bonum atq; æquum sciunt? Melius, peius, prosit, obsit, nihil uident, nisi quod lubet.

SO. Mi Chreme peccaui fateor, uincor. nunc hoc te obsecro, Quando tuus est animus natu grauior, ignoscentior, Vt meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præsidi.

C. Scilicet. equidem istuc factum ignoscam, uerum Sostrata, Male docet te mea facilitas multa. sed istuc, quicquid est, Qua hoc occeptũ est causa? loquere. SO. ut stulte & misere omnes sumus Religiosæ, cum exponendam do illi, de digito annulum Detraho. & eum dico ut unà cum puella exponeret, Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.

C. Istuc recte. conseruasti te, atq; illam. SO. hic is est annulus.

C. Vnde habes? SO. quam Bacchis secum adduxit adolescẽtulam. SY. hem.

C. Quid ea narrat? SO. ea lauatum dum it, seruandum mihi dedit Annulũ non aduorti primo. sed postquàm aspexi, ilico *Annulum dissyllabũ est* Cognoui. ad te exilui. C. quid nunc suspicare, aut inuenis De illa? SO. nescio, nisi ut ex ipsa quæras undè hunc habuerit, Si potis est reperiri. SY. interij, plus spei uideo, quàm uolo. Nostra est, si ità est. C. uiuit ne illa, cui tu dederas? SO. nescio.

C. Quid renuntiauit olim fecisse? SO. id quod iusseram:

Nomen

C. Nomen mulieris cedò quod sit, ut quæratur. SO. Philtere.

SY. Ipsa est. mirùm, ni illa salua est est, & ego perij. C. Sostrata Sequere me intrò hac. SO. ut præter spem euenit. quàm timui male, Ne nunc animo ita esses duro, ut olim in tollenda, Chreme.

C. Non licet hominem esse sæpe ità ut uult, si res non sinit. Nunc ita tempus est mihi, ut cupiam filiam olim nihil minus.

NIsi me animus fallit.] Hæc scena Antiphilæ recognitionem continet: ex qua inter uirum & coniugem altercatio oritur, demum reconciliatio. Simul Syro offertur alia ratio extorquendi argentum. Exposita.] Exponere est morti tradere & obijcere. Quid uult.] Chremes non se loco moueat. Hæc oratio.] Pauca uerba, ueteres orationem quoq; dixerunt. Dixi equidem. Hæc sic respondet, ut quæ nihil in hac dubitationis habeat. At ut satis.] Sic dicimus in his rebus de quibus addubitamus, & præcipue quas iam diu non uidimus. Contemplata.] Contemplari dictum est à templo, id est loco qui ab omni parte aspici, uel ex quo omnis pars uideri potest, quem antiqui templum nominabant. Satis.] Multum, infinitum est: Satis uerò, finitum. Te uult.] Signantius dictum, quàm quærit aut expectat. Nescio quid.] Deest ob, uel propter. Quid sit.] Cum stomacho pronuntiandum. Ehem mi uir.] A blandimento incipit. Mi, & uir, plurimum blandimenti habent. & uir maritum significat. Virum quoq;, de animalibus posse dici, Virgil. in Bucolicis ostendit, Vir gregis ipse caper. Ehem mea uxor.] Hæc repetitio à simili, indignantis est. Primum te oro.] A purgatione incipit, ne mulier contra edictum mariti feciſſe uideatur. Sustulisti.] Educasti. Hoc in alia significatione nonnũquam ponitur. Tollere: nutrire. Iuuenalis. Tollere dulcem cogitat hæredem.

Damno auctus.] Propter dotem quæ datur. Et recte damno dixit. Nam damnum, rei est: Malum uerò, hominis. Haud impura.] Commendatio personæ cui data exponenda: ne Chremes ab ea impudice filiam educatam suspicetur. Impurus, est aliquo uitio maculatus: & aliquando dicitur improbus. O Iuppiter.] Terribilis exclamatio senis, postquam audiuit filiam anui datam exponendam. Tantam inesse.] ἔκπληξις est quæ datur iratis subaudiatur decet. Inscitiæ?] Inscitia, est ignorãtia quædam rerũ. Inscius feci.] Prudens, est qui intelligentia sua aliquid sentit: Sciens, qui alicuius inditio rem cognoscit. Prudens, per se: Sciens, per alios. cuius contrarium inscius, & est qui ignorat res. Et imprudens, qui nõ delectum habet bonorum & malorum. Imperium exequi.] Primũ ponit peccatum quòd contra edictum suum fecerit. Sino.] Concedo: quia animus maternus plurimum ueniæ meretur. Illi prodita.] Socij enim deficere dicuntur. Sallustius. Post defectionem sociorũ. Prodere, parentes. Virgilius, Vnius ob iram Prodimur. Deserere uerò, patroni. hinc milites patriæ desertores dicuntur, qui patriam deserũt, quàm defendere deberent. Virg. Deserto rem Asiæ. Quid cum illis agas.] Amatores designat, qui nihil pensi habẽt expertes iuris & omnis æquitatis: ea sola recta putãt quæ illis libuerint. Peccaui, fateor.] Victa mariti argumẽtis, crimen suum fatetur. & quo magis mereatur ueniam, simplicitatis opinionẽ inire tentat: & hoc per deprecationem. Ignoscẽtior.] In crimine sic confesso ultimũ remedium confugere ad iudicum misericordiam. Mea facilitas.] Recte: quia cito uxor ueniã dedit. Facilitas, illius est qui cito iram deponit. Clementia, illius qui nunquam irascitur. Qua occeptum.] Quasi de magna re dixit. Et stultæ & miseræ omnes sumus.] Vituperatio à sexu. mulieres enim consueuerunt esse imperitiores uiris, & multis superstitionibus detineri.

Religiosæ.] Superstitiosæ. Religiosus etiam appellabatur is qui nimia & superstitiosa religione sese alligauerat: ut hoc loco. De nostris bonis.] Et hæc erat superstitio. Istuc recte. ἐπιφώνημα dictum. Lauatum.] Secundum antiquos nos dicimus lotum. Ouidius Fastorum secũdo, Mane lauaturas sacra petebat aquas. Exiliui.] Ostendit nimiam lætitiam de inuenta filia. ideo non dixit accessi. Plus spei uideo.] Nolebat tam cito cognosci filiam: ne occasio præriperetur offerendi argentum. Plus spei. Melius est ut non ad Syrum referas, sed ad Sostratam. Mirum, ni illa salua.] Non potest credere perijsse anum, quod maxime uellet ob recognitionem Antiphilæ. Ego perij.] Quia recognita est antequam auferrem argentum. Nihil minus.] Pro non, quòd auctus diuitijs esset.

Exponere *Contemplari* *Templum* *Tollere* *Malum* *Damnum* *Impurus* *Inscitia* *Prudens* *Sciens* *Inscius* *Imprudens* *Deficere* *Prodere* *Deserere* *Facilitas* *Clementia* *Religiosus* *Lauatum*

ACTVS

ACTVS IIII SCENA II

Iambici Octonarij. Acatalectici

SYRVS

NISI me animus fallit, haud multum à me aberit infortunium.
Ità hac re in angustum oppidò nunc meæ coguntur copiæ.
Nisi aliquid uideo, ne esse amicam hanc gnati rescisca senex.
Nam quod sperem de argento, aut posse postulem me fallere,
Nihil est triumpho, si licet me latere tecto, abscedere.
Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subito è faucibus.
Quid agam? aut quid comminiscar? ratio deintegro ineunda est mihi.
NIHIL TAM difficile, quin quærendo inuestigari possiet.
Quid si hoc sic incipiam nunc? nihil est quid si sic? tantundem egero.
At sic opinor non potest, imò optime. euge optumam habeo.
Retraham hercle opinor ad me illud idem fugitiuum argentum tamen.

NIsi me animus fallit.] Recognita Antiphila, Syrus anxius, nouum quærit cõsilium de extorquenda pecunia, & bene deliberantem de re aliqua exprimit. Est enim dialogismus acuti ingenij in multa cogitatione uersantis. Copiæ meæ.] Translatio sumpta ab imperatore, qui iã pene fusus ab hostibus, se in aliquem tutissimum locum receperit. Copiæ numero multitudinis & ὑπὸ τῶν de exercitu dicũtur. Sallustius, Ex omni copia Catilinæ. Virg. Et quæ sit me circũ copia lustro. Trium pho, si licet me latere.] Verba proprie seruorum quotiens uident se quod inceperant perpe
Bolus trare non posse. Et εἰρωνικῶς legendum. Bolum.] Translatio ab animalibus quibus au-
Comminisci fertur præda. Comminiscar.] Fingam. Inde cõmentum dicitur Alibi, atq; illis hoc cõmen-
Commentum tum placet. Nihil tam difficile.] Sententia generalis sine certo autore, quæ seruis etiã conuenit. Quid si sic?] Qui aliquid incepturi sunt, multa proponere solẽt & affirmare: & refellere quod sit faciendũ uel relinquendũ. Sic opinor. Nã quæ opinamur, putamus: quæ putamus, incerta sunt. Euge.] Vox lætantis eius qui opumũ inuenerit consilium. Fugituum argentum.] Facete & ioculariter seruili more de argento tanquam de homine dixit.

ACTVS IIII SCENA III

Iambici quadrati catalectici, & unus Senarius.
Trochaici quadrati catalect. & unus hypercat.

CLINIA. SYRVS.

c. NVLLA mihi res posthac potest iam interuenire tanta,
Quæ mihi ægritudinem afferat. tanta hæc lætitia oborta est.
Dedo patri me nunc iam, ut frugalior sim quàm uolt.
s. Nihil me fefellit. cognita est, quantum audio huius uerba.
Istuc tibi ex sententia tua obtigisse lætor.
c. O mi Syre audistin' obsecro? s. quid ni? qui usq; unà affuerim?
c. Cui æque audisti commodi quidquam euenisse? s. nulli.
c. Atq; ita me Di ament, ut ego nunc non tam meapte causa
Lætor, quàm illius. quam ego scio esse honore quouis dignam.
s. Ità credo. sed nunc Clinia age, da te mihi uicissim.
Nam amici quoq; res est uidenda, in tuto ut collocetur,

Nequid

Nequid de amica nunc senex. c. ó Iupiter. s. quiesce.
c. Antiphila mea nubet mihi. s. sicine me interloquere?
c. Quid faciam Syre mi? gaudeo. fer me. s. fero hercle uerò.
c. Deorum uitam adepti sumus. s. frustra operam hanc opinor sumo.
c. Loquere, audio. s. at iam hoc non ages. c. agam. s. uidendũ est inquam,
Amici quoq; res Clinia tui in tuto ut collocetur.
Nam si nunc à nobis abis, & Bacchidem hic relinquis,
Noster rescisset illico esse amicam hanc Clitiphonis.
Si abduxeris, celabitur itidem, ut celata adhuc est.
c. At enim istoc nihil est magis Syre meis nuptijs aduorsum.
Nam quo ore appellabo patrem? tenes quid dicam? s. quid ni?
c. Quid dicam? quam causam afferam? s. quin nolo mentiare.
Apertè, ità ut res sese habet, narrato. c. quid ais? s. iubeo
Illam te amare, & uelle uxorem hanc esse Clitiphonis.
c. Bonam, atq; iustam rem oppidò imperas, & factu facilem.
Et scilicet iam me hoc uoles patrem exorare, ut celet
Senem uostrum. s. imò ut recta uia rem narret ordine. c. hem,
Satin' sanus es, aut sobrius? tu quidem illum planè prodis.
Nam qui ille poterit esse in tuto? dic mihi. *Senarius*
s. Huic equidem consilio palmam do, hic me magnificè effero, *Troch. catal.*
Qui uim tantam in me, & potestatem habeam tantæ astutiæ,
Vera dicendo ut eos ambos fallam. ut cum narret senex
Vester nostro, istam esse amicam gnati, non credat tamen.
c. At enim spem istoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis.
Nam dum amicam hanc meam esse credet, non committet filiam.
Tu fortasse quid me fiat paruipendis, dum illi consulas. *Hypercatalecticus.*
s. Quid? (malùm) me tandem censes uelle id adsimularier?
Vnus est dies, dum argentum eripio, pax, nihil amplius.
c. Tantum sat habes? quid tum quæso, si hoc pater resciuerit?
s. Quid si redeo ad illos, qui aiunt, QVID SI NVNC COELVM RVAT?
c. Metuo quid agam. s. metuis? quasi non ea potestas sit tua.
Quo uelis in tempore ut te exoluas, rem facias palàm.
c. Age, age, traducatur Bacchis. s. optumè ipsa exit foras.

NVlla mihi res posthac.] Nimia Cliniæ lætitia exprimitur de recognita Antiphila, qua præpeditus uix potest adduci à Syro ut Clitiphoni succurrat. Aegritudinem afferat.] Tale & illud, Deorum uitam adepti sumus. Dedo me patri.] Plus dedere hoc loco, quàm obsequi. dedere se uult patri, quemadmodum in hostium potestatem hostes se dedunt. In Andria, Tibi pater me dedo. quasi qui uellet contraria. & deditio in hoste fieri solet. Frugalior.] Temperatior. si frugalis nõ extat, unde descendat, uide tu. O mi Syre.] A blandimento incipit, ut faciũt qui quicquã speratum consecuti sunt. Quid ni?] Quid nisi audierim? Meapte.] Cum ablatiuo παρέλκον additum, ut nostrapte. Cato tamen posuit mihipte pro mihi ipsi. Dignam quouis honore.] Amica etsi impudica est dum modo amatori placeat, ab eo commendatur, amore

q eum

eum impellente. Da te.] Duæ partes orationis. Dare est quod repetas, Dedere est ad perpetuum. Damus & amicis, Dedimus tantum hostibus. Nam amici.] Iusta petitio: succurrendum est amico, ne quid illi incommodi accidat. Amici. Plus gratiæ habet, quàm si dixisset Clitiphonis. Et amicus animi est: Amator uerò, corporis: & Amator est ad tempus, Amicus qui perpetuo amat. Ne quid de amica.] ἀποσιώπησις. O Iuppiter.] Exclamatio terribilis pene ex nimio gaudio desipientis. Nubet mihi.] Hinc omnis lætitia dependet.

Interloqui Interloquere.] Hoc loco Inter non auget, quemadmodum in uerbo intercipit, interbibit, est autem interloqui, impedire, & interpellare loquentem. Fer me.] Id est tolera. Tolerandus est, qui ex amore desipit, quia amor deus est, & non uoluntas. cogit enim hominem ad id quod uult. Hercle uerò.] Verò, ut plurimum ironiæ conuenit. Virgilius, Egregiam uerò laudem, & spolia ampla refertis. Sanè & Verò, pronuntiandi adiumenta, in uerbis negationem habent, licet confessionem afferre credãtur. Hoc nõ ages.] Id est audies. In An-

Inquam dria, Hoccine agis? Inquam.] Verbum hoc, uim interdum maximam habet ad dehortationem. Et, uidendum est, & uide, magna aggressuris dicuntur. & inquam utimur nonnunquam in repetitione supradictorum. Noster:] Cum stomacho. Si abduxeris.] Recte abduxeris: nam abducitur proprie quod alienum. Quo ore.] Sic dicimus quando aliquid pudendum committimus. Appellabo?] Si duxero Bacchidem. Quinimo.] Cautus seruus ea admonet quæ non erunt aduersa nuptijs. Bonã atq; iustam.] σιρωνικῶς legendum.

Vt celet senẽ uestrum.] Dicimus enim, celo tibi hanc rem, & celo te de hac re. intelligendum, celet senem de Bacchide. Prodis.] Prodere proprie ad parentes refertur: sed nõnunquam ad eum cui res alterius demandata est, & cuius cõsilio aliter regitur. Meam esse credet.] Necessario si Chremes Bacchidem gnati amicam non crediderit, Cliniæ esse crediderit. Committet.] Bene de filia committet dixit: quia proprie magna committimus, & ea, secundum Donatum, quæ salutem in dubio habent. Quid malum.] Malum, interiectio est irascentis. Vnus est dies.] Assignat tempus pro ratione. non uult Chremetem diu credere Bacchidem Cliniæ esse amicam. Pax.] Aduerbium comicum, & significat tantum.

Si nunc cœlum ruat?] Verbum usitatum in eos qui subtimidi in re peragẽda, semper dicere solent, quid si hoc uel illud accideret? Age age.] Vox cõsentientis, & qui uictus est rationibus callidi serui. Optume exit.] παραινεσις est alterius scenæ.

ACTVS IIII SCENA IIII

Iambici quadrati catalectici. unus hypercatalecticus.

BACCHIS. CLINIA. SYRVS. DROMO. PHRYGIA ANCILLA.

B. SATIS pol proteruè me Syri promissa huc induxerunt·
Decem minas, quas mihi dare pollicitus est·quòd si is nunc
Me deceperit, sæpe obsecrans me ut ueniam, frustra ueniet·
Aut cum uenturam dixero, & constituero·cum is certè
Renuntiarit, Clitipho cum spe pendebit animi,
Decipiam, ac non ueniam. Syrus mihi tergo pœnas pendet.
C. Satis scitè promittit tibi. S. atqui tu hanc iocari credis?
Faciet nisi caueo. B. dormiunt·ego pol istos commouebo.
Mea Phrygia, audistin' homo iste modo quam uillam demonstrauit,
Charini? PH. audiui. B. proximam esse huic fundo ad dextram?
PH. memini.
B. Curriculo percurre·apud eum miles Dionysia agitat.
S. Quid inceptat? B. dic me hic oppidò esse inuitam, atq; asseruari·
Verùm aliquo pacto uerba his me daturam esse, & uenturam.
S. Perij hercle·Bacchis mane mane, quò mittis istanc quæso?

Iube

Iube maneat. B. abi. S. quin est paratum argentum. B. quin ego maneo.
S. Atqui iam dabitur. B. ut lubet, num ego instо? S. at scin' quid sodes?
B. Quid? S. transeundum est nunc tibi ad Menedemum, & tua pompa
Eó traducenda est. B. quam rem agis, scelus? S. egóne? argentum cudo,
Quod tibi dem. B. dignam me putas, quam illudas? S. non est temerè.
B. Etiámne tecum hic res mihi est? S. minimè·tuum tibi reddo.
B. Eatur. S. sequere hac, heus Dromo. D. quis me uolt? S. Syrus.
D. quid est rei?
S. Ancillas omneis Bacchidis traduce huc ad uos properè.
D. Quamobrem? S. ne quæras·& ferant quæ secum huc attulerunt·
Sperabit sumptum sibi senex leuatum esse harum abitu.
Næ ille haud scit hoc paulum lucri, quantum ei damni apportet.
Tu nescis quod scis Dromo, si sapies. D. mutum dices.

SAtis pol proterue.] Restat ad fallaciam & ad extorquendum argentum, ut Bacchis irata, à Syro placetur, & ad Menedemum transeat. Satis pol. Meretricis conquestio exprimitur: cuius tota indignatio dependet ex nõ tradita pecunia.

Huc induxerũt.] Inducitur aliquis cũ uerbis alterius decipitur. In Andria, *Induci* Vide quo me inducas. Promissa.] Cicero, Promissa tua memoria teneas. Alter accipitur cũ dicimus promissa barba. nam promittere, est polliceri: & ad magnitudinẽ nutrire. Plautus, Capillum promittam. Pollicitus.] Pollicemur magis spõte: Promittimus rogati. Promissa. Dicitur promissum & promissio. Promissio & pollicitatio eãdem uim habent. sed pollicitatio, maioris asseuerationis est. Vt ueniam frustra ueniet.] Pulchra permutatio eiusdem uerbi per tempora, quæ conuenit iratis. Spe pendebit animi.] Quod *Pendet animi* est corporis, ad cruciatum animi trãstulit. Suprà usum est quam torqueantur amãtes in amicarum expectatione. Ac non ueniam.] Mira meretricis calliditas exprimitur. iam cogitauit quemadmodum Syrus uideatur apud Clitiphonem uanus & mendax, ex quo ab illo uerberetur. Mihi.] In meam ultionem. Virg. Post mihi non simili pœna commissa luetis. *Pendere* Pendet pœnas.] Persoluet. Virg. Tum pendere pœnas Cecropidæ iussi. Satis scite.] *Pœnas* Hoc cum risu pronuntiandum. Scitè. Pulchre. In Andria, Scitus puer. Promittit.] Scilicet ueniturum. Hanc credis?] Hanc, & ad cõtemptum, & ad odium dixit. habẽt enim ista pronomina quandam emphasim. Pol istos commouebo.] Bene istos, quasi odiosos. In Eunucho, Cum milite isto. Virg. Aut quid petis istis? Hæc enim pronomina spernẽtis sunt, odiumq; monstrantis. Dormiunt.] Ocioſi sunt & negligentes. Mea Phrygia.] Hoc est proprium meretricis ultro excludere amantem, & alium recipere, uel se ad alium conferre.

Phrygia. Nomen à regione, sicuti Lesbia. Andria, Samia. Quam uillam.] Villa, domus *Villæ* in agris quò rustici res uehunt, & euehũt. Virg. Et iam summa procul uillarum culmina fumant. Vterer Varronis testimonio, ex primo de re rustica ad Fundaniam, nisi notum esset.

Ad dexteram.] Inducit memorem meretricem, nec oblitam ubi sit, & quid agat amans. nam huiusce modi mulieres nil aliud agunt, nil aliud curant, quàm quomodo aliquid ab amantibus extorqueant. Curriculo.] Hoc loco aduerbium, aliàs nomen. Apud eũ miles.] Hic est de quo superius Syrus, Nam miserum quendam offendi ibi militẽ eius noctẽ orantem, hæc arte tractabat utrum. Agitat Dionysia.] Aliter agitat accipitur cũ dicimus, agitat conuiuia & Dionysia: & aliter cum dicimus, agitat uitia. Iuue. Hæc ego non agitem? *Agitare*

Quid inceptat?] Tanquam de magno facinore dixit. nam inceptare & incipere magnorum est facinorum. Seruari.] Custodiri: uel melius suspicioſe obseruari: ut illud Virgilianum, Quod supereſt cœli menses & sydera serua. Mane mane.] Hæc singula uerba si diligenter notes, Syri magnam trepidationem indicant: ideo statim de argento mentionem fecit, in quo lis omnis pendebat inter Syrum & Bacchidem. Quin.] Pro imò, hoc loco ponitur. Quin. Repetit Bacchis Syri uerbum, ut mos est iratorum. Num ego instо?] Fingit se non magnopere curare ut habeat argentum: quemadmodum faciunt hi qui defessi sunt diu petendo aliquid. Sodes.] Blandientis aduerbium. Quam rem agis, scelus?] In Andria, Vbi est illic scelus. Et ad intellectũ, nõ ad uerba redigitur. nam & scelus, sceleſtus intelligitur. & plus dixit quàm sceleſte: ut tu nihil nisi sapientia es. Martialis, Non uitioſus homo es

mo es Zoile,sed uitium. Eo.] Ridicule additum:ut sit Eo,loci aduerbium. Argentum cudo.] Ioculariter dixit.Cuditur enim pecunia dum imprimitur. Quam illudas?] In Andria,Adeóne uobis uidemur esse idoneæ in quibus sic illudatis? Illudo in te, septimo casu & illudo te accusatiuo dicimus.dicitur quoq; illudo te & tibi. Non est temere.] Sic dicitur quando aliquid fit nõ sine magna ratione. Hic.] In hac re,ut ad Menedemum traducar. & est cum interrogatione legendum,ita ut neget non uenisse ea gratia. Eatur.] Cito flectitur.& quia mulier,& meretrix.quæ trahitur minimo lucello. Quamobrem.] Vtpote tardiusculus non intelligit Syri consilium.de eo superius,Ille Cliniæ seruus tardiusculus est. Damnum.] Damnum,rei est: Malum uerò,hominis.Persoluet Chremes argentũ ex fallacia Syri:quod erit maius damnum,quàm si permãsisset meretrix. Tu nescis quod scis Dromo.] In Eunucho, Tu pol si sapis, quod scis nescis. Non possumus nescire quod scimus:sed ita,ut concordia discors. Virg. Sequiturq; sequentem. Nescis quod scis. Hoc est quod dicitur, Quod scis nescis. prouerbiale est, & multum apud dialecticos tractatum:ut facio & non facio,& amicus sum & non sum,& audio & non audio,& cætera huiusmodi.

Temere

ACTVS IIII SCENA V

Senarij,unus quadratus.

CHREMES. SYRVS.

C. TAme Di amabunt,ut nunc Menedemi uicem
Miseret me tantum deuenisse ad eum mali?
Illanccine mulierem alere cum illa familia?
Etsi,scio,hosce aliquot dies non sentiet,
Ita magno desyderio fuit ei filius.
Verùm ubi uidebit tantos sibi sumptus domi
Quotidianos fieri,nec fieri modum,
Optabit rursum ut abeat ab se filius.Syrum optimè *Quadratus*
Eccum. s.cesso hunc adoriri? c.Syre. s.hem. c.quid est? *Senarij*
s. Te mihi ipsum iam dudum exoptabam dari.
c. Videre egisse iam nescio quid cum sene.
s. De illo quod dudum? dictum ac factum reddidi.
c. Bonáne fide? s.bona hercle. c.non possum pati
Quin tibi caput demulceam.accede huc Syre.
Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.
s. At si scias quàm scitè in mentem uenerit.
c. Vah.gloriare euenisse ex sententia?
s. Non hercle uerò,uerum dico. c.dic,quid est?
s. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem,
Menedemo dixit Clinia,& ea gratia
Secum adduxisse,ne tu id persentisceres.
c. Probé. s.dic sodes. c.nimium inquam. s.imò sic satis,
Sed porrò ausculta quod supereſt fallaciæ.
Sese ipse dicet tuam uidisse filiam.
Eius sibi complacitam formam,postquam aspexerit,
Hanc se cupere uxorem. c.modo quæ inuenta est? s.eam.

Et quidem

†Et quidem iubebit posci. c.quamobrem istuc Syre? *al.Equidem*
Nam prorsus nihil intellego. s.uah,tardus es.
c. Fortasse. s.argentum dabitur ei ad nuptias.
Aurum,atq; uestem,qui,tenés ne? c.comparet?
s. Id ipsum. c.at illi ego neq; do,nec despondeo.
s. Non,quamobrem? c.quamobrem? me rogas? homini fugitiuo dabo?
s.ut lubet.
Non ego perpetuo dicebam ut illam illi dares,
Verum ut simulares. c.non mea est simulatio.
Ità tu istæc tua misceto,ne me admisceas.
Egón'cui daturus non sim,ut ei despondeam?
s. Credebam. c.minimè. s.scitè poterat fieri.
Et ego hoc,quia dudum tu tantopere iusseras,
Eò cœpi. c.credo. s.cæterum equidem istuc Chrem
Aequi bonique facio. c.atqui tum maximè
Volo te dare operam ut fiat,uerum alia uia.
s. Fiat.quæratur aliud.sed illud quod tibi
Dixi de argento,quod ista debet Bacchidi,
Id nunc reddendum est illi.neq; tu scilicet
Eò nunc confugies. quid mea? num mihi datum est?
Num iussi? num illa oppignerare filiam
Meam me inuito potuit? uerùm illud Chreme
Dicunt, IVS SVMMVM MALA SÆPE SUMMA malitia est. *al.iniuria*
c. Haud faciam. s.imò,alijs si licet,tibi non licet.
Omnes te in lauta,& bene aucta parte putant.
c. Quin egomet iam ad eam deferam. s.imò,filium
Iube potius. c.quamobrem? s.quia enim in hunc suspicio est
Translata amoris. c.quid tum? s.quia uidebitur
Magis uerisimile id esse,cum hic illi dabit.
Et simul conficiam facilius ego quod uolo.
Ipse adeò adest,abi,effer argentum. c.effero.

TAme Dij amabunt.] Hic est transacta Syri fallacia, & tandem extorquetur argentum:& idem est Chremes qui fuit in prima comœdiæ parte. miseretur enim Menedemi,& eius uicem dolet,credens Bacchidem amicam Cliniæ esse. Tantum mali.] Proprius dixisset damni:nisi ad ægritudinem animi referas. Illanccine mulierem.] Hoc est quod supra dixi, ista pronomina afferre contemptum & odium. Cum illa familia.] Cum stomacho dixit, id quod superius facete Syrus pompam appellauit. Ita magno desyderio.] Vix in primis explebile desyderium illius rei est quam diu optauimus: sed eius postea in dies paulatim nos satietas capit. Nec fieri modum.] Quod plus est,& ad prodigalitatem accedit. Eccum.] In Andria, Atq; eccum uideo. Superius dixi,eccũ,ellum resolui per aduerbia,non per nomina:sed tamen secundum Donatum,eccũ quasi ecce eum, ueteres dixerunt. Eccum, ellum: quod apertius significat ecce eum, ecce illum. Cesso hunc adoriri?] Quasi de improuiso alloqui, aggredi.In Andria,Hic si me imparatum nunc adortus esset.Adoriri dicitur,qui ex insidijs repente inuadit.di/

dit.dictum ab eo quòd corpora aggredientium exurgant ſubito, atq; increſcant. Hem.] Interiectio læti,aliàs perturbati. Te mihi ipſum iam dudum.] Laurentius Valla. uir omnium noſtræ ætatis eruditiſſimus, dicit dudū & iandudum de paruo tempore dici, unius horæ,aut ſemihoræ,aut duarum horarum,uel ad ſummū quatuor. ſed Donatus illud Terentianum exponens,Iamdudum ætatem inter nos factæ lites:ſic inquit,Quia iamdudum infinitæ moræ eſt,addit ætatem:ut oſtendat multum abiſſe temporis:& factum eſt, Iamdudum ætatem,pro longinquo tempore.Lucilius,Vt multum,menſesq; diesq;, nō tamē ætatem. Aetatem,diu,longinquoq; tempore ac prolixo ut eſt ætas. & quæ ſequuntur. Videre egiſſe.] Colligit hoc ex uerbis Syri, à quo exoptaret.credebat enim ſenex ſe à ſeruo non optari,niſi gratia fallaciæ in Menedemum. Ac factum reddidi.] Secure & cum magna au-
Demulcere caput dacia pronūtiat:& plus eſt quàm ſi diceret feci. Caput demulceam.] Magni blandimenti ſignum,quod fit,quotiens in re optata domino ſeruus ex ſententia obſequitur. Boni aliquid.] Non dicit quid:ut eum lætiorem reddat,& in ſpe magni boni detineat. Hercle uerò.] Aduerbia ſunt confirmatiua. Non hercle uero uerum dico.Negat ſe gloriari,& ſe uelidicum fatetur: ut hi qui re magna peracta fingunt ſe non gloriari: ut ſint maioris fidei & autoritatis. Tui Clitiphonis.] Hoc eſt quod ſuperius Syrus, Quòd uim tantam in me & poteſtatem habeam tantæ aſtutiæ,uera dicendo ut eos ambos fallā. Inferius Chremes non credet Menedemo Bacchidem Clitiphonis eſſe amicam. Imò ſic ſatis.] Sic dixit,ut qui ſuſpicaretur à Chremete dictum,nimium inquam,nō ſerio,ſed ioco. Tuam uidiſſe filiam.] Neq; hoc Menedemo crediturus eſt Chremes,dum dicet inferius,Et illum aiunt uelle uxo-
Peto rem. Iubebit poſci.] Id eſt peti.Petimus aliquid precario, Poſcimus imperioſe, Poſtula-
Poſco mus iure. Prorſus nihil intelligo.] Prorſus,pro eo quod eſt omnino. Sunt qui coniunctio-
Poſtulo nem uelint. Vel prorſus,certe, recte, uere. & dicitur quaſi porrò uerſus. nam prorſum,eſt porrò uerſum,id eſt ante uerſum.hinc & Proſa oratio,quam non inflexit cantilena. Hui.] Interiectio mirantis.& hoc cum geſtu ſeruili,& leuiori perſonæ congrue dictum. Argentum dabitur.] Scilicet à Menedemo inferius Chremes non immemor uerborum Syri,Menedemo dicet,Et illum aiunt uelle uxorem:ut cum deſpōderim,des qui aurum, & ueſtem, atq; alia quæ opus ſunt comparet. Qui.Pro quo. Nec ſpondeo.] Proprie dixit: Spondet pater puellæ,Deſpondet pater adoleſcentis. In Andria. Placuit, deſpondi. Fugitiuo
Fugitiuus dabo?] A cōditione perſonæ Cliniam uituperat.nam fugitiui proprie ſerui.unde in edicto ædilium curulium,titulus eſt ſeruorum fugitiuorum. Si quis fugitiuus, erróue ſit, noxáue ſolutus non ſit. Non ego perpetuo.] Virgilius,Connubio iungam ſtabili,propriamq; dicabo.Illa datur perpetuo quæ omnes annos cum marito exigit. Tua miſereto.] Verba probi uiri,qui non uult adhærere conſilio alterius in re non probabili. Cui daturus nō ſim.] Argumentum ab æquo.Non æquum,non leges ipſe concedunt,ut quis pater filiam alicui ſpondeat,deinde deneget. Iſtuc Chreme.] In re nō probabili uult inire opinionem optimi ſerui,qui domino bona fide morem gerat,& pro uiribus obſequatur. Fiat' quæratur aliud.] Aſtute & callide,in omnibus aſſentitur hero: quia iam lenibus uerbis extorquebit argentum. Eò nunc confugies.] Id eſt ad rationes quas ſtatim callide ſubiicit.magna uis eſt perſuaſionis: quoniam non prius amouemus ea quæ is reſponderet à quo aliquid petimus. Me inuito potuit?] Hæc pro Chremete eſſent,& iure nō teneretur reddere id argentum. In lauta.] Non decet eum qui lautæ uitæ ſit & ſplendidæ,in omnibus iuris rigorem obſeruare.nam qui ad unguem ius ſeruant,aſperi, difficiles, & tenaces multis uidentur.

Egomet.] Senex gloriæ cupidus adeò flectitur uerbis Syri,ut ad meretricem cum argento feſtinare cupiat. Simul conficiam.] Hoc loco pro efficiam ponitur:quo ſæpius in hac ſignificatione Cicero utitur.ab hoc,Confectum,proprie uerbū conuenit gladiatoribus his, qui grauiſſimis uulnerib.occubuerūt.Cicero in Catilinam,Gladiatori illi cōfecto & ſaucio.

ACTVS IIII. SCENA VI.

CLITIPHO. SYRVS.

C. NVLLA EST TAM facilis res,quin difficilis ſiet, *Senarij*
Quam inuitus facias·uel me hæc deambulatio
Quàm non laborioſa,ad languorem dedit.
Nec quidquam magis nunc metuo,quàm ne denuo
Miſer aliquò extrudar hinc,ne accedam ad Bacchidem,

Vtte

Vt te omnes equidem Di,deæq;,quantum eſt Syre ·
Cum iſtoc inuento,cumq; incepto perdiunt·
Huiuſmodi mihi res ſemper comminiſcere,
Vbi me excarnifices. s.i tu hinc quò dignus es,
Quàm penè tua me perdidit proteruitas.
c. Vellem hercle factum·ità meritus. s.meritus? quo modo?
Næ me iſtuc ex te prius audiſſe gaudeo,
Quàm argentum haberes,quod daturus iam fui.
c. Quid igitur dicam tibi uis? abiiſti,mihi
Amicam adduxti,quam non liceat tangere.
s. Iam non ſum iratus· ſed ſcin' ubi nunc ſit tibi
Tua Bacchis? c.apud nos. s.non. c.ubi igitur? s.apud Cliniam. *Apud redundat in metro*
c. Perij. s.bono animo es·iam argentum ad eam deferes,
Quod ei pollicitus. c.garris·unde id? s.à tuo patre.
c. Ludis fortaſſe me. s.ipſa re experibere.
c. Næ ego fortunatus homo ſum·deamo te Syre.
Qua cauſa id fiat, obſecundato·in loco.
s. Sed pater egreditur.caue quidquam admiratus ſies.
Quod imperabit, facito·loquitor paucula.

NVlla eſt tam facilis res.] Hic exprimitur amantis conſtantia, qui ob nimium amorem Syro in re ſua iraſcitur: dehinc paulo momento illum demulcet.

Quin.] Pro quod non. Difficilis.] Huic illud cōtrarium, Nihil difficile homini uolenti. Vel me hæc.] Vel,modo non eſt diſiunctiua coniunctio,ſed pro etiam poſita:ut apud Virgilium, Vel Priamo miſeranda manus. Hæc deam-
Deambulatio bulatio.] Quæ facilis & nō laborioſa.nam deambulatio, homini potius uoluptatem quàm laborem.affert. Vt te omnes quidem Di.] Improuidus adoleſcens non conſiderat quid à Syro in rem ſuam peractum ſit: ſed omnia ad uoluptatem ſuam refert. Iſtoc inuento.] Cum contemptu atq; odio hæc pronūtiantur. Tuo iſtoc inuento,cumq; incœpto.] Quaſi de magno facinore.nam incœptum,& incœptare,& incipere magnorum eſt facinorum.
Excarnifi-care Perdiunt.] Et antiquum eſt,& Plautinum. Comminiſcere.] Pro comminiſceris, id eſt fingis.hinc commentum.alibi, Atq; ipſis hoc cōmentum placet. Excarnifices.] Terribiliter excarnifices dixit,hoc eſt excrucies.Excarnificare deductum eſt à carnifice. Carnifex
Carnifex eſt,qui carnes ex homine facit.nam caro dicta eſt eo quòd careat anima. & caro proprie di-
Caro citur mortuorum. Virgilius,Et corpora luce carentum.uel caro ſit dicta quaſi cado. Virgi-
Proteruitas lius,Belloq; caduci Dardanidæ.quod iam ſcilicet ſine anima ſit,& cadat. I tu hinc.] Et hic
Importunitas ſecure exclamat:quod iam extorſerit argentum. Proteruitas.] Importunitas,uel petulan-
Procacitas tia.Proteruitas,leuior eſt quædam contumelia:Procacitas,maior: Petulantia,maxima.
Petulantia Ita meritus.] Meretur quis & bonum & malum. Et mereri & promereri eſt præſtare bene-
Mereri ficium.Virg.Quiq; ſui memores alios fecere merendo.Et idem, Nunquam regina negabo
Promereri Promeritam. Ex te prius audiuiſſe gaudeo.] Sic fingimus quando ſumus collaturi beneficium in aliquem,& quicquam audimus quod non placet,nec tamen nos infenſos reddat.

Non liceat tangere.] Nimius eſt ardor in adoleſcente cum uidet amicam, nec tamen tangendi facultas datur. Iam non ſum iratus.] Non poteſt præ nimia lætitia diutius reticere quod fecerit. Iratus.Iratus eſt ex cauſa,Iracundus ex moribus. Scin' ubi nunc ſit?] Hæc interrogatio gaudētis eſt,& cui omnia ex uoto ſucceſſerint. Perij.] Hæc uox eſt amantis aliquid mali ſuſpicantis. Iam argentum.] Iam,nimiam uelocitatem ſignificat. Defe-
Deferre res.] In alia ſignificatiōe accipitur illud Olympiadis ad Alexandrū,Amabo,inquit, mi fili
Delator quieſcas,neq; deferas me.Hinc delator. Garris.] Tanq; auis.unde garrulus.Et garrire is di-
Garrire citur qui inaniter loquit. Experibere.] Antiquū eſt:nos dicimus experiere.Iuue.Experiar

quid conceditur in illis,&c. Næ ego.] Næ,id eſt ualde. Deamo te Syre.] Id eſt ualde amo.De,hoc loco auget:aliàs diminuit. Qua cauſſa id fiat.] Vt argentum habeamus quod ad Bacchidem deferas. Obſecundato in loco.] Obſecũdare, eſt omnia ad alterius nutum facere. Loquitor paucula.] Paucula dixit,non pauca:& ſic maiorem uim admonitio iſta habitura eſt.nam paucula coram patre loquitur Clitipho.

Obſecundare

ACTVS IIII SCENA VII
CHREMES. CLITIPHO. SYRVS.

C. VBI Clitipho nũc eſt? s.eccũ me, inquę. CLI.eccũ hic tibi. *Senarij*
C. Quid rei eſſet,dixti huic? s.dixi pleraq; omnia.
C. Cape hoc argentum,ac defer. s.hei,quid ſtas lapis?
Quin accipis? CLI.cedò ſanè. s.ſequere hac me ocyus.
Tu hic nos dum eximus interea opperibere.
Nam nihil eſt,illic quod moremur diutius.
C. Minas quidem iam decem habet à me filia,
Quas pro alimentis eſſe nunc duco datas.
Haſce ornamentis conſequentur alteræ.
Porrò hæc talenta dotis appoſcent duo.
Quàm multa iniuſta,ac praua fiunt moribus?
Mihi nunc relictis omnibus,inueniendus eſt
Aliquis,labore inuenta mea cui dem bona.

Inque

BI Clitipho nunc eſt?] Egreditur Chremes cũ argẽto. Eccum me inque.] Syrus ſubijcit uerba Clitiphoni quæ patri reſpõdeat. Inque.] Raro alibi præter inquam & inquit reperies. Inque.Id eſt dic. Pleraq; omnia.] Hic adiectio in primo poſita eſt loco. Adiectiones uerò,aut in prima parte oratiõis, aut in ultima adijciuntur.Hic ergo pleraq;, ex abundantia poſitum eſt. Omnia neceſſario additũ in ultimo,ſicut interea loci,interibi. Quid ſtas lapis?] Hoc dictũ in ignauum. Illa uerò,caudex,ſtipes,aſinus:in ſtultũ. Quin.] Pro cur non. Opperibere.] Antiquum eſt,ſicut experibere. Minas quidem.] Inducitur tenax ſenex circa rem ſollicitus,qui conqueritur de damno quod illi acciderat de inuenta filia. Pro alimentis.] Nam crediderat anum illam oppignoraſſe filiã Bacchidi. Alteræ.] Id eſt totidem. Porrò.] Modo aduerbium ordinis:aliàs temporis. Hæc appoſcent.] Hæc pluraliter pro hæ. In Eunucho,Continuo hæc adornant ut lauet.In Phormione,Hæc illæ erant itiones. Talenta duo.] Inſequentibus dicet, Duo talenta pro re noſtra ego decreui eſſe ſatis. Relictis omnibus.] Poſtis omnibus aliis negocijs. Labore inuenta.] Proprie parta.

ACTVS IIII SCENA VIII
MENEDEMVS. CHREMES

M. VLTO omnium nunc me fortunatiſſimum *Senárij*
Factum puto eſſe gnate,cum te intellego
Reſipiſſe. C.ut errat? M.te ipſum quærebam Chreme.
Serua quod in te eſt,filium,& me & familiam.
C. Cedò,quid uis faciam? M.inueniſti hodie filiam.
C. Quid tum? M.hanc ſibi uxorem dari uolt Clinia.
C. Quæſo quid tu hominis es? M.quid? C.iámne oblitus es

Inter

Inter nos quid ſit dictum de fallacia,
Vt ea uia abs te argentum auferretur. M.ſcio.
C. Ea res nunc agitur ipſa. M.quid dixti Chreme?
C. †Errauí ſic res acta eſt. M.quanta ſpe decidi *Errauí.prima ſyllaba pertinet*
C. Imò hæc,quæ nunc apud te eſt,Clitiphonis eſt *ad uerſum præcedentem*
Amica. M.ità aiunt. C.& tu credis? M.omnia.
C. Et illum aiunt uelle uxorem,ut cum deſponderim,
Des qui aurum,ac ueſtem,atq; alia,quæ opus ſunt,comparet.
M. Id eſt profectò id amicæ dabitur. C.ſcilicet
Daturum. M.uah,fruſtra igitur gauiſus miſer.
Quiduis tamen iam malo,quàm hunc amittere.
Quid nunc renuntiem abs te reſponſum Chreme,
Ne ſentiat me ſenſiſſe,atq; ægrè ferat?
C. Ægrè? minimum illi Menedeme indulges. M.ſine.
Inceptum eſt perfice hoc mihi perpetuò Chreme.
C. Dic conueniſſe,egiſſe te de nuptijs.
M. Dicam quid deinde? C.me facturum eſſe omnia.
Generum placere,poſtremò etiam ſi uoles,
Deſponſam quoq; eſſe dicito. M.hem,iſtuc uolueram.
C. Tantò ocyus te ut poſcat,& tu id quod cupis,
Quàm ocyſſime ut des. M.cupio. C.næ tu propédiem
(Vt iſtam rem uideo)iſtius obſaturabere.
Sed hæc ità ut ſunt,cautim,& paulatim dabis,
Si ſapies. M.faciam. C.abi intrò,uide quid poſtulent.
Ego domi ero,ſi quid me uoles. M. ſanè uolo.
Nam te ſciente faciam quidquid egero.

VLto omnium me nunc.] Hic eſt iucũda expoſitio erroris ſenis de uerbis Syri,qui Menedemũ credit decipi,dum ipſe decipitur. Vt errat.] Virgilius, Vtuidi,ut perij. Filium.] Filium prius nominauit, in quo omnis cura patris erat. Quæſo.] Modo obiurgatorium eſt. Quid hominis eſt?] In Eunucho, Quid iſtuc inquã ornati eſt? Scire nos conuenit cum recto caſu proferatur interrogatio, non eſſe contumelioſum: ut ſi dicas, Quis hic homo eſt? Si autem in obliquo:contemptũ ſignificari.ut,Quid hoc eſt hominis? quid mulieris? quid ornatus? Ea res nũc agitur ipſa.] Et ex hoc credit eos inter ſe finxiſſe Cliniam amare Antiphilam. Sic res acta eſt.] Vt decipiaris.Et hæc quidem,cum cõtemptu interrogat. nam & hoc fictum eſſe credit. Ita aiunt.] Ita aiunt,de re dicimus,quam uolumus eſſe falſam. Id eſt profecto,] Fingit ſe credere amico quem fidum cognouerat. Gauiſus.] Bene de filio gauiſus dixit.quia Gaudemus proprijs,Gratulamur alienis. Miſer.] Miſer eſt cui animæ miſeria eſt. Amittere.] Pro dimittere more antiquo. Aegre.] Sic diſtingue ut Chremes hanc uocem Menedemi ſubrideat: quippe quòd filius nõ ſit ulla in re timendus. Indulges.] Nullum magis proprium uerbum inuenire potuiſſet de patre qui omnia filio permittit. Inceptum.] Nam quod ſemel incœptum eſt,non poteſt facile omitti. Deſponſam.] Et hoc eſt quod Cliniæ magis placiturum eſt. Hem.] Modo interiectio lætantis:aliàs iraſcentis. Tanto ocyus.] Quia ſi acceperit filius deſponſatã Antiphilam,quam primum expoſcet argentũ ad ornamenta coemenda. Næ.] Pro ualde: & hoc proprie Terentianum eſt. Propédiem.] Temporis aduerbium, & ſignificat cito. Obſaturabere.]

Id eſt

Id est nimiam de filio capies satietatem. quod est corporis, ad animum transtulit. & sic plus
Postulare hoc uerbo intulit quàm si inuenisset proprium uerbum. Postulent.] Tanquam iure: quia iure aliquid postulamus. Te scíēte.] Recte sciente. nam sciens est qui alicuius indicio rem cognoscit. Prudens qui intelligentia sua aliquid sentit. ergo sciens est per alios.

ACTVS V. SCENA I.

Trochaici quadrati catalectici, & senarij Iambici.

MENEDEMVS. CHREMES.

M. *al. certo scio, tunc esset Iāb.* EGO me non tam astutum, neque ita perspicacem esse,
Tid scio. *Troch. quad. catalect.*
Sed hic adiutor meus, & monitor, et præmōstrator Chremes,
Hoc mihi præstat in me quiduis harum rerum conuenit,
Quæ sunt dicta in stultum, caudex, stipes, asinus, plumbeus.
In illum nil potest nam exuperat eius stultitia, hæc omnia.
C. Ohe, iam desine deos uxor gratulando obtundere,
Tuam esse inuentam gnatam nisi illos ex tuo ingenio iudicas,
Vt nihil credas intelligere. nisi idem dictum est centies.
Sed quid interim illic iamdudum gnatus cessat cum Syro?
M. Quos ais homines Chreme cessare? C. ehem, Menedeme aduenis?
Dic mihi, Cliniæ quæ dixi nuntiastine? M. omnia.
C. Quid ait? M. gaudere adeò occepit, quasi qui cupiunt nuptias.
C. Ha ha hæ. M. quid risisti? C. serui uenere in mentem Syri
Calliditates. M. itane? C. uoltus quoq; hominum fingit scelus.
M. Gnatus quod se assimulat lætum, id dicis? C. id. M. idem istuc mihi
Venit in mentem. C. ueterator. M. magis, si magis noris, putes
Ita rem esse. C. ain' tu? M. quin tu ausculta. C. mane; hoc prius scire expeto
Quid perdideris nam ubi desponsam nuntiasti filio,
Continuò inecisse uerba tibi Dromonem, scilicet
Sponsæ uestem, aurum, ancillas, opus esse argentum ut dares.
M. Non. C. quid non? M. non inquam. C. neq; ipse gnatus? M. nihil
prorsus Chreme.
Magis unum etiam instare, ut hodie conficerentur nuptiæ.
C. Mira narras quid Syrus meus? ne is quidem quidquam? M. nihil.
Iamb. tet. acā. C. Quamobrem? M. nescio equidem sed te miror, qui alia tam plane scias
Sed ille tuum quoq; Syrus idem mire finxit filium,
Vt ne paululum quidem suboleat esse amicam hanc Cliniæ.
C. Quid ais? M. mitto iam osculari, atq; amplexari, id nihil puto.
C. Quid est, quod amplius simuletur? M. uah. C. quid est? M. audi modo.
Est mihi ultimis conclaue in ædibus quoddam retro.
Huc est intrò latus lectus, uestimentis stratus est.
C. Quid postquam hoc est factum? M. dictum factum huc abijt Clitipho.
C. Solus? M. solus. C. timeo. M. Bacchis consecuta est illico.

Sola

C. Sola? M. sola. C. perij. M. ubi abiere intrò, operuere ostium. C. hem,
Clinia hæc fieri uidebat? M. quid ni? mecum unà simul.
C. Filij est amica Bacchis Menedeme, óccidi. *Senarij Iambici*
M. Quamobrem? C. decem dierum uix mihi est familia.
M. Quid? istuc times, quòd ille operam amico dat suo?
C. Imò quòd amicæ. M. si dat. C. an dubium id tibi est?
Quenquam animo tam communi esse aut leni putas,
Qui se uidente amicam patiatur suam? M. ha ha hæ.
Quid ni, quò uerba facilius dentur mihi?
C. Derides? meritò mihi ego nunc succenseo.
Quot res dedere, ubi possem persentiscere,
Nisi essem lapis, quæ uidi? uæ misero mihi,
At næ illud haud inultum, si uiuo, ferent,
Nam iam. M. non tu te cohibes? non te respicis?
Non tibi ego exempli satis sum? C. præ iracundia
Menedeme, non sum apud me. M. téne istuc loqui?
Nónne id flagitium est, te alijs consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier?
C. Quid faciam? M. id quod me fecisse aiebas parum.
Fac te esse patrem sentiat fac ut audeat
Tibi credere omnia, abs te petere, & poscere,
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat.
C. Imò abeat potius multò quouis gentium,
Quàm hic per flagitium ad inopiam redigat patrem.
Nam si illi pergam suppeditare sumptibus
Menedeme, mihi illæc uerè ad rastros res redit.
M. Quot incommoditates hac re accipies, nisi caues?
Difficilem ostendis te esse, & ignoscis tamen
Post, & id ingratum. C. ah nescis quàm doleam. M. ut lubet.
Quid hoc, quod rogo, ut illa nubat nostro? nisi quid est
Quod mauis. C. imò & gener, & affines placent.
M. Quid dotis dicam te dixisse filio?
Quid obticuisti? C. dotis? M. ità dico. C. ah. M. Chreme,
Nequid uereare si minus est, nihil dos mouet.
C. Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis. *Troch. catalect. quadrati.*
Sed ita dictu opus est, si me uis saluum esse, & rem, & filium,
Me mea omnia bona doti dixisse illi. M. quam rem agis?
C. Id mirari te simulato, & illum rogitato simul,
Quamobrem id faciam. M. quin ego uero quamobrem id facias, nescio.
C. Egóne? ut eius animum, qui nunc luxuria, & lasciuia
Diffluit, retundam, redigam, ut quò se uortat nesciat.

Quid

M. Quid ais? c.mitte,ac ſine me in hac re gerere mihi morem. M.ſino,
Itáne uis? c.itá. M.fiat. c.age iam ut uxorem accerſat,paret.
Hic,ita ut liberos eſt æquum,dictis confutabitur.
Sed Syrum. M.quid eum? c.egóne? ſi uiuo,adeò exornatum dabo
Adeò depexum,uſq; ut dum uiuat,meminerit ſemper mei.
Qui ſibi me pro ridiculo,ac delectamento putat.
Non(ita me Di ament)auderet hæc facere uiduæ mulieri,
Quæ in me fecit *Verſus perficitur ſequenti ſcena*

Go me non tam aſtutum.] Quia iam ad exitum properat fabula, fallacia detegitur per Menedemum,& Cliniæ Antiphila deſponſabitur. Ego me. Vt inſultat ſenex,dum alterius ſtultitiam & tarditatem ludibrio habet. Non tam aſtutum.Hæc iactationis cuiuſdam ſpecies eſt,fingere ſe non aſtutum,dum uidet alterum ſtultiorem. Adiutor.] Cum riſu hæc pronũtianda:& *Adiutor* proprie in re bona,*Impulſor* in re mala. Caudex,ſtipes.] Iſta iniurioſe dicuntur in ſtultum & hebetioris ingenij hominem:quemadmodum ignauum lapidem appellamus. quamuis tamen idem ſit:ſed hoc plus eſt. Ohe.] Interiectio eſt,ſatietatẽ uſq; ad faſtidium deſignans.

Impulſor

Obtundere.] Obtundit qui ſæpe repetendo aliquid dicit. Obtundere. Eſt translatio à fabris,qui ſæpe repetunt tundendo aliquid malleo,& idem obtundunt & hebetant. Ceſſat cum Syro?] Bene ceſſat, tanquam deſidioſus.nam ceſſant deſidioſi,Requieſcũt defeſſi.

Ehem Menedeme aduenis?] Sic tanquam expectatus:& Aduentus proprie expectatorum,neceſſariorumq; dicitur. Quaſi qui cupiunt.] In Andria,Ita tũ diſcedo ab eo,ut qui ſe neget filiam daturum. Ah.] Ah uox nimij cachinni,& accõmodata Chremeti,qui credebat Menedemum decipi in filio,& aſſimulare illum petere uxorem. Itáne?] Sic lege,ut quaſi eludat Chremetẽ:qui paſſus eſt ſe à ſeruo decipi. Fingit.] Format: ſi triſtes ſunt,lætos reddit.Fingere proprie eſt figuli,qui formas ducit ex luto. Se aſſimulat.] Refertur ad id,Vultus fingit hominem. Venit in mentem.] Sic dicit,quia ſcit ab illo deceptũ Chremetem. Veterator.] Vetus eſt in aſtutia. Ita rem eſſe.] Vultuoſe pronuntiandum,quòd ſi Chremes ſciret ſe à Syro deceptum,uerè illum ueteratorẽ appellaret. Mane.] Deceptus Chremes aliter percipit uerba Menedemi,quæ ipſe loquatur,& ab illo imprudẽs eluditur.

Fingere

Veterator

Non.] Ridicula negatio.illa uerò Virgiliana,amara,Non,uerum Aegonis. Quid nõ?] Cum admiratione repetit Non. Hodie conficerentur nuptiæ.] Incipiet paulatim detegi fallacia.nam hoc ſignum eſt Cliniam nõ falsò uelle Antiphilam. Ne is quidem quidẽ?] ἀποσιώπησις admirantis.hoc magis mirum uidetur,quòd nec Syrus uerba interiecerit ad extorquendum argentum. Alia tam planè ſcias.] Pulchra ironia in eum qui deceptus ſit.

Ille tuus quoq; Syrus.] Quem tantum ueteratorem putas. Finxit filium.] Refertur ad id quod Chremes ſuprà dixit,Vultus quoq; hominum fingi,ſcelus. Suboleat.] Tractum à ſenſu odorandi. Quid ais?] Nonnunquã perturbati interceſſoris eſt dicere,quid agis? ſed hoc loco metuentis eſt,non interrogantis. Mitto iam oſculari.] Color rhetoricus.

Oſculari.Hæc eſt quarta amoris linea,nam ſunt quinq;,Prima uiſus,Secũda loqui,Tertia tactus,Quarta oſculi,Quinta coitus. Id nihil puto.] Sic dicimus quando habemus aliud maius ad confirmandum. Conclaue.] In Eunucho,Virgo in conclaui ſedet. Eſt autem conclaue ſeparatior locus in interioribus tectis:uel quòd intra eum loca multa & cubicula clauſa ſint adhærentia triclinio. Sola.] Hoc magnũ argumẽtum quintæ lineæ,quòd ſola cum ſolo fuerit. Quid ni?] Quid niſi? Familia.] Hoc loco pro re familiari ponitur. unde in iudicium uenit de lite familiæ Herciſcundæ,id eſt hæreditatis.Cicero in lib.de oratore,Idem Herciſcundæ familiæ cauſam agere non poſſit. Operam dat.] Facere dictum à ſene. Si dat.] Suſpendendum.& eſt ἔλλειψις. quaſi dicat,neſcio. Dubiũ id tibi eſt?] Iam credit Chremes ſe eſſe deceptum. Amicam patiatur ſuam.] Subaudi,ſubagitari.& eſt honeſta ἔλλειψις in re turpi.Virgilius:Nouimus & qui te. Quid ni.] Pro cur non, & hæc uerba,proprie ſunt deridentis. Ni eſſem lapis.] Superius,Nam exuperat eius ſtultitia hæc omnia.Et plus eſt quàm,caudex,ſtipes,aſinus. Nam iam.] ἀποσιώπησις. Virgilius, Quos ego. Tene iſtuc loqui?] Virgilius,Mene incepto deſiſtere uictam.Alijs conſilium dare.] Hinc illud Seruij Sulpitij ad Ciceronem,Denicq; noli te obliuiſci Ciceronem eſſe & eũ qui alijs conſueueris præcipere & dare conſilium. Flagitium.] Facinus.Flagitium, more militari,dicitur res flagitatione,hoc eſt increpatione digna.nã flagitare,eſt perſonare.inde flamma &

Conclaue

Familiæ herciſcundæ

Flagitium

ma & flagella:quòd hæc nõ ſit ſine ſonitu & crepitu. Imò abeat.] Hoc terribiliter pronuntiandum:& uerba proprie rigidi & aſperi patris. Quouis gentium.] Gentium,in fine ſuperflua adiunctio: ſicut intereà loci. dat tamen quandam οἰξησιν pronuntianti. Si pergam.] Perſeuerem.aliàs pergere,eſt ire. Vere ad raſtros.] Quaſi dicat,Id quod tu Menedeme abſentia filij exercebas,hoc eſt rem ruſticam, id ego inopia facere cogar. Quot incommoditates.] Satis comice dixit.nam hoc nomen,leue quiddam ſignificat:ut in Eunucho,Imò enimuero infeliciter.nam incommoda alia ſunt dicenda Parmeno. Capies.] Ibi,Inimicitias caperem.Capere proprie dicimus cum id quod in nobis eſt,aſſumimus.unde capere pro eligere ponitur. Niſi quid eſt.] Honeſte petit quod officium eſt probi & modeſti uiri. Et affines.] Vxoris,cognati ſunt: Affines,mariti.unde multi gradus ſunt,& uelu rami,propinquitatis in affinitate & cognatione diſpoſiti. Quid obticuiſtis?] Sic dixit quaſi puderet Chremetem dicere quòd parua dos uideretur.nam tacemus conſilia: Reticemus dolores:Obticemus,quorũ nos pudet. Pro re noſtra.] Tacite rem ſuam extenuat.

Pergo

Cognatus

Affinis

Quam rem agis?] Hoc eſt quaſi perturbati interceſſoris. Illum rogitato.] Pulchra admonitio,ut perterrefaciat filium. Diffluit.] Perſius,Diffluis amens. Quid ais?] Ais dicimus,de iſs qui uana loquantur. Fiat.] Conceſſio irati aduerſus pertinacem. Sed Syrum.] ἀποσιώπησις, ſcilicet puniam. Dictis.] Quia liberi uerbis obiurgandi ſunt:ſerui uerò uerberibus puniendi. Adeò depexum.] Hoc uerniliter more ſenum iratorum lege,& intellige contrarium. Viduæ mulieri.] Bene perſonam abiectam delegit,quæ ludibrio habetur,& quia mulier,& quia uiro orbata.

ACTVS V SCENA II

Trochaici quadrati catalectici, & Iambici quadrati acatalectici, & fragmentum.

CLITIPHO. MENEDEMVS. CHREMES. SYRVS.

CLIT.

TANE tandem quæſo Menedeme,ut pater
Tam in breui ſpatio omnem de me eiecerit animum patris?
Quod nam ob facinus? quid ego tantum ſceleris admiſi miſer?
Volgò id faciunt. M. ſcio tibi eſſe hoc grauius multò, ac durius
Cui fit:uerùm ego haud minus ægrepatior id,qui neſcio.
Nec rationem capio,niſi quòd tibi bene ex animo uolo.
CLIT. Hic patrem aſtare aiebas? M.eccum. CH.quid me incuſas Clitipho?
Quidquid ego huius feci,tibi non proſpexi,& ſtultitiæ tuæ.
Vbi te uidi animo eſſe omiſſo,& ſuauia in præſentia
Quæ eſſent,prima habere,neq; conſulere in longitudinem.
Cœpi rationem,ut neq; egeres,neq; ut hæc poſſes perdere.
Vbi,cui decuit primò,tibi non licuit per te mihi dare,
Abij ad proximos,tibi qui erant, eis commiſi,& credidi.
Ibi tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidium Clitipho.
Victus,ueſtitus,quò in tectum te receptes. CLI.hei mihi.
CH. Satius eſt,quàm te ipſo hærede hæc poſſidere Bacchidem.
S. Diſperij,ſceleſtus quantas turbas conciui inſciens?
CLIT. Emori cupio. CH.prius quæſo diſce quid ſit uiuere.
Vbi ſcies,ſi diſplicebit uita,tum iſtoc utitor.
S. Here licétne? CH.loquere. S.at tutó. CH.loquere. S.quæ iſta eſt prauitas,
Quæue amentia,quod peccaui ego,id obeſſe huic? CH.ilicet,
Ne te admiſce.nemo accuſat Syre te,nec tu aram tibi
Neq; precatorem pararis. S.quid agis? CH.nihil ſuccenſeo

Nec illi,nec huic nec uos eſt æquum quod facio,mihi. *al.tibi*
S. Abíjt,ac rogaſſe uellem. CLI.quid? S.unde mihi peterem cibum?
Ita nos abalienauit tibi iam eſſe ad ſororem intellego. *Iambica quadrata*
CLIT. Adeóne rem redíjſſe,ut periclum etiam fame mihi ſit Syre?
S. Modo liceat uiuere,eſt ſpes. CLI.quæ? S.nos eſurituros ſatis.
CLIT. Irrides in re tanta,neq; me quidquam conſilio adiuuas?
S. Imò,& ibi nunc ſum,& uſq; dudum id egi,dum loquitur pater
Et,quantum ego intellegere poſſum. CLI.quid? S.non aberit longius.
CLIT. Quid id ergo? S.ſic eſt,non eſſe horum te arbitror. CLI.quid iſtuc Syre?
Satin'ſanus es? S.ego dicam quod mihi in mentē tu díjudica. *al. in mente eſt*
Dum iſtis fuiſti ſolus,dum nulla alia delectatio,
Quæ propior eſſet te,indulgebant tibi dabant nunc filia
Poſtquàm eſt inuenta uera, inuenta eſt cauſſa,qua te expellerent.
CLIT. Eſt ueriſimile. S.an tu ob peccatum hoc,eſſe illum iratum putas?
CLIT. Non arbitror. S.nunc aliud ſpecta.matres omnes filíjs
In peccato adiutrices,auxilio in paterna iniuria
Solent eſſe id non fit. CLI.uerum dicis.quid ergo nunc Syre
Faciam? SY.ſuſpitionem iſtam ex illis quære rem profer palám
Si non eſt uerum,ad miſericordiam ambos adduces cito,aut
Scibis cuius ſis. CLI.rectè ſuades,faciam. S.ſat rectè hoc mihi in
Mentem uenit,nanq; adoleſcens quàm minima in ſpe ſitus erit, *Trochaici*
Tam facillime patris pacem in leges conficiet ſuas.
Et iam haud ſcio ánne uxorem ducat,ac Syro nil gratiæ.
Quid aũt hoc? ſenex exit foras ego fugio,adhuc quod factũ eſt. *Iamb.tetr.ca.*
Miror non iuſſiſſe ilico me arripi ad Menedemum hinc pergam.eum
Precatorem mihi paro ſeni noſtro fidei nihil habeo.

Táne tandem.] Reſtat ad tranquillitatem rerum omniũ ut Clitipho uerbis patris perterritus,in uiam redeat,& uxorem ducat. Itáne. Sic incipit,ut qui ſe à patre abdicatum putet. Tandem.] Hic expletiua coniunctio. Cicero,Quouſq; tandem abutêre Catilina patientia noſtra? Aliàs ponitur pro tamen: ut,In qua ciuitate tandem arbitrare te uiuere? Nonnunquã pro ſaltem. Admiſit.] *Admittere* ἁμάρτημα eſt.plus eſt admittere,quàm facere. Alibi,Hæc admittere indigna. Vulgo faciunt.] *Vulgo faciũt* ad purgationem peccati,ſi nihil aliud habemus,argumentum ab exemplo aliorum ſumimus, qui idem factitauerunt.ſed multo magis ualet,ſi ab exemplo omnium ſumitur.
Quid me incuſas.] Bene incuſas: quia filio maior eſt pater. Quicquid ego huius feci.] Huius abſolute: ut per ἔλλειψιν deſit rei. In Hecyra,Ne quid ſit huius oratio. Alibi, Nihil me iſtius facturum patri. Ego huius feci. Semper grauis incœptio orationis,quæ exordium *Animus omiſſis* ſumit à pronomine. Animo omiſſo.] Negligẽti. Alibi,At enim metuas ne ab re ſint omiſſiores paulo. Et ſuauia quæ eſſent,prima habere.] Salluſtius, Quæ prima mortales ducunt. Et primus modo ad laudem,non ad ordinem pertinet. In Eunucho, Nihil prius neq; fortius. Ad proximos.] Bene ad proximos,ad quos ſpectat poſt filium hæreditas. Re- *Receptare* ceptes.] Alibi,Meum receptes filium. Et frequentatiuo uſus eſt,quòd nõ raro,ſed frequen- *Vita* ter poterit ſe recipere. Viuere.] Cum uirtute & ratione intelligas. Vita.] Hoc loco actus & mores. In Phormione,Quem ego uiderim in uita optimum,id eſt in actu & moribus.
Quæ iſta eſt prauitas?] Deriuatio criminis in ſe eſt. Et bene optimi ſerui fungitur officio.
Ilicet.] Ilicet,ſemper finem rei ſignificat,ut actum eſt. Ilicet per ſyncopen,quod ſignificat ire licet. Sic iudices de conſilio dimittebant ſuprema dicta cũ præco pronuntiaſſet. Ilicet.

Ergo

Ergo increpatio eſt,quia interloquendo impedit Chremetem narrantem. Neq; precato- *Precator*
rem pararis.] Alibi, ad precatorem abeam. Et precari aliquãdo idem quod deprecari, hoc *Precari*
eſt à ſe crimen depellere. Hinc deprecatio. Nihil ſuccẽſeo.] Succenſere is dicitur, qui cum *Succenſere*
amare debeat,læſus iraſcitur. Vt periculum etiam fame mihi ſit Syre?] Quod eſt extremum miſeriarum. Etiã fame: fames apud antiquiſſimos in quinta declinatione nominum uariabatur: ex quo poteſt eſſe genitiuus caſus: quia C. Cæſar in lib. de analogia huius die, & huius ſpecie dicendum putat. Salluſt. in Iugurtha, Vix decima parte die reliqua. Vel ſit ſeptimus caſus. Eſurituros ſatis.] παρὰ προσδοκίαν quando aliter reſpondemus, quàm expectatur. Non eſſe horum te arbitror.] Quaſi cum odio Horum dixit: & eo magis quòd nec te filium dixit. Dum iſtis fuiſti ſolus.] Satis ueriſimilis ratio adoleſcenti imprudenti & parum prouido: ideo ſtatim ſubjcit, Eſt ueriſimile. Iratũ putas?] Bene iratum, ob peccatum. Iratus eſt,qui ex aliqua re laceſſitus iraſcitur. Iracundus,ex parua uel nulla cauſa.
Id non fit.] Mater tibi non eſt adiutrix: & hoc prope ueriſimilius. Ad miſericordiam.] Quia parentes ueri,filíjs cito ignoſcunt. Minima in ſpe ſitus erit.] Nam ſi non eſſe filium crediderit,eo miſerabilior uidebitur patri: & citius ad miſericordiam commouebitur.
Quid autem hoc?] Hæc uox eſt timentis.

ACTVS V. SCENA III.

Iambici quadrati acatalectici. Trochaici uar. ; numero ſeptem.

SOSTRATA. CHREMES.

S. PROFECTO niſi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali.
Idq; adeò miror,quomodo tã ineptum quidquã potuerit tibi
Venire in mentẽ,mi uir. C.oh. pergin' mulier eſſe? ullámne ego
Rem unquam uolui,quin tu in ea re mihi aduerſatrix fueris
Soſtrata?
At ſi rogitẽ iam,quid eſt quod peccẽ hic,aut quãobrem hoc faciã,neſcias?
In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? S.ego neſcio.
Dena.catal. C.† Imò ſcis potius,quàm quidem redeat ad integrum hæc*eadem oratio. *Diuide Imò: ſi tollas eadem, uerſus conſtat*
S. Oh iniquus es, qui me tacere de re tanta poſtules.
C. Non poſtulo iam loquere nihilo minus ego hoc faciam tamen.
S. Facies? C.uerum. S.non uides quantum mali ex ea re excites? *Trochaici*
Subditũ ſe ſuſpicatur. C.ſubditum,ain' tu? S.certè inquã mi uir. *Oct. hyper.*
C. Confitere tuum non eſſe. S.ah,obſecro te,iſtuc inimicis ſiet. *Dena.catal.*
Egóne confitear meum non eſſe filium,qui ſit meus? *Tetra.Iamb.cata.*
C. Quid? metuis,ne non,cum uelis,conuincas illum eſſe tuum?
S. Quòd filia eſt inuenta. C.non,ſed quod magis credundum ſiet,
Quod eſt conſimilis moribus, *Dimeter*
Conuinces facile ex te natum nam tui ſimilis eſt probé. *Trochaici*
Nam illi nihil uitij eſt relictum,quin id itidem ſit tibi.
Tum præterea talem,niſi tu,nulla páreret filium.
Sed ipſe egreditur,quàm ſeuerus,rem cum uideas,cenſeas.

PRofecto niſi caues.] In hac ſcena continet imago quædã diſſidij inter uirum & uxorẽ,qui natura moroſi atq; difficiles ſunt. Tu homo.] Cum contemptu & ſtomacho pronuntiandum. Ineptũ quidquam.] Bene ineptum.nam ineptum eſt quod à quouis reprehendi. Venire in mentẽ.] Venire in mentem ueteres non recordationis cauſa tantum,ſed etiã recogitationis conſide-

rationiśq; posuerunt. Quod peccem.] Notat mulierum imprudentiam & imperitiã quæ ut plurimum ignorant quæ praua aut recta sunt. Tam confidenter.] Recte confidenter, nam cõfidentia sæpius in malam, Fiducia uerò in bonam partem accipitur. Alibi, O ingentem confidentiam. Nescio.] Sic lege ut intelligas contrariũ. De re tanta.] Scilicet in periculo filij. *Subditus* Subditum se.] Id est suppositum. Iuuenalis, Transeo suppositos. *Ain.* Ain' tu.] Pro ais ne. & est percontatiuum uerbum. Inimicis siet.] Hæc imprecatio sic usurpatur ab Ouidio, ut illius propria sit. *Conuincere* Conuinces.] Verbũ iudicij est. Tui similis.] Nam plærunq; filij consimiles sunt parentum moribus. Quam seuerus.] Nam facie ipsa uidetur quandam probitatem ostendere: re uerò, alius est.

ACTVS V. SCENA IIII

Trochaici quadrati catalectici permixtis Iambis aliquot.

CLITIPHO. SOSTRATA. CHREMES.

CLIT. SI VNQVAM ullum fuit tẽpus mater, cum ego uoluptati tibi
Fuerim, dictus filius tuus tua uoluntate, obsecro
Eius ut memineris, atq; inopis nunc te misereſcat mei,
Quod peto, & uolo, parentes meos ut commonstres mihi.
S. Obsecro mi gnate, ne istuc in animum inducas tuum,
Alienum esse te. CLI. sum. S. miseram me, hoccine quæsisti obsecro?
Ita mihi, atq; huic sis superstes, ut ex me, atq; hoc natus es.
Et caue posthac (si me amas) unquàm istuc uerbum ex te audiam.
C. At ego (si me metuis) mores caue in te esse istos sentiam.
CLIT. Quos? C. si scire uis, ego dicam: gerro, iners, fraus, heluo,
Ganeo, damnosus, crede, & nostrum te esse credito.
CLIT. Non sunt hæc iam parentis dicta. C. non si ex capite sis meo
Natus, item ut aiunt Mineruam esse ex Ioue: ea causa magis
Patiar Clitipho flagitijs tuis me infamem fieri.
S. Di istæc prohibeant. C. deos nescio: ego quòd potero, enitar sedulò.
Quæris id, quod habes, parentes: quod abest, non quæris, patri
Quomodo obsequare, & ut serues quod labore inuenerit.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet
Dicere hac præsente uerbum turpe: at te id nullo modo
Facere piguit. CLI. eheu quàm ego nunc totus displiceo mihi,
Quàm pudet: neq; quod principium inueniam ad placandum, scio.

Petere SIullum unquam fuit tempus.] Adhuc filius matrẽ sollicitam reddit, dum petit ut parentes commonstret: & ex hoc facilius peruenitur ad tranquillitatem omnium rerum. Tua uoluntate.] Quasi innuit illam de industria illum uoluisse appellari filiũ. Quod peto, & uolo.] Peto, inquit, quasi precario. nam proprie aliquid precario, petere dicimur. Obsecro te mi gnate.] Verba prolixæ matris desperatæ. Sum.] Hæc uox simplex terribiliter pronuntiat. Huic sis superstes.] Mos iurandi antiquus parentum. & bene inducitur mater mitior patre & quæ adiutrix sit in paterna iniuria filio. Si me amas.] Hæc uerba, blãdientis matris sunt, & quæ uaide de filio sollicita sit. Si me metuis.] Matri dat uerba suauia, patri uerò aspera. illa, inquit, si me amas: hic, si me metuis. *Gerro* Gerro, iners, fraus.] Hæc dicuntur in abiectissimum quenq; & nullius pretij hominem. Gerro. Hinc congerro: quod à gerra dicitur. nam gerræ, nugæ sunt. alij dicunt à corrigendo deduci. Plaut. in Persa, Iam pol ille hic aderit, credo congerrõ meus

meus. Heluo.] Vorax. Catul. in Cæsarem, An parum heluatus est. Ganeo.] Veteres ganeũ, meretricum tabernã dixerunt, ἀπὸ τῆς γῆς, quòd ipsa sit in terra. Hinc ganeo deducitur, qui meretrices sequitur. Damnosus.] Recte hoc postremum cum superioribus conuenit. Parentis.] Scilicet qui filiũ amet. Non si ex capite sis meo.] Hæc ingenti clamore pronuncianda: & sic ostẽdit Chremes filium non debere abijcere spem patris, etsi ab eo uerba aspera audit. Aiunt.] Bene aiunt, de re fabulosa & ficta. Deos nescio.] Modus loquendi præsertim iratorum. Enitar.] Ne infamis fiam. Inuenerit.] Id est acquisierit. Alibi, Labore inuenta mea cui dem bona. Adducere.] ἀποσιώπησις honesta. noluit dicere meretricem, præsente matre.

ACTVS V. SCENA V.

Trochaici quadrati catalectici mixtis Iambicis quadratis.

MENEDEMVS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRATA.

M. ENIMVERO, Chremes nimis grauiter cruciat adolescẽtulum,
Nimisq; inhumanè. exeo ergo, ut pacem conciliem: optumè
Ipsos uideo. CH. ehem, Menedeme cur non accersi iubes
Filiam, & quod dixi dotis, firmas? S. mi uir te obsecro
Ne facias. CLI. pater obsecro ut mihi ignoscas. M. da ueniam Chreme:
Sine te exorẽ. CH. egóne mea bona ut dem Bacchidi donó sciens? *Iãb. tetra.*
Non faciã. M. at id nos nõ sinemus. CLI. si me uiuum uis pater, *Iamb.*
Ignoscе. S. age Chreme mi: M. age quæso. ne tã obfirma te Chreme. *Troch.*
CH. Quid istuc? uideo non licere, ut cœperam, hoc pertendere.
M. Facis ut te decet. CH. ea lege hoc adeò faciam, si facit
Quod ego hunc æquum censeo. CLI. pater omnia faciam: impera.
CH. Vxorem ut ducas. CLI. pater. CH. nihil audio. M. ad me recipio,
Faciet. CH. nihil etiam audio ipsum. CLI. perij. S. an dubitas Clitipho?
CH. Imò, utrum uult. M. faciet omnia. S. hæc dum incipias grauia sunt,
Dumq; ignores: ubi cognoris, facilia. CLI. faciam pater.
S. †Nate mi, ego pol tibi dabo puellam lepidam, quam tu facile ames, *Nate mi est extra uersum*
Filiam Phanocratæ nostri. CLI. rufámne illam uirginem,
Cæsiam, sparso ore, adunco naso? non possum pater.
CH Eia ut elegans est: credas animum ibi esse. S. aliam dabo.
CLIT. Quid istic? quandoquidem ducenda est, egomet habeo propémodum,
Quam uolo. S. nunc laudo gnate. CLI. Archonidis filiam.
S. Perplacet. CLI. pater hoc nunc restat. CH. quid? CLI. Syro ignoscas uolo,
Quæ mea causa fecit. CH. fiat. uos ualete, & plaudite.

CALLIOPIVS RECENSVI.

NImuero, Chremes.] interuenit persona, cuius gratia pax concilietur, ita ut omnia tranquilla sint & composita, prout comœdiæ finis postulat. Enimuero. Nonnunquam principium est aliquid per iram dicturi. Accersi.] Bene accersi: quia proprie accersitur uxor, dum aduirum ducitur. Ne facias.] Hæc timebat ne omnia bona illi traderet. Obsecro.] Nihil significantius. nam orare, est placidos petere: obsecrare uerò iratos rogare. Sciens.] Quod peius esset, quàm si nesciret. Rufam.] Rufus color & ruber idem est. Elegans.] Hic ad formam refertur: sed sæpius ad orationem & ad uerba.

FABVLAE INTERLOCVTORES

Mitio senex
Æschinus adolescens
Syrus seruus
Sostrata matrona
Pamphila nurus
Geta seruus
Demea senex
Ctesipho adolescens
Dromo seruus
Hegio senex
Cantara nutrix
Sannio leno

C. SVLPITII APOLLINARIS PERIOCHA IN ADELPHOS

DVOS cum haberet Demea adulescentulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Æschinum,
Sed Ctesiphonem retinet. hunc citharistriæ
Lepôre captum,sub duro ac tristi patre
Frater celabat Aeschinus famam rei,
Amorem in se transferebat·deniq;
Fidicinam lenoni eripuit.uitiauerat
Idem Aeschinus ciuem Atticam pauperculam,
Fidemq; dederat,hanc sibi uxorem fore.
Demea iurgare,& grauiter ferre.mox tamen
Vt ueritas patefacta est,ducit Aeschinus
Vitiatam,potitur Ctesipho citharistriam,
Exorato suo patre duro Demea.

DONATI PROLEGOMENA IN ADELPHOS TERENTII

HAec fabula Adelphi Palliata,ut ipsum indicat nomẽ, ex plurali numero, cũ sit una: ex masculino genere,cum sit comœdia: ex Græca lingua,cum sit latina,censetur.Potuit eam Terentius Fratres dicere: sed & Græci nominis ὦφελον perderet:& præterea Togata uideretur·ad summam, non statim intelligeretur Menandri esse: quod Terentius in primis lectorem scire cupit: minus existimans laudis proprias scribere,quàm græcas transferre. Est igitur Menandri:& à fratrum facto,quibus argumentũ nititur,nomẽ accipit. Huius tota actio cum sit mixta ex utroq; genere,ut ferè Terentianæ omnes,præter Heautontimorûmenon, tamen maiori ex parte motoria est.nam statarios locos perpaucos habet.Prodest autem,& delectat,actu & stylo. In hac,primæ partes sunt,ut quidam putant,Demeæ: ut quidam, Syri.Quod si est ut primas Syrus habeat:secundæ Demeæ erunt,tertiæ Mitionis,& sic deinceps.Quanquam etiam sunt qui putant primas Mitioni dandas, secundas Syro, tertias Demeæ.Nam quod ait Terentius,Senes qui primi uenient:nõ ad partes quas dicimus,sed ad ordinem pertinet exeuntium personarum. Hæc etiam,ut cætera huiusmodi poemata, quinq; actus habeat necesse est,choris diuisos à Græcis Poetis.quos etsi retinẽdi causa iam inconditi spectatoris minime distinguunt Latini Comici,metuẽtes scilicet ne quis fastidiosus finito actu,uelut admonitus abeundi,reliquæ comœdiæ fiat contemptor, & surgat:tamen à doctis ueteribus discreti atq; disiuncti sunt,ut mox aperiemus post argumenti narrationem. In hac prologus aliquanto lenior inducitur: qui magis etiam in se purgando, quàm in aduersarijs lædendis est occupatus.Protasis est turbulenta,Epitasis clamosa,Catastrophe

tastrophe lenis:quarum partium rationem diligentius in principio proposuimus, cum de Comœdia quædam diceremus. Hæc sanè acta est ludis scenicis funebribus L. Aemilij Pauli:agentibus, L. Ambiuio, & L. Turpione: qui cum suis gregibus etiam tum personati agebant.Modulata est autem tibijs dextris,id est Lydijs ob seriam grauitatem, qua ferè in omnibus Comœdijs utitur hic Poeta.sæpe tamen,mutatis per scenam modis, cantica mutauit: quod significat titulus scenæ habens subiectas personis literas,M. MC. Item Deuerbia ab histrionibus crebro pronuntiata sunt.quæ significãtur D. & M.literis secundũ personarum nomina præscriptis in eo loco ubi incipit scena. Adnotandum sanè quòd hæc fabula προτατικὸν πρόσωπον non habet,hoc est personã quæ ad argumentũ nihil attineat,quæq; sit assumpta extrinsecus,ut est in Andria Sosia. Hanc dicunt ex Terẽtianis secundo loco actam,etiam tum rudi nomine poetæ.itaq; sic pronuntiatam, Adelphœ Terẽti,nõ Terenti Adelphœ:quòd adhuc magis de fabulæ nomine Poeta,quàm de Poetæ nomine fabula cõmendabatur.In hac quidem spectatur quid interfit inter rusticã,& urbanã uitam:mitem,& asperã:cœlibis,& mariti:ueri patris,& per adoptionẽ facti.Quibus propositis ad exẽplum, uitãda perinde,fugiẽdaq; Terẽtius mõstrans,artificis poetæ per totã fabulã obtinet laudẽ.

ARGVMENTVM

EX duobus Atticis fratribus, alter quidem Demea nomine, rus coluit,uxorem duxit:filios suscepit duos,Aeschinum & Ctesiphonem.at alter,Mitio nomine,uxorẽ nõ duxit, & filios procreare noluit: sed sibi filium fratris Aschinum adoptauit:atq; ita indulgenter eduxit à paruulo, ut effuse luxuriatus adolescens,ad postremum ciuem Atticam uirginem uitiaret, captus amore eius.quo facto, & cum matre puellæ pepigit nuptias eiusdem quam uitiauit:cumq; rem gestam ad patris,à quo adoptatus fuerat, conscientiam,iam iamq; perlaturus esset:precibus Ctesiphonis fratris sui, qui apud durũ patrem atq; agrestem Demeam parcius atq; arctius haberetur,impulsus est,& ut eidem à lenone raperet meretricem: quo facto,multiplici errore completur fabula. Nam & Demea cum hoc ipso,id est cum Mitione litigabat,tanquam cum eo qui corruperit adolescentem adoptatum,in mores perditos, nesciens suum sibi filium Ctesiphonem esse corruptum.eluduntur à Syro & Mitione per totam fabulam.Et mater puellæ,iam decimo mense post raptum uirginis, Aeschinum credit sibi ipsi rapuisse meretricem.quæ perturbatio,cito in tranquillum redacta est.Nam re comperta de uitio uirginis,Mitio dat ciuem Aeschino quam concupiuerat: eiusq; matrem ipse accipit.Deprehenso uero Ctesiphone in amore meretricis,primo irascitur Demea: post leuitur,atq; habendæ eius meretricis licentiam præbet. Primus actus hæc continet, Mitionis solius primo uerba:& post,eiusdem & Demeæ iurgium. Secundus actus hæc continet,Lenonis alteram rixam aduersus Aeschinum pro puella:eiusdem apud Syrum querelas:lætitiam Ctesiphonis:obsessionem amicæ:& eiusdem gratiarum actiones apud Aeschinum. Tertius actus hæc continet, Trepidationem matris Sostratæ & Cantharæ nutricis ob parturientem Pamphilam uitiatam ab Aeschino: Getam nuntiantem dominæ suæ per errorem,quòd sibi rapuerit Aeschinus meretricem:reditum in scenam Demeæ:eiusdemq; cum Syroludificante sermocinationem:interuentum Hegionis: cũ querela apud eundem Demeam de facto Aeschinis, & consolatione Sostratæ. Quartus actus hæc cõtinet: Ctesiphonis cum Syro colloquiũ:delusionem Demeæ: eiusdemq; in scenam interuentũ, atq; secundam frustrationem per Syrum factam: Mitionis cum Hegione sermonem: querelam Aeschini de rebus suis:eiusdemq; cum Mitione patre facetissimam decertationem:Demeæ reditum in scenam ex errore in quem eum coniecerat Syrus: & renouatũ cum fratre eiusdem iurgium:processionem in scenam temulenti Syri. Quintus actus hæc continet, Deprehensionem Ctesiphonis cum meretrice:tertiũ cum Mitione iurgiũ Demeæ, eiusdemq; uitæ pristinæ correptionem,& per eum multa in comœdia noua,hoc est blandimẽtum circa Aeschinum,& affabilitatem circa Getam:conciliationem Syri, & uxoris eius: & ueniam circa Ctesiphonem:permissionemq; habendæ meretricis. Seruatur autem per totam fabulam mitis Mitio,sæuus Demea,Leno auarus,callidus Syrus,timidus Ctesipho,liberalis Aeschinus,pauidæ mulieres,grauis Hegio. In diuidendis actibus fabulæ identidem meminerimus,primo paginarum dinumerationem neq; Græcos,neq; Latinos seruasse: cum eius distributio huiusmodi rationem habeat,ut ubi attẽtior spectator esse potuerit,longior actus sit:ubi fastidiosior,breuior atq; cõtractior.Deinde etiam illud,in eundem actum posse conijci & tres,& quatuor scenas introeuntium atq; exeuntium personarum. Facta autem hæc una est de duabus fabulis,Adelphis Menandri,& Commorientibus Diphili.

ACTA LVDIS FVNERALIB. Q. FAB. MAX. P. CORNELIO AFRICANO AED. CVR. EGERE L. ATTILIVS PRAENESTINVS, MINVTIVS PROTIMVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI TIBIIS SARRANIS. FACTA GRAECA MENANDRV. L. ANICIO, M. CORNELIO COSS.

PROLOGVS

POSTQVAM Poeta ſenſit ſcripturam ſuam
Ab iniquis obſeruari,& aduerſarios
Rapere in peiorem partem,quam acturi ſumus·
Indicio de ſe ipſe erit,uos eritis iudices,
Laudine an uitio duci factum oporteat.
Synapothneſcontes Diphili comœdia eſt.
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
In græca adoleſcens eſt,qui lenoni eripuit
Meretricem. in prima fabula,eum Plautus locum
Reliquit integrum. eum hic locum ſumpſit ſibi
In Adelphos, uerbum de uerbo expreſſum extulit.
Eam nos acturi ſumus nouam.pernoſcite,
Furtúmne factum exiſtimetis,an locum
Reprehenſum,qui præteritus negligentia eſt.
Nam quod iſti dicunt maleuoli, homines nobiles
Eum adiutare, aſſidueq; unà ſcribere·
Quod illi maledictum uehemens exiſtimant,
Eam laudem hic ducit maximam,cum illis placet
Qui uobis uniuerſis,& populo placent,
Quorum opera in bello,in otio,in negotio,
Suo quiſq; tempore uſus eſt ſine ſuperbia.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ:
Senes qui primi uenient,hi partem aperient,
In agendo partem oſtendent.facite æquanimitas,
Poetæ ad ſcribendum augeat induſtriam.

Poſtquàm Quoniam Scriptor Iniquus Obſeruatio Obſeruare Rapere in peiorem partem Indicio erit Indicare

POſtquàm Poeta ſenſit ſcripturam.] Poſtquã,pro quoniã:cuius reciprocum, quoniam pro poſtquàm.Plautus in Aulularia,Quoniam is moritur,ita aiudo ingenio fuit. Poſtquàm Poeta ſenſit ſcripturam ſuam. Indifferẽter,omnis qui aliquid ſcripſiſſet,ſcriptor à ueteribus dicebaꝫ. Ab iniquis.] Inimicis:ut,Fatis Iunonis iniquæ. Obſeruari.] Obſeruatio,ad honorẽ refertur: ut,Præterea regem non ſic Aegyptus & ingens Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes Obſeruant.Sed nunc obſeruari,captari ſignificat, & audire.Obſeruari ergo, & honorari,& captari,& audiri ſignificat.ut Plautus,Obſeruat orare,ut blande palpetur mulieri. Rapere in peiorem partem.] Varietas per genera uerborum. & utrique ſententiæ apte iũgimus,ſcripturam ſuam. Rapere in peiorem partem.Id eſt uitio dare, uituperare. Indicio de ſe ipſe erit.] Mire expreſſit ſimplicitatem,uera dicturi,cum indicaturum ſe dixit,non narraturum.Et indicio erit,pro index erit. Indicio de ſe.Indicat, is qui de ſe uolens aliquid,& de alijs etiam prodit:ſed confitetur qui de ſe tantum,& qui inuitus.

Vos eritis

Vos eritis iudices.] Bene:quia apud iudices iudicium profitentur qui accuſatorem adiuuant. Laudine an uitio.] Mediũ non fecit:ut appareat,ſi crimen non ſit,laudi debere eſſe.

Synapothneſcontes Diphili comœdia eſt.] Nec numeri,nec genera reſpiciẽda ſunt contra ſententiam remq; ipſam. Eam cõmorientes Plautus fecit fabulam.] Sicut apud Græcos ἀρᾶμα, ſic apud Latinos generaliter Fabula dicitur:cuius ſpecies ſunt,Tragœdia, Comœdia,Togata,Tabernaria,Prætextata,Crepidata,Attellana, μιμος, Rhyntonica. In Græca adoleſcens eſt.] Diphili ſcilicet.quaſi diceret,Quidam adoleſcens eſt,qui lenoni eripuit meretricem. In prima fabula.] Hoc eſt,in prima parte:ut dicimus,in primis digitis. non enim aut ſecunda,aut tertia fabula eſt. Reliquit integram.] Cum aliam transferret. Sumpſit ſibi.] Libere tulit:hoc eſt,non furatus eſt,ut Sume pater. In Adelphos.] Latine declinauit. Verbũ de uerbo expreſſum extulit.] Hæc approbatio eſt de Græco eſſe ſublatum, non de Plauto,ut dicit aduerſarius. Extulit.Mire nõ dixit tranſtulit,ſed extulit:ut ornaſſe Græca uideatur latino ſtylo. Eam.] Adelphos ſcilicet. Nouam.] Veterem græcam eſſe intelligimus. Furtum ne factum.] Hoc eſt uitio duci. An locum reprehenſum.] Hoc eſt laudi duci. Negligentia eſt.] Plauti ſcilicet.cuius æmulari nunc exoptat negligentiam.

Reprehenſum.Retentum,reſumptum. Nam quod iſti dicunt.] Nam, incipiẽdi uim habet modo:ut:Nam ego hanc machæram meam dico. Homines nobiles.] Vt, Scipionem Africanum,& Lælium Sapiẽtem, & Furium Pilum. Eum adiuuare.] Legitur & adiutare. Pacuuius in Chryſe,Adiuta mihi. Aſſidueq; unà ſcribere.] Non ſic dicit aduerſarius: uerum hic oratorie crimen non tangit. Qui uobis uniuerſis,& populo placent.] Vniuerſis, qui in cauea ſunt, dicit.Populo,qui etiam præter theatrum,id eſt uniuerſam urbem. In bello.] Scipionis. In otio.] Furij Pili. In negotio] Scilicet Lælij Sapientis. In agẽdo partem oſtendent.ἀρᾶμα ✻ Hic enim iam ſenes accipiendæ eſſent:imò potius cæteræ perſonæ. ſed ipſi ſenes,in ſtatario charactere,partem aperient: in motorio, partem oſtendent. Nam duo agendi ſunt principales modi,Motorius,& Statarius:ex quibus ille tertius naſcitur,qui dicitur μιμος Aequanimitas:] Fauor,& propitius animus.Et deeſt,ueſtra.

Reprehẽdere Nam Adiutare

Motorius modus Statarius Μιμος

Fabula & eius partes Prima fabula Sumo

Extollo

ACTVS I SCENA I

MITIO SENEX.

Senarij

STORAX. non rediit hac nocte à cœna Æſchinus:
Neq; ſeruulorum quiſquam qui aduorſum ierant.
Profecto hoc uerè dicunt,ſi abſis uſpiam,aut
Si ubi ceſſes,euenire ea ſatius eſt,
Quæ in te uxor dicit,& quæ in animo cogitat
Irata,quàm illa,quæ parentes propitij.
Vxor,ſi ceſſes,aut te amare cogitat,
Aut tete amari,aut potare,atq; animo obſequi:
Et tibi bene eſſe ſoli,cum ſibi ſit male.
Ego,quia non rediit filius quæ cogito? &
Quibus nunc ſolicitor rebus? ne aut ille alſerit,
Aut uſpiam ceciderit,ac perfregerit aliquid.
Vah,quenquámne hominem in animo inſtituere,aut
Parare quod ſit carius,quàm ipſe eſt ſibi?
Atqui ex me hic non natus eſt,ſed ex fratre.is adeò
Diſſimili ſtudio eſt,iam inde ab adoleſcentia.
Ego hanc clementem uitam urbanam,atq; otium
Secutus ſum:& quòd fortunatum iſti putant,
Vxorem nunquam habui.ille contrà,hæc omnia:
Ruri agere uitam,ſemper parce,ac duriter

Se habe

Se habere uxorem duxit nati filij
Duo: inde ego hunc maiorem adoptaui mihi.
Eduxi à paruulo habui, amaui pro meo.
In eo me oblecto. solum id est carum mihi.
Ille ut item contra me habeat, facio seduló.
Do, prætermitto, non necesse habeo omnia
Pro meo iure agere postremò alij clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
Ea ne me celet, consuefeci filium.
Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut
Audebit: tantò magis audebit cæteros.
PVDORE ET LIBERALITATE LIBEROS
Retinere satius esse credo, quàm metu.
Hæc fratri mecum non conueniunt, neq; placent.
Venit ad me sæpe clamitans: quid agis Mitio?
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptus suggeris?
Vestitu nimio indulges nimium ineptus es.
Nimium ipse durus est, præter æquumq;, & bonum:
ET ERRAT LONGE, mea quidem sententia,
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius
Vi quod fit, quàm illud, quod amicitia adiungitur.
Mea est sic ratio, & sic animum induco meum
Malo coactus qui suum officium facit:
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet
Si sperat fore clàm, rursum ad ingenium redit.
Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit
Studet par referre. præsens, absensq; idem erit.
Hoc patrium est, potius consuefacere filium
Sua sponte recte facere, quàm alieno metu.
Hoc pater ac dominus interest. hoc qui nequit,
Fateatur nescire imperare liberis.
Sed éstne hic ipsus, de quo agebam? & certe is est.
Nescio quid tristem uideo. credo, iam (ut solet)
Iurgabit. saluum te aduenire Demea,
Gaudemus.

STorax.] Nomina personarũ, in comœdijs dũtaxat, habere debent rationẽ & etymologiã. etenim absurdũ est comicũ aperte argumẽta cõfingere: uel nomẽ personæ incõgruũ dare, uel officiũ q̃d sit à nomine diuersum. Hinc seruus fidelis Parmeno: infidelis uel Syrus, uel Geta: miles, Thraso, uel Polemon: iuuenis Pamphilus: matrona Myrrhina. Et puer, & ab odore Storax: & à ludo, & à gesticulatione Circus: & item

item similia, in quibus summũ poetæ uitium est, si quid è contrario repugnans contrarium diuersumq; protulerit: nisi per ἀντίφρασιν nomen imposuerit ioculariter: Vt Misargyrides in Plauto dicitur trapezita. & ferè hoc modo apud alios à poetis nomina componũtur describenda per ἀντίφρασιν. quod designat Storax. Primæ partes, sicut in prologo ipse promisit, à senibus aguntur: quorum contentione ad argumentum relata, uita aspera cum leni, & pater comis cum seueriſſimo comparatur. Storax.] Storacem uocauit, non Aeschinum. quo tacente, puerum, id est Aeschinum absentem credit: quia seruuli adolescentibus præstolantur: ut in Andria, Obseruabam mane illorum seruulos uenientes, aut abeuntes. Sed quia fieri poterat, ut domino absente abesset Storax: commodissime adiecit, Neq; seruulorum quisquam qui aduersum ierant. Storax non rediit hac nocte.] Hoc alij interrogatiue, alij pronuntiatiue proferunt: sed magis pronuntiatiue dicendum. Neq; seruulorum quisquam.] Propter Storacem, quem abesse non respondendo intelleximus. Qui aduersum.] Proprie locutus est. nam aduersatores dicũtur. Ierant.] Producte I pronunciando: quod nos addita u, Iuerant dicimus. Tale est illud Virgilij, Nos abijsse rati, & uento petijsse Mycenas. Profecto hoc uere dicũt.] Absolute nõ addidit, qui. Si ab is uspiã.] Abundat uspiam. aut deest profectus, aut quid tale. aut tibi uspiam: significat enim scilicet uspiam & in loco, & ad locum. Si ab is uspiã, aut ubi si cesses.] Si ab is, ad parentes propicios: si cesses, ad uxorem iratam refert in desertorem. Vxor.] Subaudiendum est, dicit irata uxor. Quæ in animo.] Omne quod sentimus aut cogitamus, aut dicimus: & utrunq; pro oratione est. Sed illa ἐνδιαθετικὰ, quæ in cogitatione est: hæc προφορικὸς λόγος dicit, quæ in uerbis est constituta. Virgilius, Et iam mihi multi crudele canebant Artificis scelus, & taciti uentura uidebant. Et ipse alibi, Nunc si quis est qui hoc dicat, aut sic cogitet. Quam illa quæ parentes.] Erudite, non addidit in quem dicat, quia scit nomina uxoris & parẽtum πρὸς ἃ esse. Vxor, si cesses.] Quare nõ, si abs sc an quia iustius cessanti quàm absenti succensemus an quia irata uxor, si cesses? Aut te amare cogitat.] ἐπιξήγησις cum ἐξεργασίᾳ. Aut te amari cogitat: aut minus peccati est amori proprio cedere, quàm alieno amori obsequi, nulla re impellente, sine uxore põtare, aut uelle delicias. Ergo κῦρσις est: nisi forte ᾧ ἰδίῳ ὁσμῷ hoc putamus dictum. Aut te amare cogitat, aut tete amari. Cum duo proposuerit, alterum sumpsit. Nam cum dixisset, Quæ in te uxor dicit, &, quæ in animo cogitat: intulit, aut te amare cogitat. Aut te amare cogitat, aut tete amari. Quia te amare ἀμφιβόλως dixerat, cito intulit quod certum est, Aut tete amari. Et quia illud te, dixerat: hoc geminauit, & te te dixit, tanquam significãtius. Aut animo obsequi.] παραφορὰ. Ego quia nõ rediit filius.] Plus est quod dixit ego, quàm si diceret pater. Quæ cogitor, quibus, &c. Hoc sic pronunciandum est, ut horrere uideatur ipse cogitationem suam. Ego, quia non rediit filius. ἀναλόγως. non enim pater, dixit. Quibus nunc sollicitor rebus.] Hoc est quàm malis: nõ ut uxor, bonis. Ne aut ille alserit.] Vide quam teneri sit amoris hic timor in iuuene præsertim. Aut uspiam.] Vspiam & in loco & ad locum significat. Ceciderit, ac perfregerit aliquid.] Iungendum, ut non solum ceciderit, sed etiam perfregerit. hæc sunt quæ sibi nemo euenire uelit. Ne aut ille alserit, aut uspiam ceciderit. Nimium tenere amat, qui hæc in iuuene pertimescit, quæ circa infantulos caueri solent. Quenquamne hominem.] Sic dicimus de ea re quam miramur ferè ab omnibus fieri. Quam ipse est sibi.] Tanquam duo sint. sed hoc poetæ Comico licet. Atqui ex me hic natus nõ est.] Quasi dicat, Ex me non est, & sic afficior. quid paterer si genuissem? Ex me natus non est. Quasi dicat, non est meus. Sed ex fratre.] Hoc est, omnino non alienus est. Is adeò.] Transitus ad argumentum subtilissimus. Adeò. Aut abũdat, aut nimium significat, Vt in Eunucho, Adolescentem adeò nobilem. Ego hanc clementem uitã urbanam.] Clementẽ uitã, figura ipsam uitam clementem dicimus, quæ clementes facit. Clemens autem est, qui colit mentem. Atq; otium.] Deest urbanum. Secutus sum.] Bene, secutus, quasi magistram rectè beateq; uiuendi. Et quod fortunatum isti putant.] Romani scilicet, qui cœlibem quasi cœlitem dicunt. & item Græci, apud quos sunt huiusmodi sententiæ. Fortunatum isti putant. Me utiq; uxorem non ducere. Dicit autem Romanis id uideri: quos spectatores habet. Menander, * Quod fortunatum isti putant. Quidam putant sic pronuntiandum. & quod fortunatum isti putant, uxorem: & hæc bona, & concinna locutio est. Et putant bene dicit is cui displicet aliena sententia. Isti putant.] Id est hi qui à me dissentiunt. Vxorem nunquam habui.] Si non habeo, dixisset, poterat uideri habuisse. Ruri agere uitam.] Contra hæc omnia suffecerat breuitas: sed subiunxit fratris descriptionẽ, ut uerbis ipsis malam uitæ conditionẽ ostendat. Semper parce ac duriter.] Semper, licet incertã distinctionem habeat, tamen rectè addita est: quia uel ruri agere, uoluptatis est: uel parce ac duriter se habere, uirtutis, Sed semper, ad uitiũ: parce autẽ, ad seruãdum: duriter uerò, ad laborem referendum

Aduersum ire
Aduersatores
Cogito
Dico
Ἐνδιαθετικὸς λόγος
προφορικὸς λόγος
Vspiam
Vita clemens
Clemens
Sequor
Cœlebs

referendum est. Ruri agere uitam, semper parce ac duriter se habere. Variauit, ut in Andria. Vxorem duxit.] Recte, duxit, non ducere. semel enim hoc fecit Demea. Vxorem duxit. Varie per modos discurrit. Vxorem duxit. Adiuuandum pronuntiatione est ne singula utrinq; assecuti uideantur. Nam sic in fine fabulæ ait Demea, Vxorem duxi: quam ibi miseriam uidi: nati filij: alia cura. Inde ego hunc, &c.] Mire Inde subiungit, cum personam prætulerit. Sic alibi, E prædonibus unde emerat, se audiuisse abreptam è Sunio. Inde ego. Inde pro ex quibus. & Mihi abundat. Et bene hunc dixit: quia de ipso loquebatur.

Educere *Habere* Eduxi à paruulo.] Quod nos educare dicimus, educere ueteres dicebant: ut, Educet syluis regem regumq; parentem. Habui. amaui pro meo.] Quæritur quid sit, Habui. & cum multa dicantur, hoc solum uerum est: habui, credidi, duxi, existimaui. ut alibi, Semper eius dicta est hæc, atq; habita soror. &, Sic itaq; habeantur, itaq; dicantur. Ergo Pro Meo subaudiendum est bis. & habui pro meo, & amaui pro meo. In eo me oblecto: solum id charum mihi.] Absolute utrũq;, & in eo, & solum. In eo. Quasi in ea re. Solum id mihi charum.

Item Plus significat quàm si diceret, solus is est charus mihi. In eo me oblecto. Noue dixit, pro

Contra eo me oblecto. Facio sedulo.] Secus à dolo, id est, sine dolo & impense. Ille ut item con-

Prætermitto tra faciat. Item, similiter. Contrà, uicissim. Plautus, Vt illa illum contrà: qui est amoris cultor optimus. Do, prætermitto.] Do sumptum. prætermitto delicta. Non necesse habeo

Ius omnia pro meo iure agere.] Et si licet, non necesse est patrem sæuire, quia pater est. Inter ius

Aequitas & æquitatem hoc interest: Ius est quod omnia recta & inflexibilia exigit. Aequitas est, quæ de iure multum remittit. Ergo hic sensus, Non necesse est, etiamsi liceat, sæuũ esse patrem. Et mire ostendit ius suum, nisi necessitate, non esse seruandum. Postremo alij clanculum.] Non, alij patres: sed, alij adolescentes, clanculum patres suos. Quæ fert adolescentia.] Veniam addidit statim, peccata ab adolescentibus ad ætatem remouendo. Et uide quàm breuiter, quàm pudice, quàm innocẽter locutus est. Ea ne me celet, consuefeci filium.] Tribus enim uiuitur modis, natura, consuetudine, & ratione. Nam qui mentiri aut fallere

Liberi insuerit.] Separatim subaudiendum est, insuerit, πρὸς τὸ mentiri. Cæteros. Quia iam de-

Liberalitas ceperit patrem. Pudore ac liberalitate.] Pudore, ad filios retulit: liberalitate. ad parentes.

Retinere Argumentum à coniugatis: Liberalitate, inquit, regendi sunt: propter quod liberi dicũtur.

Tenere Liberalitatem autem, bonitatem dicit. Retinere satius esse puto.] Bene retinere: à uitijs scilicet: nam uitia filios tenent: quos retinent patres, à uitijs scilicet. Nam retinet qui aduersum

Conueniunt aliquem tenet. Hæc fratri mecum non conueniunt.] Noua locutio. & nõ conueniũt, pro

hæc mihi tecũ non congruunt: ac per hoc, in his ego & frater dissentimus, & dissimiles sumus. Venit ad me sæpe clamitans.] & importunitatem odiosam ostendit, ad me dicẽdo: & inconditã assiduitatem, addendo sæpe. Et cõgrue, postquàm sæpe dixit, adiecit aptius uerbum, nõ dicẽs clamans, sed clamitans. Quid agis Mitio?] Reminiscere lectionem, & inuenies interroga-

Nobis tionem huiusmodi uel inuectionis principio conuenire, uel obiurgationis. Cur perdis adolescentem nobis?] Recte Nobis additum est, & ἁπλῶς: ut alibi, Psaltriam nobis, si Dijs placet, parauit. Cur amat? cur potat?] Vide quemadmodum ut durum obiurgatorem ostendat Demeam: cum ab eo ea dicantur in crimen uocari quæ aut ætatis sunt: ut, Cur

Aequũ bonũ amat? aut naturæ: ut, Cur potat? aut pietatis: ut, Cur tu his rebus sumptum suggeris? &c.

Longe Cur amat? cur potat? Cur amat, ad illud refertur quod ait suprà, Do, prætermitto. nam

Mea sententia prætermitto delicta intelligimus ex amore. Cur potat, ad illud quod ait, Do sumptum. Nimium ineptus es.] Vtrũq; dure: & nimiũ, & ineptus es. Præter æquumq; & bonum.] Potuit Et non addi, præter æquum bonũ. Et errat longe.] Melius est longe simpliciter accipiendum, ut locale sit, quàm ualde. Mea quidem sententia.] Modeste addidit, mea qui-

Sic mea est dem sententia: ne quis hoc pro præcepto dici existimet. Qui imperium credat.] Vtrum

ratio cuiuslibet, an Demeæ tantum? Grauius esse, atq; stabilius.] Grauius, ad uim: stabilius, ad tempus refertur. Vi quod fit.] Id est metu ac malo. Quàm illud quod amicitia adiungitur.] Illud fit, quod ui: hoc adiungitur, quod amicitia. Mea sic est ratio, & sic animum in-

Officium duco meum.] Mea sic ratio est ad superiora pertinet confirmanda. Sic animum induco meum: ad ea pertinet quæ dicturus est. Mea sic est ratio. Iterum modeste, ἰδιωτικῶς. Et sic animum induco meum. Senilis μικρολογία. Malo coactus.] Duo dicit, malo, & coactus.

Tantisper *Paulisper* Qui officium suum.] ὁ τὰ ἰδιωτικὰ ποιῶν, id est qui recte facit. Officium autem dicitur quasi efficium: ab efficiendo quod unicuiq; personæ congruit. Dum id rescitum iri.] Quod facit scilicet. Tantisper.] Tantisper quasi tantumper: & paulisper quasi paulumper, ut parũper dictum est. Tantisper cauet. Peccare subaudiendum est nam totum ἁπλουστικῶς, & obscure dictum est. Et bene cauet: quasi malo. Si sperat fore clam.] Iterum, quod facit, subaudiendum. Rursus ad ingenium redit.] Mire, non intulit, cauet sed ad ingenium redit. & Rursum est retrorsum: ut prorsum, prius uersum. Ille quem beneficio adiungas.] Non dicit,

cit beneficio adiunctus, ut suprà, malo coactus. Ille quem beneficio adiungas. Ille malo, hic beneficio. Ille coactus: hic adiunctus. Ille, dum id rescitum iri credit, tantisper cauet: hic præsens absensq; idem erit. Et præsens & absens, nõ ad aliquẽ locum, sed ad custodem retulit & monitorem. Ille quem beneficio adiungas. Contra illud ait, Malo coactus. Ex animo facit.] Officium scilicet. Studet par referre.] Id est bene facere. Præsens absensq; *Par referre* idem erit. Contra illud, Si sperat fore clàm, rursus ad ingenium redit. Hoc patrium est.] Superius à re tractum est: hoc iam à persona ducitur argumentum. Consuefacere.] Non, cogere: sed, cõsuefacere. Quam alieno metu.] Vide quemadmodum suum ad indulgentiam affectum reuocet optimæ disciplinæ. Hoc pater ac dominus.] A differentia personarum & officiorum. Interest.] Differentia est. Hoc qui nequit.] Longe melius, nequit: q; *Interest* si diceret, non uult. Fateatur nescire.] Hoc indicat, & se melius consulere, & uolentem hoc exercere. Nescire imperare liberis.] Oratorie, quasi artis sit indulgẽtissime agere. Impera- *Impero* re, modo non ad superbiam, sed ad regendum est referendum. Fatetur nescire. Deest se.

Sed estne ipsus de quo.] κατ' οἰκονομίαν superuenit de quo sermo est, ut factis dicta ostendantur. Et certe is est. Bene nunc confirmat ipsum esse eum, cum propior est, utpote senili, nec in longum prospiciente conspectu. Nescio quid tristem uideo.] Orationis apparatus ex uultu ostenditur: ut, Stetit acri fixa dolore, Tum quassans caput hanc effundit pectore uocem. Nescio quid. Deest, propter: ut fit, propter nescio quid. Vt solet.] Causa cur illum æquo animo frater ferat, Vt solet, inquit. Saluum te aduenire Demea gaudemus.] Vt asperior ostendatur Demea, etiam salutatur ab eo quem obiurgaturus est.

ACTVS I SCENA II

DEMEA, MITIO, SENES.

D. M. EM opportune. te ipsum quærito. *Senarij*
Quid tristis es? D. rogitas me, ubi nobis Æschinus *al. rogas*
Siet, quid tristis ego sim? M. dixi ne hoc fore?
Quid is fecit? D. quid ille fecerit? quem neq; pudet
Quidquam neq; metuit quenquam neq; legem putat
Tenere se ullam. nam illa, quæ antehac facta sunt,
Omitto. modo quid designauit? M. quid nam id est?
D. Fores effregit, atq; in ædeis irruit
Alienas ipsum dominum, atq; omnem familiam
Multauit usq; ad mortem: eripuit mulierem
Quam amabat clamant omnes, indignissume
Factum esse. hoc aduenienti quot mihi Mitio
Dixere? in ore est omni populo, deniq;
Si conferendum exemplum est, non fratrem uidet
Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?
Nullum huius simile factum? hæc cum illi Mitio
Dico, tibi dico tu illum corrumpi sinis.
M. HOMINE IMPERITO nunquam quicquam iniustius,
Qui, nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.
D. Quorsum istuc? M. quia tu Demea hæc male iudicas,
Non est flagitium (mihi crede) adolescentulum
Scortari, neq; potare, non est, neq; fores
Effringere. hæc si neq; ego, neq; tu fecimus,
Non siuit egestas facere nos. tu nunc tibi

Id laudi ducis,quod tum feciſti inopiæ.
Iniurium eſt.nam ſi eſſet unde id fieret,
Faceremus·& tu illum tuum,ſi eſſes homo,
Sineres nunc facere,dum per ætatem licet,
Potius quàm,ubi te expectatum eieciſſet foras:
Alieniore ætate,pòſt faceret tamen.
D. Prò Iuppiter tu homo adiges me ad inſaniam.
Non eſt flagitium facere hæc adoleſcentulum? M.ah,
Auſculta ne me obtundas de hac re ſæpius.
Tuum filium dediſti adoptandum mihi.
Is meus eſt factus·ſi quid peccat Demea,
Mihi peccat·ego illi maximam partem feram.
Obſonat,potat, olet unguenta de meo.
†Amat? dabitur à me argentum,dum erit commodum · *Amat.prior ſyllaba pertinet ad uerſum præcedentem*
Vbi non erit,fortaſſe excludetur foras.
Fores effregit? reſtituentur.diſcidit
Veſtem? reſarcietur·eſt(Dis gratia)
Et unde hæc fiant,& adhuc non moleſta ſunt.
Poſtremò,aut deſine:aut cedò quemuis arbitrum:
Te plura in hac re peccare oſtendam. D.hei mihi,
Pater eſſe diſce ab aliis,qui uerè ſciunt.
M. Natura tu illi pater es,conſiliis ego.
D. Túne conſulis quidquam? M.ah ſi pergis,abiero.
D. Sicine agis? M.an ego toties de eadem re audiam?
D. Curæ eſt mihi. M.& mihi curæ eſt.uerum Demea
Curemus æquam uterq; partem,tu alterum,
Ego item alterum·nam ambos curare,propémodum
Repoſcere illum eſt,quem dediſti. D.ah Mitio.
M. Mihi ſic uidetur. D.quid iſtuc? tibi ſi iſtuc placet,
Profundat,perdat,pereat,nihil ad me attinet.
Iam ſi uerbum unum poſthac. M.rurſum Demea
Iraſcere? D.an non credis? repetóne quem dedi?
Aegre eſt.alienus non ſum. ſi obſto. hem deſino.
Vnum uis curem, curo·& eſt Dis gratia,
Cum ita ut uolo eſt·iſte tuus,ipſe ſentiet
Poſterius.nolo in illum grauius dicere.
M. Nec nihil,neq; omnia hæc ſunt,quæ dicit,tamen,
Non nihil moleſta hæc ſunt mihi.ſed oſtendere
Me ægre pati illi nolui.nam ita eſt homo:
Cum placo,aduerſor ſedulo,& deterreo,
Tamen uix humane patitur·uerum ſi augeam,

Aut

Aut etiam adiutor ſim eius iracundiæ,
Inſaniam prófecto cum illo.etſi Æſchinus
Non nullam in hac re nobis facit iniuriam.
Quam hic non amauit meretricem? aut cui non dedit
Aliquid? poſtremo nuper(credo iam omnium
Tædebat)dixit uelle uxorem ducere.
Sperabam iam deferuiſſe adoleſcentiam·
Gaudebam·ecce autem de integro. niſi quidquid eſt,
Volo ſcire,atq; hominem conuenire,ſi apud forum eſt.

IEm opportune.teipſum quærito.] In hoc actu diuerſi homines, diuerſi patres,& diuerſa ſtudia proponuntur.hic lenis,hic amarus.hic facetus, hic impolitus.hic facilis,hic pertinax & difficilis in delictis. Hem opportune.teipſum quærito.Melius quàm Menander:cũ hic illum ad iurgium promptiorem,quàm ad reſalutandum faciat. Quid triſtis es?] Bene interrogat.potuit enim non iratus frater quærere. Vbi nobis Aeſchinus ſiet.] Quaſi quædam cauſa ſit triſtitiæ. Dixin' hoc fore?] Credo iam ut ſolet,obiurgabit. Quid ille fecerit?] Animaduertendum,ut interrogatus interroget more indignantium.quòd ideo fecit,quia uidet Mitionem eo uultu interrogare,ut uideatur minus reprehendere culpam Aeſchini. Quem neq; pudet quicquam,nec metuit quenquam.] Varie per caſus diſcurrit. Quẽ neq; pudet quicquam:contra illud quod alibi pater dicit,Erubuit,ſalua res eſt Quem neq; pudet quicquam.Magno ordine accuſauit.non(inquit) pudore mouetur patrum, non metu parentum,non timore legum. Ergo gradatim αὔξησις oratoria proceſſit. Tenere ſe ullam.] Bene tenere: quia legem.& eſt ἀμφιβολία oratoria. Nam illa quæ antehac facta ſunt, omitto.] Accuſatio duo tempora recipit:præteritũ,ab ante geſtis:& præſens,ab iis quæ obiiciuntur.Ergo utrunq; mira breuitate perſtrinxit. Modo quid deſignauit?] Deſignare,eſt rem nouam facere,in utranq; partem & bonam & malam.Nam & deſignatores dicti, qui ludis funebribus præſunt:credo ob eam cauſam,quòd ipſis ludis multa fiunt noua & ſpectãda: ſimul etiam turba retineatur,quæ fiunt aut in ſpectaculis,aut in litibus. Modo quid deſignauit?Puto ego deſignationem,contractionem,aut conductionem populi in unum intelligi.hoc enim contingit ei,qui aliquo flagitio plurium in ſe oculos & ora cõuertit,& ſpectaculo eſt uulgo:quemadmodum deſignatores, qui ludis funebribus multitudinem retinent. *Deſignare* *Deſignatores*

Deſignauit.Hoc uerbum apud ueteres duas res ſignificabat.etenim praue & recte facta, deſignata dicebantur. Quid nam id eſt?] Et hoc etiam contemnens interrogat Mitio.

Fores effregit.] Hæc ſingula magna cum uociferatiõe inferenda ſunt.ſtomachatur enim aduerſus male interrogantem. Fores effregit,atq; in ædes irruit.] Totum quidem unum crimen eſt Rapuit meretricem.Sed uide qua pompa,qua uociferatione dilatatur accuſatio Demeæ de moribus Aeſchini,nihil niſi inania referẽtis. Fores effregit,atq; in ædes irruit alienas.Hæc ſingula conſideranda ſunt.Et bene dicit alienas.quia ſi lenonis diceret, parua res uideretur. Ipſum dominum.] Iterum ſuppreſſa eſt infamis perſona. Atq; omnem familiã multauit.] Aut familiam pro ſeruis lenonis dicit:aut pro meretricibus,Multauit,lacerauit,mutilauit,molliuit atq; diſſoluit.Vnde Mulciber à multando quaſi multiber. Vſq; ad mortẽ.] Magna inuidia cædis & mortis mẽtione,quæ tamen nulli accidit. Eripuit mulierem quã amabat.] Omnia magno colore,& accuſatorio dicta ſunt:& hoc maxime, quòd lenonem & meretricem non dixit,cõtentus facti atrocitate,perſonarumq; utilitatẽ reticens. *Multare* *Mulciber*

Mulierem eripuit.Non,abduxit:ſed eripuit. Clamant.] A præiudicato, & autoritate rumoris. Hoc aduenienti mihi quot Mitio dixere.] Quaſi dicat,diſplicet omnibus.& multi eum accuſant.nec tamen lenonis querelæ mentio fit.uide oratorem. Hoc autem, uel ar- *Hoc*
ticulus,uel aduerbium loci eſt. In ore eſt omni populo.] Salluſt.In ore gentibus agẽs,populo,ciuitati. Si conferendum exemplum eſt.] Tanquã non ſit conferendum. Non fratrem uidet rei operam dare] Satis comice hoc infertur legentibus argumentum. nam magis in culpa ille ipſe eſt quem laudat. Rei dare operam.Non amori. Ruri eſſe.] Nõ in urbe. Parcum.] Non prodigum. Sobrium.] Non inſanum. Parcum ac ſobriũ. Contra illud,Cur amat? Cur potat? Rei dare operã.Quàm facete Poeta hæc omnia falſa & è contrario facit Demeam credere. Nullum huius ſimile factum?] Hoc cum admiratione. Mi-

tio tangitur,quasi ipsius culpa sit fratris natura. Nullum huius simile factum? Hoc cum admiratione indignantis pronuntiandum est,& ardentibus in Mitionem oculis. Et subaudiendum est,esse,aut inuenire. Hæc cum illi Mitio dico,tibi dico.] Illi, pro in illum:& tibi, pro in te. Tu illum corrũpi sinis.] Deest,nam.sed feruentius ἀσυνδέτως dicitur.& hoc Tibi & Tu,pronuntiandum est intento digito,& infestis in Mitionem oculis.nam hoc agi stomacho aduersum dissimulatores solet. Tu illum corrumpi sinis.Mitius modo dixit,sinis corrumpi:mox uehementius dicet,An laudi putat fore,si perdiderit gnatum? Homine imperito nunquã quicquam iniustius est.] Miro stomacho apud ipsum de ipso tanquam apud alterum loquitur. Nihil rectum putat.] Proprie putat. nam hoc uerbũ, imperitorum est. Ordo est,Qui nihil rectum putat,nisi quod ipse facit. Quorsum istuc?] Deest pertinet, aut dicis? Nisi quod ipse fecit.] αὐθάδεια. hoc enim proprium rusticorum est atq; imperitorum. Quia tu Demea.] Id est homo imperitus. Hæc male iudicas.] Pari uirtute hæc leniter dicta sunt,qua superiora uehementer. Non est flagitium.] Non peccatũ negat esse: sed flagitium non esse contendit.& ideo subindignanter pronũtiandum est:ut si dicat,Scortari quidem adolescentulum ,delictum est,sed non est flagitiũ. & ueniæ locus nõ tam in facto,quàm in persona est constitutus. Non est flagitium,mihi crede,adolescentulum scortari.Mire respondit,& oratorie,ad hæc quæ inuidiose dicta sunt.Nam quod ait ille, Eripuit mulierem quam amabat:hic scortũ dicit.quod Irruit in ædes alienas quasi ex uino furens, potare.quod cum alijs graue propositum est,hoc solum dicendo, leue reddit:id est fores effringere. Mihi crede.] Quasi imperito dicit,Mihi crede,nõ enim, Me intellige. Quod imitatus Cicero sic Cælium exagitat,Magna sunt,mihi crede:noli hæc contẽnere. Hic enim & autoritas dicentis,& contemptus ostenditur audientis. Hæc si neq; tu neq; ego fecimus.] Quia dixit,Qui nisi quod ipse facit,nihil rectum putat. Non siuit egestas.] Non uolũtas prohibuit,sed necessitas.& ideo nulla laus. Quod tu fecisti inopia.] Nota Fecisti,in eo ꝺ̃ signifícat non fecisti. Iniurium est.] Quia Nihil quicquam iniustius homine imperito.

Mihi crede

Vnde id fieret.] Fieret producta prima syllaba.Ennius,Minime nomine fieri prauum.

Et tu illum tuum,si esses homo.] Multum progressus est accusans accusantem. Nam si esset unde fieret.Non est necessario consequens,sed probabiliter admittitur apud oratores. Non enim omnes qui habent unde faciant,continuo etiam faciunt. Expectatum.] Odio sum,& malæ uitæ.nam filijs parentes aut amabiles sunt,aut expectati.amabiles,boni:expectati,mali,quorum mors in dies singulos expectanda & exoptãda sit.nam expectamus ante diem,Speramus ad diem.unde auidior intelligitur qui expectat,quàm ille qui sperat.

Eiecisset foras.] Non dixit,amisisset:sed,ut quiddam abiſciẽdum,eiecisset. Quàm,ubite expectatum.Eò rem produxit,ut ipse magis uideatur consulere disciplinæ quàm Demea.

Alieniore ætate,post faceret tamen.] ἀνακόλουθον. deest enim quamuis.Et faceret ultimum, magnam uim habet.nihil enim prodesset,insuper obesset,retinere ab istis filium iuuenem. Alieniore pro aliena dicens,comparatiuum gradum pro positiuo posuit. Pro Iuppiter.] Tragica exclamatio est.& bene,tanquã ipse se reprehenderet Demea,adiecit,Tu homo adiges me ad insaniam.] Et tu homo dicens,negat illi familiaritatem. Non est flagitium facere hæc?] Moraliter indignatio expressa est,ijsdem uerbis,quæ frater dixerat,repetitis. Ne me obtundas.] Ne me sæpe,& molestè interpelles. Nam obtundere,est aliquid sæpe odiose repetere. Tuum filium dedisti adoptandum mihi.] Mira argumẽtatio per ἐπαγωγήν, quæ Inductio ab oratoribus dicitur,cũ per interrogationem peruenimus ad id quod uolumus, concludendum. Is meus est factus.] Sic progreditur,quasi confessionis genus sit aduersariũ tacuisse. Si quid peccat Demea.] Conclusio dubiæ rei à non dubijs sumpta. Si quid peccat Demea. τῷ ἰδιωτισμῷ interposuit Demea: & repetitũ est,peccat. Ego illi maximam partem feram.] Errant qui,putant Illi esse pronomẽ,cum sit aduerbium loci.ut,Illi mea tristia facta,Degeneremq; Neoptolemũ narrare memento.Illi ergo,ibi ubi ille peccat. Quare quidam etiam Li syllabam discretionis causa,ut locũ significet, corripiũt. Et maximam partem optime dicit.non enim uniuersam,quia non solus pater Aeschini est:sed maximã, quia eius magis est cuius filius cœpit esse per adoptionem.Feram, sustinebo, tolerabo.

Inductio

Illi aduerbiũ

Olet unguenta.] A summo ad imũ proposita soluũtur.& mira uarietas est:Olet unguenta:ne diceret,obsonat,potat,unguitur,ne scilicet hæc exercitationis palestricæ, nõ luxuriæ dicerentur. Amat?] πρὸς τὸ, Cur amat? Dum erit cõmodum.] Dare scilicet. Vbi non erit.] Argentum scilicet. Sed,commodum dare subaudiendum est. Fortasse excludetur foras.] Hoc ita protulit,quasi dicat,nihil sibi deperisse si gratis forte fuerit ad amicã admissus.Et totum hoc τῷ ἐρωτικῷ legendum est.Et mire fortasse dicit,ut pater indulgẽs, & credens adolescentem posse etiam amari ab amica.non enim affirmauit,ut diceret, Excludetur foras. Fores effregit? restituentur.] Peruenit ad præsens crimen.illa enim antè acta fue-

rant

rant. Refarcietur.] Reabundat. Et unde hæc fiant.] Iterum subaudiendum Est. Et ad huc non molesta sunt.] Quia non est flagitium adolescentem scortari. Ab alijs qui uere sciunt.] Superbum fuisset,à me dicere.melius ergo ab alijs dictum est. Natura illi pater es.consilijs ego.] Vrbane Mitio Consilijs subiunxit,plus enim ualet ad laudem consilium, quam natura.Et simul ostendit poeta uerbis Mitionis,qui non natura, sed affectu sit pater, nullum patrem esse sapientem: eum uerò posse sine perturbatione perfrui ijs quos amat, quem patrem esse consilium fecerit, nõ natura,hoc est qui filium adoptauerit. Et mire cum natura singulariter dixerit,pluraliter intulit,cõsilijs ego. Tun' cõsulis quicquam?] Apertior contumelia:& ideo sequitur denuntiatio discedendi. Tũne cõsulis quicquam? Quia dixit,Consilijs ego pater sum:à coniugatis argumentatus,respondit, Tune consulis quicquam? quia à consulendo consilia dicuntur,& consultores. Si pergis, abiero. Vt, Donec me flumine uiuo Abluero. Si pergis, abiero. ἀρχαϊσμὸς, pro abibo.& hoc gestu abeuntis, uel abituri pronuntiatur. Sicine agis?] Recte,quia iam abibat:quasi reuocantis correptio est. An ego totiens.] Hoc cõuersum intelligas dicere. Audiam.] Deest Te:sed exprime re durum fuit.Et hoc est obtundere. Curæ est mihi.] Aeschinus scilicet. Curemus æquam utercp partem.] Proprie,utercp & æquã,quasi particeps fratris. Propemodum.] Nisi addidisset propemodum,falsa uideretur esse sententia. Ah Mitio. Religiose commotus est:ac ueluti incusatio est perfidiæ.& ideo exclamat dolens,& transit in iracũdiam,concessionemq;, quæ ἐπιτροπὴ dicitur. Mihi sic uidetur.] Rationabiliter,non est sic, dixit: sed, sic uidetur.non uult enim uerum esse. Quid istuc?] Deest, loquor,aut resisto.nam proprie significatio est de sententia sua decedentis. Profundat,perdat.] ἐπιτροπὴ figura.Virgilius,Sequere Italiam uentis,pete regna per undas. Profundat.Perdat,pereat.Hæc sic pronuntianda sunt ut ostendatur gestu nolle quod loquitur. Si uerbum unum posthac.] ἀπὸ συνῳκισμένης. Deest,tibi fecero,aut tale huiusmodi. Rursum. Quasi curans irascaris? An non credis?] Irasci scilicet. Repetóne quem dedi?] Rusticani stomachi est repetere semper uerba, quæ inuitus alius audierit. Repetón' quem dedi? Minus erat si Aeschinum diceret: sed plus est,quem dedi. Aegre est.] Quasi dictum sit,Quid ergo loqueris? quia ægre est. Cur ægre est? quia alienus non sum. Alienus non sum.] Mire alienus nõ sum quasi timeat iam dicere,pater sum. Alienus non sum. Satis cum stomacho: quasi dicat, Si patrem me esse iam nõ licet,alienus nõ sum. Iste tuus.] Memoriter Iste tuus ad illud quod dixerat,Meus est factus. Iste tuus ipse sentiet posterius.] Quantus sis,quantumcp; eum ames:hoc est,ut decipiatur per indulgentiam tuam. Ipse sentiet.] Sentire,multi pro malo posuere, ut ipse alibi,Sit rogas? Sensi:nam unam ei cœnam atq; eius comitibus dedi. Nolo in illum grauius.Scilicet quàm hoc. Posterius. Etenim Demea satis hoc graue existimat dictum in eum qui non prouideat in futurum:& arctius.quia pater est. Nihil.&,non nihil.] Nota figura est conueniens placidissimo seni,qui in reprehendendo adolescente moderatus est.

Ita est homo

Vt homo est

Nec nihil.Apparet Terentium fauere lenissimis patribus:unde subiecit etiam rationem facti Mitioni. Neq; omnia hæc sunt quæ dicit.] Bene à Mitione hoc dicitur:quia indulgentioris est plura scire:& suprà dixit,Ea ne me cælet consuefeci filium.Et hic sensus est,Nec cõtemnenda sunt quæ dicit,nec omnia dicit tamen.Hoc est,non sola sunt quæ dicit:sed multa alia.Et ordo est,Neq; tamẽ hæc quæ dicit, sunt omnia. Nonnihil molesta. Placidissime nec nihil dixit,& non nihil maluit repetere,quàm uehementer iracundiam demõstrare. est enim altera διπλόης. Non nihil molesta hæc sunt mihi.] Optime poeta Mitionem fecit commotum:ne si omnino immobilis esset, non indulgere adoptiuo filio, sed omnino eum non curare uideretur.Ergo sic in eum seruat placidum animum, ut tamen retineat patris affectum. Illi.Demeæ scilicet.Aut illi,id est ibi ubi Demea litigabat. Sed ostẽdere me ægre.] Constat ergo ægre pati.nam aliter non erat parens. Nam ita est homo.] Homo dixit moraliter:sic enim de ijs dicimus quos parce reprehendimus.ut alibi,Vt homo est, ita morem geras. Cum placo.] Id est cum uolo placare. Verum si augeam.] Argumentum à contrario:nam placare,contrarium est irritantibus augentibusq; iracundiam. Aut adiutor sim eius iracũdiæ.] σύλληψις Nam à genitiuo casu accusatiuus assumptus est. Etsi Aeschinus nonnullam in hac re.] Rursus διπλόης, ut sit mitis reprehensio:& hoc ipso grauis. nam Etsi,& Nonnullam nobis,temperamento sunt posita. Quam hic nõ amauit meretricem? aut cui non dedit aliquid?] ἥν τε ὑπερβολῆς, quam non,& cui non.Ea tamen hæc sunt, ut non graui sono accusationis proferantur,sed solam reprehensionem contineant. Aliquid uerò, admirãtis est.Quod addidit meretricem, ostendit Mitionem hoc solum adhuc scire: nihil autem de uitiata uirgine. Quam hic non amauit meretricem? Et hoc cum uenia & defensione.nam colere meretricẽ, nõ est flagitium. & simul etiam uitiatæ uirginis ignarus ostenditur Mitio. Aut cui non dedit aliquid? Aliquid dicendo,prætermisit uel meretricem uel

Credo numerum. Credo iam omnium tedebat.] Etenim addimus ad ea quæ apud nos parum certa sunt, Credo. Credo, id est puto. Dixit se uelle uxorem ducere.] Mirum est apud Terentium, cum etiã per nescias personas indicet argumenta. nam cum Mitio uesciat amari ab Aeschino ciuem uirginem: tamen dicit, Credo, iam omnium tædebat: &, Dixit se uelle uxorem ducere. Sic, ex parte magna ostendit nescius argumẽtum: ideo, quia uerisimile est amantissimum Aeschini Mitionem omnes scire affectus adolescẽtis & cõsuetudines. Et apparet præterea, conatum ex parte fateri uitiatum amorem Aeschinum: & pudore impeditum, tantum hoc dixisse quod honeste potuit, uelle se uxorem ducere. quam autem uellet, tacuisse confusum. Sperabam iam deferuisse adolescẽtiam.] Recte sperabam, pro gaudebam. sic enim dicimus, cũ errasse nos cernimus. Et mire, nõ dixit, sperabam illum iam corruptum: sed, mitis senex totum ætati attribuit, nihil filio. Deferuisse adolescentiam. Seruat propositum circa ætatis ueniam. Deferuisse. Quasi deorsum à feruore tenuisse. Legitur & desæuisse. Ecce autem de integro. nisi quicquid est. ἀποστώπησις prima: quia non uult credere. Nisi quicquid est. Deest, quia: ut fit, nisi quia. Et est sensus, Nisi quia non temere credo, & uolo scire quicquid est.

ACTVS II. SCENA I

SANNIO LENO. AESCHINVS ADOLESCENS.

S. Bsecro populares ferte misero, atq; innocẽti auxiliũ. *Iãb.tet.cata.*
Subuenite inopi. AE. otiose, nunc iã ilico hic consiste. *u eliditur*
Quid respectas? nihil pericli est. nunquam, dum ego adero, hic
S. Ego istam inuitis omnibus. *Dimeter* (te tanget,
AE. Quanquam est sceleſtus, non committet hodie unquam iterum ut uapulet,
S. Æschine audi, ne te ignarum fuisse dicas meorum morum, *Troch.tet. acata.*
Leno ego sum. AE. scio. S. at ita, ut usquam fuit fide quisquam optuma.
Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle
Factam esse, huius non faciã. crede hoc, ego meum ius persequar. *Troch.cat.*
Neq; tu uerbis solues unquam, quod mihi re malefeceris.
Noui ego uestra hæc, nollem factum, iusiurandum dabitur, te esse *Acat.*
Indignum iniuria hac, indignis cum egomet sim acceptus modis. *Catal.*
AE. Abi præstrenue, ac fores aperi. S. cæterum hoc nihil facis.
AE. Intrò nũc iam. S. at enim non sinã. AE. accede illuc Parmeno, *Iamb.aca.*
Nimium istoc abisti hic propter hunc assiste. hem, sic uolo. *Troch.catal.*
Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos.
Ne mora sit, si innuero, quin pugnus continuo in mala hæreat. *Iãb.quad.acat.*
S. Istuc uolo ergo ipsum experiri. AE. hem serua: omitte mulierem.
S. O facinus indignum. AE. geminabit nisi caues. S. hei miseriam. *Troch.*
AE. Non innueram: uerum in istam partem potius peccato tamen.
I nunc iam. S. quid hoc rei est? regnúmne Aeschine hic tu possides? *Iãb.acata.*
AE. Si possiderem, ornatus esses ex tuis uirtutibus.
S. Quid tibi rei mecũ est? AE. nihil. S. quid? nostine qui sim? AE. nõ desidero.
S. Tetigi ne tui quidquam? AE. si attigisses ferres infortunium.
S. Quî tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi?
Responde. AE. ante ædes non fecisse erit melius hic conuicium.
Nam si molestus pergis esse, iam intrò arripiere, atq; ibi
Vsq; ad necem operiêre loris. S. loris liber? AE. sic erit.

O homi

S. O hominem impurum, hicine libertatem aiunt æquam esse omnibus?
AE. Si satis iam bacchatus es leno, audi si uis nunc iam.
S. Egóne bacchatus sum in te, an tu in me? AE. omitte ista, atq; ad rem redi.
S. Quam rem? quò redeam? AE. iámne me uis dicere, quod ad te attinet?
S. Cupio modo æqui aliquid. AE. uah, leno iniqua me non uolt loqui.
S. Leno sum, fateor, pernicies communis adolescentium,
Periurus, pestis, tamen tibi à me nulla est orta iniuria.
AE. Nam hercle etiam id restat. S. illuc quæso redi quò cœpisti Aeschine.
AE. Minis uiginti tu illam emisti, quæ res tibi uertat male.
Argenti tantum tibi dabitur. S. quid, si ego tibi illam nolo uendere?
Coges me? AE. minime. S. nanq; id metui. AE. neq; uendundam censeo,
Quæ libera est: nam ego illam liberali assero causa manu.
Nunc uide utrum uis argentum accipere, an causam meditari tuam.
Delibera hoc, dum ego redeo leno. S. prò supreme Iupiter,
Minime miror, qui insanire occipiunt ex iniuria.
Domo me eripuit: uerberauit: me inuito abduxit meam.
Ob malefacta hæc tantidem emptam postulat sibi tradier. *Troch.cata.per-*
Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi. *mixtis Iamb.acat.*
Verum tenim quando bene promeruit, fiat, suum ius postulat. *In enim elidi-*
Age iam cupio, si modo argentum reddat. sed ego hoc ariolor: *tur m*
Vbi me dixero dare tanti, testeis faciet ilico
Vendidisse me. de argento somnium, mox cras redi.
Id quoq; possum ferre si modo reddat, quanquam iniurium est.
Verum cogito id, quod res est, quando eum quæstum occeperis,
Accipiunda, & mussitanda iniuria adolescentium est.
Sed nemo dabit: frustra egomet mecum has rationes deputo.

Bsecro populares.] Popularitas in omnis rei consortium sumitur. nunc autem populares ciues dicit. & hoc est quod ueteres quiritari dicebant, Quirites conclamare. Obsecro populares, ferte misero, atq; innocenti auxiliũ.] Hic exemplum est cõtumelioſi per potentiam diuitis, & in perniciem suam pauperis contumacis. Subuenite inopi.] Vide q̃ posteriora uehemẽtiora sunt ad incẽdendum populum. primo, miserũ: pòst, innocẽtem: ad ultimũ, inopem posuit. & primo, ferte auxiliũ: pòst, subuenite. Et totum hoc principium, à beneuolentia sumitur: quæ cõparatur ex inuidia potentiæ Aeschini. nam contraria in Aeschino esse uult intelligi. Misero atq; innocenti auxilium, subuenite inopi. Tria sunt, Miser, Innocens, inops. Otiose nunc iã.] Otiose secure significat. nã nisi qui securus est, otiosus nõ est. Ilico.] Modo locũ, nõ tẽpus significat. Otiose nunc iã ilico hic cõsiste. Simul imperauit modũ, tẽpus, locũ, factũ. Modũ, otiose: Tempus, nunc: Locũ, hic: Factum, consiste. Nam Iam & Ilico, alterũ tempori adiungiẽ, alterũ loco. At cõsistere, est audacter & cõstanter stare: ut, Constitit in digitos extemplo arrectus uterq;. *Populares Quiritari* *Otiose* *Ilico* *Iam* *Consistere*

Istam inuitis omnibus.] Deest abducã. Ego istam inuitis omnibus. Bona ὑπαφὴς. nemo eñ plene loquiẽ qui luctatur Quanq̃ est sceleſtus, nõ cõmittet.] ἀνακόλουθον primum. nam cum præposuisset quanquam: non subiecit tamen. Nunquam.] Pro non. Virgilius, Nunquã omnes hodie moriemur inulti. Iterum ut uapulet.] Minaciter Poeta priorem litem sustulit, dicendo iterum: ut non eadem lis esset de qua suprà Demea questus est: sed instaurata nascaẽ. Cõmittet. Perficiet: sed hoc proprie de illicitis, & puniẽdis facinoribus dicimus. Et simul hic ostendit Comicus adolescẽs cedere se lenoni, inuitũ se noxã intulisse: & id q̃d fecerit, fecisse lenonis culpa, nõ sua. ~~Leno~~ ego sum.] Leno, terribiliter pronũtiandũ *Committo*

est:quasi dicat,cui supplex eris. Sed ex argumento est,quòd cõtemnit Aeschinus minas lenonis:utpote qui iam uxorem decreuerat ducere. Scio.] Hic sic respondit quasi in lenone imminutio capitis tantum consisteret. Fide quisquam optima.] Fides in concipiẽdis cõminationibus,denuntiatio,comminantis est. Huius non faciam.] Figurate ergo, Quod te purges,id est,purgationem tuam. Huius autem, ἀφτικῶς est. Aut enim stipulam, aut floccum mouerat,aut summum digitum. Ego meum ius persequar.] Hoc est lenonium.

Huius non facio

Ius

Iniuria

Persequor

Meum ius. Meam libertatem. Meum ius. Meam uindictam. Nam ut illa iniuria est quæ fit innoxio:ita ius uindicta illa quæ redditur reo. Persequar. Vlciscar. Cicero. Tu dũ tuas iniurias per te,id quod non potest,persequi conaris. Huius non faciam. Cicero, Ne tantum quidem commotus est. Neq; tu uerbis solues unquam quod mihi re malefeceris.]

Soluere

λεπτολογία. Et solues,lues,persolues,id est satisfacies,ac te purgabis. Re malefeceris. Acuendum est re,& significanter proferendum. ibi enim est sentẽtia. Et plus dixit, re malefeceris, quàm iniuriam feceris. Noui ego uestra hæc.] ἔλλειψις: deest enim,uerba. Iusiurandum dabitur.] Hoc est iurabimus te esse indignũ cui iniuria fiat huiusmodi. Aut seperatim iusiurãdum dabitur:& seperatim,te esse indignum iniuria hac.& sic melius. uerba enim satis faciunt,cum res colligitur in generalibus causis. nam sæpe iræ ac lites iureiurando sunt terminatæ. Indignũ iniuria hac.] Comice indignũ & indignis. Abi præstrenue.] Aut abi præ, id est prior. aut abi præ,id est præi,ut,I præ,sequar. aut præstrenue:ut,Prædiuitis urbe Latini. Abi præstrenue. Magna contẽptio minarum lenonis,non respondisse Aeschinum ad ea quæ dixerat. Cæterum hoc nihil facis.] Nihil pro non:legitur & nihili. At enim non sinam.] Enim,inceptiua particula apud ueteres fuit. sed & conuenit perturbationi. Nimirum istoc abijsti.] Quasi ex contumacia lenonis appareat, quòd multum abierit. Propter hunc.] Iuxta hunc. ut Virgilius, Templum de marmore ponam Propter aquã. Hem, sic uolo.] Mire comicus ex alterius uerbis,quid faciat alter, ostendit. Quin pugnus continuo. Pugnus,à pugna dictus:aut ab illo pugna. Pugnus continuo. Id est uestigium litigantis. Istuc uolo ergo ipsum experiri.] Expresse ostendit pauperioris loquacem contumaciam usq; ad pericula cædis. Istuc uolo ergo ipsum experiri. Hoc illo dicente, Seruus lenonem uerberat. Hem serua.] Nescias cui dicat hæc Aeschinus an lenoni,an seruo. sed seruo magis est uerisimile. Geminabit nisi caues.] Hoc comminantis est,nõ iubentis ferre. sed quia longe stat Parmeno,gemina putauit dictum. Et geminabit:subaudiendũ est plagam. Geminabit nisi caues. Non singularem pugnum,& unũ dabit,sed geminabit:quasi dicat,geminato duplicatoq; numero inferet. Hei misero mihi.] Leno pulsatur. Non inueram.] Conuenienter poeta auidiorem Parmenonem malefaciendi inducit, cum suprà, dominum inuitum ostenderet cogi ad inferendam iniuriam. In istam partem potius peccato.] Vt uerberes non iussus potius, quam iussus non uerberes. Nunc iam.] Duæ partes sunt. Et bene iã, quia sero,& post plagas. Et utrũ hoc lenoni, ut abeat:an puellæ, ut introeat dicitur? sed facetius est si lenoni intelligas dici: quasi hoc factum sit quod uoluerit: & quasi uenerit ut uapulet. Et iam etiã tarditatis incusatio est. ut Virgilius, Iam melior, iam diua precor. Regnumne Aeschine.] Inuidiosa moraliter exclamatio,& ardentior ad plagas. Regnumne Aeschine hic tu possides?] Bene hic,id est Athenis,ubi grauius crimen est dominari uelle. Nam tyranni ibi semper oppressi sunt,& maxime proximi. Si possiderem.] ἕξωθεν εἰρωνείαν contemnentis inuidiam. Ornatus esses ex tuis uirtutibus.] Cito ostendit quantum à se longe sit regnum:qui dixerit ornari potuisse lenonẽ. Ex uirtutibus tuis. Sic ueteres per εἰρωνείαν uirtutes pro flagitijs dicebant. Lucilius. Animo ac uirtutibus. Quid tibi rei mecũ est?] Hoc quia uerberatus est, dicit. ut sit, q̃d tibi debeo? nõ quia nihil sibi debeat.

Perſequor

Soluere

Vapulet

Regnumne

Tyranni

Ornatus

Virtutibus

Nihil.] Facete, quia ipse abstulit,& nihil uult à se repeti. Quid? nostin' qui fiem?] Prorsus enim dicit, qui nihil quicquam debet. Non me nouit:nõ quòd ignoret, sed quòd in iure nõ cernat. Si attigisses.] Plus dixit, attigisses, q̃s tetigisses. est enim multo minus attingere, q̃s tangere. Qui tibi magis licet.] Hic nõ tam ratiocinatio est, q̃s exclamatio per dolorem. Meam habere, pro qua ego argentum dedi.] Meam, suffecerat: sed magna moralitate additum, pro qua argentum dedi, ad uociferationem. simul esse ostendit leno quod repetat, Qui tibi magis.] Si mihi inquit, non licet attingere tuam: cur tibi licet meam, nõ tangere: sed habere? Et habere, utrũ domi in consuetudine: an corrumpere, id est stuprare intelligimus? Ante ædes nõ fecisse erit melius hic conuiciũ.] Non erat q̃d ad hæc iuste respondere: & ideo sic respondet, ut conuicium dicat. quod uerum est. Loris liber?] Lora apud ueteres laura dicebantur, à lauro triumphorum: sub qua mos erat captiuos uinciri, ducíq; per pompã. ideo autem, ut cõditionis reminiscant, loris cædũtur mancipia. Nam mancipia dicuntur, q̃ manu capta sunt: Serui, qui seruati sunt, cũ eos occidi oporteret iure belli. Vnde Virg. sic inducit captiuũ rogantem, Per patrios manes, per spes surgentis Iuli, Te precor

Attingere

Tangere

Habere

Lora

Mancipia

Serui

hanc

hanc animam serues natoq; patriq;. Hicine libertatem.] Scilicet Athenis. O hominem impurũ.] Sic ueteres impurum generaliter pro improbo ponebãt: ut in eadem hac fabula, Persuasit ille impurus, sat scio. Aequam omnibus?] Quasi diceret, ubi non est: quando Aeschinus loquitur. Et bene omnibus: ut ne lenones quidem uideantur excepti. Mitte isthæc, atq; ad rem redi.] Superbe adolescẽs maleficium nõ putat lenoni esse purgandum. Ad rem autem, ad negotium de quo agitur, dicit. Quam rem?] Quam abduxisti. Res enim, pecunia intelligitur: uel id pro quo pecunia danda est. Quo redeam?] Ad quam euertisti domum: quia, Fores effregit, atq; in ædes irruit alienas. Id quod ad te attinet?] Quod tibi prodest, & commodum est. Cupio.] Ille, uis dixit: hic, cupio. Modo æqui aliquid.] Subaudiatur, dicas. Vah Leno iniqua me nõ uult loqui.] Nomẽ sacrilegum, & iniustum Leno, iniquitatem agitat, iustitiæ patrocinatur. hoc totum εἰρωνικῶς pronuntiandum est. Leno sum.] Figura συγχώρησις Orta est iniuria.] Orta, cœpta. Illuc quæso redi quo cœpisti.] Figurate. rectum enim erat, unde cœpisti. nisi forte Quo pronomẽ est modo accipiendum: ut sit, à quo. Et bene memor est dixisse Aeschinum, Mitte istæc, atq; ad rem redi.

Impurus

Res

Quæ res tibi uertat male.] Adijcit contumeliam, quasi & hoc sit multum inimicum. Vertunnus dicitur deus, qui rebus ad opinata reuertentibus præest. sæpe autẽ male cedit quod bonum putatur: & hoc est male uertisse. ut ille gladius qui muneri datus, adminiculum fuit reginæ pereunti. de quo Virgilius, Ensemq; recusit Dardanium, non hos quæsitũ munus in usus. Quid, si ego tibi illam uendere nolo?] Hæc maioris sunt stomachi: & ideo stultiora. nam quod iam amisit, uẽditurum se negat. Et quid si nolo: Noue dictum est, & ὃθ ἰδιωτισμῷ. Quid, si nolo uendere? coges me? Potest autem dici, Qui si nolo, coges me? Minime.] εἰρωνεία Nanq; id metui.] εἰρωνεία contumax & ridicula in eo, quòd iam amisit id de quo dixit se cogi non posse. Nam ego illam liberali assero causa manu.] Ordo est, Ego liberali causa manu assero. Et sunt iuris uerba: à quibus etiam Assertores dicuntur uindices alienæ libertatis. Nam & causa ipsa, liberalis dicitur, quæ actionem in se continet libertatis.

Vertunnus

Asſerere manu

Aſſertores

Liberalis

Prò supreme Iupiter.] Hæc locutio ad hoc inducta est, ut ex uerbis lenõis appareat q̃s facile mitis fieri possit, & quiduis libenter accipere. Prò supreme Iupiter. Supremum nunc dicit summum, ab eo quod est superum, & superius. Virgilius: Rex ipse Iouis de gente suprema, Troius Aeneas tua nos ad limina misit. Et non abhorret à persona & plebeij, & lenonis, & uim passi Iouem ipsum conuicio persequi, ut quotidie uidemus ab hominibus eius loci & ordinis fieri. Minime miror qui insanire occipiunt ex iniuria.] Sensus hic est, insanos fieri per iniuriam plerosq; mirabar. sed iam nõ miror, postquàm ego ipse per iniuriam quam sum passus, insanire compellor: adeò ut exclamem Prò Iupiter. Et simul aduerte uigilantem poetam, ut ubicunq; in comœdia uocem tragicam extulerit, statim personam insanam dicere faciat. sic & suprà, Prò Iupiter, tu homo nunc adiges me ad insaniam. Me inuito abduxit meam.] Honestiori personæ hæc querela sufficeret, abduxit meam. Sed leno bene addidit, me inuito. nam abducuntur meretrices absq; uoluntate lenonum. Et decora locutio est per ὑπαλλαγήν, me inuito abduxit. non enim addidit, puellam, aut quid tale. Tantidem emptam postulat.] Tantidem emptam legitur,& totidem emptam. Homini misero. secũdum illud Menandri * Homini misero plus quingentos colaphos infregit.] Contumelioſa cædes, colaphus, & digna lenone. Infregit. Vt illudens hoc feciſſe Aeſchinus uideatur, cum ſonitu ſe colaphizatum ſignificat. Infregit autem, illiſit, inflixit. Vt ſit ſenſus, inflixit homini miſero pluſquam quingentos colaphos. Et flebiliter pronũtiandum eſt. hoc enim exprimitur, ut tamen accuſet in alieno facto fortunam ſuam. Et uide quantũ hoc diſtet ab illo quod ſuprà dicebat. Ipſum iſtuc uolo experiri. hoc, quia ſolus eſt. illud, quia cum aduerſario. Bene promeruit.] Bene, multum. Promeruit, adiuuit, profuit: cui cõtrarium eſt commeruit. Nam mereri & promereri eſt præſtare beneficiũ. Virgilius, Quicq; ſui memores alios fecere merendo. Et, Nunquam regina negabo Promeritam. Vbi me dixero tanti dare.] Recte dixit. ubi enim pactio interceſſerit pretij, iam ereptionis actio ſublata erit, & pretium debebitur. Mox cras redi.] Tranſit ad μιμολογίαν. Id quoq; pati poſſum.] Id, Mox cras redi, id eſt moram. Quanquam iniurium eſt.] Vẽdere id quod nolis. Eſt ſcilicet. Id quod res eſt.] Pro, id quod uerum eſt: bona locutio. Quando eum quæſtum occeperis.] Vt in Andria, Deinde quæſtum occcipit. Muſſitanda.] Patiẽda, conſideranda cum ſilentio, & ut in amatore putanda, atq; per hoc perferenda. Muſſitare enim proprie eſt diſſimulandi cauſa tacere: dictum uel à muto, uel ab M, quæ litera eſt nimium preſſæ uocis ac penè nullius, adeò ut ſola omnium cum inter uocales inciderit atteratur atq; ſubſidat. Hinc Virgilius, Muſſat rex ipſe Latinus. Fruſtra egomet mecum.] Præparationis genus ad accipiendas uiginti minas totius ſummæ deſperatio.

Promereri

Mereri

Commereri

Id quod res eſt

Muſſitare

ACTVS

ACTVS II. SCENA II

Iambici quadrati acatalectici & Senarij.

SYRVS SERVVS. SANNIO.

S. TACE, egomet conueniam iam ipſum· cupide accipiat faxo, atque etiam
Bene dicat ſecũ eſſe actũ. quid iſtuc Sannio eſt quod te audio
Neſcio quid concertaſſe cum hero? SA. nunquã uidi iniquius
Certationem comparatam, quàm quæ hodie inter nos fuit.
Ego uapulando, ille uerberando uſq; ambo defeſſi ſumus.
S. Tua culpa. SA. quid agerem? S. adoleſcenti morem geſtum oportuit.
SA. Quid potui melius, qui hodie uſq; os præbui? S. age, ſcis quid loquar?
PECVNIAM IN LOCO NEGLEGERE, maximum interdum eſt lucrum. SA. hui.
S. Metuiſti, ſi nunc de tuo iure conceſſiſſes paululum, atq; *Eliſio excipitur a*
Adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime, *uerſu ſequenti*
Ne non tibi iſtuc fœneraret. SA. EGO SPEM pretio non emo.
S. Nunquam rem facies· abi, neſcis ineſcare homines Sannio.
SA. Credo iſtuc melius eſſe, uerum ego nunquam adeò aſtutus fui,
Quin quidquid poſſem, mallem auferre potius in præſentia.
S. Age, noui tuum animum. quaſi iam uſquam tibi ſint uiginti minæ,
Dum huic obſequare. præterea autẽ te aiunt proficiſci Cyprum. SA. hem.
S. Coemiſſe, hinc quæ illuc ueheres multa· nauem conductam, hoc ſcio,
Animus tibi pendet: ubi illinc ſpero redieris, tamen hoc ages.
SA. Nuſquam pedem: periſ hercle, hac illi ſpe hoc inceperunt. S. timet,
Inieci ſcrupulum homini. SR. ó ſcelera, illuc uide *Senarij Iamb.*
Vt in ipſo articulo oppreſſit· emptæ mulieres
Complures & item hinc alia, quæ porto Cyprum.
Niſi eò ad mercatum ueniam, damnum maximum eſt.
Nunc ſi hoc omittam, actum agam· ubi illinc rediero,
Nihil eſt. refrixerit res, nunc demum uenis?
Cur paſſus? ubi eras? ut ſit ſatius perdere,
Quàm aut hic nunc manere tam diu, aut tum perſequi.
S. Iamne enumeraſti, quod ad te rediturum putes? *Elide d*
SA. Hocine illo dignum eſt? hocine incipere Æſchinum?
†Per oppreſſionem ut hanc mihi eripere poſtulet? *In Per eliditur e*
S. Labaſcit. unum hoc habeo· uide, ſi ſatis placet,
Potius quàm uenias in periculum Sannio,
Seruésne, an perdas totum, diuiduum face:
Minas decem corradet alicunde. SA. hei mihi,
Etiam de ſorte nunc uenio in dubium miſer.

Pudet

Pudet nihil, omnes dentes labefecit mihi.
Præterea colaphis tuber eſt totum caput·
Etiam inſuper defraudet? nuſquam abeo. S. ut lubet,
Nunquid uis, quin abeam? SA. imò hercle hoc quæſo Syre,
Vt ut hæc ſunt facta, potius, quàm lites ſequar,
Meum mihi reddat: ſaltem quanti empta eſt, Syre.
Scio non te uſum antehac amicitia mea:
Memorem me dices eſſe, & gratum. S. ſedulo
Faciam. ſed Cteſiphonem uideo. lætus eſt
De amica. SA. quid quod te oro? S. pauliſper mane.

TAce, egomet conueniã iam ipſum.] In hac ſcena actus eſt exemplũ continens uitæ auarorũ, qui ſæpe in damnũ ipſius auaritiæ rationibus ruunt: ſimul etiam duorum inter ſe nequam hominum ſpectanda quædam uiciſſim, & doloſa captio eſt. Tace, egomet conueniã ipſum. Tace, ſi pro aduerbio eſt, omnibus dicitur. ſi pro uerbo ponitur, dicitur Cteſiphoni maxime ſolicito & ſupplicãti omnibus ob metũ patris. Iam autem, nõ tarditatis eſt, ſed properationis ſignificatio. Bene dicat ſecũ eſſe actum.] Actum, recte additũ eſt: nam multa etiã cupide accipimus, ita tamen ut male nobiſcũ eſſe dicamus actum. Quid iſtuc Sannio eſt?] Illud ſuprà poſt ſcenã: hoc iam in proſcenio dicitur. Et uide quàm ingenioſe Terentius, qui ſuprà ab Aeſchino lenonis nomine facit Sannionem uocari, utpote ab homine arroganti & feroci ob ætatem & negocium: at hunc blande circunuenientẽ honorificentius inducit cũ lenone loqui, & Sannionẽ eum uocare. Sanè qui in ſordidis profeſſionibus agunt uitam, honorifice nomine proprio appellas. ſed qui in ſplendidis artibus ſunt cõſtituti gaudent artis nomine nũcupari, ut Imperator, Orator, Philoſophus. Sic & Eunucho, Audire uocẽ uiſa ſum modo militis, apud ſe loquens meretrix. Et poſtq; illũ cominus uidet, Salue mi Thraſo inquit: non, ſalue miles, quod erat duriſſimũ. Et mox tracta perſonat, Miles nũc adeò edico tibi. Neſcio quid cõcertaſſe cũ hero?] Argute poſitũ neſcio quid. uult enim ex illo audire, ut nanciſcar initiũ quod perſuadendũ ſuſcepit. Concertaſſe. *εἰκονομία*. honorifice hominẽ tractat, ut & placidũ ſibi reddat, & ut eũ faciat ad contemnendã pecuniã liberalem. nam honeſtas admit auaritiam.

Tace

Comparare

Concertationẽ comparatã.] *Ἀνακύρσει*, quia ille cõcertaſſe dixit, nõ cæſum eſſe. Comparatam. Proprie, allàs conſtitutã. Et cõparatã ad dictum Syri refert, qui ait cõcertationẽ fuiſſe, pares faciens Aeſchinũ & Lenonem. nam Sannio uult ſibi deberi pro eo quod uapulauit: quod abſtulit illi Syrus, dicendo eum nõ uerberatum eſſe, ſed potius cõcertaſſe. Et proprie dixit cõcertationem, ipſum actum. nam certamẽ, eſt res ipſa de qua certat, uter columbam ſagitta feriat: uter prior decurrat ad metas. Vnde Virgilius, Velocis iaculi certamina ponit in ulmo. At uerò certatio, ipſe actus contentioq; certantiũ eſt. Ille uerberando uſq; ambo defeſſi ſumus.] Incerta eſt diſtinctio, uel uerberando uſq;, uel uſq; defeſſi. & eſt Vſq; aduerbium, ſignificans aut diu, aut multum. Tua culpa.] Poteſt & nominatiuus & ſeptimus caſus eſſe. ſi nominatiuus eſt, deeſt Eſt: ſi ſeptimus, deeſt Factum eſt. Adoleſcenti morem geſtum oportuit.] Ab ætate adiuuatur ſententia. ideo adoleſcenti dixit, non Aeſchino. Et morem gerere, proprie lenonis & meretricis eſt: unde & ipſe ſic reſpondet, ut non fugiens *λεκτὴν φατὴν* dicat, uſq; os præbui. Adoleſcenti morem geſtum oportuit. Cum *ὑφώσει* Adoleſcenti pronuntiandum eſt, ſcilicet qui facilius aſſentatione caperetur. Qui potui melius.] Subauditur, morem gerere. Et hoc ſubtiliter leno, cũ morem gerendum fuiſſe in meretricis pretio dixerit Syrus. Hodie autem, non tempus ſignificat, ſed iracundam eloquentiam ac ſtomachum. Vt Virgilius. Nunquã omnes hodie moriemur inulti. Age.] Modo age, cor ripientis eſt aduerbium. Scis quid loquar?] Argute: quia ſimulauerat leno nõ intellexiſſe quid dixerat ſeruus. Scis quid loquar? Legiſ &, ſcis qui loquar. In loco neglegere, maximum interdum.] Bene additum eſt in loco, & interdum: non enim ſemper. Si nunc de tuo iure cõceſſiſſes.] Bene tuo iure: ne diceret, non erat res mea quam uenalem habui. Aut de tuo iure, de lenonina duritia: ut alibi, Meo iure utar, ut potior ſit qui prior ad dandũ ſit. Nenon tibi iſtuc fœneraret.] Fœneratũ, eſt cum lucro redditũ & multiplicatũ. Fœneraret ergo, nõ Aeſchinus, ſed ipſa res in qua fœneratio eſt. Ego ſpem pretio non emo.] *ἀντιστομία* contra Pecuniã in loco neglegere, maximum interdum eſt lucrum. Nunquã rem facies.]

Hodie

Age

Fœneratum

Leno

Res Leno quicquid agit,ad lucrum refert: & ſic lucri genus dicit eſſe Syrus à lenone, quemadmodum perſuadet. Et nota Rem,& litem,& negocium meretricis,& patrimoniũ,& omnem pecuniam nominari. Nunquam rem facies. Secundum perſonam ſerui lenonem Syrus

Ineſcare hortatur,hominem ad lucrum excitans,non ad honeſtatẽ. Neſcis ineſcare homines.] μεταφορὰ ab aucupibus,qui auibus capiendis effundunt cibum. Credo iſtuc melius eſſe.] Vide comicum errorem utriuſq; perſonæ,& callidi lenonis,& captioſiſſimi Syri ſerui. Age.] Age,nunc uerbum eſt ſignificans dic. quia iam prope eſt ut conſentiat perſuadenti. Tuum animum.] Deeſt,liberalem. Quaſi iam uſquam tibi ſint uiginti minæ.] Senſus, Quaſi numero in aliquo ducas,& in aliqua æſtimatione conſtituas: & non ſi uelis,penitus cõtemnas uiginti minas,dummodo huic obſequi uelis. Te aiunt proficiſci Cyprũ.] Et cum nõ pro

Præterea aũt fecturũ dixit,ſed iam proficiſci: & non ab uno dicit ſe audiuiſſe,ne negaret: ſed aiunt inquit. Præterea autẽ.] ἀρχαίσμὸς eſt figura. Nam ueteres libenter coniunctiones multiplicabãt. Coemiſſe hinc quæ illuc ueheres multa.] Nuſquam hoc oſtendit aliàs Terentius: ſed apparet ex cõfeſſione lenonis uera hæc omnia eſſe. Et mira uarietas eſt, proficiſci, coemiſſe, Cõductam nauem: ne diceret, proficiſci, emere,& conducere nauem. Et conductam nauim addidit,ut dilationem res habere non poſſit. Hoc ſcio,animus tibi pendet.] Hoc & correpte legi poteſt,ut articulus demonſtratiuus ſit: & producte, ut ſignificet aut hanc rem, aut hũc

Hoc agit locum,id eſt Cyprum. Vbi illinc ſpero redieris.] Ex ſpe ſua uult Syrus oſtẽdere quid leno debeat ſperare,id eſt non ſe accepturum modo. Tamen hoc ages:] Hoc eſt exiges debitum. nam hoc agere dicimus eum qui inſtat negocio ſuo. Nuſquam pedem.] Quia exclamatio eſt, per ἀποσιώπησιν non completur. Inieci ſcrupulum homini.] Hoc leno nõ audit. ſimul enim dicitur, cum ille clamat,& ideo ſimul legi non poteſt. Et hic oſtendit Syrus quo hæc conſilio locutus ſit. Quæ porto Cyprum.] Hanc inſulam poſuit Poeta uel quòd Veneri ſacrata ſit, ut Horatius, Sic te diua potens Cypri. Vel quod mercatus in ea ſit: ut idem,

Scrupulus Nunquam dimoueas, ut trabe Cypria Myrtoũ pauidus nauta ſecet mare. Illuc uide.] Vide τὸ ἰδιωτισμὸν dicit. Vt in ipſo articulo oppreſſit.] μεταφορὰ perſeuerans à ſcrupulo, id eſt, lapillo qui nos in calceo latens plerũq; lædit. Et oppreſſit, uel Aeſchinus, uel res ipſa quam ſubiecit, id eſt quod ait, Emptæ mulieres complures, &c. Item hinc alia.] In lenonis merci

Mercatus bus ἕξοχὴ. Emptæ mulieres complures.] σύλληψις Emptæ. legitur & empta. Niſi eò ad mercatum ueniam.] Eò, nunc aduerbium eſt loci, id eſt Cyprum. Mercatus autem, locum tempusq; ſignificat. Damnum maximum eſt.] Quia & hoc damnum in pretio mulieris

Actum agere eſt. Nunc ſi hoc omittam.] Quod damnum eſt ſcilicet. Hoc autem dicit negocium cum Aeſchino. Actum agam.] Prouerbium, id eſt nihil agam. quod enim in iure ſemel iudicatum fuerit, reſcindi,& iterum agi non poteſt. Sic phormione, Actum (aiunt) ne agas. Ni-

Nihil eſt hil eſt.] Noue nihil eſt, pro nulla ſpes eſt. Refrixerit.] Pro refrigeſcet. Vt ſit ſatius perdere.] Per ὑπερβολὴν hoc accipe. nam non conuenit perſonæ lenonicæ damna contemnere. Hic nunc manere.] Dum non nauigo. Tum perſequi.] Cum rediero. Iámne enumeraſti.] Finxit Syrus ſe nõ intellexiſſe quid apud ſe ipſum leno locutus ſit. ideò illi aliud ait, cũ ille ſecum diſputauerit. Quod ad te rediturum putes?] Hoc dicto, tantum illum accepturum ſignificat, quantum dederat in puella. Nam hoc ad nos redit, quod à nobis abierit. Et dicẽdo rediturum, oſtendit ſuper uiginti minas nihil illum ſperare oportere: ſic enim ſuprà, Minis uiginti tu illam emiſti: quæ res tibi uertat male. Hocine illo dignum eſt?] Huiuſmodi

Poſtulare comploratio ſummam deſperationem lenonis oſtendit. Hocine incipere Aeſchinum. Quaſi de magno facinore dixit: Vt Heautontimorumeno, Vide quod inceptet facinus. Aeſchinum autem cum laudatione dixit: quaſi quem non deceat malefacere. Et uide q̃ omnia experiatur impotens & miſer ob recuperandam rem ſuam. Vt hanc mihi eripere poſtulet?] Non dicit de qua: quia de illa ſermo eſt. Poſtulet, uelit, aut ſperet. Cicero, Vt temporibus reipub. cedat, non eſt poſtulandum, id eſt cupiendũ, aut expectandum. Eripere poſtulet. ἐμοῦ ἕνεκα dixit, non, eripuerit: tanquam adhuc non fecerit. & ſic loquuntur qui no

Labaſcit lunt circa ſe perſeuerare iniuriã. Labaſcit.] Hoc preſſe dicitur, & proprie dicit labaſcit, ut & ſuam inſtantiam, & cunctationem tarde incipientis cõſentire monſtraret. nã inchoatiuũ uerbum eſt. Et eſt metaphora ab arbore facta: quæ multis ſucciſſa ictibus, ferri tãdem incipit in caſum ponderis, ruinamq; minitari. Vnũ hoc habeo. Hoc clare: & ſubaudiendum eſt, quod dicam, uel dicere. Vide ſi ſatis placet.] Nõ placet dixit: ſed ſatis placet. ueluti magnum conſiliũ præbiturus. Potius quàm uenias in periculum.] Oratorie. comparatione

Diuiduum facere peiorũ, dicit hoc eſſe quod ſuggerit eligendum. Diuiduũ face.] Hoc eſt diuide: figura προσωποποιία. Diuiduũ, à diuiſione: Dimidiũ, à dimenſione dicimus. Minas decem.] Scit illum

Dimidium uiginti poſſe accipere: ſed idcirco agit, ut optet leno quod pauloante nolebat. Corradet alicunde.] Alicũde. dictum eſt quaſi non habentis: nam nec ipſa in promptu ſunt. Hei mihi etiam

hi etiam de ſorte nũc uenio in dubium miſer.] Sors, eſt ſumma, cui extrinſecus acquiritur fœnus. Ergo ſortem dicit de pretio quo empta eſt, id eſt uiginti minis. Et uide illum damno

Sors potius exclamare quàm iniuria. Nunc uenio in dubiũ. Id eſt in periculum. Virgilius: Nec

Venire in dubium tibi deſertæ in dubijs coluiſſe Dianã Profuit. Omnes dentes labefecit.] Iniuria lenoni tũc dolet, cum adiuncta damno eſt: ut ſuprà, Quando eum quæſtum occœperis, accipiunda & muſſitanda iniuria adoleſcentium eſt. Vel idcirco enumeratis cõtumelijs adiecit, Etiam in-

Tuber ſuper defraudet. Et uide ut eadem quæ dixit ſuprà, repetat: ſed ardentius tamen,& cum αὐξήσει. Sic Virgilius in maius repetit, quod nõ ſemel dicit. Colaphis tuber eſt totum caput.] Tuber, eſt genus cibi collectum ex tumentibus,& quaſi prægnantibus arenis. plus aũt hic, quàm ſuprà, dixit. Suprà enim dixit, plus quingentos colaphos infregit mihi. hic uerò. Co-

Defraudare laphis tuber eſt totum caput. Etiam inſuper defrudet.] αὔξησις apta lenoni auaro. nã honeſtior perſona non hunc ordinem faceret. Defrudet.] Fraude decipiat. Nuſquã abeo.] Hoc dictum, uim habet comminantis: niſi illud cum contemptu ſuſceperit Syrus. Vt lubet.] Negligenter ſeruus reſpõdet, ut rogetur à lenone, Nunquid uis quin abeam?] Hæc eſt plena locutio. Nunq̃d uis, nec deſiderat ſupplementũ. & hoc uti dicto diſcedẽtes ſolent.

Vtus Quin nunc, quare non ſignificat. Imò Hercle hoc quæſo utut hæc ſunt facta.] Ipſe ſibi ſatisfacit. Vt ut enim, quoquo modo ſignificat, diuerticulũ ad preces faciens. Potius, quàm lites perſequar.] Quia dixerat Aeſchinus, Nunc uide utrũ uis, argentum accipere, an cauſam meditari tuam. Meum mihi reddat.] Sortem, quam ſolam ſuprà recuſabat. Et orato-

Sors rie: nõ enim quanti emi dixit: ſed, inuidioſe meum mihi reddat. Saltem.] τὸ ἔχκατον. natum eſt aũt à captiuis ſaltem, qui nihil aliud præter ſalutem à uictore petãt. Scio non te uſum ante hac amicitia mea.] Figura ἀποστατικὸν. per quã oſtendit ſe fideliter promittere quod promittit. Virgilius, Scio me Danais è claſſibus unum. Et bello Iliacos fateor petiſſe penates.

Memorem me dices.] Figurate eſt inducta promiſſio præmiorum. Et bene utrunq; nar-

Memor rat. nam non continuo qui memor eſt, etiam gratus eſt. Memor enim eſt, qui apud ſe memi-

Gratus nit. Gratus qui meruit hoc nomine uocari, dum uicem reddit. Nam multi ſunt memores,

Sedulo ingrati tamẽ. Sedulo faciam.] Sic promittit, ut nihil ſua intereſſe credatur. Sedulo.] De induſtria: ſine dolo. Sed Cteſiphonem uideo.] Aduentus in proſcenium perſonarũ, cum conſulto conſilio fingãtur à Poeta, tanquã ſuperueniant alijs rebus in medio poſitis, quæ ipſarum interuentu finiantur. mire tamen, quòd quaſi ex argumento ſit, ut futuri actus ſui, antè quàm loqui incipiant, deſcribantur. Lætus eſt de amica.] Hoc lentius & ſubmiſſe.

Quid quod te oro?] Deeſt agis,& deeſt ego. Quod te oro? Aut ſi quid, aut propter q̃d, ſubintelligimus: ut ſit, Quid mihi non reſpondes de eo propter quod te oro: aut ſi quid te oro? Et quàm bene faſtidioſum lenonem facit Syrus, ut optans ille deſperando uiginti minas accipiat. nam & ſuprà non intendenti dicit totiẽs in uno ſenſu hoc idem Syrus de amica. Poteſt hoc & interrogatiue pronuntiari.

ACTVS II. SCENA III

Iambici quadrati acatalectici.

CLITIPHO ADOLESCENS. SYRVS.

C. ABS quiuis homine,cũ eſt opus,beneficium accipere gaudeas.
Verum enimuero id demum iuuat: ſi, quem æquum eſt bene-
facere, is facit.
O frater frater, quid ego nunc te laudem? ſatis certe ſcio:
Nunquam ita magnifice quidquam dicam, id uirtus quin ſuperet tua:
Itaq; unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror,
Fratrem homini neminem eſſe primarum artium magis principem.
S. O Cteſipho. C. ó Syre, Æſchinus ubi eſt? S. ellũ, te expectat domi. C. hem,
S. Quid eſt? C. quid ſit? illius opera Syre nunc uiuo feſtiuum caput,
Qui omnia ſibi pòſt putarit eſſe præ meo commodo
Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in ſe tranſtulit. *al. laborem*
Nihil pote ſuprá. ſed *quiſnã foris crepuit? S. mane, ipſe exit foras. *al. quidnã*

ABs quiuis homine, cum eſt opus, beneficium accipere gaudeas.] In hac ſcena, gratiarum actio eſt ex perſona eius cui præſtitit, & eius cui præſtitum eſt, & ex ipſius pretij quantitate. Nam omne quod geritur, aut in rebus eſt, aut in perſonis, aut in attributis eorũ. Abs quiuis homine. Bene ſic cœpit, dicturus, o frater frater. Et Qui ſecundũ regulam dixit: quia dicimus Quibus. cæterũ à Quo. Quis facit, non Quibus. Et incerta diſtinctio eſt: cum eſt opus accipere beneficiũ, uel cum beneficium eſt opus. Hoc uetus eſt, illud communiter. Id demum iuuat.] Oſtendit plus eſſe quod iuuat, quàm gaudium. Is facit.] Bene, ſubaudiendum eſt bis numero. O frater frater.] Virgilius, Et fratrem ne deſere frater. Vnum, relatum eſt ad appellationem: alterum, ad laudem. & ſubdiſtinguendum, ut uideatur quæſiuiſſe quid ultra diceret, & plus inuenire ſe non potuiſſe quàm frater. *Quid* Quid ego nunc te laudem? Nunc te τῷ ἰδιωτισμῷ additum eſt de ſuperfluo. Vt, Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas. Quid ego nunc te laudem? Quia laus, genus cauſæ eſt: quod non adhibetur, niſi dubiæ rei. Quid ego nunc te laudem? diſtinguendum. Quid autem, pro ut quid? Nunquam ita magnifice.] Deeſt quòd: ut ſit, quòd nunquam ita magnifice. Duplex cauſa eſt omittendæ laudis, ſi res aut nimium mala eſt, aut nimium bona. Id uirtus quin ſuperet tua.] Bona περίφρασις, uirtus tua potius, quàm tu. *Itaq;* Itaq; unam hanc rem me habere.] Itaq; & ſubiunctiuum poteſt eſſe media ſyllaba correpta: & præpoſitiuum, producta eadem ſyllaba, ut ſit, itaq;. Fratrem.] Noue dixit unam rem fratrem. ſed ego puto Fratrem non ſubdiſtinguendum, ſed legendum cõtexte uſq; ad Principem. nam ſi diſtinxeris fratrem: erit bis, ut arbitror, ſubaudiendum, & ſuprà, & infrà. quòd ſi fratrem inferioribus iunxeris, & cum admiratione pronunciabitur, & ſubaudietur Quam mihi. Hanc ſanè locutionem ſcire debemus, propter perſonam elaboratam. nam nimium gaudet, & ruſticus adoleſcens eſt qui *Nemo homo* laudare conatur Aeſchinum, quaſi titubans, & penè balbutiens. Hominem neminem.] Noue auribus noſtris, ſed ueterum cõſuetudine locutus eſt. nam cum neminem, hominem ſignificet: quid opus fuit dicere, hominem neminem? Sed ut diximus, figura eſt ἀρχαϊσμὸς.

O Cteſipho.] Mire cœpit gaudium ſignificans, O Cteſipho. O Syre.] Ille ut præuidẽs: hic, ut qui non præuiderit, ô dicit. O Syre, Aeſchinus ubi eſt?] Bene ſtatim de illo, cui agebat grãtias, loqui cœpit. Ellum.] Ecce illum, uel pronomen eſt uel aduerbium demõſtrantis. Alij interrogatiue legunt: ut ſit, ellum dicis? te expectat domi. Vt ſit ellum pronomen, id *Feſtiuum* eſt illum. nam & illum, & ellum, & ollum ueteres dixerunt. Domi.] Aduerbium eſt in loco. Hem.] Interiectio eſt lætantis. Feſtiuum caput.] Huic contrarius ſenſus eſt, Ridiculũ *caput* caput. Alij putant, feſtiuum caput, non Aeſchini intelligendum, ſed orationis quam habet *Caput* Cteſipho, agens gratias fratri. Ita in Eunucho, Quàm uenuſte, quod dedit principium adueniens. Quod ſi eſt, nihil poteſt ſupra hanc laudationem: nam ſupra factum erit accipiendum. ſed male: nam caput Aeſchini intelligo, id eſt ipſum Aeſchinũ, ut in toto pars ſit per *Opera* συνεκδοχήν: in qua figura & pars pro toto ponenda eſt, quæ aut eminet ex toto, aut maioris pretij eſt ad id quod agitur. Quod ipſum ſic eſſe obſeruatum à bonis autoribus, ſi exempla συνεκδοχῆς penitus cõſiderare ſtudes, inuenies. Illius opera.] Dicẽdo opera, & corporeum laborem Aeſchini oſtendit, & religionem. ut, Hunc mihi da proprium ſata nocte laborem, Hanc operam. Hanc religionem ait, ut Annua magnæ Sacra refer Cereri lætis operatus in herbis. Quid ſit?] Deeſt, quæris? ſed eſt admirantis magis, quàm interrogantis. Illius opera nunc uiuo.] O miram amplificationem beneficij. non dixit, illius opera amicam habeo: ſed quod ſatis graue, & ſatis amatorij, Illius opera uiuo, inquit. Quin omnia.] Admiratiue quin: & ſic pronuntiandum quin, τὸ παρίμαρ, uſq; ad Maledicta, famam. Male- *Præ* dicta, famam.] Maledicta, aut lenonis, aut Demeæ: Famam autem, populi. nam ſi aliter acceperis, idem maledictum uidebitur, & mala fama. Præ meo commodo.] Id eſt, mei commodi comparatione: ut in Eunucho, Hic ego illum contempſi præ me, id eſt mei comparatione. Meum amorem & peccatum.] De rapienda meretrice, & amanda. Meum amorem, & peccatum. Cum dixiſſet, Omnia: duo tantũ intulit, maledicta & famam: ut, Omnia Mercurio ſimilis, uocem q̃ colorem q̃. Et hoc, ut ſit defectus quidam intelligendus ex affectu gratias agentis. In ſe tranſtulit.] Pulchra παρασκευὴ, qua erratura eſt Soſtrata circa *Crepere* Aeſchinũm, quemadmodum iam errauit Demea, eo quòd ab illo credidit amari meretri- *Decrepiti* cem. Nihil pote ſupra.] ὑπερβολὴ per admirationem eſt: ſubaudiendum eſt enim uel eſſe, *ſenes* uel dici. Et Pote pro potis, ut mage pro magis, τῷ ἀρχαϊσμῷ. Sed quiſnam? foris crepuit.] Reſonuit: ut, decrepiti dicti ſunt clamoſi ſenes. Foris, ſingularis numeri, nominatiui caſus. Mane.] Mane, gaudentis eſt hoc dictum, non operiri iubentis.

ACTVS

ACTVS II. SCENA I

Iambici quadrati acatalectici.

AESCHINVS. SANNIO. CTESIPHO. SYRVS.

AE. VBI ille eſt ſacrilegus? SA. méne quærit? nunquid nam effert? occidi?
Nihil uideo. AE. ehem opportunè, teipſum quærito? quid ſit Cteſipho?
In tuto eſt omnis res? omitte uerò triſtitiam tuam.
C. Ego illam Hercle uerò omitto, qui quidem te habeã fratrem, ó mi Aeſchine
O mi germane? ah uereor coràm in os te laudare amplius.
Ne id aſſentandi magis, quàm quòd habeam gratum, facere exiſtimes.
AE. Age inepte, quaſi nunc non norimus nos inter nos Cteſipho.
Sed hoc mihi dolet, nos penè ſerò ſciſſe, & penè in eum locum
Rediſſe, ut ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliarier.
C. Pudebat. AE. ah, ſtultitia eſt iſtæc, non pudor. tam ob paruolam
Rem penè ex patria? turpe dictu? deos quæſo ut iſtæc prohibeant.
C. Peccaui. AE. quid ait tandem nobis Sannio? S. iam mitis eſt.
AE. Ego ad forum ibo, ut hunc abſoluam? tu intrò ad illam Cteſipho.
SA. Syre inſta. S. eamus, nanq; hic properat in Cyprum. SA. ne tam quidem,
Quamuis etiam maneo otioſus hic. S. reddetur, ne time.
SA. At ut omne reddat. S. omne reddet, tace modo, ac ſequere hac. SA. ſequor.
C. Heus heus Syre. S. hem, quid eſt? C. obſecro hercle hominem iſtum impuriſſimum
Quamprimum abſoluito te, ne ſi magis irritatus ſiet,
Aliquà ad patrem hoc permânet, atq; ego tunc perpetuo perierim.
S. Non fiet, bono animo eſto, tu cum illa te intus oblecta interim.
Et lectulos iube ſterni nobis, & parari cætera?
Ego iam tranſacta re conuortam me domum cum obſonio.
C. Ità quæſo? quando hoc bene ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem.

VBi ille eſt ſacrilegus?] Mire Aeſchinus ſeruat aduerſus lenonem ſuperbiã, qua oſtenditur tanto eſſe alienior ab amoribus meretricijs, quanto audacior in lenonem. Mene quærit? num quidnam efferet?] Sperat nunc leno ſe aliquid accepturum propter conuicium: ut alibi, Minis uiginti tu illã emiſti: quæ tibi res uertat male: argenti tantum dabitur. Et uide quanti faciat leno præ lucro iniuriam, qui ſe ſacrilegi nomine ſignificari non ſolum non dolet, ſed etiã cupit. Oportet autẽ, Méne quærit, cum quadam geſticulatione & ſubſultatione ſperantis lenonis ad hoc ſe quæri ut accipiat, pronuntiare. Occidi? nihil uideo.] Occidi, non quia ſacrilegus dictus eſt, ſed quia nihil accipit. & ſimul geſtum conſidera loquẽtis ex uerbis. Occidi? nihil uideo. Mire hoc uerbo apparet in uultu lenonis & ſpem mortuam, & extinctum gaudium. nam & apta ὑπερβολὴ hæc dicentis, Occidi, nihil uideo. neq; addidit proferri, aut quid tale. Hem,] Interiectio repentinæ rei. Opportune, teipſum quærito.] ἀσύνδετον. deeſt uenis: non enim ſequenti nectitur. Quid ſit Cteſipho?] Quid ſit, blandum initium eſt. non enim nunc interrogat, cum ipſe dicat, In tuto eſt omnis res. mox ipſe in ſubditis iam hæc addidit præter naturam quæſtionis. Quid ſit, Quid agitur? In tuto eſt omnis res] Quaſi amatori, omne

dixit negociũ de amica. An omnis res,& lenonis iurgiũ,& ſuſpicio patris Demeæ? Omitte uerò.] Verò,abundat: aut correptiuum eſt iamdudum nõ omittentis. Ego illam Hercle uero omitto.] Apparet nõ nunc primũ dici Cteſiphoni ab Aeſchino, Omitte triſtitiam tuam: nec nunc primũ reſponſum, omitto. & ideo additũ eſt, Hercle uerò quia nunc demum data eſt plena ſecuritas. Triſtitiam tuam.] Sic dixit, quaſi nimiam. Qui quidem te habeam fratrem.] Acuendũ Te. O mi germane.] Mi, meus: ſed uocatiuo dixit caſu. Coràm in os te laudare.] Coràm, ad ipſum pertinet quem laudat, & ad eos qui audiunt: in os, ad ipſum qui laudatur. Nam coràm laudat, qui non tacet apud alios, & hoc agit non per epiſtolã, ſed ipſe præſens. In os, qui apud ipſum loquitur quem collaudat. Laudare amplius.] Quia laudauit. Ne id aſſentandi.] Antiqua ἔλλειψις. deeſt enim cauſa. Aſſentandi. adulandi. Et utrum deeſt cauſa, an ad * ipſam litem ſic dicitur? Ne id aſſentandi. Specta ſi non ruſticus adoleſcens eſt & puriſſimæ ſimplicitatis, adeò, ut etiã uelle laudare fratrẽ ni/mio pudore non poſſit, hoc ſolo quia præſens eſt cũ illum nimiũ laudarit abſentẽ. Quam quod habeam gratũ.] Variæ: non enim intulit, quas gratias agenti. Quod. Quia. Age inepte.] Non eſt iniuria: quia & maior frater eſt, & blanda dicturus. Hoc mihi dolet.] ϑῷ ἰδιωτισμῷ. Mihi dolet, pro doleo. & Dolet bis ſubaudiendũ eſt. Et penè in eum locũ rediſſe.] Inſinuatio beneficij ex periculo & difficultate ob tẽpus. Vt ſi omnes cuperent.] Non ſi ego tantummodo aliis aduerſantibus. Pudebat.] Deeſt, fateri. Stultitia eſt iſthæc.] Hoc ſci/licet fateri ei qui ipſe patri nunquã quicquam cælauerit. Tam ob paruolam rem.] Ergo di minutiuis adiungitur Tam particula. & deeſt perire: ſed ϑῷ ὑφημισμῷ tacetur. Tam ob paruolam rem. Id eſt meretricem. Et bene hic dicit Aeſchinus, quaſi qui maiora expertus ſit, id eſt uitium uirginis. Penè è patria.] Deeſt fugere: quia amatores comici cito cõminantur patriam ſe deſerturos, ut amicæ ſequantur. Penè è patria. ἀποσιώπησις ὑφημισμοῦ χάριν. Me/nander, mori illũ uoluiſſe fingit: Terẽtius, fugere. Turpe dictu.] Te fugere ſcilicet. & deeſt, eſt. Vt iſthæc prohibeant.] Id eſt, exilium, fugamq; patriæ. Peccaui.] Approbauit ex pe/riculo magnitudinem beneficij. Quid ait tandem nobis?] Nobis ϑῷ ἰδιωτισμῷ additũ eſt, non enim Nobis intelligendũ eſt. Iam mitis eſt.] Quia debacchatus eſt ſuprà leno: iã mi/tis eſt, dixit. Ego ad forum ibo.] Tunc enim, in foro & de menſæ ſcriptura magis, quàm ex arca domoq;, uel ciſta pecunia numerabatur. Vt hunc abſoluam.] Id eſt, ut hunc, reddito illi pretio dimittã. Nam uelut ligati ſunt, quibus debetur aliquid. Dicuntur etiã ſerui illi ſol/ui, qui cũ debitores pretiorũ fuerint, pecuniã reddunt debitam. Eſt ergo abſoluam, pro, à me ſoluã. An iocatur in triſtitia lenonis, qui illũ cum barba lenonia, & mœſto uultu ſequi/tur, tanq; reus? Tu intro ad illam Cteſipho.] Bona ἔλλειψις, ſignificans lætitiam potiundæ meretricis. Syre inſta.] Iam Syrus, nõ ut adiuuet, ſed ut inſtanter adiuuet, rogatur. Ea/mus, nãq; hic properat. Hoc clamat Syrus, ut beneficiũ oſtẽdat: ſane ità ut rurſus lenonem de profectione abſterreat. Ne tam quidem.] A lenone incõſtanter dicitur, ut perturbatio metuentis, magnũ damnũ poſſit oſtendere. Ne tam quidem. Tam, pro tantũ. an tam pro tamen? & deeſt, dicas me properare, aut propero: ut ſit Etiam aduerbiũ hortãtis, uel conſen/tientis. Quamuis etiã.] Pro, inquantũ uis. Etiam particula, utrũ cõſentientis aduerbium, an coniunctio qua ſignificat & properare ſe, & non in tantũ ut negligat quod ſibi debetur? Maneo otioſus hic.] Hoc ſeparatim inferendum eſt, quaſi pertinaciter aſſeuerantẽ leno/nem inſtaturum ſe exclamationem * facere denotetur. Maneo otioſus hic. Di/xit enim propero: & rurſum conſenſerat in Syri uerba, properaſſe dicentis. Reddetur, ne time.] Quod deſperauerat Leno, Syri oſtendit ſermo. Vt omne reddat.] Propter illud quod Syrus dixerat, Diuiduũ face. Et probatũ eſt, completumq; quod ait, Cupide accipiat faxo. Et hoc ipſum, cũ trepida & uultuoſa ſupplicatione pronuntiandum eſt. Tace modo, ac ſequere hac.] Sic ait Syrus, quaſi nunc lenonẽ doceat, quæ ſit ars non perdendi. Et totũ cum ſupercilio præſtantis magnũ beneficium dicit. Sequor.] Hoc uerbo Leno ſatis com/mitigatus oſtenditur. Heus heus Syre.] Ex argumento eſt oſtendere quantũ timeat Cteſi/pho ſæuum patrem. Heus heus. Vox eſt de longinquo reuocantis. Obſecro Hercle ho/minem iſtum impuriſſimũ.] Satis manſuete, quaſi lenonem aut non poſſit ruſticus, aut nõ audeat dicere, hominem dixit. Iſtum impuriſſimũ. Auariſſimum. & totũ cum execratiõe lenonis. Neſi magis irritatus ſiet.] Velut clamet ſcilicet: & proprie de Lenone, quem irrita/ri dicit ut canẽ. Nam irritari, proprie canes dicuntur. Lucilius de litera R, Irritata canis ſæ/uom q; plurima dictat. Lenonẽ aũt timet Cteſipho ut ruſticus, ut ſub patre duro, ut amã/tor. Aliquà ad patrem hoc permanet.] Non dicit quid: ſed nos intelligimus raptum puel/læ ſignificari. Aliqua ad patrem hoc permãnet. Proprie ſecretum latens, latici comparatur intra uas clauſum exiſtenti: quod, cum effunditur, manat. Sic & alibi de cõmittendis ſecre/tis loquens, Plenus, inquit, rimarũ ſum: hac atq; illac perfluo. Atq; ego tunc perpetuo per/rierim.]

In os laudare

Aſſentari

Mihi dolet

Tam paruula

Abſoluere

Permanat

rierim.] Quaſi & nunc ſe periſſe ſentiat, ſed nõ perpetuo. Non fiet, bono animo eſto.] Vt illi liberalis timor eſt: ita Syro ſeruilis confidentia. Tu cũ illa te intus oblecta.] Moraliter illa dictum eſt. ut, Datúrne illa hodie Pamphilo? &, Illa quidem mea erit. Tu cũ illa te in/tus oblecta. Honeſte explicauit turpe dictu. Et lectulos iube ſterni nobis.] Seruus * nihil tam comicũ. Et uide ut totũ ſuperbe ac magnifice loquatur Syrus. Conuertam me domum.] Conuertã magnifice dictum. uerbum eſt enim magni moliminis, & agminis in/gentis. Nam conuertere ſe, dicitur quẽ pompa præcedit: ut imperator proprie cõuertit exer citũ. Et hoc ſpectatur, ut moribus arrogantes ſerui ſint cum lætantur. Ita quæſo, &c.] Vo/lunt quidam & hunc uerſum, Syri perſonæ adiungendũ, ſed Cteſiphonis uerba eſſe ex ſub ditis planũ eſt cũ dicit, Hunc diem miſere nimis cupio, ut cœpi, perpetuũ in lætitia degere.

Cõuertere ſe

ACTVS III. SCENA I

Iambici quadrati acatalectici.

SOSTRATA MATRONA. CANTHARA NVTRIX

S. Bſecro mea tu nutrix, quid nunc fiet? C. quid fiet rogas? rectè
Ædepol ſpero. S. modo dolores mea tu occipiunt primulum.
C. Iam nunc times quaſi nunquã adfueris, nunquã tute pepereris?
S. Miſerã me, neminẽ habeo ſolæ ſumus. Geta autẽ hic nõ adeſt.
Nec quem ad obſtetricem mittam, nec qui accerſat Æſchinum.
C. Polis quidem iam hic aderit. nam nunquam unum intermittit diem,
Quin ſemper ueniat. S. ſolus mearum miſeriarum eſt remedium.
C. Ere nata melius fieri haud potuit, quàm factum eſt hera.
Quando uitium oblatum eſt, quòd ad illum attinet potiſſimum,
Talem, tali genere, atq; animo, natum ex tanta familia.
S. Ita pol eſt, ut dicis, ſaluus nobis, deos quæſo, ut ſiet.

Bſecro mea tu nutrix.] Hæc ſcena, Tragœdiæ ordinem ſeruat. Nam Tragœdia in tria diuiditur, Expectationem, Geſta, & Exitum. Hic ergo expectatio eſt, in Getæ nuntio geſta, in planctu Soſtratæ exitus. Obſecro mea tu nutrix.] Hinc demonſtratur quid ſit maternus affectus, quàm grata in dominos ſeruo rum fides ſit: Eundemq; laborem & dolorem eſſe ex falſis & ueris malis. Ob/ſecro mea tu nutrix. Perſonæ aut ſuis uerbis, aut aliorum inſinuantur, ex ſuis: ut nũc perſo/na Soſtratæ. Ex alienis, ut Mitio, Aeſchini perſona ex Mitionis oratione ac Demeæ. Obſe/cro mea tu nutrix. Mea nunc pro blandimento ponitur. Quid nunc fiet?] Imploratio eſt magis trepidantis, quàm ignoratio, & interrogatio. nanq; illius nutrix eſt, quippe anicula eſt: ſed non ſapientior nutrix eſt, quàm domina ſua. Ipſum etiam quod dicit, Nutrix: hono/rificum eſt. Vt. Annam chara mihi nutrix huc ſiſte ſororem. Sunt enim nomina ad aliquid, quibus nos tamen uelimus appellari, ut, Magiſter, Medicus, Orator. Modo dolores mea tu occipiũt primulum.] Euidenter hic Modo temporis præſentis aduerbium eſt. Et rurſus Mea tu, blandimentum eſt: ſine quo non progreditur colloquium fœminarum, & maxime trepidantium. Primulum. Initium, & ipſa origo dolorũ, diminutiue demonſtrata eſt. Non enim primũ, ſed primulum dicit. Nunquam tute pepereris.] Vide præparationem dolo ris: nihil mali adhuc ſecutum eſt, & iam ſic turbatur Soſtrata. Iam nunc times, quaſi nun/quam adfueris, nunquam tute pepereris?] Docte duo propoſuit, quibus experientes ſcien tesq; rerum ſumus, uidere & pati. Virgilius ſic, Quæq; ipſe miſerrima uidi, Et quorũ pars magna fui. Tute autem pro tu: παρέλκον eſt quod * recitatu. & facit tute, & tu/temet, & tutemetipſe. Miſeram me.] Proprium eſt mulierum cũ loquuntur, aut alijs blan diri, ut, Annam chara mihi nutrix huc ſiſte ſororẽ. Aut ſe cõmiſerari. ut, Miſeræ hoc tamen unum Exequere Anna mihi. Nam hæc omnia, muliebria ſunt, quibus pro malis ingẽtibus quaſi in aceruum rediguntur, & enumerantur nullius momenti querelæ. Neminem ha/beo.] Quid enim opus eſt? aut cur nunc quereris? Solæ ſumus. Nunquam pluraliter ſo/læ. Nec quem ad obſtetricem mittam, nec qui accerſat Aeſchinum. Habeo, ſubaditur. & magis à trepidante cõ rationabiliter dicitur: nam refellit hoc totũ nutrix Canthara. Solæ

Modo

Primulum

Solæ

sumus.] Cum hoc nomen, singularitatis sit, mire solæ pluraliter dixit. Neminem habeo so
læ sumus. Mulier ebriter queritur, & ex perturbatione sua æstimans, metu multa facit: ea quæ
pauca sunt. Geta autem hic non adest.] Hic apparatio est, ut ostendatur absens qui super
uenturus est. Nec quem ad obstetricẽ mittam.] Deest, habeo. Sed in consuetudine est sic
Nunquam loqui, cum utrunq; nobis, non alterutrum deesse conquerimur. Nunquam.] Pro non. Et
semper non ad omne tempus retulit: nam qui potest: sed ad omnes dies secũdum quod ait,
E re nata Nam nunquam unum intermittit diem. Solus mearũ miseriarum.] Bona locutio. E re
nata.] Sic proprie dicimus de ijs quæ contra uoluntatem nostrã acciderunt: ut nũc uitium
uirginis. Ergo è re nata, ex uitio uirginis. Sic Lucilius, p. i. i. Et sic maluit dicere, quasi nõ
Aeschino culpam, sed potius casui attributam uellet. Est autem ordo, Nihil potuit melius è
re nata fieri, quàm id quod factum est hera. ut, quãdoquidem uitianda erat uirgo: ab eo ui
tiaretur, qui erat expetendus ad matrimonium. Sensus enim hic est, Malum uim fieri uirgi
ni: sed ex conditione eius quæ uitiata sit, nihil potuit melius euenire, quàm cõtigit, ut ab eo
Fieri uitiaretur cuius nos non pœniteret. Intelligere autem debemus, fieri, & factum esse: pro eue
nit, & contigit dici. Melius fieri haud potuit. Si fieri pro euenire acceperis: erit consecutio
locutionis. sin minus: deerit, quãtum intelligo. ut sit, è re nata, quantum intelligo. Quan
Oblatum do uitium oblatum est.] Hoc est è re nata. Oblatum est. Oblatum dicitur quod offertur
Potissimum inuito. Quod ad illum attinet potissimum.] Quasi uitium oblatum sit potissimum, hoc
est bonum: sed ex persona eius qui obtulit, uitiũ factum est bonum, quod per seipsum ma
lum est. Et hoc est quod melius haud fieri potuit quàm factum est. Illum autẽ dicit, Aeschi
num scilicet. Potissimum autem superlatiuum est ab eo quod est potis & potius. Sic enim fa
Quod cit, potis, potius, potissimum. Et Quod, modo exceptionem significat: ut sit, quantum ad il
Genus lum attinet, id est Aeschinum. Tali genere.] Laus ante illum talem * & tali ani
Familia mo. In illo. Et genus, ad uiuos pertinet, Familia etiam ad defunctos. Alij, genus ad nobilita
tem referunt. Familiam, ad copias. Vnde & paterfamiliàs dicitur, ut sit, Ex tanta familia, ex
Paterfamiliàs tam diuite domo. Hæc omnis παρέκβασις, tragica est gaudiorum introductio ante funestissi
mum nuntium. Talem. Scilicet à corpore, à forma, à pulchritudine. Tali genere. Id est
ab his quæ extrinsecus sunt, id est honestate generis. Atq; animo. Id est, sapientia mode
stia. Hoc modo igit̃ nihil prætermisit in laude. Salvus nobis, deos quæso, ut fiet.] Quàm
bonus est, cum nihil ad uota præter salutem opus est.

ACTVS III. SCENA II

Iambici quadrati acatalectici, & unus dimeter, permixtis trochaicis aliquot acatalecticis.

GETA SERVVS. SOSTRATA. CANTHARA.

G. NVNC illud est, quòd si omnes omnia sua consilia conferant,
Atq; huic malo salutem quærant, auxilij nihil afferant,
Quod mihiq;, heræq;, filiæq; herili est uæ misero mihi,
Tot res repente circumuallant, unde emergi non potest.
Vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia.
Hocine seculum? ó scelera, ó genera sacrilega, ó hominẽ impium. *al. impurum*
S. Me miseram, quid nam est, quod sic uideo timidũ, & properantem Getam?
G. Quem neq; fides, neq; iusiurandum, neq; illum misericordia
Repressit, neq; reflexit neq; quòd partus instabat propè.
Cui miseræ indignè per uim uitium obtulerat. S. non intellego
Satis, quæ loquatur. C. propius obsecro accedamus Sostrata. G. ah
Me miserum uix sum compos animi ita ardeo iracundia.
Nihil est, quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiam,
Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc est recens.
Satis mihi id habeam supplicij, dum illos ulciscar modo.

Seni

Seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus.
Tum autem Syrum impulsorem, uah, quibus illum lacerarem modis?
Sublimem medium arriperem, & capite primùm in terram statuerem,
Vt cerebro dispergat uiam.
Adolescenti ipsi eriperem oculos: post hæc præcipitem darem.
Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem.
Sed cesso heram hoc malo impertire properè? S. reuocemus. Geta. Iãb. aca.
G. Hem, quisquis es sine me. S. ego sum Sostrata. G. ubi ea est? teipsam q̃rito,
Te expecto. oppidò opportune te obtulisti mihi obuiam
Hera. S. quid est? quid trepidas? G. hei mihi. S. quid festinas mi Geta?
Animum recipe. G. prorsus. S. quid istuc prorsus ergo est? G. perimus,
Actum est. S. eloquere obsecro quid sit. G. iam. S. quid iam Geta?
G. Æschinus. S. quid ergo is? G. alienus est à nostra familia. S. hem
Perij. quare? G. amare occepit aliam. S. uæ miseræ mihi.
G. Neq; id occultè fert à lenone ipsus eripuit palám.
S. Satin' hoc certó? G. certè, hisce oculis egomet uidi Sostrata. S. ah,
Me miseram quid credas iam? aut cui credas? nostrum ne Aeschinum,
Nostram uitam omnium, in quo nostræ spes, omnes q; opes sitæ Iãb. tet. aca.
Erant qui sine hac iurabat se unum nunquam uicturum diem,
Qui se in sui gremio positurum puerum dicebat, patrem
Ita obsecraturum, ut liceret sibi hanc uxorem ducere.
G. Hera, lacrumas mitte, ac potius quod ad hanc rem opus est, porrò consule
Patiamúrne, an narremus cupiam? S. hau, hau mi homo sanúsne es?
An hoc proferendum tibi usquam esse uidetur? G. mihi quidem nõ placet.
Iam primùm illum alieno animo à nobis esse res ipsa indicat.
Nunc si hoc palàm proferemus, ille inficias ibit, sat scio.
Tua fama, & gnatæ uita in dubium ueniet. tum si maximè
Fateatur, cum amet aliam, non est utile hanc illi dari.
Quapropter quoquo pacto celato opus est. S. ah, minimè gentium.
Non faciam. G. quid agis? S. proferam. G. hem, mea Sostrata uide
quam rem agas.
S. Peiore res loco non potest esse, quàm in quo nunc sita est.
Primùm indotata est. tum præterea quæ secunda ei dos erat,
Perijt. pro uirgine dari nuptum non potest. hoc reliquum est,
Si inficias ibit, testis mecum est annulus, quem amiserat.
Postremò quandò ego conscia mihi sum, à me culpam esse hanc procul.
Neq; pretium, neque rem ullam interceßisse illa aut me indignam, expe
riar Geta,
G. Quid istuc? accedo ut melius dicas. S. tu quantum potes
Abi, atq; Hegioni cognato huius, rem omnem narrato ordine:
Nam is nostro Simulo fuit summus, & nos coluit maximè.

G. Nam hercle alius nemo reſpicit nos. s.propera tu mea Cantharа
Curre obſtetricem arceſſe, ut cum opus ſit, nec in mora nobis ſiet.

NVnc illud eſt.] Hic locus, ſecundum artem comicam ſeruum currentem expri-
mit & nuntiantem mala. Maxima itaq; pars ſcenæ, motoria eſt. ſignificat autem
Nunc tale negotium eſt, nunc tale periculum eſt. aut uerò conſignificationem
temporis habet, ut ſi diceret quando aut quo tempore. Nunc illud eſt. Vtrum
periculum, an tempus? Eſt enim ἔλλειψις Quod ſi omnes omnia ſua conſilia.]
ὑπερβολὴ cum παρωνομασίᾳ omnes oẽnia. Hinc Cicero, Omnes in hoc iudicio cõferant omnia.
Salutẽ quærant.] Non, remediũ, ut ægro: ſed ut pereunti ſalutem. Et noue dixit malo ſa-
lutem, pro, contra malum. Auxiliỹ nihil afferant.] Mire de proximo repetitũ eſt παρόμοιον,
id eſt conferant & afferant. Hoc conuenit præſertim ſtomacho minus uerba curantis: ſic ſu-
prà, Omnes omnia. Quod mihiq;, heræq;, filiæq;.] Mira in ſeruo fides, cum primũ ſe po
nat in herili malo: & poſt ſe matrem, in ultimo, puellam. Quod mihiq;, heræq;, filiæq; he-
rili eſt. πολυσύνδετον ſecundum. ut, Omnia ſecũ Armentarius afer agit tectumq;, laremq;. Ar-
Circũuallare maq;, Amycleumq; canem, Creſſamq; pharetram. Circunuallant.] Circunuallant ſe cir
ca nos, & ſtipant ſe inuicem. nam circunuallamus nos, & alios. tamen rara locutio eſt. Et cir
Emergi cunuallant dixit, uelut inimica acies contra nos: & ideo addidit Vnde emergi non poteſt.
Cum impreſſio eſt hoſtiũ, ſic dicitur: ut Salluſtius, Preſſi undiq; multitudine. Cicero, Qui
ſemper prerhuntur, & nunquam emergunt. Et emergi, noue. nam emergo dicitur, nõ emer-
gor. ſed ideo eſt uſus, quia extra compoſitionem & mergo & mergor facit. Vnde emergi
non poteſt. Vnde, abſolute. an deeſt, illud an unde, pro ex quibus? Vis, egeſtas, iniuſtitia,
ſolitudo, infamia.] Hæ res ſunt quæ circunuallant: Vis illata: Egeſtas ipſius puellæ: Iniuſti-
tia iudicum illius temporis: Solitudo à defenſoribus: Infamia ab iis qui credunt pretio ui-
tiatam. Nam & in ſubditis ſic habes, Quando ego cõſcia mihi ſum, neq; pretium, neq; rem
ullam interceſſiſſe. Hocine ſeculum? ἐρώτησις Queſturus de homine, ſeculũ accuſat prius:
ut à tempore, mores increpet, & è contrario. Secula in omnibus rebus laudantur, ut, Quæ
te tam læta tulerunt Secula? O ſcelera. ó genera ſacrilega, ó hominẽ impurum.] Moris eſt
nimis dolentibus incuſare alia ex aliis. Virgilius. Cum complexa ſui corpus miſerabile na
ti, Atq; deos atq; aſtra uocat crudelia mater. Et, Quẽ non incuſaui amens hominumq; deo
rumq;? O hominem impurum. Aeſchinum ſcilicet. & hoc ἀδικῶς. nam ſemper ultimum
ponimus eum, cui maxime iraſcimur. ut in Andria, poſt accuſatum ſocerũ, & uituperatam
ſponſam, Nam quid ego dicã de patre? Et in Phormione, Itáne tandem uxorem duxit Anti
pho iniuſſu meo? Et poſt multa, O facinus audax, O Geta monitor. Vnde ille, Vix tandem
Timidus inquit. Video timidum, & properantem Getam?] Timidũ, perturbatũ, non enim timet:
ſed dolet. Sic Plautus in Bacchidibus, Nam ut ex naui uecta es, credo timida es. Quem
neq; fides, neq; iuſiurandũ.] Ordo eſt, Hominẽ impurum, quem neq; fides, neq; iuſiuran-
dum. exaggerat crimen admiſſum. Quem neq; fides. Quia promiſit. Neq; iuſiurandũ.
Quia iurauit. Neq; illum miſericordia.] Quia uim intulit. Neq; illum. Secundum περι-
κοπὴν: nam abundat Illum: ut, Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille ſiniſtra. Et eius uideli
cet miſericordia quam amauit, neq; repreſſit, ne auderet: neq; reflexit, ne faceret. & ſic hoc
dictum eſt ut à Virgilio, Num fletu ingemuit noſtro, nũ lumina flexit, Num lachrymas ui-
ctus dedit, aut miſeratus amantem eſt? &c. ut ſi non potuit reprimi ne faceret: ſaltẽ ut in pec
cando eſſet mitior, debuit cõmoueri. ſed melius quod ſuprá. Neq; quod partus inſtabat
propè.] αὐξητικῶς addidit non tantum mariti, ſed etiam patris ſcelus. Qui miſeræ.] Deeſt,
Indigne ei. Indigne.] Impie, crudeliter. ut Virgilius, Quæ cauſa indigna ſerenos fœdauit uultus?
Non intelligo ſatis.] Ad hoc Soſtrata ignorans inducitur, ut malo nuntio repente feriat.
& quia oportuit ipſam priorem loqui, præſens loquitur. Quia autem nõ eſt perdenda tam
ſuauis ἀδοποιΐα dolentis ad iraſcentem: idcirco non audit, ne ob illam Geta cõſeruus loqui
deſinat. Satis quæ loquitur.] Adhuc non audiente Geta, loquitur. idcirco nec audit eum
Vix ſatis, nec uidetur ab eo Soſtrata. Vix ſum compos animi.] Aut uix, tandem: aut uix, non.
Compos animi ut Lucilius, Carcer uix carcere dignus. Compos animi. Id eſt competentis animi, uel ſani
animi, cui contrariũ eſt. Impos animi. Salluſtius, Neq; animo, neq; lingua ſatis cõpotem. cũ
Impos animi de amente Septimio loqueretur. Alij, cõpotem animi, compoſitũ animo intelligũt. Quã
illam totam familiã.] Hic nunc tam culpa familiæ, quàm ſcelus Aeſchini oſtẽditur, propter
quem omnes cruciandi ſunt. Iram hanc.] Hanc interdũ pro qualitate, interdũ pro quan
titate accipimus, interdũ pro utroq;. ut, Tuaq; animã hanc effundere dextra? Et, Hunc ego
te Euriale aſpicio? Sed nunc pro utroque hanc dixit. ut Salluſtius deſcriptione Celtiberi
ait, Hunc igitur redarguit Tarquinius. Satis mihi id habeam ſupplicij.] Moraliter loquiẽ:
nam

nam ferè quando quiſquam iraſcitur, ſibi uidetur fortis, tanquã plus qui audet. Dum il-
los ulciſcar modo.] Verũ eſt hanc eſſe uindictã quæ ex recẽtibus flagitijs properata ſit. Sic
Virgilius, Te Turne ſuperbũ Cæde noua quærens. Seni animã primum extinguerem.]
Bene extinguerem: quia ignis eſt. Virg. Igneus eſt illis uigor, & cœleſtis origo Seminibus.
Et Primũ addidit, quod ordinem ſignificat. tunc enim adijcitur, cũ multa ſubijcienda mon *Primum*
ſtrantur: ut cui fracta prius crura, brachiaq; * & cætera uitia. in Aeſchinum totum
promouens oſtenditur, etiã per aliena ſupplicia. Syrũ impulſorẽ.] Cauſæ pœnæ. Vah,
quibus illum lacerarem modis.] Hic uoluntas immodica oſtenditur, pœnã pro merito re-
poſcentis. Et nota, cũ Syrum dixerit addidiſſe nutus de ſupercilio. Illum ſublimem.] Iſta
pœna. Statuerem, ut cerebrũ diſpergat uiã.] Et cerebrũ & uia diſpergi poteſt: ideo uidẽ
ambiguũ, ut apud Virgil. Enſemq; cruore Spumantem, ſparſasq; manus. Aliter enim dici-
tur. Spargite humum foliis: Aliter, Sparſerat & latices ſimulatos fontis auerni. Adoleſcen *Spargere*
ti ipſi eriperem oculos.] Bene oculos, amoris indices, adiutoresq; flagitij. Poſt hæc præci
pitẽ darem.] Grauior pœna cæcitatis, nõ prouidere quò cadas. Cæteros rucrem.] Rue- *Ruere*
re, actiuam uim habet. Salluſt. in ſecundo, Ictu eorum qui in flumine ruebant, necabantur.
Ruere enim, eſt toto corpore uti ad impellendum: quod faciũt qui ipſi præcipites alios pro-
ſternunt. Vnde proprie ſues ruere dicũtur. Virgilius: Ipſe ruit, dentesq; Sabellicus exacuit
ſus. Et Horatius, Hac rabioſa fugit canis, hac lutulenta ruit ſus. Tunderem & proſterne-
rem.] Vide q; fortis ſibi uideatur qui dolet & iraſcitur. Agerem.] Proſequerer, premerem. *Agere*
Virg. Illa fretus agit uentos. Id eſt, nimia celeritate perſequiẽ, & penè occupat, præuenitq;.
Ego ſum Soſtrata.] Hæc ideo inducit, ut ueriſimile ſit ſuprà non uiſam Soſtratã: quando
etiã uix nunc agnoſciẽ ab irato. Te ipſam expecto oppido opportune.] Incerta diſtinctio,
utrũ te expecto oppido opportune, ſit dicendum: An expectare, ſit impatiẽter cupere, & ſi- *Expecto*
ne præſcriptione temporis: ſperare, iuxta certũ tempus. Vnde apparet ad Te expecto, quia
per ſe nimiũ eſt, non eſſe iungendum Oppido. Quid feſtinas mi Geta?] Probus aſſignat
hoc Soſtratæ. Aper nõ uult ad omnia ſeruum reſpondere: ſed nutricem putat hoc loqui.
Quid feſtinas? Perturbaris. Et cõmotus dicit Prorſus actu cõmoto, & anhelanti ob per- *Animum re-*
turbationem & contentũ curſum. Animũ recipe.] Quod in lectione, geſtu oſtẽdi minimè *cipere*
potuit, id ex uerbis Soſtratæ oſtẽditur in Geta. Nam ideo dicit, animũ recipe: quia ille præ
anhelitu, crebriora uerba cõtinuare nõ poſſit. Perimus, actũ eſt.] Iam bina uerba iungun
tur. Perimus, actum eſt. Verba ſunt deſperationis. Nam actũ eſt, dicit in ea re de qua iam
lata ſit ſentẽtia. Eloquere obſecro te.] Bene eloquere. nam conat tantũ quod nec explicat, *Eloquor*
nec intelligitur: cui uitio contraria uirtus eſt eloquentia. Iam plus hic geſtu, q; dictu agitur:
quia ut ſuprà diximus, & laſſus eſt qui nuntiat: & integrat dolor nuntij, quom apud illã lo-
quit, ad quã maxime calamitas pertinet: quo dolore, uox plerunq; ſubtrahitur, atq; ſingul-
tit: & ſimul dat ſignũ perditarũ rerũ. Væ mihi miſeræ.] Interponitur mulieris affectus no
uo nũtio. Amare occœpit aliã.] Peius eſt, amare occœpit: q; amat. Nam in eo quod dixit,
Occœpit, augmenta mali metuenda ſignificat: ut in principijs quæ actũ reſpiciũt, nõ ſtatim
imminutionẽ inſpectãt. Et occipit, magnũ facinus dixit. A Lenone ipſius eripuit palàm.]
Sic nuntiat, ut ultima peiora ſint. Et his argumentis uult probare, quòd immodicè amauit
Aeſchinus: qui plus q; uirginem, id ipſum quod pudor nec hortat, nec cõſulit, amat. Quis
autẽ magis potuit impudens eſſe, q; qui poſt honeſtũ amorem, ab lenone amet? Hoc etenim
ſignificat meretricẽ. Ergo non, honeſtũ: ſed ab lenone: nõ per aliũ, ſed ipſus: nec emit, aut ab
duxit, ſed ob impatientiã ualde amãtis eripuit. neq; id occultè, ut qui cælaret factum, tanq;
ſatisfacturus uxori uideret: ſed, palàm. Satin' hoc certo?] Magnis malis non ſtatim credi-
tur. Hoc ergo ex dolore dixit. q̃d ſtupet audiens: nõ quia non habet fidem. Hiſce oculis.]
ἐναργὲς ἀσσεuerantis. Ah ah.] Interiectio eſt flentis. Me miſeram.] Mira affectio. nam la-
chrymæ nõ ſinũt finire ſenſum. Quid credas iã? aut cui credas?] Fides, aut perſonæ qua
litate ſeruat: ſi grauis perſona eſt cui creditur. aut ipſius rei qualitate: ſi ea res credit, in qua
fallere cui credit, aut nõ poteſt, aut nõ debet. Hic ergo mire in utroq; iã fidẽ dixit nullã eſſe,
& in perſona & in re. q̃d Virg. tranſtulit, breuiusq; dixit, Nuſq; tuta fides. hoc eſt, nec in re,
nec in perſona. Et hic ipſe in Heauton. Prò Iuppiter, ubi nã eſt fides? Noſtrũ Aeſchinũ. no-
ſtrã uitã.] ἐλλειπτικῶς omnia, quia fletus impedit uerba. deeſt aũt, hoc feciſſe, uel quid tale. Si *Situs*
tæ erant.] Sitæ, poſitæ. nam ſitũ eſt quicquid in loco ſuo poſitũ nõ euertitur. Poſiturũ pue-
rum.] Puerum dixit, ſi puer naſceretur. non quia diuinabat. Ad uotũ ergo cupientis retulit
Puerum: non quia neceſſe eſſet marem naſci. Et hæc omnia, magno ſtupore dicuntur ad ex
aggerandam perfidiam illius cui creditur, & dolorẽ eorum qui crediderunt. Hera, lachry
mas mitte. ac potius ad hanc rem quod opus eſt.] Hinc Virg. Non lachrymis hoc tempus.
ait, ſaturnia Iuno. Sentit autem non lachrymis agendum, ubi cõſilio opus eſt. Porrò con-
ſule.]

sule.] Porrò,in reliquum,deinde, uel in futurũ. Porrò enim,ordinis & tẽporis aduerbium est,non coniunctio. Hau hau mi homo,sanus ne es?] Hoc ex persona nutricis legendum est.illa enim dissimulandam rem putat. Mi.Pro meus. Tua fama, & gnatæ uita.] Tibi enim crimini erit uitiatam esse filiam:illi etiam oberit.Et utrum Vitam, salutem dicit. In
Complexio dubium.] In periculum. Fateatur.] Vitiasse filiam.Et complexio est *Αἰτιολογία* oratoria, in
Αἰτιολογία qua utrũ senseris,contrariũ tollis:cogiturq; quod ex altera parte sit,hoc est tacere. Quapropter quoquo pacto.] Congrue & pro persona,& pro muliere, hoc dictum est: eamq; in malis constantem esse demonstratur. Non faciam.] Non faciam dixit,pro non tacebo: quasi tacere,aliquam actionem habeat.sed moralis significatio est,& cõmunis omnibus:sicut aduocatum dicimus male fecisse,cum tacuerit. Peiore loco res esse non potest.] Satis argute inter Getam & Sostratam sententias ex perturbatione facit nutare. Quam in quo nunc sita est.] Caussa nihil timendi. Primum indotata est.] Ratio subiecta est caussæ:& indotatam,pauperem modo dicit. Tum præterea quæ secunda ei dos erat.] Videlicet,dari pro uirgine nuptum.Et incerta distinctio est.etenim erat bis subaudiendũ,Pro uirgine dari nuptum. Non potest.] Iungendum,dari nuptum.Et pro uirgine,id est uirgo:ut, Nũc panè est pro noua,id est noua.Aut nec uirgo, nec pro uirgine nubere potest.non uirgo: quia
Inficias ire uitiata est.nec pro uirgine:quia res diffamata est. Si inficias ibit.] Si negabit. Testis me-
Mecum testis cum est anulus.] Locutio hæc sic capienda est:hoc est,anulus pro me testis.Vel sic, Anulus & ego testes sumus.Sed melius quod suprà. Postremo quando ego conscia mihi sum.] Quando,pro quoniam.uel quando,pro quidem. Neq; rem ullã.] Hoc est internuntium, pactum clam,aut promissum. Et bene totum execratiue dixit: ut alij facinora abhorreant.
Illa.] Filia scilicet. Experiar.] Apud iudices agam. Quid istuc?] Verbum est ægre cõsentientis,quasi qui dicat,quid hic resistam? Accedo ut melius dicas.] Id est,ut consentiã,
Quantum potes uelut qui melius possim dicere. Quantum potes.] Deest,cito:ut sit, quantum potes cito abi. Atq; Hegioni.] Apud Menandrum,Sostratæ frater inducitur. Huius.] Filiæ suæ scilicet. Simulo.] Nomen patris puellæ,diminutiuum à Simo,uel Simone. Et nota nomen in Palliata fabula latine diminutiuum. Simulo fuit Summus. Sũmus,an ad cognatum, an ad amicum referatur?an absolute ponitur? ut in Eunucho, Plurima salute summũ suum impertit Gnatho. Et nos coluit maxime.] Et miserabilius Coluit dictũ est,quàm si diceret,
Colere colit.Virg.Per caput hoc iuro,per quod pater ante solebat.Colere enim,& maioribus & minoribus conuenit.Vt,Posthabita coluisse Samo. Nos.] Monosyllabo finit,uultuosam exprimens pronuntiationem. Tu mea Canthara. Tristis ac seriæ fœminæ blandimentum est Mea potius,quàm pronomen possessiuum.Deest enim,chara,uel quid tale:quo addito, pronomen staret Mea. Curre.] Mire dictum est ancillæ,curre. Vt cum opus sit.] Id est: cum adesse cœperit partus. Ne in mora nobis siet.] Locutio qualis suprà.

ACTVS III SCENA III

DEMEA. SYRVS

Senarij Iambici

D. DISPERII Cteſiphonem audiui filium
Vnà in raptione cum Æschino.
Id misero restat mihi mali,si illum potest
Qui alicui rei est,etiam eum ad nequitiam abducere.
Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum
Aliquo perſuasit ille impurus,sat scio.
Sed eccum Syrum ire uideo:hinc scibo iam ubi siet.
Atq; hercle hic de grege illo est:si me senserit
Eum quæritare,nunquam dicet carnufex.
Non ostendam me id uelle. S.omnem rem modo seni
Quo pacto se haberet enarramus ordine.
Nihil quidquam uidi lætius. D.prò Iuppiter
Hominis stultitiam. S.collaudauit filium.
Mihi,qui dedissem consilium,egit gratias.

Disrumpor

D. Disrumpor. S.argentum adnumerauit ilico.
Dedit præterea in sumptum dimidium minæ.
Id,si distributum sanè est ex sententia. D.hem.
Huic mandes,si quid rectè curatum uelis.
S. Ehem Demea,haud aspexeram te.quid agitur?
D. Quid agatur? uostram nequeo mirari satis
Rationem. S.est hercle inepta,ne dicam dolo,atq;
Absurda. pisceis cæteros purga Dromo.
Congrum istum maximum in aqua sinito ludere
Paulisper.ubi ego uenero,exossabitur.
Prius nolo. D.hæcine flagitia? S.mihi quidem non placent.
Et clamo sæpe. falsamenta hæc Stephanio
Fac macerentur pulchrè. D.Di uostram fidem,
Vtrum studióne id sibi habet,an laudi putat
Fore,si perdiderit gnatum? uæ misero mihi,
Videre uideor iam diem illum,cum hinc egens
Profugiet aliquò militatum. S.ó Demea
ISTVC EST SAPERE, non quod ante pedes modo est
Videre,sed etiam illa,quæ futura sunt,
Prospicere. D.quid? istæc iam penes uos psaltria est?
S. Est iam intus. D.eho,an domi est habiturus? S.credo ut est
Dementia. D.hæcine fieri flagitia? S.inepta lenitas *Quadratus*
Patris,& facilitas praua. D.fratris me quidem
Pudet,pigetq;. S.nimium inter uos Demea,
Ac non quia ades præsens dico hoc,pernimium interest.
Tu quantus quantus,nihil nisi sapientia es.
Ille futilis,somnium.sineres uerò illum tuum
Facere hæc? D.sinerem illum? an non sex totis mensibus
Prius olfeciſſem,quàm ille quidquàm cœperit?
S. Vigilantiam tuam tu mihi narras? D.sic siet
Modo,ut nunc est quæso. S.ut quisq; suum uolt esse,ita est.
D. Quid eum? uidistine hodie? S.tuúmne filium?
D. Abigam hunc rus. S.iam dudum aliquid ruri agere arbitror.
D. Satis scis ibi eum esse? S.oh,qui egomet produxi. D.optumè est.
Metui,ne hæreret hic. S.atq; iratum admodum.
D. Quid autem? S.adortus iurgio fratrem apud forum
De psaltria istac. D.ain uerò? S.uah,nihil reticuit.
Nam ut numerabatur forte argentum,interuenit
Homo de improuiso.cœpit clamare,Æschine
Hæcine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere nostro? D.oh,lacrumo gaudio.

Non

S. Non tu hoc argentum perdis, ſed uitam tuam.
D. Saluos ſit ſpero, eſt ſimilis maiorum ſuũm. S. hui.
D. Syre præceptorum plenus iſtorum ille.
S. Phy domi habuit, unde diſceret. D. fit ſeduló
Nihil prætermitto, conſuefacio: deniq;
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, uitas omnium
Iubeo, atq; ex alijs ſumere exemplum ſibi
Hoc facito. S. recte ſané. D. hoc fugito. S. callide.
D. Hoc laudi eſt. S. iſtæc res eſt. D. hoc uitio datur.
S. Probiſſimé. D. porrò autem. S. non hercle otium eſt
Nunc mihi auſcultandi piſceis ex ſententia
Nactus ſum hi mihi ne corrumpantur, cautio eſt.
Nam id nobis tam flagitium eſt, quàm illa Demea non
Facere uobis, quæ modo dixti & quòd queo,
Conſeruis ad eundem illis præcipio modum
Hoc falſum eſt, hoc aduſtum eſt, hoc lautum eſt parum,
Illud recte iterum ſic memento ſedulò
Moneo, quæ poſſum pro mea ſapientia.
Poſtremò tanquàm in ſpeculum, in patinas Demea
Inſpicere iubeo & moneo quid facto uſus ſiet.
Inepta hæc eſſe, nos quæ facimus, ſentio
Verùm quid facias? ut homo eſt, ita morem geras
Nunquid uis? D. mentem uobis meliorem dari.
S. Tu rus hinc abis? D. recté. S. nam quid tu hic agas,
Vbi ſi quid bene præcipias, nemo obtemperat?
D. Ego uerò hinc abeo, quandò is, quamobrem huc ueneram,
Rus abijt illum curo unum ille ad me attinet
Quandò ita uolt frater, de iſtoc ipſe uiderit.
Sed quis illic eſt, quem procul uideo? éſtne hic Hegio
Tribulis noſter? ſi ſatis cerno, is hercle eſt, uah, homo
Amicus nobis iam inde à puero. Dij boni,
Næ illiuſmodi iam nobis magna ciuium
Penuria eſt, homo antiqua uirtute, ac fide
Haud cito mali quid ortum ex hoc ſit publicé.
Quàm gaudeo, ubi etiam huius generis reliquias
Reſtare uideo? uah, uiuere etiam nunc libet.
Opperiar hominem hic, ut ſalutem, & colloquar.

DIſperij. Cteſiphonem audiui filium.] Hic oſtenditur quòd ſeueri homines, ac recti & honeſti tenaces, uel ridiculi ſunt, uel odio habẽtur quoquò acceſſerint. Magno autem affectu, & quaſi exclamantis addidit filium: quaſi cauſſam redderet cur dixerat. diſperij. Vna fuiſſe in raptione cum Aeſchino.] οἰκονομία, in qua oſtenditur quantum cõmouebitur Demea ipſa re cõperta, cũ ex parua rei ſuſpicione tantum ſe afficiat. Raptio autem, ad perſonam refertur: Rapina ad rem: Raptus ad ſtuprum, ſi uolumus proprie loqui. Id miſero reſtat.] Bene reſtat: tanq; iam ſummum malum ſit, Aeſchinum eſſe corruptum. Et, miſero mihi: quaſi qui nihil neſciat, nihil curante Mitione. Si illum poteſt.] Nõ dubitat uelle: & ideo dicit Poteſt. Qui alicuius rei eſt.] Recté. de hoc enim ſuprà dixit, Non fratrẽ rei dare operam uideri ruri eſſe, parcũ, ac ſobrium.

Etiam eum ad nequitiam abducere.] Quaſi inuitum dixit, non uocare, ſed abducere. ducimus enim uolentes: ſed abducimus inuitos. Nequitia autem proprie libidinoſa inertia dicta eſt: quòd nihil queat, nulliq; rei apta ſit. Vnde & nugæ, quòd nihil agant, uel à nõ agendo. Credo abductum.] Non iſſe, ſed abductum eſſe: quaſi adhuc culpa non ſit illius. In ganeum aliquò.] Veteres ganeũ meretricum tabernã dixerunt, ἀπὸ τῆς γᾶς τουτέστι τῆς γῆς. quòd ipſa ſit in terra, non ut cœnacula ſuperius. Vnde & taberna, quaſi trabena, à ualidioribus dicta trabibus, quibus ſuperiora ſuſpenſa ſunt. Perſuaſit ille impurus.] Suademus facilia: Perſuademus difficilia. Et ſuadere facientis eſt: perſuadere, perficiẽtis. Impurus, pro improbo ponitur apud Terentiũ. Et hic quoq; excuſata uoluntas eſt Cteſiphonis, cui à maiore fratre & improbo ingeſta ſit perſuaſione nequitia. Sed eccũ Syrum ire uideo.] Ire, & abire & uenire ſignificat. Ire uideo. Ire, pro uenire: ut, Nec uerò Aeacidem me ſum lætatus euntem Acceſſiſſe lacu. Atq; hercle hic de grege illo eſt.] Figura ✻ de grege illo eſt, Ordo uel bonorum, uel malorum dicitur, & grauium: ut equeſter ordo, ſenatorius ordo. Grex uel bonorum, uel malorũ eſt, & leuium. ut Cicero, In his bonis gregibus omnes aleatores, omnes impuri impudiciq; uerſantur. Quæritare.] Inſtanter quærere. Carnifex.] Pro Ganeone poſitũ eſt. Non oſtendam id me uelle.] Scilicet ſcire ubi ſit. Quo pacto ſe haberet enarramus ordine.] Hoc rectè: quia dixerat Mitio, Niſi quicquid eſt, uolo ſcire, atque hominẽ conuenire ſi apud forũ eſt. Et enarramus, pro enarrauimus. ut, Omnis humo fumat neptunia Troia. Et ordine: bene, quia ſimpliciter fatetur. Fallax autẽ & captioſa narratio eſt, quod timemus fateri. Nihil quicquam uidi lætius.] Quartum παρέλκον. Hominis ſtultitiã.] Scilicet quia lætatur, ignorans ubi Aeſchinus ſit. Collaudauit filium.] Plus additum eſt. non eũ ſolum non accuſauit, ſed & collaudauit. Diſrumpor.] Mire: his enim uerbis commouetur, collaudauit & egit gratias. Et uide αὐξησιν ſtomachi reſeruatam. Argentum adnumerauit illico.] Contra illud eſt, Cur tu his rebus ſumptũ ſuggeris? Et non ſolum inquit, adnumerauit, ſed quod peius eſt, illico. Id diſtributum. Diſtributum in diuerſa tributum, id eſt diſpartitum per pulmentaria. Huic mandes, ſi quid recte curatum uelis.] εἰρωνία eſt maioris ſtomachi: quia ille dixit, Ex ſententia diſtributum: id eſt, ut indicat Demea, dilapidatũ. Sic alibi, Columen familiæ noſtræ, bone cuſtos ſalue. Hem Demea.] Hem, interiectio eſt commoti & quaſi perculſi re ſubita & noua. Quid agitur?] Blandientis eſt, non interrogantis: ut alibi, O noſter quid ſit? quid agitur? Nequeo mirari ſatis rationem.] Mira ſunt etiam illa quæ uehementer praua ſunt. Et ideo mirari, pro horrere & reprehendere poſitũ eſt. Et rationem ἰδιωλικῶς dixit malam: cũ non ſit ratio niſi bona. ſed ſic loquitur populus. Eſt Hercle inepta.] Hoc ad ſenem. Ne dicam dolo.] Ne mentiar, id eſt ex contrario dicere uidear: ſed ut ſedulo dicam. Atq; abſurda.] Ineptũ, eſt ſtultũ tantum: Abſurdum, quòd & ſtultum eſt, & in ipſa ſtultitia diuerſum, & quaſi repugnans ſibi. Sic ergo locutus eſt, ut uideatur ineptam rationem ad Aeſchinũ referre: abſurdũ, ad Mitionem, quem iam fieri ſtultum, contrariũ ſenectuti eſt. Congrum iſtum maximum.] Διατολὴ. quia erant alij, nõ maximi. ut è cõtrario, Argitiſq; minor. quia eſt & maior. Nam Iſtum quod ait, Δηλιακὸν eſt. uidetur enim oſtẽdere digito quem dicat. In aqua ſinito ludere pauliſper.] Sic oſtenditur bene obſonaſſe, qui uiuos attulit piſces. nam non ludit piſcis, niſi uiuus. Prius nolo.] Superbè, & pro autoritate: non dixit non oportet, ſed nolo. ſubauditur, purgari eum. Et nihil ex mora corruptelæ acceſſurum piſci ex eo oſtendit, quòd ait Ludere, hoc eſt uiuere, & non læſum uiuere. non enim dixit, natare: quod etiã poſſunt languidi piſces. Ipſe inſuper planum fecit quid ſit purga, dicendo Exoſſabitur. Purga igitur, exoſſa ſignificat: non, ut quidam putant, exoſſabit, comedetur. Mihi quidem nõ placent.] Prius hoc ad ſenem: & uide q; totum ſuperbè, & confidenter dixerit ob amicitiam omniũ dominorum, excepto uno Demea, quem tantũ præ illis contemnit. Salſamenta.] Hoc ad diſcipulũ. Salſamẽta aut ſalſi piſces ſunt, aut laridũ. Salſamenta hæc Stephanio. In tota comœdia opera dãda eſt, ut ſtomachetur Demea: excepto quòd ſe ipſe in fine cõmutat. Hæc ergo cauſa eſt, quare Syrus quoq; illi obijcitur magnifice inferens ſe ut luxurioſum, licentem q; ſeruũ: præſertim qui adoleſcentũ pædagogus fuerit. Vtrũ ſtudióne.] Aut ordo eſt, utrùmne. aut eſt παρέλκον tertium. aut uerò per ἀναφορὰν accipitur: quaſi dicat, utrũ eſt: aut, utrum uerum eſt: quod qui accipit, utrum ſubdiſtinguat, & ſeparet à ſequentibus neceſſe eſt. Vtrũ ſtudióne. Aut Vtrum ſuperuacuum eſt, aut Ne: aut certè τμῆσις figura eſt, pro, utrum ne ſtudio id ſibi habet, ſi

Raptio. Rapina Raptus
Abduco Duco
Nequitia Nugæ
Ganeum Taberna
Suadere Perſuadere
Impurus Ire
Ordo Grex
Quæritare
Diſtributum
Dolo dicere Ineptum Abſurdum
Nolo Ludit piſcis
Salſamenta

bet,si sciens lædit filium? Laudi putat.] Quia decipit. Si perdiderit gnatum.] Et magno affectu,non dixit Aeschinum:& mire,non addidit cuius gnatum. Væ misero mihi:] Hoc est quod suprà dixit,Aegre est,alienus non sum. Videre uideor iam illum diem.] Illum dixit,quasi quendam tristem ac funestum. Quod ante pedes modo est uidere.] Hoc sumpsit Poeta de illo peruulgato ancillæ dicto,Quod ante pedes est,non uidet:cæli scrutaē plagas. Sed etiam illa quæ futura sunt.] Magis ridicula est assentatio,si quis maximè laudet, quibus maximè caret. Isthæc iam penes uos Psaltria est?] Dicēdo isthæc,ostendit iamdudum se hac indignari. Est iam intus.] Vt,Ellū cōfidens,catus. An domi est habituruse?] Propriè:quia haberi uxor dicitur,& haberi mulier cum coit. Credo:ut est dementia.] Sic & in Eunucho,Eam se intendit esse,ut est dementia.Et nominatiuus casus esse potest,& septimus.Si septimus:perditus,aut quid tale subaudimus. Sed melius nominatiuū accipimus casum. Inepta lenitas patris,& facilitas praua.] Lenitas,ad permittendū:Facilitas,ad ignoscendum.sic quidam.Sed ego,lenitatem ad Mitionem refero,qui hæc leniter patitur: Facilitatem,ad Aeschinum,cui hæc per licentiam facilitas datur.Prauū autem est, quod & ipsum lædit facientem:Malum,quod alios tātum. Fratris mei quidem pudet pigetq;.] Pudet,in his quæ turpiter facit:Piget,in his quæ cum damno ac malo.Pudere,etiam ad dedecus: Pigere,ad dolorem refertur.Pudet,quod turpe est:Piget,quod dolet. Oimiū inter uos Demea * nunc enim redditum est,quod suprà dicebatur.& præterea repetendo Nimium,confirmauit superius dictum,nō soluit. Tu quātus quantus.] Id est quantuscūq;. Nihil nisi sapientia es.] Ridiculè prius additum nihil,q̄ quicquā,laudis nomine.Deinde si sapiens dixisset,non tanta esset irrisio * sed stultus. Nihil nisi sapientia es,ille somnium.] Nec tu sapiens,sed sapientia:nec ille somniculosus,sed somniū ὑπερβολὴ. Sinere uero illum tuum.] Ab argumento fabulæ repetit Sinerem:& εἰρωνικῶς interrogat. Totis sex mensibus.] Totis,quasi longi sint:id est integris,ut ne unū quidem diem minus à sex mensibus sciat quid cœpturus sit filius.Nimis comica & moralis assentatio. Quam ille quicquam cœperit.Multū dixit,& ante sex menses,& olfecissem,& prius q̄ cœperit. Non olfecissem.Totum ridicule.Nam quid olfecisset,qui nondū quicquā scire cœpisset,cuiusq; naribus nihil obiectū fuisset? Nam ideo nares à naritate dictæ sunt, quod nos odoratu doceant præsto & propè esse quod adhuc oculi non uident. Vigilantiam tuam tu mihi narras?Id est,quam maximè scio. Sic siet modo ut nunc est.] Non dicit qui,sed respice ad argumentum,& ridebis hæc optantem Demeam. Vt quisq; suum uult esse,ita est.] Hæ sunt sententiæ & semper probabiles,& pro personis ridiculæ.Plautus in milite glorioso, Nimia est miseria,nimis pulchrum esse hominem. Quid eum? uidistine hodie?Quid eum, initium interrogationis futuræ de persona alicuius.Sic in Heautont.Sed Syrū.quid eum? Tnum ne filium?] Hoc clare. Tuum ne filium?Moris est ut qui cogitat quid respōdeat,interrogatione remoretur. Abigam hunc rus.] Vt pecudem,dixit abigam:non ut hominē,mittam. Abigam.Hoc lentius.& abigam quasi pecudem dixit:unde & Abactores dicti sunt.Cicero in Verrinis,Equarum greges istum abigendos curasse. Iamdudum aliquid ruri agere arbitror.] Hoc clare. Aliquid ruri agere arbitror.Hoc plus est,quàm illic esse.uult enim cū laude eius loqui:ut suprà,Rei dare operam:ruri esse,parcum,ac sobrium. Et agere, proprie dixit.nam ab agendo,ager dictus est,quòd in eo multa agenda sunt. Qui egomet produxi.] Mutata præpositione,nō deduxi,sed produxi dixit,id est porrò duxi. Metui, ne hæret animo,nec uoluntate,sed uisco decipientis aucupis. Quid autem?] Quid pro quare, uel ob quā causam.Virgilius,Quæ fortuna uiris,classem quo littore linquant, Quid ueniant. Cui contrarium in significatione * id quod te oro. Nihil reticuit.] Mirum enim, minorem fratrem non pepercisse maiori:nec reticuisse quicquid erat opus. Cœpit clamare.] ἁπλῶς totum,& cœpit,& clamare:& quod sequitē. Adortus iurgio est.] Aggredimur, de lōginquo:Adorimur,ex insidijs,& ex proximo.nā adoriri,est ad aliquē oriri,id est exurgere. De psaltria isthac.] Hic mire senē imitatus est:& memoriter,quia ille dixerat,Quid isthæc iam penes uos psaltria est? Interuenit homo de improuiso.] Interuenire, est in medio negotio,quasi ex insidijs superuenire,& opprimere in ipso actu eos,qui rē cælatam uelient.Et uide quàm oratoriè narret gestionem rei quæ nunquam facta sit: his enim fides fit. Aeschine hæcine flagitia facere te?] Et accusatio à persona:& uide pondus in nomine Aeschini. Hæc te admitteret?] αὔξησις. nam plus est admittere,quàm facere. Hæc admittere indigna.Pronum est hæc statim credere Demeam,de eo quem superius laudauerit,Non uidet fratrem rei dare operam, ruri esse, parcum,& sobrium:unde mira Poetæ arte & initia,& media,& postrema sibi congruunt atq; respondent. Lachrymo gaudio.] Immoderata lætitia,maxime parentum,lachrymas habet.Rectè ergo additum est,gaudio: quia lachrymæ solum

Habetur mulier
Lenitas
Facilitas
Prauum
Malum
Pudet
Piget
Quantus quantus
Nares
Abigo
Mitto
Abactores
Agere
Ager
Producere
Adorior
Interuenire
Admittere
Facere

solum mœrorem significant. Non tu hoc argentum perdis: sed uitam tuam.] Hæc figura oratoria ἀφύτης dicitur.qua ostenditur non esse mediocre quod factum est. Hui.] Quasi admiretur ipse quæ narrat. Syre,præceptorum plenus est istorum ille.] Vide Demeā non desinere culpam Aeschini in Mitionem conferre: cum è contrario præceptorū suorum uult esse quòd sapit Ctesipho. Istorum.] Quæ dicis scilicet,Non tu hoc argentū perdis,sed uitam tuā. Phy.] Interiectio mirātis est. Domi habuit unde disceret.] Vnde,id est,de quo. *Phy*
Fit sedulo.] ἁπλῶς dictum est,sit.Et sedulo,sine dolo,id est instanter: quia negligentes, dolosi dicunt. Inspicere tanquam in speculum uitas hominū iubeo.] Videndū,an rectè speculum induxerit,cū alienas uitas dicit inspiciendas esse.nisi forte ad causam admouēdi speculi, nō ad effectum referamus.nam causa inspiciendi speculi,emēdatio est uultus.effectus, formæ per imaginem resultatio. Hoc laudi est.hoc uitio datur.Nō philosophicè, sed ciuiliter monet.non enim dixit,hoc bonum:sed,hoc laudi est.Nec.hoc malum:sed, uitio datur. Ergo ut idiota,& comicus pater,nō ut sapiens & præceptor. Callide.] Callidus dictus est etiā qui exercet doctos. Callidus dicit̄,qui callum sibi usu artis induxerit. Isthæc res est.] Non quam rem gerit Mitio:nō ut ille agit.Et significat, hoc uerū est,hoc utile est. Porrò autem.] Propè delinitus erat Demea contra institutū argumenti. Artificiose igitur Poeta subiecit ex persona serui,unde illum ad amaritudinē prouocet. Porrò autē.Atuerò.& huiusmodi principia narrationū sunt,quibus superiora sequentibus connectuntur. Nam id nobis tam flagitium est.] Non dixit,peccatū,irridēs senē:sed, flagitium.Et quidem flagitium, corrūpi pisces,uel talia. Quòd queo.] Quod possum.sed sic maluit dicere,ut allusionem de sua arte faceret Syrus:& hac re ostēderet nihil ab illo dici serio. Quòd queo. A coquendo sumpsit παρόμοιον. Sic & infrà,Sedulo moneo quæ possum,pro mea sapientia. Et Ciceronis dictum refertur in eum,qui coqui filius secum causas agebat: Tu quoq; aderas huic causæ.Nam apud ueteres coquus non per c literam,sed per q scribebatur. Ad eundem illis præcipio modū.] Arguta imitatio,ad deridendum Demeam, omnium quæ serio ille suprà dixerat. Hoc falsum est,hoc adustum.] Hæc contextè & coniunctè dicunt:quia nō uicissim Syro assentatur senex. Pro mea sapientia.] ἀκαυρλικῶς sapiētia dixit, quia condimentum gustu ac sapore temperant coci. Tanquā in speculum.] Et hic Speculū non ad imaginem uultus,sed ad contuitum contrapositæ rei retulit. Nos quæ facimus.Nō coci,sed Mitio,Aeschinus,& familia.An Nos pro Domini posuit? An Nos,pro ego? & melius. Sentio.] Cum dilatione & uultuose dicendum sentio. Verum quid facias?] Quid facias,pro quid faciat?unusquisq; scilicet. Vt homo est,ita morem geras.] Vtrū aptum prouerbium sit seruis an etiā amicis? Vt est,Obsequium amicos:ueritas odiū parit.Et hæc sententia modo uelut querela,demissa uoce proferenda est. Mentem uobis meliorem dari.] πρὸς ὃ Vis, respondit agresti feritate.nam respondendum erat,Recte,aut ualeas. sed hic, ne uel abiens blandus esset,pro salutationibus ipsis amara supponit. Et memēto etiam hunc eundem insalutatum relinquere,qui adueniens paulò antè nec salutauerat,nec resalutauerat fratrem. Meliorem autem,pro bono ac tolerabili posuit.non enim bonam credit,ut meliorem optet. sic Virg.Dij meliora pijs,errorēq; hostibus illum. Tu rus hinc abis?] Vult Syrus nosse an eat. Nam quid tu hic agas.] Addidit hortatū,ut quamprimū abeat. Tu rus hinc abis. Qui consuetudinis memor est,animaduertit has interrogationes nō inquirēdi causa poni, sed admonitionis loco esse apud eos quos uelimus abscedere. Sic igitur interrogat, ut hortetur:& sic pronuntiat,ut & sciat,& approbet quod rogat. Quādo is,quam ob rem.] Noua locutio,is quam ob rem,pro,is propter quem.sic & alibi, In eo me oblecto, solum id est charum mihi. Illum curo unum.] Vnū cum exceptione.& tamē sic loquitur,ut appareat illum non posse sibi imperare obliuionem Aeschini.nam iccirco addidit, Quando ita uult frater,de isto ipse uiderit. Amarè cœpit.& ideo tenet.Nam ambos curare,propemodum res poscere est illū quem dedisti. .Quis illic est quem uideō procul?est ne hic Hegio?] Inuenta causa est cur nō abeat Demea, propter reliquā fabulæ partē: & simul aliud additur quo indignetur.Bene autem dubitat & familiam * ciuem,& multū absens à conspectu ciuium. Næ illiusmodi iam nobis magna ciuium penuria est.] Næ,ualde.Illiusmodi:cuiusmodi est Hegio,id est qualis.Et magna οἰκονομία. senex laudatur, ut postulationi eius statim adsit fides. Haud citò mali quid ortum ex hoc sit publice.] Vtrum hoc optātis est ne moriatur?an est testimonium uitæ hominis nunquam obfuturi reipublicæ? Vbi etiam huius generis reliquias restare uideo.] Paucos ac raros bonos.nā reliquias, pro relictis paucisq; dixit.ideo restare etiam dictum est. Viuere etiam nunc lubet.] Ex hac delectatione ostenditur Demea,& quàm peccantibus sit amarus ac sæuus: & quàm facilè incusationi huius tanquam graui testimonio crediturus sit Demea: & quantum doliturus super Aeschino qui displiceat talibus uiris.

Quid facias
Phy
Callidus
Porrò autem
At uerò
Flagitium
Cocus
Coquus

ACTVS III. SCENA IIII

HEGIO. GETA. DEMEA. PAMPHILA.

H. PRo Dij immortales, facinus indignum Geta *Senarij Iambici*
Quid narras? G. sic est factum. H. ex illáne familia
Tam illiberale facinus esse ortum? ó Æschine
Pol haud paternum istuc dedisti. D. uidelicet
De psaltria hac audiuit id illi nunc dolet
Alieno pater is nihili pendit hei mihi
Vtinam hic propè adesset alicubi, atq; audiret hæc.
H. Ni facient quæ illos æquum est, haud sic auferent.
G. In te spes omnis Hegio nobis sita est.
Te solum habemus tu es patronus tu parens
Ille tibi moriens nos commendauit senex.
Si deseris tu, perijmus. H. caue dixeris.
Neq; faciam neq; me satis piè posse arbitror.
D. Adibo saluere Hegionem plurimum
Iubeo. H. te quærebam ipsum salue Demea.
D. Quid autem? H. maior filius tuus Aeschinus,
Quem fratri adoptandum dedisti, neq; boni
Neq; liberalis functus officicium est uiri.
D. Quid istuc est? H. nostrum amicum noras Simulum,
*Atq; æqualem? D. quid ni? H. filiam eius uirginẽ *Atq. prior syllaba pertinet*
Vitiauit. D. hem. H. mane, nondũ audisti Demea *ad uersum præcedentem*
Quod est grauissimum. D. an quidquam est etiam amplius?
H. Verò amplius nam hoc quidem ferundum aliquo modo est
Persuasit nox, amor, uinum, adolescentia
Humanum est ubi scit factum, ad matrem uirginis
Venit ipsus ultrò lacrumans, orans, obsecrans,
Fidem dans, iurans se illam ducturum domum
Ignotum est, tacitum est, creditum est uirgo ex eo
Compressu grauida facta est mensis hic decimus est,
Ille bonus uir nobis psaltriam (si Dis placet)
Parauit, qui cum uiuat illam deserat.
D. Pro certóne tu istæc dicis? H. mater uirginis
In medio est, ipsa uirgo, res ipsa, hic Geta
Prætereà, ut captus est seruulorum, non malus,
Neq; iners, alit illas solus omnem familiam
Sustentat hunc abduce uinci quære rem.
G. Imò hercle extorque, nisi ita factum est Demea.
Postremò non negabit coram ipso cedó.

D. Pudet nec quid agam, neq; quid huic respondeam
Scio. PAMPH. miseram me, differor doloribus.
Iuno Lucina fer opem: serua me obsecro. H. hem,
Númnam illa quæso parturit? G. certè Hegio. H. hem,
Illæc fidem nunc uestram implorat Demea.
Quod uos ius cogit, id uoluntate impetret.
Hæc primùm ut fiant,, deos quæso, ut uobis decet.
Sin aliter animus uester est, ego Demea
Summa ui hanc defendam, atq; illum mortuum.
Cognatus mihi erat unà à pueris paruoli
Sumus educati unà semper militiæ & domi
Fuimus paupertatem unà pertulimus grauem.
Quapropter nitar, faciam, experiar deniq;
Animam relinquam potius, quàm illas deseram. *al. illam*
Quid mihi respondes? D. fratrem conueniam Hegio
Is quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar
H. Sed Demea hoc tu facito tecum animo cogites
Quàm uos facillime agitis: quàm estis maximè
Potentes, dites, fortunati, nobiles:
Tam maxume uos æquo animo æqua noscere
Oportet: si uos uultis perhiberi probos.
D. Redito, fient, quæ fieri æquum est, omnia.
H. Decet te facere Geta duc me intrò ad Sostratam.
D. Non me indicente hæc fiunt utinam hoc sit modò
Defunctum uerùm nimia illæc licentia
Profectò euadet in aliquod magnum malum.
Ibo, ac requiram fratrem, ut in eum hæc euomam.

PRò Dij immortales.] Hæc scena fidem amici erga defunctum, maturitatem senilis orationis, & accusationem eius quem lædere nolit ipse accusator, continet.

Indignum facinus.] Iam narrauit Geta: & recte. non enim apud spectatores iterum fuerunt dicenda quæ dicta sunt. Illud sanè admirandum, eiusmodi Hegionis uerba induci, qualia esse debuerunt tantopere laudati uiri. & eiusdẽ Hegionis ac Demeæ. Quid narras?] Mirantis est, non interrogantis. O Aeschine pol haud paternum.] Mira maturitas: in qua nescias utrum magis iniuriam illatam orbæ uirgini: an Aeschinum peccasse plus doleat. seruatur enim in Hegione quòd uir bonus sit, & amicus.

Tam illiberale factum.] Id est non odisse cui succenseas, laudare homines, factum reprehendere. Haud paternum istuc dedisti. Deest, facinus. & dedisti, pro fecisti. Sed sic dicitur in re magna, ut, Dabit ille ruinas Arboribus, stragemq; satis. De psaltria hac audiuit.] *Dare* Sic errat Demea, ut intelligatur quantum debeat irasci in ijs quæ inopinata audiet. Videlicet de psaltria hac audiuit.] Videlicet, cõfirmatiuum est. ut uidelicet, uidere licet: sic scilicet, scire licet: ilicet, ire licet. Is nihili pendit.] Is, abũdat: ut in Heautont. Perij, is mihi, ubi *Ilicet* adhibit plus paulò, sua quæ narrat facinora? Aut is, pro ipse: subiunctiuũ pronomẽ minus quàm finitum. Vtinam hic prope adesset.] Quasi nõ crediderit dicẽti, In ore est omni populo. Haud sic auferent.] Quomodo accipimus, haud sic auferent? an factum suum auferent sic? An, si correxerint culpam, non silentio transituros ipsos uel ipsum quod factum est? Et ni, si non; significat. Haud sic. ἀφωνηϖ est. Quæ illos æquum est.] Subaudi-

tur facere, à superiori per συλλῆψιν intellectum. Haud sic auferent. Id est leniter abibunt, uel subtrahent culpam. Haud sic auferent. Senilis & matura cōminatio. & est sic demonstratio gestum continens leuissimæ ac paruæ significationis. In te spes omnis Hegio.] Vt narratio non fuerit necessaria: ita preces interponendæ sunt. Tu es patronus: tu parens.] Patronus aut temporale nomē est defensoris: aut certe appellatio est, per quam ostenditur quid illi cultus & obsequij debeatur. est enim nomen ad aliquid. Parens autem, ueri amoris nomen est: & æquali loco continet interpretationem. Et uide quàm diligenter Poeta, cū simpliciter matrōnam de absente Hegione loquentem induceret, Coluit nos, dixit: cum seruus & supplex ad præsentem loquitur, Tu es patronus, inquit. Ille tibi moriens nos commendauit senex.] Seruus magnum ueritatis indicium addidit, dicendo moriēs. nemo enim mōriens non uera loquitur, & urgentia. unde in iure ultima iudicia certiora sunt. Sic & alibi,

Deficio Hanc mihi in manum dat: mors continuo ipsam occupat. Si tu deseris, perijmus.] Pro-
Prodo prie, quasi patrono. nam Socius deficit, Parens prodit, Patronus deserit. Sic Sallustius, Post
Desero defectionem sociorum & Latij. Et, Vnius ob iram Prodimur. Et, Prodidisti & te, & illam mi-
Desertores militet seram, & gnatum: quod quidem in te fuit. Plautus, Qui libertos habent, eos deserunt. Hinc & milites, qui defensores patriæ deberent esse, desertores esse dicuntur. Hæc autē omnia magnam uim habent, si per singulas partes orationis considerentur, ad commouendum precibus Hegionē. Et, tu es patronus, ab honesto: Tu es parens, à iusto. Si tu deseris, perijmus. Et huic rei maxime respondet oratorie, quæ illum maxime commouit. Vt, En ego uicta situ. Et, Pulsus ego: Alij πρὸς τὸ perijmus, ὑποφημισμῷ responsum putant. Satis pie posse.] Deest, facere. Neq; me satis pie posse arbitror. Honesta locutio, qua significat quicquid fecerit, pro pietatis debito illis merito parum esse. Sensus autem hic est, Neq; faciā quod nefas est, ut uos deseram: nec hoc ipsum quod facio, satis pium est, pro tanta necessitudine. Et bene addidit, satis. ut, Et sapiens, nō tamen satis. Saluere Hegionem plurimum iubeo.] Ideò

Iubeo prouidit Demea, non prouisus est, quia oportuit illum audire quæ loqueretur Hegio: & ex illius iam uerbis in indignationem moueri. Iubeo autem, uolo significat: ab eo quod sequitur, id quod præcedit. Non iubemus enim, nisi quod uoluerimus. & est Homericum. Maior filius tuus Aeschinus.] Artificiosa postulatio: in qua, ne statim Demea diceret, nihil ad se hanc querelam pertinere, quippe qui Ctesiphonē curare debeat, infertur causa cur nō dissimulet pater, quia filius: quia maior est: quia Aeschinus, si quid est in ipso nomine charitatis: quia fratris adoptiuus: quia bonus, & liberalis: & contra hæc, quibus laudatus est, fecit.

Bonus Neq; boni.] Quasi id quod est, uelit quod esse debet. Neq; liberalis functus est officiū
Liberalis uiri. Quærendum inter bonum & liberalem quid intersit. An bonus est, qui non nocet? Liberalis, qui etiam prodest? An bonus, qui nō peccat in facto: liberalis, qui nec in uerbo quidem? Aequalem.] ὁμάλιπα. Quid ni? Plus est Quid ni, quàm Noueram. nam quasi corripit dubitantem, dicēdo, quid ni: ut subaudiatur, nouerim. Filiam eius uirginem uitiauit.] Vides quantum ualeat iniuria, uel dignitas personarum. Non contentus facinore, personas credidit antè proponendas. Hem.] Interiectio est irati uehementer: quippe qui aliud uitiū audiebat, præter crimina quæ sciebat. Quod est grauissimum.] Quia illud graue. An quicquam est etiam amplius?] Amplius, quātitatis est. nā ideo, Nondū etiam audis quod est grauissimum. Amplius.] Id est maius. Persuasit nox, amor, uinū, adolescentia.] Plau-

Persuasio tus in Bacchidibus, Quia istoc illecebrosius fieri nihil potest. nox, mulier, uinū homini ado-
Impulsio lescentulo. Et hæc omnia ab impulsionis parte dicuntur, nō à ratiocinationis. Ideo & persuasit dixit. nam instans persuasio, impulsio dicitur: ut ipse, Dū in dubio est animus, paulo momento huc atq; illuc impellitur. Humanum est.] Nihil tandem ex ea sumptum consuētudine est, quod non humanum. & hoc dicere solemus ubi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus. Persuasit nox, amor, uinum, adolescentia. Hæc inferuntur ἀσυνδέτως, ut multa uideantur. Vinum. Plus dixit, quàm si uinolentiam diceret. ut, Tu nihil ni si sapientia es, ille somnium. Proximum huic, & simile est in Hecyra, Cum uirgine una adolescens cubuerit, Plus potus, sese illa abstinere ut potuerit. non uerisimile dicis, neq; uerū arbitror. Virgilius, Bacchus & ad culpam caussas dedit. Vbi scit factum.] Id est, intelligit & sentit: quia suprà futuræ * peccauerit: & quia qui impulsione peccat, non peccat

Orare ratiocinatione. Hic locus illi rei occurrit, Cur ergo tacuisti? Orans, obsecrans.] Orare, est
Obsecrare placidos petere: Obsecrare iratos rogare, Vnde plus facit obsecrans, quàm orans: plus ue-
Rogare rò orans, quàm rogans. Cicero, Orare & rogare. Venit ipsus ultro lachrymans.] Mire, & ad matrem uenit ultro lachrymans: ne quòd leniter, aut mollius mulier tulisset, propè pactionem inijsse uideretur. Ignotum est, tacitum est, creditum est.] ἀσυνδέτως per συντομίαν, ut solet, hic loquitur: ut, Imus, uenimus, uidemus. Ignotum est autem, q ultrò uenerat, & lachrymans: tacitum est, quòd orabat, & obsecrabat: creditum est, quòd fidem dabat & iurabat. Et

honestius

honestius impersonaliter, q̄ ignouimus, tacuimus, credidimus. Virgo ex eo cōpressu grauida facta est.] Hæc addidit, ne ex uiliore usu, inhonesta patientia uirginis ad conceptum libido peruenerit. & præterea quia & hoc potuit dici, Ille quidem uitiauit uirginem: sed quid si ex alio concepit postea, quæ nunc grauida facta est? Iccirco & à uitio uirginis tēpus ostenderit: ut cū facto ratio cōueniret. Ille bonus uir.] εἰρωνία indignantis in loco addita est uerbis ardentibus. Ille bonus uir, nobis psaltriam, si Dis placet, parauit.] Cōclusio accusationis. &, Bonus uir. εἰρωνία quidem est, sed ab eo posita, qui indignetur uirum bonum esse debuisse qui nō sit: ut supra, Neq; boni, neq; liberalis functus est officiū uiri. Et simul cōsidera quo nomine Aeschinū uocet, uirū appellans scilicet, qui uult eius certa esse promissa, & qui illū iampridē uideri maritum uelit. Nobis aūt, ex abundanti ὑποφημισμῷ ad indignationem relatum est. Si Dis placet. Bene interpositū ad inuidiā, Si Dis placet, scilicet per quos iuratū est. Psaltriā nobis. ὑποφημισμῷ. sic enim dicimus, & est cōsuetudinis peruulgatæ. Illam deserat.] Id est, cui ecōtrario dum uiuat obstrictus est. Et deserat, uirginē scilicet. Pro certon' tu istæc dicis?] Hoc ideo nō dicit quia fidē nō habeat narrāti: sed quia mira sunt scelera. Mater uirginis in medio est.] Terribiliter satis, in medio est: quasi retineri non possit, nec cohiberi quin rem prodat. Et prætērea, cū argumentorū genera duo sint, ἔντεχνον & ἄτεχνον: sicut in rebus manifestis ἀτέχνῳ utiē. Hoc ergo, sublatis supercilijs dicēdum est, in medio est. nā lentius erat, si diceret, præsto est. Ipsa uirgo.] Scilicet quæ in Aeschinū reū & testis, & crimē est. Et ideo addit, Res ipsa. Id est, pōdus uteri, exactis ad pariendū mēsibus. Prætērea, ut captus est seruulorum, nō malus.] Ad hæc, intelligamus aliter dici nō inertem Socratem, aliter non inertē seruū, aliter nō malum Scipionē esse, aliter nō malum seruum esse. *Captus*

Prætērea, ut captus. An, quantū capit animus seruilis, tantū non malus neq; iners Geta? An, ut captus est seruulorū, quēadmodum sæpe aucupiū in seruis habēdis bonū euenit: ut in captu auiū, uel piscium, uel ferarū plurimum fortuna dominat. Et hoc ideo, quia seruum euenire bonū, nō ratio est, aut natura, sed casus est: utpote in re rarissima. ut sit, ut captus est seruorū, id est euentus est in seruis. Vt captus est seruulorum. Id est ut se habet cōditio seruorū. Afranius in Simulante, Is ut seruorum captus est, facillime domo atq; nostra familia prouendit. Ergo Captus sortem intelligo. Nō malus. Id est fidelis. Neq; iners. Id est artem habens. Oratorie futurū testem & indicē laudat, sed ne improbe facere uideat, parcius id facit. nō enim dixit, bonus & solers: sed, quod in seruo sufficit, nō malus, neq; iners. Et proferendi Getæ hæc maxime causa est: ne quod permittere uideat in seruo pauperis, atrocius fiat. & simul ut hæc προδιεξήγησις nō contristet Getā: quē prius laudat dicturus, Hunc abduc, uinci, quære rem. Alit illas solus omnē familiā sustentat.] Duas hic res docet: & unde hæ uiuāt: quod testimoniū pudicitiæ est: & grauē testem posse esse Getā. Solus. Incerta distinctio est, solus. sed melius, solus omnē familiā sustentat. Hoc uerbo, tenuis uictus ostenditur, quòd bene frugi esse monstrat in fœminis. Hūc abduce uinci quære rem.] Non multum permittit, utpote de alieno seruo. ideò Geta plus de se largiet. ipse tamē ἀσυνδέτως tria posuit, ut multa uideret dicere. Hunc abduce. ut, Tu Volusce armari Volscorum edice maniplis. Nam postea, e litera, huiusmodi uerbis aucta est. Hunc abduce uinci. Bono ordine, & abduce: ab hoc illuc ubi nemo possit intercedere. & uinci: ne solutus, ut sciat si uerū seruus accuset. Quære rem. Latēter præter uincula, etiā tormenta significauit: nā hoc, quære rem: pete rei ueritatē, significat. Imò Hercle extorque.] ἀντεχνοφάτνη. Et bene ipse de se plus & apertius, q̄ Hegio, largit. Extorque multū dixit, non torque, sed extorque. Torquemus enim hominē: Extorquemus ueritatē Pudet.] Auersus hoc dicit, & perturbatus Demea. Maioris erit ponderis Pudet dictū, si Me nec addas nec subaudias. Differor doloribus.] Diuel lor, discrucior, dilaceror. Et proprie hoc genus querelæ cōuenit parturiēti, & cui uiscera distenduntur, & ei quæ inexpertū dolorē nūc primū sentiat. Iuno Lucina, fer opē.] Bona procuratio poetæ: ut & uox parturientis, pro testimonio succedat ad inflāmandū Demeā. Et nota puellarū, quæ in comœdijs honestæ sunt, & ex amore ducūtur: aut nullā in scena esse, aut rarissimā uocē. Fer opē. Partui. Serua me obsecro.] Parturientē. Duas em̄ res poscit hæc precatio: & nascentis & parturiētis salutē. Numnā illa quæso parturit?] Illa scilicet de qua sermo est. quid enim opus fuerat nomine? Illæc fidē nunc uestrā implorat.] Hæc oratoria πλάσις est. nō enim uere rogat, sed uidetur hoc facere. Et implorare, est in malis positos cum ploratū aliquem rogare. Quod uos ius cogit, id uoluntate impetret.] Artificiosē: ne totum simpliciter agendo, diffidere causæ uideatur. Ius igitur, legum intelligitur. Deos quæ so, ut uobis decet.] Hoc est non uoluntate aduersarium fore. Vt uobis decet.] παραινέλλει dixit, non ut puellæ utile est, sed, ut uobis decet. Vobit decet. Græce dixit, ὑμῖν πρέπει & deest, facere. Sin aliter animus uester est.] Officium amici exequitur in reddenda caussa, cur aduersarius futurus sit. Ego Demea summa ui defendam hanc.] Non dixit id

Quærere *Torquere* *Extorquere* *Differor doloribus* *Implorare* *Ius* *Decet uobis*

quod eſt,uos ulciſcar: ſed, hanc defendam. Atque illum mortuum.Idonea cauſa eſt, aduerſus uiuos querimoniam faciendi,pro mortuo ſcilicet.qua in re,& de officio ſuo locutus eſt,& exaggerauit culpam in Aeſchinum, qui uidebatur in uno & eodẽ facinore uiuos mortuoſq; læſiſſe. Cognatus mihi erat.] Cauſſa expoſita iam agit Hegio de perſona ſua, utrum recte facit ut quam perſonam inducit * oſtendat habiturus. Cum amicitiarum duo genera ſint,unum neceſſarium,id eſt propinquitas ſanguinis: alterum uoluntarium,quo nobis etiam alieniſſimi coniunguntur: Mitionem dicit ac Demeam,& uiuos,& uoluntarios tantum ſibi amicos eſſe: Simulum uerò, & mortuum, & non ſolum uoluntate,ſed neceſſitate amicum fuiſſe coniunctum.In qua re & illi non deerit, & his purgatur.

Sed &,Cognatus mihi erat,uultu adiuuat:quia non à coniunctione incœptiua ſumpſit exordium. Cognatus mihi erat. Officia multa cõtra officium unum Demeæ amicitiæ ac Mitionis. Paupertatem unà pertulimus grauem.] ἰσοναφορὰ eſt.quia magis coniungit malorum conſortium,quàm bonorum. Nitar,faciam.experiar.] Sic dicit:ne dicat Vindicabo:quod uult magis ſignificatum eſſe,quàm dictum.Et ne ei diceretur,nihil poteris: quod ad incipiendum ſufficit,dixit,Experiar. Animam relinquam potius.] Modeſta commination:prius quid ſibi poſſit euenire dixit,quàm quid paſſurus ſit Aeſchinus. Fratrem conueniam Hegio.] Vultuoſe pronuntiandum,hoc quod addidit,Hegio,quaſi dicat,In manu fratris eſt conſtitutum,nõ mea. Quid mihi reſpondes?] Reſpondere proprie dicitur cum lis intenditur.Reſpondere enim,eſt priorem alloqui,quaſi reſpondere uerba fundere:ut,Fundítq; has ore querelas. Reſpondere.Poſteriore loco dicere. Sed Demea hoc tu facito.] ὑποβράπτικως ſuprà habitæ cõminationis. Quam uos facillime agitis.] Vt & ſuprà,facilem uictum paret.Et uide quàm oratoriè laudes ſumpſerit argumenta ſuadendi. Aequo animo æqua noſcere oportet.] Bene dixit,æquo animo:quia potentiori & fortiori contra naturam eſt æquitas. Redito.] Proſequebatur eum,quemadmodum apparet ex uerbis. Decet te facere.] Solicita obſequela Hegionis,ultima in loquẽdo,oſtendit impotentiorem perſonam contra Aeſchinum,quo magis gaudium creſcit comœdiæ:quando tali ac tanto,pauperior puella,ſed tamen cupita,iungetur. Non me indicente.] Quia dixerat, Ipſe ſentiet
Vtinam poſterius.Et nimis dura compoſitio eſt: ſed apta iraſcenti. Vtinam hoc ſit modo defun-
Defunctum ctum.] Vtinam,deſperandi uim habet. Hoc,id eſt negotium,id eſt raptus uirginis.Defunctum,finitum,id eſt ut non peiora committat. Defunctum.Finitum,id eſt ne ulterius peccet Aeſchinus. Nimia illæc licentia. Quam illi dat Mitio. Profecto euadet.] Per ardua
Euadere & prærupta ueniet. Hæc euomam.] Non effundam,ſed euomam:utpote quæ me ægrum
Euomere faciũt,quibus me releuabo,cũ languor ille egeſtus ſit.nã euomã, hoc translatiõe ſignificat.

ACTVS III SCENA V

HEGIO

BONO animo fac ſis Soſtrata,& iſtam,quòd potes, *Senarij*
Fac conſolere,ego Mitionem,ſi apud forum eſt,
Conueniam,atq; ut res geſta eſt,narrabo ordine.
Si eſt,facturus ut ſit officium ſuum,
Faciat·ſin aliter de hac re eſt eius ſententia,
Reſpondeat mihi,ut quid agam quamprimum ſciam.

BOno animo fac ſis Soſtrata.] Hi ſex uerſus,in quibuſdam non feruntur.In hac ſcena uidetur iam locutæ Soſtratæ Hegio reſpondere. Poteſt tamen & ipſe incipere, tanquã qui & rem nouerit, & mœrore eius moueatur. Bono animo fac ſis Soſtrata.Meminiſſe debemus, quòd dixit, Duc me intro ad Soſtratam.& quia hoc Intro,in proſcenio eſt * non poſt ſcenam.nam aliud ſignificat,Eamus intro,ubi dicitur,Intus deſpõdebitur,intus tranſigetur ſi quid eſt quod reſtet.il
Sis lud enim interius agitur extra omne proſcenium. Fac ſis Soſtrata.Sis,honorifice additur uerbo:ne quod imperatiuo modo pronũtiatur, ſuperbum ſit. Deductum eſt autem à ſenatuſconſulti formula:ubi enim aliquid ſenatus conſulibus iniungit,addit, ſi eis uideatur.

Et iſtam quod potes.] Quia uox ipſa triſtis,& circa triſtem filiã,Quod potes dixit. Fac conſolere.] Duas res dixit,quas & ordine locutus eſt,Et tu bonum habe animũ,inquit,& ſi liam fac habere. Ego Mitionẽ.] Quia Demeam iam uidit. Si eſt facturus officiũ.] Hoc dicendo,promittit eum eſſe facturum. nam facile eſt unumquemq; ſuo officio fungi. Vt quid agam,quamprimum ſciam.] Maturè,neq; comminatur, neq; ſegnem oſtẽdit ſe forè.

ACTVS

ACTVS IIII. SCENA I

Iambici quadrati acatalectici, uno aut altero trochaico catalect.mixto Dimeter unus Iambicus.

CTESIPHO. SYRVS.

C. AIN' patrem hinc abiſſe rus? S.iam dudum. C.dic ſodes.
S.apud uillam eſt.
Nunc eũ maxume operis aliquid facere credo. C. utinã quidẽ.
Quod cum ſalute eius fiat, ità ſe defatigarit uelim,
Vt triduo hoc perpetuo prorſus è lecto nequeat ſurgere.
S. Ità fiat,& iſtoc ſi quid potis eſt rectius. C.ità nam hunc diem
Miſere nimis cupio,ut cœpi, perpetuum in lætitia degere.
Et illud rus nulla alia cauſa tam male odi,niſi quia
Prope eſt·quòd ſi abeſſet longius,
Prius nox oppreſſiſſet illic,quàm huc reuerti poſſet iterum.
Nunc ubi me illic non uidebit,iam huc recurret ſat ſcio.
Rogabit me,ubi fuerim.quem ego hodie toto non uidi die.
Quid dicam? S.nihilne in mente eſt? C.nunquam quidquam.
S.tantò nequior.
Cliens,amicus,hoſpes nemo eſt uobis? C.ſunt·quid poſtea?
S. Hiſce opera ut data ſit. C.quæ non data ſit?non poteſt fieri. S.poteſt.
C. Interdiu·ſed ſi hic pernocto,cauſæ quid dicam Syre?
S. Vah,quàm uellem etiam noctu amicis operam mos eſſet dari.
Quin tu otioſus es·ego illius ſenſum pulchre calleo.
Cum feruit maxume,tam placidum,quàm ouem reddo. C. quo modo?
S. Laudarier te audit libenter·facio te apud illum deum·
Virtutes narro. C.meas? S.tuas·homini ilico lacrumæ cadunt
Quaſi puero,gaudio·hem tibi autem. C.quid nam eſt? S. LVPVS

IN FABVLA.

C. Pater eſt? S.ipſus eſt. C.Syre quid agimus? S.fuge modo intrò,
ego uidero.
C. Siquid rogabit,nuſquam tu me·audiſtine? S.potin' ut deſinas?

AIN' patrem hinc abiſſe rus?] Hic oſtenditur timiditas boni adoleſcentuli,& uerti * ſed ad peccandũ ex delicti conſcientia,& reuerẽtia parẽtis apparet. Itemos uerorũ patrũ circa filios,Syro Demeã deſcribente. Ain' patrẽ hinc abiſſe rus?Compendio oſtenditur quid ſit iam locuturus Syrus. Nunc autem maxime aliquid operis facere credo.] Vide quaſi ἰδίωμα uerborũ Syri eſſe, de opere loqui.ſic enim dicit & Demeæ:ſed illud,falsò:hoc,ſerio. Vtinã quidem.] Apud uillam ſit,ſubaudiendum:& diſtinguendum antè,quàm inferatur quod ſequitur. Quod cum ſalute eius fiat. Hoc non eſt odiſſe patrem: ſed tantum timere ex proprio delicto. ſeruatur enim in eo & amor filij,& amatoris affectus. Vt triduo hoc perpetuo.] Quantum ſufficiat amatori: etenim non opus erat perpetuo dicere,ſi triduum dixiſſet. Et iſthoc ſi quid potis eſt rectius.] Deeſt, addi. nam ſi mortem ſignificaret, non conueniret adoleſcentem, Ita,dicere.uidetur enim plus temporis optaſſe languori. Nam hunc diem miſere nimis cupio.] Moriatur ſcilicet,& hoc uerſus ad ſeruum debet dicere: ne indecorum adoleſcentis

ſcentis perſona ſit hæc ita dixiſſe: quãuis eiuſmodi adoleſcentes inducãt comici, ut Neuius in Tribaſelo, Deos quæſo, ut adimant & patrem & matrem meos. Miſere nimis cupio. Nimis abundat, more comicorum, qui hoc dicto aſſeuerationem inculcabant. Cupio, ut cœpi, perpetuum in lætitia degere.] Qui & ſuprà dixit, Ita quæſo: quãdo hoc bene ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem. Et illud rus nulla alia cauſa tam male odi.] Mire oſtendit omnia ex delictis in prauum uerti: adeò ut miſeram putet adoleſcens ſuburbanam uillam: qua re cæteri delectantur. Illud ergo tanquam cũ deteſtatione dixit: & Male & Nimis ut Miſere. nam nimium, & malum, miſerumq; eſt ſecundum illam ſententiam, Ne quid nimis.

Quod ſi abeſſet longius.] Amori magis, quàm rei, conſulit adoleſcens. Iam huc recurret.] Mire de ſene, recurret dixit: ut eius inſtantiam demonſtraret. Nihil ne in mente eſt?] Sic hoc accipiendum eſt, ut adoleſcenti libero malitiã putemus, nõ ſapientiam deeſſe, adeò in hac re, magiſter eſt ſeruus. Tanto nequior.] Sic hoc dictum eſt, ut è contrario dicimus, tanto melior. Nunquam quicquã.] παρέλκον, pro nunquam, id eſt non. Cliens, amicus, hoſpes nemo eſt uobis?] Vide magiſtrum ad nequitiã, ut ſimplici adoleſcẽti mẽtiendi uiam demonſtret, & honeſtum tentet afferre argumentum ad mendaciũ, propter clientem, amicum, aut hoſpitẽ in urbe ceſſare uiſum, quod tamen nec ſic intelligit rudis ac ruſticus adoleſcens. Cliens, amicus, hoſpes nemo eſt uobis? Mire ſic interrogauit, ut qui agreſtes inhumanosq; reprehendat, & inſociabiles alijs, propter aſperitatem ruſtici ſenis. Hiſce opera ut data ſit.] A ſuperiore ſubauditur, ueniat in mentem, id eſt cogita dari potuiſſe: & datã dicito. Quæ non data ſit? Hic de facto quæſtio eſt, in qua quidam diſputant quædam tunc poſſibilia intelligi, quando facta ſint. cum autem non fiunt: non modo non fieri, ſed neq; poſſibilia quidem eſſe dicenda, qui locus περὶ δυνατῶν dicitur. Poteſt.] Iterum ſubauditur, fieri ut data ſit: uel ut credatur data. Interdiu.] Bene: quia amatori maxime nocte opus eſt.

Nunquam quicquam

Quàm uellem

Vah, quàm uellem etiam noctu.] Hoc utriuſq; perſonæ conuenit. ſed melius à Syro, & facetius dicitur. & quidam totum Cteſiphoni aſſignant abuſq; Interdiu. Et quàm uellem, proprie dicimus in his quæ non uidemus fieri. Bene igitur deficiente argumento, cũ aliud non inueniret, in uota cõuerſus eſt. unde uidentur magis hæc uerba Cteſiphonis eſſe. Calleo.] Callide ſcio. Cum ferult maxime.] Tertia coniugatione dixit, unde feruere dicitur correpta media ſyllaba. Quomodo.] Miratur, quia timet eum quem iſte contemnit. Laudarier te audit libẽter.] Quod de Demea dicitur, in omnes parẽtes dici puta. nam nemo tam aſper eſt pater, ut non ſtatim miteſcat laudato filio. Virtutes narro.] Non dicit elegantem indolem, ſed uirtutes. uirtutes autem ſunt perfecti ſapientis uel diui alicuius. Et bene cũ ſupore reſpondet Meas? oſtendens quòd nullæ eſſent. Meas? Tuas. Cum geſtu pronũtiare debemus, ut intelligatur irriſio. Quaſi puero, gaudio. Deeſt, præ: ut ſit, præ gaudio. Lupus in fabula. Silentij indictio eſt in hoc prouerbio: atq; eiuſmodi ſilentio uel in ipſo uerbo, ut ipſa fabula conticeſcat. Quia lupũ uidiſſe homines dicimus, qui repente obmutuerint: quod ferè ijs euenit, quos prior uiderit lupus: ut cum cogitatione in qua fuerint, etiam uoce & uerbis careant. Sic Theocritus, οὐ φθέγξῃ, λύκος ὥς. Et Virgilius, Vox quoq; Mœrin Iam fugit ipſa, lupi Mœrin uidere priores. Alij putant ex nutricum fabulis natum, pueros ludiſſi cantium terrore lupi paulatim Capua ueniẽtis uſq; ad limen cubiculi. Nã falſum eſt quod dicitur interueniſſe lupum Neuianæ fabulæ alimoniæ Remi & Romuli, dum in theatro ageretur. Fuge modo intro.] Non dixit I, uel abi, uel uade: ſed, fuge, tanta celeritate opus eſt.

Si quid rogabit, nuſquam tu me.] Magna uirtute Terentius rudem, ſimplicẽ, timidumq; inducit Cteſiphonem ab initio: ut is ſit qui mox opprimeretur cum meretrice accumbens, interuentu patris, ob imprudentiam ac ruſticitatem ſuam. Nuſquam tu me.] Familiaris ἐπιφώνησις & apta properanti. quare hæc omnia preſſa uoce cum celeritate pronuntianda ſunt.

ACTVS IIII. SCENA II

Trochaici quadrati catalectici, unus Denarius. paucis Iambicis immixtis.

DEMEA. CTESIPHO. SYRVS

D. NAE ego homo ſum infelix? primũ fratrẽ nuſq; inuenio gentium.
Præterea autem dum illum quæro, à uilla mercenarium
Vidi is filium negat eſſe ruri, nec quid agam ſcio.
C. Syre. S. quid ais? C. me quærit? S. uerum. C. perij. S. quin
tu animo bono es.

Quid

D. Quid hoc (malum) infelicitatis? nequeo ſatis decernere:
Niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſerijs.
Primus ſentio mala noſtra primus reſciſco omnia.
Primus porrò obnuntio ægrè ſolus, ſi quid fit, fero.
S. Rideo hunc primum ait ſe ſcire, is ſolus neſcit omnia.
D. Nunc redeo, ſi forte frater redierit uiſo. C. Syre
Obſecro, uide ne ille huc prorſus ſe irruat. S. etiam taces?
Ego cauebo. C. nunquam hercle hodie ego iſtuc committam tibi.
Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam, id tutiſſimum eſt.
S. Age, tamen ego hunc amouebo. D. ſed eccum ſceleratum Syrum.
S. Non hercle hic quidem durare quiſquam ſi ſic fit, poteſt.
Scire equidem uolo, quot mihi ſint domini quæ hæc eſt miſeria?
D. Quid ille gannit? quid uolt? quid ais bone uir? hem eſt frater domi?
S. Quid (malùm) bone uir mihi narras? equidem perij. D. quid tibi eſt?
S. Rogitas? Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam
Vſq; occidit. D. hem quid narras? S. hem uide ut diſcidit labrum.
D. Quamobrẽ? S. me impulſore hãc emptã eſſe ait. D. nõ tu eũ rus hinc modo
Produxe aiebas? S. factum, uerum uenit pòſt inſaniens.
Nihil pepercit non puduiſſe uerberare hominem ſenem,
Quem ego modo puerum tantillum in manibus geſtaui meis?
D. Laudo Cteſipho patriſſas abi, uirum te iudico.
S. Laudas? næ ille continebit poſthac, ſi ſapiet, manus.
D. Fortiter. S. perquàm quia miſeram mulierem & me ſeruolum,
Qui referire non audebam, uicit, hui, perfortiter.
D. Non potuit melius idem ſenſit quod ego, te eſſe huic rei caput.
Sed eſtne frater intus? S. non eſt. D. ubi illum quæram, cogito.
S. Scio ubi ſit, uerùm hodie nunquàm monſtrabo. D. hem, quid ais?
S. Itá. D. diminuetur tibi quidem iam cerebrum. S. at nomen neſcio
Illius hominis, ſed locum noui ubi ſit. D. dic ergo locum.
S. Noſtin' porticum apud macellum hanc deorſum? D. quidni nouerim?
S. Præterito hac recta platea ſurſum ubi eò ueneris,
Cliuos deorſum uorſum eſt hac te præcipitato poſtea
Eſt ad hanc manum facellum ibi angiportum propter eſt.
D. Quònam? S. illic ubi etiam caprificus magna eſt. noſtin'? D. noui.
S. hac pergito. *Videntur Cretici*
D. Id quidem angiportum non eſt peruium. S. uerum hercle, uah,
Cenſen' hominem me eſſe? errauí in porticum rurſum redi.
Sanè hac multo propius ibis, & minor eſt erratio.
Scin' Cratini huius ditis ædes? D. ſcio. S. ubi eas præterieris,
Ad ſiniſtram hac recta platea ubi ad Dianæ ueneris,
Ito ad dextram, prius, quàm ad portam uenias apud ipſum lacum

Eſt pi-

Est pistrilla,& ex aduersum est fabrica ibi est. D. quid ibi facit?
S. Lectulos in sole ligneis pedibus faciundos dedit.
Vbi potetis uos. D. recte sanè sed cesso ad eum pergere?
S. I sanè,ego te exercebo hodie,ut dignus es,filicernium.
Æschinus ociose cessat prandium corrumpitur.
Ctesipho autem in amore est totus.ego iam prospiciam mihi.
Nam iam adibo,atq; unum quicq;,quod quidem erit bellissimum
Carpam,& cyathos sorbillans paulatim hunc producam diem.

NAe ego infelix homo sum.] In hoc actu exemplum est,neminem facilius, q̃ optimum quẽq; falli atq; deludi:ut Virgil.ait.Et næ,ualde significat.ut, Næ illi uehementer errant,Cicero in Catilinam. Næ ego sum homo infelix. Vide initium cõueniens perpetuo mœrori Demeæ: per totam fabulam,aut disperij dicit, aut defessus sum,aut aliquid tale semper,quod queratur: ita tamẽ,ut cum augmento sit miseria,quotienscũq; processerit.nam plus est quod nunc dixit, Næ ego infelix homo sum,quàm disperij: Nusquam inuenio gentium.Abundat gentiũ. A uilla mercenarium uidi.] Sapientissime Terentius,etsi proxima uilla est,necessario senem ad reliquos actus fabulæ noluit ab urbe discedere,personæ senilis memor.nam & arduum fuerat,dum redit,& cruciabile,ne fatigatio eius in tragœdiam transiret.Recte igitur inuenit à mercenario illi in urbe narratum,ruri non esse Ctesiphonem.at ubi persona est adolescentis: & proficiscitur ad uillam:& continuo redit.ut in Eunucho Phædria.Et,à uilla:utrum à,pro de,positum est, ut sit,de uilla:an deest uenisse,ut sit,à uilla uidi uenisse mercenariũ? Nec quid agam scio.] Vtrum fratrem an filium magis quæram.nam senex querulus,tria dicit esse incommoda si/bi:quòd fratrem nõ inueniat:quòd Ctesipho ruri non sit:quòd utrum in urbe mancat,an ad uillam abeat,ipse nesciat. Verum.] Modo uerum,nomen non est, sed aduerbium cõfirmãtis,id est uere. Perij.] Hæc Ctesiphonis perturbatio huc tendit Poetæ arte,ut deprehendatur cum amica filius,repente ingresso sene. Quin tu animo bono es?] Nunc quin, pro quinimo positum est. Quid hoc, malum, infelicitatis?] Abundat malum. Quid hoc, malum,infelicitatis? Deest,deos testor. Quid hoc,malum,infelicitatis? Hic autem Malum, pro interiectione positum:& est dictum,quasi,ò malum.& est dictum anxij hominis & perturbati nimis. Nisi me credo.] Pro,nisi quia iam supereſt, ut me credã. hic enim sensus est in huiusmodi locutione,Nisi me credo huic esse natum rei. Nisi me credo huic esse natum rei.Noua locutio,pro,nisi quia credo.Et,huic rei,potest subtrahi,incolumi sensu:ut, nisi me credo natũ esse ferendis miserijs.Ergo,huic rei,subdistinguendum:& sic inferendum,ferendis miserijs.Ergo,huic rei,pro, ad hanc rem. Primus sentio mala.] ἰσαναφορά. Primus sentio mala nostra,primus resciscomnia.] Primus porrò obnuntio.] Qui malam rem nuntiat, obnuntiat:qui bonam,annuntiat.nã proprie obnuntiare dicunt Augures, qui aliquid mali omi/nis sæuumq; uiderint.Ergo,obnuntio malum imminens,quasi omen nuntio.inde enim ἐνομολογία huiusce uerbi est. Aegre solus,si quid est,fero.] Praue scilicet. Is solus nescit omnia.] Et bene solus,utpote de multis:quia cũ sciat Mitio, Syrus, Aeschinus, Ctesipho,populus, hic solus fallitur. Si forte frater redierit,uiso.] Pro,si rediit. Huc prorsus se irruat.] Neutrum uerbum quasi actiuum se irruat posuit. Vide ne ille huc. Iam metuitur quod futurum est.Et cum neutrum sit irruat,noue intulit se. Præterea sic dixit irruat, tanquam de eo qui pugnaturus sit.ut in Eunucho, Quàm mox irruimus? Aut tanquã de sue.ut Horatius, Hac lutulenta ruit sus.Et Virgilius,Ipse ruit,dentesq; Sabellicus exacuit sus. Etiã taces.] Antique,pro tace.Sic in Andria,Etiam tu hoc respondes.pro responde.Est ergo correptionis significatio. Hodie ego istuc cõmittam tibi.] Quod ago, id est complexum mulieris.

Nam me iã in cellam aliquam cũ illa cõcludam.] Id egit stulte adolescens, ut ibi deprehendatur ubi conclusus est.sed sic ipse egit,ut possit subterfugere non deprehensus,conspectum patris. In cællam aliquam cum illa.Legitur figuratiue:ut dicimus in locum, pro in loco.In cællam concludam,non in cælla ait.Et mire,ut reclusum tutumq; locũ subiret,cælam scilicet,quam ob ea quæ in ipsa cælantur,clausam esse conueniat.nam & cælla,& cællarium, à reponẽdis cælandisq; rebus esculentis & poculentis dicunt. Age, tamen ego hũc amouebo.] Mire amouebo,dixit,non,deterrebo.nam proprie,amouetur saxum de loco.in quo uerbo,significat imminere sibi magnũ laborem in hoc opere. Et uide ἀνθησιν: Supra, ut pecu/

Nusquam gentium
Primus
Solus
Obnuntio
Annuntio
Cælla
Cællarium
Amouere

ut pecudem abigam hunc rus,dixit:modo,ut saxum, amouebo,inquit. Non Hercle hic quidem durare quisquam,si sic fit,potest.] Nimis moraliter expressa uerba sunt serui uerberatum se indicantis.quis non ex uerbis,seruũ uerberatum intelligat? & seruum recens uerberatum? & seruũ fugam cõminantem? Mire autẽ,non ego,sed quisquã dixit. nec permanere:sed durare.nam hoc uerbũ,perferendis malis conuenit.ut Virgilius, Durate, & uosmet rebus seruate secundis.Hæc autẽ omnia sic dixit,quasi non uideat Demeam. Quot sunt mihi domini.] Et hic apparet nõ à legitimo domino uerberatũ esse. Quæ hæc est miseria?] Deest,quam patior.& quasi cõploratio quædam est flebilis post querelas. Quid ille gannit?] Gannitus est proprie ueluti ploratus uapulantium. Quod, malũ.] Et hic malũ, pro interiectione abundat. Ctesipho me pugnis miserũ,& istam psaltriam usq; occidit.] Mire interiecit miserũ:& necessario,usq; addidit:ut ostenderet Occidit nimiæ cædis uerbum, nõ occisionis intelligi oportere. Vsq; occidit.Propè occidit:aut,usq; pro ualde est,occidit pro uehemẽter cæcidit.Nam occidere,& peroccidere,ad cædem referebant apud ueteres. Vsq; occidit. ἰσχνολογῶν. non enim occisus loquitur. Hem,uide ut discidit labrum.] Non ostẽdit, sed uidetur ostendere seni parum iam uidenti,& intra os. Hem uide ut discidit labrum. Asper,mediam longam à cædendo accipit:ego mediã breuem à scindendo. Non tu eum rus produxe aiebas?] Mire Terentius eosipsos qui falluntur,ex aliqua parte cautos facit, ut eo delectabilius spectatoribus procedant doli.nam quæ gratia est aut delectatio stultissimũ fallis? Non tu eum rus hinc modo produxe aiebas? Memoriter senex,non solum quid dixerit Syrus pauloante,sed quibus uerbis dixerit,refert.nam sic dixerat, Quẽ egomet produxi: Verũ uenit post insaniens.] Suprà.Produxi iratum admodum.nunc αὐξητικῶς non iratũ prædicat,sed insanũ. Nihil pepercit.] Vt suprà,Nihil reticuit.sic dicimus in his quæ præter expectationem gesta sunt. Verberare hominẽ senem.] Miserũ fit de ætate id,quod de cõditione non poterat. Quem ego modo puerũ tantillum,in manibus gestaui meis?] Addidit ætati inuidiam & meritum recens.hoc est enim quod dicit,modo.Et tantillum, λεπτὸν ἀπὸ τοῦ τίλλειν est.uidetur enim manu fingere,quàm paruulum. Laudo Ctesipho patrissas.] Facile inductus est senex uarietate fraudis & doli.nã Syrus & suprà, ut laudans,nõ ut uituperans Ctesiphonem:& nũc,ut accusans,idem perficit,atq; persuadet. Patrissas. αὐξητικῶς. nam ut suprà dixerat,Spero est similis maiorum suorum:hic confirmat quod sperare se dixerat.

Et uirum te iudico inquit,non,adolescentulum.hoc enim,ad ætatem & probitatem, non ad sexum refertur. Patrissas.Attende,quàm bene inuentum sit inanem se dicere.nónne uidetur ibi stultissimus,cum huiusmodi laude non modo se nõ laudare uelle, quod odiosum est:sed etiam filium apud intelligentes uituperare uideatur? si quidẽ non solum hic stultus: sed etiam ille,quia patrissas inquit. Patrissas.Tam securus est,ut se laudet,Et Abi addidit: quasi dicat,Non est quod iã demorer.perfectus es. Laudo Ctesipho.Hic totus uersus mire dolosum ostendit senem. Næ ille continebit Posthac, si sapiet,manus. Comminatio est subtilis:& parcior,uelut seruj. Perquã.] Nimis; ἰρωνεία. Et me seruulum.] Oratorie,non seruum,sed seruulum:cum sit senex. Non audebam.] Non poteram. Hui,perfortiter.] Hoc,gestu seruili,& nimis leuiori personæ congrue,dictum est. Non potuit melius.] Id est, Laudo te Ctesipho:& deest,fieri. Idem quod ego.] Id est patrissas,uirum te iudico. Sed estne frater intus?] Deest,respondet:ut sit,responde. Verũ hodie nunquam monstrabo. Volens senem auidius quærere,quòd hic ardor semper paratissimus credentes etiam fallit, et fingit se nolle dicere.Hodie autem,aut abũdat:ut,Nunquam omnes hodie moriemur inulti.aut,nunquam hodie,pro,nullo tempore huius diei.quia nunquam:per se generale est.

Diminuetur tibi quidem iam cerebrum.] Cõminationis genus uerba ipsa indicãt:ut appareat senem baculũ sustulisse. At nomen nescio illius hominis:sed locũ noui ubi sit.] Recte,quia si hominem diceret,non erat errandum agnita persona hominis,& ubi habitet cognito si notus esset,nulla causa quærẽdi superesset. Dic ergo locum.] Dic ergo, quasi inuitum coegerit.Ergo,semper addimus ut hortemur tarde quid facientes.ut Virg. Ergo age, chare pater,ceruici imponere nostræ. Nostin porticum apud macellum?) Conuenit rusti co & parcissimo seni macellum in urbe nescire.& ideo sic interrogatur à seruo. Hanc deorsum.) Bene,hanc deorsum:quia nõ est una. Hac recta.) Proprie,hac parte: ut manu uiam ostendere uideatur. Quid ni norim? Correptiue, quid ni:pro quid nisi? Etenim quamuis rusticus,tamen est ciuis Demea. Vbi eo ueneris,deorsum cliuus uersum est:hac te præcipitato.] Hoc lentius quidam clarius legunt:ut sit,præcipitato,cito descende. Ad hanc manum.] * dicitur,in quo non permanet certum dextrum,nec certum sinistrum: & ideo proficit in errorem uult enim seruus hæc signa esse perplexa. Et sacellum,ut Varro ait,sacra cella est. Propter.] Prope. ut Virgilius, Templum de marmore ponam Propter aquam.Et Lucretius,propter aquæ riuum sub ramis arboris altæ. Vbi etiam caprificus

Durare
Gannit
Malum
Perquam
Ergo
Præcipito
Propter

magna eſt.] In hoc Homerum imitatus eſt, qui dicit Caprificum prope Troiana mœnia cõſtitutam. Hac pergito. Non, ito: ſed quia longum eſt, pergito. Id quidem angiportum.] Id eſt anguſta & curua uia: quaſi angiportus: ut angitia, aut anguitia. Alij, quòd inter portus ſit locus anguſtus, hoc eſt inter domos. Nam domos, uel portus, uel inſulas ueteres dixerunt. Et obſerua Terentianam conſuetudinem, in qua inducit non nihil ſapere eos qui ſaluntur. Cenſen' me hominem eſſe: erraui.] Calliditas eſt maxima, deprehenſum mendacium non defendere, ſed fateri: ut opinionem ſimplicitatis acquirat. Vides igitur ut ipſe ſibi ſuccenſeat tanquã imprudens errauerit: nõ doloſus impulerit interrogantem. Et mire ſe negat hominem: tanquã homo corde ſit, non corpore. Sanè hac multo propius ibis.] Quaſi erraſſe profuerit illa uia. Et ſanè, pro ſatis, ac ualde: quia qui ſanus eſt, idẽ & ualidus. Minor eſt erratio.] Erratio eſt pecudum: Error, animi eſt. & loci in quo erratur. Cratini huius ditis ædes: Congrue nomen inuenit diuiti Cratinus, ἀπὸ τοῦ κράτους, id eſt à potentia. Adſiniſtram hac. Deeſt, ito: figura ἔλλειψις. Vbi ad Dianæ ueneris.] Sic abſolute dicebant, non addito templo. Salluſtius, Ad Iouis mandem noſtra. Priuſquam ad portam uenias.] Portam dicendo, oſtendit uſq; ad muros finemq; ciuitatis erraturum Demeam. Porta autẽ, ab aratro portando dicta eſt, quòd in eo loco coloniæ deductor & cõditor, ſubiunctis uacca & tauro, aratrum, quo urbem deſignat, ſuſpendit manu: ne imprimat ſulcos, ubi ciuitatis aditus relinquendi ſunt. Apud ipſum lacum.] Credibiliter addidit lacũ. nam Varro docet, ſemper lacum portis additum: ſcilicet ob uſum iumentorum exeuntium & introeuntium: præterea ut aduerſum hoſtilem ignem portis de proximo ſubueniretur. Eſt piſtrilla.] Veteres abſolute dicebant piſtrinam, ut ſutrinam, & medicinam, ad tabernam referentes. nam piſtrino piſtrina non conuenit. Et ſimulata diminutiua diuerſa ſunt à genere nominum primæ poſitionis, ut Rana, ranunculus. ut eſt in his: ſcutum, ſcutella, canis, canicula. Lectulos in ſole iligneis pedibus faciundos dedit.] In urbe conuiuium aut in ſole aut in umbra, pro conditione temporis, inſtruebatur. Repente igitur interrogatus quod minime opinabatur quæſiturum ſenem, arripuit ſtatim lectulos. Et quia potuit ſenex dicere, Mentiris, nã habet lectulos: addidit ex tempore, in ſole. Et ne eos quoq; habere diceret, addidit, iligneis pedibus faciundos. ſed hoc, geſtu actoris adiutum eſt: quaſi eodem tempore ſeruus & quærat quid dicat, & reſpondeat. Vbi potetis uos.] Incerta perſona eſt: nã Syro, uel Demeæ hoc dictũ iungi poteſt. Bene ſanè.] Hic εἰρωνία eſt, non approbatio. I ſanè.] Aut abundat ſanè: aut inferioribus iungitur. Silicerniũ.] Cœna quæ infertur diis manibus, quòd eam ſilentes cernant, id eſt umbræ poſſideant: uel quòd qui hæc inferant, cernant, neq; deguſtent. Nam de his quæ libantur inferis quiſquis comederit, aut biberit, funeſtatur. Aut erit ſilicernium ſenex, qui iã iamq; ſilentibus umbriſq; cernẽdus ſit: & ſic eſt melius, quàm ut quidam Xenophanta interpretatur. putatis Xenophanta ſic nos Silicernium intelligere hoc eſt Silicem cernentem ſenem, dum incuruus eſt, uel ſtratæ ſaxo uiæ, uel ſarcophagi iam iam appropinquantis ſibi. Ocioſe Aeſchinus ceſſat. prandium corrumpitur.] ἀσύνδετον. deeſt Et. Prandium corrumpitur. Vt coquus dixit: qui ſciat conditionem quandam magis ſeruentem placere. Ego iam proſpiciam mihi.] Iam, interdum ſignificat feſtinationem: ut nunc. Interdum ad deſcribendum ponitur, & increpandam moram: ut, Iam melior, iam dua precor. Et, Vos quoq; pergameæ iam fas eſt parcere genti Diſq; deæq; omnes. Et proſpiciam mihi dixit, tanquam hoc ſentiat, Illi ſua agunt negotia: & ego illorum exemplo conſuliam mihi. Et bene proſpiciam: quaſi nõ pranſurus, niſi prouidero mihi. Cteſipho autem in amore eſt totus.] Non potuit plus dici de incondita ac nimia uoluptate. Belliſſimũ.] Proprie belliſſimum dixit. unde & huiuſmodi ad irritandam gulã cibi, bellaria dicuntur. Carpam.] Modo eligam. Aliàs lædam ſignificat: ut, Carpit enim uirespaulatim, uritq; uidendo Fœmina. Aliàs fruar: ut, Carpamus dum mane nouum, dum flumina creſcunt. Et Perſius, Genio carpamus dulcia, id eſt fruamur rebus dulcibus. Paulatim hunc producam diem.] Bono uerbo uſus eſt ad metaphoram, tanquam uel morientis diei. Vt eſt, nec te tua funera mater Produxi preſſi à oculos.

Caprificus *Pergere* *Angiportum* *Portus* *Inſula* *Erratio* *Error* *Ad Dianæ* *Porta* *Lacus* *Piſtrilla* *Sutrina* *Medicina* *Diminutiua* *Silicernium* *Iam* *Belliſſimum* *Bellaria* *Carpo*

ACTVS IIII. SCENA III

Quadrati Iambici & Trochaici.

MITIO. HEGIO

M. EGO in hac re nihil reperio, quãobrem lauder tantopere Hegio·
Meum officiũ facio·quod peccatum à nobis ortum eſt corrigo·
Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominũ numero, qui ita putant,
Sibi fieri iniuriam, ultrò ſi, quam fecêre ipſi, expoſtulant,
Et ultrò

Et ultrò accuſant·id quia non eſt à me factum, agis gratias.
H. Ah minimé·nunquam te aliter, atq; es, in animum induxi meum.
Sed quæſo ut unà mecum ad matrem uirginis eas Mitio·
Atq; iſthæc eadem, quæ mihi dixti, tu te dicas mulieri:
Suſpicionem hanc propter fratrem eius eſſe, & illam pſaltriam.
M. Si ita æquum cenſes, aut ſi ita opus eſt facto, eamus. H. bene facis·
Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore, ac miſeria
Tabeſcit, & tuo officio fueris functus·ſed ſi aliter putas,
Egomet narrabo, quæ mihi dixti. M. imò ego ibo. H. bene facis·
OMNES QVIBVS RES SVNT minus ſecundæ, magis ſunt neſcio quo modo *Trochaici catalect.*
Suſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis
Propter ſuam impotentiam·ſe ſemper credunt negligi.
Quapropter te ipſum purgare ipſis coràm placabilius eſt. *Iamb. tetra.*
M. Et rectè, & uerum dicis. H. ſequere me ergo hac intrò. M. maxumé.

EGO in hac re nihil reperio.] Hæc ſcena eſt plena ſentẽtiarum ſenilium ad officia demonſtranda. Et tantopere, uim aduerbialem in ſe continet. nam ſignificat nimis. Quod peccatum à nobis ortum eſt corrigo.] Si diceret, peccatum eſt à nobis, participium fuiſſet. nunc quia ortum addidit, nomen eſt. Nunquã enim eadem pars orationis iungi, niſi per ἀσύνδετον, poteſt. Si quam fecere, ipſi expoſtulant.] Hic diſtingue: & ſeparatim infer, ipſi expoſtulant. Si quam fecêre, ipſi expoſtulant. Senſus eſt manifeſtus: ſed obſcura ſunt uerba, & eorũ collocatio, & diſtinctio. nam incertum, utrum, ſi expoſtulant, intelligendum ſit: an, ſi quam, pro una parte orationis accipi oporteat. Vltro accuſant.] Vltro, nunc praue & peruerſe. Id quia à me non eſt factum.] Hæc interrogatio, quaſi ſubtriſti uultu eſt proferenda. Ah, minime.] Non, minime ago: ſed, minime te credo eſſe in illorum numero. Quæſo ut una mecum.] Seruauit τὸ πρέπον, adijciendo unà mecum eas: quippe ad incognitam matremfamiliâs. Tute dicas mulieri.] In nomine oſtendit cur hæc ipſe dicat. mulieri enim, inquit, nimis pauidæ ac diffidenti.

Suſpicionem hanc propter fratrem eius eſſe.] Nimis breuiter ac ſuccincte, & ut oportuit inter ſcientes. Et illam pſaltriam.] Propter fratrem eius eſſe, ſubaudiendum eſt. Si ita æquum cenſes.] A iuſto & utili eſt tota ſententia. Et ſanè hi uerſus deſunt, quos multa exemplaria non habent. Nam & illi animũ iam releuabis.] Et deinceps illi maluit dicere, quàm nurui, adhuc diuitem reueritus. Dolore ac miſeria.] Dolore, parturientis: Miſeria, iniuria ab Aeſchino accepta. Sed ſi aliter putas.] Artificioſe, remittendo quod petebat, extorſit magis. Imò ego ibo.] Hoc aduerbio quod ait imò, oſtendit ſe prompte agere, & inſtanter quod promiſit. Minus ſecundæ.] Dicere ſic maluit, ne Miſeræ diceret. Neſcio quo modo.] Hoc eſt, uehementia, nulla palàm ratione. Accipiunt magis.] Mire additum magis: cum poſſit ſenſus & ſine hoc eſſe integer. Propter ſuam impotentiam.] Infirmitatem. Et rurſus noluit humilitatem aut miſeriam dicere. Negligi.] Legitur & claudicare. Quapropter te ipſum purgare.] Vtrum te ipſum, una pars orationis ſit: an diuiſe accipiendum: ut ſit, te Mitionem, ipſum Aeſchinum purgare. Coràm, indiget adiectione, Palàm nõ indiget. Et præterea coràm ad certas perſonas refertur: Palàm, generaliter dicitur. Et recte & uerum dicis. recte, ad uerba retulit: Verum, ad rem atq; ſententiã. Poteſt enim rectè & falſum dici, dummodo nullo uitio uerborum nominumq; dicatur, quanquam & ipſum fallere in tempore, quidam de officijs ſcribentes rectum putent.

Tantopere *Siqua* *Minus ſecũdæ*

ACTVS IIII. SCENA IIII

Iambici quadrati acat. Senarius unus. Scazon. troch. catal. quad.

AESCHINVS

DISCRVCIOR animi hocine de improuiſo mali mihi obiĩci
Tantũ, ut neq; quid me faciam, neq; quid agam, certum ſiet?
Membra metu debilia ſunt: animus timore obſtupuit. *Troch.*
Pectore conſiſtere nihil conſilij quit. uah, quomodo
Me ex hac expediam turba? tanta? nunc ſuſpicio de me incidit,
Neq; ea immerito. Soſtrata credit mihi me pſaltriam hanc
Emiſſe: id anus mihi indicium fecit. *Trochaicus dimeter hypercat.*
Nam ut hinc forte ea ad obſtetricem erat miſſa, ubi eã uidi, illico *Iamb. tet.*
Accedo, rogito, Pamphila quid agat: iam partus adſiet?
Eóne obſtetricem accerſat? illa exclamat. Abi, abi, iam Æſchine
Satis diu uerba dediſti nobis, ſatis adhuc tua fruſtrata eſt fides.
Hem quid iſtuc obſecro inquam eſt? ualeas: habeas illam, quæ placet.
Senſi illico id illas ſuſpicari, ſed me reprehendi tamen,
Nequid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palám:
Trochaica catal. quad. Nunc quid faciam? dicam fratris eſſe hanc? quod minime eſt opus
Vſquam efferri: age, mitto, fieri potis eſt, ut ne quà exeat:
Ipſum id metuo ut credant: tot concurrunt ueriſimilia:
Egomet rapui: ipſe egomet ſolui argentum. ad me abducta eſt domum.
Hæc adeò mea culpa fateor fieri, non me hanc rem patri
Vtut erat geſta indicaſſe: exoraſſem ut eam ducerem.
Ceſſatum uſq; adhuc eſt, nunc porrò Æſchine expergiſcere.
Nunc hoc primum eſt, ad illas ibo ut purgem me, accedam ad fores.
Perij perhorreſco ſemper, ubi pultare haſce occipio fores.
Heus, heus, Æſchinus ego ſum, aperite aliquis actutum oſtium.
Prodit neſcio quis: concedam huc. *Verſus perficitur proxima ſcena.*

Obijcio DIſcrucior animi.] Hoc loco χαρακτῆρα amantis modice iuuenis, & ſenis facit indulgentis, ac lepidiſſimi patris Diſcrucior animi. ἀντανάδοσιν figura: ut, O præſtans animi. Obijci.] Proprie, quia inopinanti: nam obijci dicitur, in utranq; partem: ut ſi quos antè quis uidet quàm expectauerit. quo uerbo, magnitudo doloris oſtenditur ex improuiſo incommodo. Hocine de improuiſo mali.] Hæc uerba, repentino nuncio perculſum indicant Aeſchinum propter diuortium ſtare: & *Quid me faciam* quid me faciam, quàm, quid faciam. illud enim de rebus: hoc, de ipſo homine intelligitur. Nec quid agam, certum eſt.] Certum eſt, pro certum ſit. niſi forte ut, quàm ſignificet. Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit.] Metu patris: Timore diuortij. Nunc ſuſpicio.] Modo oſtenditur cauſa trepidationis Aeſchini. Id anus mihi indicium feçit.] Illa anus cui Soſtrata dixerat, Curre, obſtetricem accerſe. Nam ut hinc forte ea ad obſtetricem erat miſſa.] Apparet inter cætera anum dixiſſe ad obſtetricem ſe miſſam. an ultro hæc ſuſpicatus eſt Aeſchinus? Hinc autem addendo, oſtendit ſe ante fores Soſtratæ ſtare: ut alibi, Ex Andro, commigrauit huc uiciniæ. Vbi uidi.] Sunt qui addunt ſuperuacue Hanc: & legunt, hanc ubi uidi. Pamphila quid agat. iam partus adſiet.] Amatoria interrogatio, qua monſtrat Aeſchinus curæ ſibi eſſe res omnes. Illa exclamat.] Non, reſpondet: ſed

ſed, exclamat. Et bene uim addidit ad exclamationẽ fuiſſe. Ergo à uocis ſono exclamat, non à uerbis. Abi abi iam Aeſchine, ſatis diu uerba dediſti nobis.] Vſq; dum intelligeremus. Sat adhuc nos tua fruſtrata eſt fides. Vſq; dũ deciperemur. Hem, quid iſtuc obſecro inquam eſt?] Hem interiectio eſt nouas res & inopinatas audientis. Valeas, habeas illam.] *Valeas* Quaſi recedat & longe abſit, ut in Andria, Valeant qui inter nos diſſidium quærunt. Garrulæ.] Vtpote anui. Ac fieret palàm.] Demeæ ſcilicet, cui minimè opus fuit. Nunc quid faciam?] Figura διαπόρησις. Vt ne qua exeat.] Erumpat: ut, Cum ſpumeus amnis Exijt, oppoſitasq; euicit gurgite moles. Ipſum id metuo ut metuant.] Ipſum, quòd fratri rapui. & *Vt* Vt, pro ne non poſuit. Tot concurrunt ueriſimilia.] Vt mea eſſe credatur. Ad me abducta eſt domum.] Proprie, nõ dixit adducta, ſed abducta: Abducitur enim alienum. ut in He *Abduco* autontimorumeno, Abducimus tuam Bacchidem. Ad me autem, domum moraliter dixit, *Ad me* pro, ad domũ meam. an ideo ad me, quia & illic luctatus leno eſt in retinenda cõtra Aſchinum puella? Vtut erat geſta indicaſſe.] Id eſt, ſiue male, ſiue bene geſta erat. Vt enim, certam qualitatem ſignificat: utut incertam: quaſi dicat, quoquo modo, male bene. Exoraſſem ut eam ducerem.] Sic enim promiſerat ſe Soſtratæ facturum. Nũc iam porrò Aeſchine expergiſcere.] Sic & alibi, Enimuero Daue, nihil loci eſt ſegnitiæ neq; ſocordiæ. Legitur & Etiã quod eſt correptiuum interdum. Nunc hoc primum.] Primum, ab eo quod rogãdus eſt pater. Accedam ad fores.] Soſtratæ ſcilicet. Horreſco ſemper.] Satis amatorie: *Horreſco* nã nimiũ ſemper eſt calor, & frigus recedit à corpore. ut, Totus Parmeno tremo, horreoq;, poſtquàm aſpexi hanc. Aperite aliquis actutum oſtium.] Vim pluralem habet Aliquis, *Aliquis* quamuis ſingulariter dicatur: nõ eſt enim aliquis, niſi de multis. recte ergo, aperite aliquis: *Aperite* & noue: nã nõ placet illud, ubi duæ diſtinctiones ſunt, unde aperite eſt una, altera Aliquis *aliquis* actutum oſtiũ. Vt aſſumatur rurſus, aperiat. proprie enim ueteres & quis, & aliquis, & quiſquam, non obſeruabant quo genere aut quo numero declinarent, eſt ergo figura ἀφ. αἴτιμός. *Quis*

ACTVS IIII SCENA V

Iambici quad. acatal. & catalect. Dimeter unus. Cæteri trochaici quad. catalect. Iamb. Senarij.

MITIO. AESCHINVS

M. ITA uti dixi Soſtrata
Facite ego Aeſchinũ cõueniã, ut quomodo acta hæc ſint, ſciat. *Troch. tetra.*
Sed quis oſtium hoc pultauit? AE. pater hercle eſt: perij.
M. Aeſchine.
AE. Quid huic hic negoti eſt? M. túne has pepuliſti fores? tacet:
Senarij Cur non ludo hunc aliquantiſper? melius eſt. *Si addas nunc, uerſus conſtat*
Quandoquidem hoc nunquam mihi ipſe uoluit credere.
Nihil mihi reſpondes? AE. non equidem iſtas, quod ſciam.
M. Itáne? nam mirabar quid hic negoti eſſet tibi. *Ita. prima pertinet ad uerſum præ*
Erubuit: ſalua res eſt. AE. dic ſodes pater. *cedentem*
Tibi uerò quid iſtic eſt rei? M. nihil mihi quidem:
Amicus quidam me à foro abduxit modo
Huc aduocatum ſibi. AE. quid? M. ego dicam tibi.
Habitant hic quædam mulieres pauperculæ,
Vt opinor, has non noſſe te, & certò ſcio:
Neq; enim diu huc commigrarunt. AE. quid tum poſtea?
M. Virgo eſt cum matre. AE. perge. M. hæc uirgo orba eſt patre.
Hic meus amicus illi genere eſt proxumus:
Huic leges cogunt nubere hanc. AE. perij. M. quid eſt?

AE. Nihil rectè perge. M. is uenit, ut secum auehat
Nam habitat Mileti. AE. hem, uirginem ut secum auehat?
M. Sic est. AE. Miletum usq; obsecro? M. ità. AE. animo male est.
†Quid ipsæ? quid aiunt? M. quid istas censes? nihil enim *al. Quid ipsæ aiunt?*
Commenta mater est, esse ex alio uiro
Nescio quo puerum natum, neq; eum nominat.
Priorem esse illum, non oportere huic dari.
AE. Ehò nónne hæc iusta tibi uidentur postea?
M. Non. AE. obsecro non? an illam hinc abducet pater?
M. Qui ni illam abducat? AE. factum à uobis duriter,
Immisericorditerq; atq; etiam, si est pater
Dicendum magis apertè, illiberaliter.
M. Quamobrem? AE. rogas me? quid illi tandem creditis
Fore animi misero, qui illi consueuit prius,
(Qui infelix haud scio an illam nunc miserè amat)
Cum hanc sibi uidebit præsens præsenti eripi,
Abduci ab oculis? facinus indignum pater.
M. Qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit?
Cui quando nupsit? autor his rebus quis est?
Cur duxit alienam? AE. an federe oportuit
Domi uirginem tam grandem, dum cognatus huc
Illinc ueniret, expectantem? hæc mi pater
Te dicere æquum fuit, & id defendere.
M. Ridiculè aduorsum ne illum causam dicerem,
Cui ueneram aduocatus? sed quid ista Aeschine
Nostrâ, aut quid nobis cum illis? abeamus. quid est?
Troch. catalect. quad. Quid lacrumas? AE. pater obsecro, ausculta. M. Aeschine audiui omnia,
Et scio nam te amo quo magis quæ agis curæ sunt mihi.
M. Ità uelim me promerentem ames, dum uiuas, mi pater,
Vt me hoc delictum admisisse in me id mihi uehementer dolet,
Et me tui pudet. M. credo hercle nam ingenium noui tuum
Liberale sed uereor ne indiligens nimium sies.
In qua ciuitate tandem te arbitrare uiuere?
Virginem uitiasti, quam te ius non fuerat tangere.
Iam id peccatum primùm magnum, at humanum tamen.
Fecere alij sæpe, item boni at postquàm id cuenit, cedo,
Nunquid circunspexti? aut nunquid tute prospexti tibi
Quid fieret? quà fieret? si te ipsum mihi puduit dicere,
Quà resciscerem? hæc dum dubitas, menses abierunt decem.
Prodidisti & te, & illam miseram, & gnatum, quod quidem in te fuit.
Quid credebas? dormienti hæc tibi confecturos deos?

Et illam

Et illam sine tua opera in cubiculum iri deductum domum?
Nolim cæterarum rerum te socordem eodem modo.
Bono animo es, duces uxorem hanc. AE. hem. M. bono animo es, inquam
AE. pater
Obsecro num ludis tu nunc me? M. ego te? quamobrem? AE. nescio,
Nisi quia tam misere hoc cupio esse uerum, eò uereor magis.
M. Abi domum, ac deos comprecare, ut uxorem accersas abi.
AE. Quid? iám uxorem? M. iam. AE. iam? M. iam quantum potes. AE. Di
me pater
Omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos.
M. Quid? q̃ illã? AE. æquè. M. perbenigné. AE. quid, ille ubi est Milesius?
Abijt periit nauem ascendit sed cur cessas? AE. abi pater.
Tu potius deos comprecare nam tibi eos certè scio,
Quo uir melior multò es, quàm ego sum, obtemperaturos magis.
M. Ego eo intrò, ut quæ opus sunt parẽtur tu fac ut dixi, si sapis. *Iamb. quad. acat.*
AE. Quid hoc est negoti? hoc est patrẽ esse, aut hoc est filium esse? *Iamb. cat sca?*
Si frater, aut sodalis esset, qui magis morem gereret?
Hic non amandus? hicine non gestandus in sinu est? hem,
Itaq; adeò magnam mihi iniecit sua commoditate curam,
Ne forte imprudens faciam, quod nolit sciens cauebo.
Sed cesso ire intro, ne mora meis nuptijs egomet siem? *Troch. cat.*

ITa ut dixi Sostrata facite.] Hic apparet Mitionem iã multa dixisse. Facite. Iubet ut uel securæ sint, uel adornent nuptias. Ego Aeschinum conueniã.] Mire occursurus Aeschino, Aeschinũ quærit. Pater Hercle est.] Quid est hoc quod Mitio timet? an quia illi nõ est cõfessus? Ostendit autẽ Poeta tantundem pudorem posse, aut amplius, q̃ timorem. Quid huic hic negotij est?] Alius timor, quòd hinc egredit pater. Tu ne has pepulisti fores?] Sic cœpit interrogare, ut negationi locũ præbeat. Et nota, pepulisti, elatũ uerbũ: & tragico cothurno magis q̃ loquelæ comicæ accõmodat. Tacet.] Hoc apud se loquit Mitio. Melius est.] Et nõ ludere bonũ est: sed melius: & hoc meliore affectu dixit, q̃ si diceret, dignus est. Hoc mihi nunq̃ uoluit credere.] Contra illud q̃d ait, Deniq; alij clanculũ patres quæ faciũt, quæ fert adolescentia, ea ne me celet, cõsuefeci filiũ. Credere autẽ, magno affectu dixit. nõ enim cõfiteret ut patri: sed crederet, ut parenti, aut sodali suo. Nõ equidẽ istas.] Deest, pulsaui. Quod sciã. Quantũ scio. Itan' nam mirabar quid hic negoti esset tibi.] Accepit negationẽ Mitio, ut ludere Aeschinum posset. Erubuit salua res est.] Nimis paterna sententia. & è cõtrario Simo in Andria, Vide num eius color, pudoris signum usquam indicat. Et quanti affectus est, nõ dixisse, erubuit, saluus est: sed, salua res est. Nónne uidetur tibi res eius omnis in Aeschino constituta? eodem animo & suprà dixit, In eo me oblecto, solum id est charũ mihi. Non enim solum intulit quod expectabatur: sed absolute, quasi ex omnibus solum id est, inquit. Nihil mihi quidem.] Mihi, id est nec propriæ rei. & callida negatione cœpit: ut & illi adimat confitendi locum, ac fiduciam: simulq; fiat ei desperatio ducendæ eius, cuius mentio tam contemptim ab ipso tractetur. Amicus quidam me à foro abduxit modo huc aduocatum sibi.] Hinc incipit mendacium mixtum uero. nam amicus quidam me à foro huc, uerum est: aduocatum, falsum. Sed huc, & quidam, modo ὑμφασιν habent leuis negocij, & in quo nec magnæ personæ nec res difficilis operæ aut longæ occupationis habẽtur. Et aduocatũ dicendo, alienum negocium demonstrauit nam & sibi non uacat. si enim mulieribus addidisset, potuit aliud sperari. Quid?] Deest, ait: ut sit, quid ait? Ego tibi dicã.] Senile est. nam id iam dicendũ fuit. & hoc ὑμφασιν habet uilis rei, quæ uel facile dici possit, uel nõ cælanda sit. Mulieres pauperculæ.] Non potuit magis cælare dignitatem formæ & ætatis puellæ quæ amat ab

Pepuli

Quod sciam

Aeſchino,quàm ut eam primo eodem nomine cum matre nominaret:deinde communiter
Quidam diceret de ambabus uniuerſa quibus contemni debeant. Quædam mulieres pauperculæ.] Pauperculæ addidit,ut magis deſperet Aeſchinus impetrare poſſe has nuptias à patre. Et item Quædam:ut ignobiles demonſtrarentur. Et totum hoc, cum abiectione pronuntiandum eſt. Et quædam,& pauperculæ,dicendo:adimit omnem ſpem nuptiarum: nam quædam:ignobilem indicat:pauper,indotatã.quid ergo remanet quod ſperet Aeſchinus?

Pauperculæ.Nec pauperes ſaltem. Et certò ſcio. ὑπανόρθωσις. parum dixi inquit. Opinor. Vel adeò obſcuræ ſunt & nullius pretij,ut opiner has nõ noſſe te.Potuit recte dicere & hoc,ut opinor,has non noſti:ſed illud uetuſtius. Vt opinor has non noſſe te. Aut abũdat ut:aut deeſt ſcilicet. Magnum autem crimẽ eſt in forma uicinæ puellæ,incognitã eſſe adoleſcenti de proximo.Et quia ſcit hunc eſſe de quo dixerit,Quã hic non amauit meretricem? aut cui nõdedit aliquid:ſubdidit cauſam:ne dignitatis pudorisq; eſſet, quòd eam incogni tam Aeſchino eſſe dixiſſet.Neq; enim diu huc,inquit,commigrauerũt.Et Vt Opinor, mire ipſe ſibi ſumit atq; confirmat,quod nondum ille cõfeſſus eſt. Quid tum poſtea?] Gratiſſime proditur Aeſchinus amator,cum ſedulo diſſimulet. Virgo cum matre eſt.] Vult Mitio ſic audire Aeſchinum tanquam alieniſſimum:& ideo uelut inſcius facti, diligentius narrat.Virginem autem ἀρχαϊσμῷ, pro muliere dixit. Perge.] Vide inſtantius interrogantem quàm extraneum decuit. Hic meus amicus.] Qui me aduocatum abduxit de foro.

Huic leges cogunt nubere.] Non,permittunt,dixit:nec,iubent:ſed,cogũt,ad pertũrbandum Aeſchinum.& recte.alia enim ſinunt leges,alia cogunt fieri.Et ne eſſet quo reſiſteretur illi:uult ut mulieres à lege cogãtur. Perij.] Hoc audit Mitio,ſed diſſimulat. Nihil recte.] Id eſt recte quòd perij.& nihil magis comicum.Et uide triſyllabũ artificioſe eſſe ſubiectum: ut qui perij dixit,uix hoc locutus fuiſſe uideatur. Venit is ut ſecum auehat.] Aliud peius in amatam,ut nec Athenis ſaltem alteri nuberet. Nam habitat Mileti.] μίλητ Mileti. & eſt aduerbium locale. Hem uirginem ut ſecum auehat?] Hic acrius cõmoueri proditur adoleſcens,ut affectu fateatur quod uerbis negat. Sic eſt.Miletum uſq; obſecro?ita animo male eſt.] Ille oblitus ſui,ſic indignatur,ut in re propria.hic rurſus callide uultu utitur tãquam aliena narrantis. Miletum uſque obſecro?Bene Vſque. nam Miletos, colonia eſt Atheni-
Animo male eſt enſium. Animo male eſt. Animo male fieri dicitur, cum ictu alicuius mœroris perculſus animus,non ſuſtinet corpus:ſequitur q; ruina membrorum. Quid ipſa?quid aiunt?] Non ſtatim credit Aeſchinus pudicam matrem familiãs ſtatim conſentire in nuptias nouas uiri ignoti. Quid iſtas cenſes?] Poſſe dicere ſubaudiendum. Nihil enim.] Dicunt, ſubaudiendum.& ſic intelligendum.Nihil,non quòd taceant,ſed quòd nihil cõfirmationis habeat id quod dicunt. Commenta mater eſt.] Nunc dicit quid dicat. etiam commenta di-
Commentor *Comminiſcor* xit,id eſt fallaciam confinxiſſe,ueriſimile comminiſci. Ex alio uiro.] Iam de proximo tangit Aeſchinum. Priorem eſſe illum.] Mire tractat etiam partes Aeſchini. Nónne hæc iuſta tibi uidentur poſtea?] Scilicet illa quæ amicus tuus dixerat prius,quàm hæc audires.

Iuſta tibi.Iuſta quæ poſtea audiſti,quàm illa quæ pro Lemnio dicebas prius. Aut ſi hoc
Poſtea non eſt:quære quid ſit Poſtea. Poſtea ſic abundaret, quomodo interdum Hodie de ſtomacho adijcitur loquentis.ut Virgilius dicit,Nunquã omnes hodie moriemur inulti. Non.] *Hodie* Vultuoſe pronuntiandum eſt non. An illam hinc abducet?] Hinc,tãquam ſingultus plo
Duriter raturi eſt.nam ſic eſt pronuntiandũ. Pater.] Quaſi hoc ad ſupplicandũ dicat. Factum à uobis duriter.] Nõ,dure & crudeliter:ſed quaſi dura mẽte,id eſt inflexibili, & quod Græci *ἀτενίς* dicunt ἀτενίς. Immiſericorditerq;.] Nota octo ſyllabarum aduerbium,atq; inſuper cõpo- *Liberalis* ſitum,& cũ cõiunctione prolatum. Illiberaliter.] αὔξησις. nam multa duriter,etiam ſi opus ſit,immiſericorditer quoq;,& facienda ſunt,& patienda,ſi ita ratio & cauſa cogat:& nõ ſit illiberale,id eſt non malũ atq; inhoneſtum. Si eſt pater dicendũ magis aperte.] Id eſt apertius,quia iam apertũ fuerat,duriter,& immiſericorditer.Et bene præfatus eſt:ne contumax aduerſus patrem uideretur. Illiberaliter. Iniuſte,inclementer,non bene.quia liberalis,bo-
Conſueui nus dicitur. Quamobrem?] Delectari magis cupiens Mitio, Aeſchinũ uult protrahere ad *hanc rem* defenſionẽ ſui. Fore animo miſero.] Quid de ſe plus diceret, ſi factũ fateret? Qui illi conſueuit.] Legitur & illam:& dicebant ueteres,hanc rem conſueui. & ὠχημάτισας. ut Plautus, Vt clandeſtine,ut celetur conſuetudo.Et maiore affectu non amorẽ allegauit,ſed quod eſt commune cũ bonis & multo iuſtius,conſuetudinem. Qui infelix.] Non,qui:ſed,qui infelix:& nõ,amat,ſed miſere dixit.& ità,affectu proditur qui ut alienus uult loqui. Præſens præſenti eripi. Adiuuans ſignificationem hæc ex abũdãti addita:ut,Illã abſens abſentẽ auditq; uidetq;.Et,Fratrẽ ne deſere frater.Sic Cecilius in Eratoſthene.Hæc caterua plena gladiatoria, cũ ſuũ ſibi alius ſauciat ſocius ſociũ.Et totus hic locus eſt trãslatus à Virg. in 4. Aene. Quis tibi nũc Dido cernẽti talia ſenſus,Quoſue dabas gemitus?cũ littora feruere late Proſpiceres

arce

arce ex ſumma,totũq; uideres miſceri ante oculos tantis clamoribus,æquor? Iſtuc.] Deeſt,dicis. Quis deſpondit?] Latenter obiurgat Aeſchinum,rem ſine patre geſſiſſe.& dicit figura. * Quis deſpondit?Quia non interfuit pater. Quis dedit?] Quia rapuit antè quàm peteret. Quando nupſit?Quia nuptiæ non factæ ſunt. Et Nupſit moleſte additum,quaſi aliena ſit,quæ non legibus ducta ſit. Autor his rebus quis eſt?] Datiuo caſu,non harum rerum.Et Salluſtius, Qui tunc Romanis imperator erat? Autor his re- *Autor his*
bus quis eſt?Iterũ obiurgat,quia nõ interfuit pater.& agit ſic dolens,uelut ſibi minus amo- *rebus*
ris præbitum fuerit,Mitio:ut ſe his,quantum amor patitur,uideatur ulciſci,quod q; ſibi negotium non confiteatur Aeſchinus. An ſedere oportuit.] Sedere propriè ignauæ ceſſationis eſt.ut,Sedeant,ſpectentq; Latini.Et Quid ſedes Verres?quid ſpectas? Cur duxit alie- *Sedeo*
nam?] Vtrũ filiam?an quæ poſſit aliena eſſe?nam omnes alienas filias ducunt. Tam gran- *Grandis*
dem.] Grandem,ad ætatem ueteres retulerunt,non ad corpus.& in parte ætatis dicit grandis,non in tota uita,niſi ſi addatur natu.ut,Grandis natu parens adductus ad ſupplicium, *Grandis natu*
Et Grandis infans,& grandis puer,& grandis ephebus,& grãdis uirgo recte dicitur.Et unde ſcit Aeſchinus?an grandem hic fingit ignotam?an quia dixit pater, Commẽta mater eſt eſſe ex alio uiro neſcio quo puerũ natum.Ergo & illa grandis:& ſerus Mileſius qui tunc uirginem petit,cũ iam alteri data ſit, uel rapta ſit alteri. Dum cognatus hinc illinc ueniret.] *Hinc illinc*
Prouerbialiter hinc illinc. Et id defendere.] Non potuit magis amatorie, & magis puerili tet loqui,q; ut non cõtentus quòd ait,Hæc dicere te æquum fuit,etiam adderet, Et id defendere.Pater autẽ qualis affectus eſt,cũ etiam patri ob alienam cauſam blanditur, ut ipſe nũc ſimulat. Ridicule.] Vocatiuus eſt caſus,ab eo quod eſt ridiculus. Quid iſta Aeſchine noſtra?] Hic iam ultima deſperatio,& Aeſchinũ in confeſſionem protrahet,& in finem fallaciæ ſenem deducet.Et bene quidẽ,noſtra dixit.memor eſt enim ſe reſpondiſſe Aeſchino interroganti,Tibi uerò quid iſtic rei eſt?Nihil mihi quidem.Totũ autẽ hoc ſenex ad id redegit,non tam ut torqueret Aeſchinum,quàm ut maius faceret beneficiũ ſuum, exponendo in quod pene periculum amor eius incideret. Quid eſt?quid lachrymas?] Quaſi repẽte animad- *Circumſpicio*
uerterit flentem,& quaſi omnẽ cauſam neſciat,ſic inquirit. Aeſchine.] Nõ exhibuiſſet per *Proſpicio*
ſonam patris,niſi pietate uictus,pati filium nollet cõfeſſione torqueri. Virg. Nec plura quærentem Paſſa Venus,medio ſic interfata dolore eſt. Bene ergo intelligunt, qui ſic accipiunt, *Quà*
perrecturũ adhuc fuiſſe Mitionẽ,niſi uictus affectu fallaciã proieciſſet. Nam te amo.] Bene addidit,nam te amo,&c.nam & inuidis,& inimicis moris eſt ſcire quid agamus. Ita uelim me promerentem ames.] Quàm pie additũ eſt promerentẽ:tanquã illic ſit uotũ Aeſchini,cũ poſſit pater etiã immeritũ amare.Et animaduertẽdum eſt, Vt ſemper ſequi,uel ſtatim, uel ex interuallo,maxime in huiuſmodi confirmationibus.ſic Cicero, Ita uelim mihi deos propitios,ut cũ illius temporis mihi uenit in mentẽ,&c. Velim autẽ,pro uolo antique dicitur. Admiſiſſe in me.] Me in me. αὐξησις. adiectum eſt. Et me tui pudet.] Ambiguũ quidam hoc dictum putant:ſed apparet adoleſcentem propter ſuum peccatũ dicere, nõ quòd quicquam turpe fecerit patri. Ne indiligens nimiũ ſies.] Nõ ergo ingratus, ſed negligens *Indiligens*
Aeſchinus.nec negligẽs,ſed indiligẽs.nec in alterũ, ſed in ſe deliquit. Miræ clemẽtiæ genus eſt, aut omnino ignoſcere:aut crimẽ in leuius cõmutare:nã tota obiurgatio ita amica eſt, ut nõ multum à blandimento diſcrepet:magis q; proficiat apud audientẽ,ut uult Terẽtius, q; illa aſpera atq; præfracta. In qua ciuitate tandẽ te arbitrare uiuere?] Communẽ locum in- *Tandem*
ducit,à perſona,à facto,à tempore. In qua ciuitate. Aliter pronuntiandũ eſt,id eſt preſſe ac leniter:ne faciat illud Tullianum;Pro dij immortales ubinam gentiũ ſumus?quã remp. habemus?in qua urbe uiuimus?Et Tandẽ pro tamẽ. In qua ciuitate.Hoc eſt,oblitus es Athenis te eſſe,ubi uiuitur legibus?Vide omnes ſententias poni accuſatorias,& nihil amoris . iſti ſunt orationũ colores difficillimi:ſed elaborauit Terentius Mitionẽ facere leniter accuſantẽ, & inducere Demeã duriſſime blandientẽ. In qua ciuitate. Quod obiurgat Mitio, magni amoris eſt,& neceſſaria pro perſona aſſentatio.nõ enim conuenit patrem nimiũ diligentẽ ſiliũ,eius præterire peccata. Virginẽ uitiaſti.] Vide & rem dici,& abeſſe tragicã inclamationem:& oſtẽdi delictũ:& ad ueniã feſtinari.Iã ſtatim dicet,Iam id peccatũ primũ eſt magnũ, at humanũ tamẽ. Et tota pronũtiatio huiuſmodi uerbis ſummiſſa debet. Fecere alij ſæpe item boni.] Moris eſt exemplo lenire,quod purgare nõ poſſis. Fecere alij ſæpe Item boni. Cõſolatio ab exẽplo.Et boni,nõ cũ hoc facerẽt,ſed aliàs boni. At poſtq; id euenit.] Euenit inquit,nõ,cõmiſſum eſt.nihil innocẽti? dici potuit. Nũquid circũſpexti.] συμπαθῶς,pro circũſpexiſti. Circũſpicimus præſentia:Proſpicimus futura. Quid fieret?] Id eſt qua ratione,q; modo fieret:& qua ratione,id eſt quibus adminiculis,uel per quas perſonas? Si te ipſum mihi puduit dicere.] Optime hoc additũ eſt:quaſi nõ debuerit Aeſchinũ apud Mitionẽ pudere. Quà reſciſcerẽ.] Quà,id eſt p. q̃s,& ad omnia ſubaudiẽ,nũquid circũſpexti. Quà

reſciſcerem

Abeo reſciſcerem. Deeſt Re, uel ratione. Menſes abierunt decem.] Mire abierunt, Quaſi dicat. Te ceſſante menſes ceſſere: & locus eſt incuſationis à tempore. Et abire dicitur quod paulatim nos deſerit: hoc autem ex partu intelligit. Quod quidem in te fuit.] Salluſtius, Quod *Quod in te fuit* in familia noſtra fuit, præſtitit, ut in omnibus bellis adeſſet uobis. Et Cicero. Senator. P.R. quod in omnibus fuit, iacuit & pernoctauit in publico. Prodidiſti & te & illam miſeram.] Vide feſtiuum ſenem quantum ſe adoleſcenti accommodet: nõ enim illum quem cauſa deposcit, ſed amatorium ordinem fecit, prius dicendo prodidiſti te, quàm illam, tum etiã gna- *Prodo* tum. ut ex animo amare uideatur id quod natum eſt. Prodidiſti. Decepiſti uel deſeruiſti, ut Virgilius, Vnius ob iram Prodimur. Quod quidem in te fuit. Pro, id quod in te erat, id eſt quantum in officio tuo ſpei & auxilij partiumq; tuarum: uel, quantum ad te ſpectabat. Et hic eſt illud quod obſequentiſſimus pater uult omnia per ſe eſſe correcta. Dormienti hæc tibi confecturos deos:] Quàm mitis, quàm faceta obiurgatio. Videtur ſatis Mitio ille eſſe qui ante eſt deſcriptus: Quid credebas: dormienti tibi, &c. Incerta diſtinctio: nam & per ſe quid &, quid credebas, legi poteſt: & uelut per hoc ſubaccuſet Aeſchinus, Dormienti hæc tibi confecturos deos: infertur. Et quæ ſint quæ à diſs, ceſſantibus præſtari non poſſint, *Facere* ſequenti uerſu docet, ne uideatur diſs male ſenſiſſe. Dormienti. Multo melius q̃ ſi dice- *Conficere* ret ceſſanti. & non, facturos: ſed quod plenum eſt, confecturos. Et mire deos ponit in eo negotio quod ipſe præſtat: tanquam hic & ſe & deos excuſet, quòd nõ fecerint Aeſchino, quæ uolebat, etiam dormienti. Et illam ſine tua opera in cubiculum iri deductum domũ.] Ordo, deductum iri domum. Nolim cæterarum rerum te ſocordem.] Quàm nihil imperioſe *Bono animo es* ac pro autoritate patria fit. nolim, inquit, te ſocordem cæterarum rerũ eſſe. nõ dixit, ne ſis ſocors. Bono animo es.] Apparet ſenti hæc dicta omnia eſſe. & hoc decuit uerecundũ adoleſcentem & ex ui tantæ orationis, & metu amittendæ puellæ. Et Es, modo imperatiui modi *Es, eſto* eſt, temporis præſentis. nam eſto futuri eſt. Duces uxorem.] Datur in ultima obiurgatione, & breuiter & plena ſecuritas. Hem.] Singultiens fletu & gaudio dixit hem. Obſecro, non ludis tu nũc me: Mœſtus amatoris animus ludentem ſerio loqui credidit: uera dicentem, quia optata ſunt, putat ludere nunc. Poteſt & ob hanc cauſam dicere, ludis tu me nũc: quòd nunquã eum antea luſerit. Ego te: quamobrem:] Magna uis pronominũ cur nõ ludat. quibus & acceſſit cõſideratio rei. nam primo ego: deinde te. deinde cauſæ propoſitio. Et recte Ludis. Eſt enim amãtis, in falſum metũ conijcere imminente lætitia, qualibet ſentẽtia, inimici uerò in falſum gaudiũ quenquã impellere ſub alicuius mœroris aduẽtũ. & ideo negat ſe Mitio in hac parte luſurum Aeſchinũ, qui in alijs luſerit. Quia tam miſere hoc cu- *Miſere* pio eſſe uerum.] Pro nimis: quia nimiũ miſeria: ut, Ne quid nimis. hoc enim putant, qui uir- *Nimis* tutes mediocritates eſſe dixerunt. Neſcio.] Religioſe dixit neſcio: quaſi non ſit ratio quare *Abi, abi* non credat patri, quamuis ſubiecerit cauſam. Abi domum, ac deos comprecare.] Magnus inſtitor ſui beneficij eſt, qui à diſs petendũ eſſe dixit, quod ipſe præſtabit. an ideo quia ordinis fuerat, prius rem diuinam facere, & ſic uxorem accerſere: Et bene repetitũ eſt Abi: quaſi hærenti morantiq;: ut, Vos iſtec intro auferte: abite. Quid: iámne uxorem:] Acceſſit ad beneficiũ tempus. & ideo Iam quaſi geſtiens repetit adoleſcẽs. Quantũ potes.] Aut deeſt cito: aut quantũ poteſt eſſe. Quid: quam illam:] Cõmendat ſe Mitio, & familiarem amatori facit, mentionẽ faciendo ſæpius de amica in uxorem ducenda. Ni magis te, quam oculos nunc amo meos.] Mire Nunc addidit. & elegãter inuentũ eſt quod in ſe amator multũ diligat, id eſt oculos. ut è contrario in Eunucho, Adoleſcẽti ipſi eriperem oculos, id eſt ipſos de quibus amat. Aeque.] Sic infert hoc quaſi dubitando inuenerit. Perbenigne.] Multũ putat, quia amator hoc dixit: ergo benigne, large abundeq;. Quid ille ubi eſt Mileſius:] Non amat, ſi ſtatim timere deſinit. unde Virgilius, Omnia tuta timẽs, eadem impia fama furenti Deculit, armari claſſem, curſumq; parari. Abijt. nauem aſcẽdit.] Facete, abijt: ne diceret, mentitus ſum. atq; ita dixit, ut infantibus nutrices de terriculis dicere ſolẽt: quas cũ ipſæ cõfinxerint, abolitas uolũt, poſtq; illos uident nimiũ pauere. Et mihi uidetur ridens hæc dixiſſe: ut intelligat Aeſchinus Mitionem ioco fuiſſe mentitũ. Tibi obtemperaturos magis.] Mira ſententia. deos obſequi bonis, quaſi bonis hominibus multũ debeãt. & in excuſationẽ precandi deos uide quæ facultas nata ſit patrem ſine aſſentatione laudãdi. non eſt autem iniurioſum, ad patrem referre deprecationem deorum: ſed magis honorabile. nam tale eſt apud Virgilium, Tu genitor cape ſacra manu, patrioſq; penates. ut ipſe patrem portet, hic deos. Ego eo intrò, ut quæ opus ſunt, parentur: tu fac, ut dixi, ſi ſapis. Hic *Qui* uerſus, in quibuſdam non inuenitur. Quid hoc eſt negocij:] Et mirantis hæc, & laudantis oratio eſt. & penè uidetur huiuſmodi patrem Terentius probare. Qui magis morem gereret:] Qui, quo modo, qua re, qua ratione. Hic non amandus:] Omnia perfecit hic pater, ut & ametur, & laudetur, & foueatur. Magnam mihi iniecit ſua commoditate curã.

Mira

Mira ſententia, mala etiam de bonis nobis naſci. an bonus parens magnæ curæ eſt filio: Sciens cauebo.] Facere quod nolit ſcilicet. Sed ceſſo ire intro, ne mora meis nuptijs ego met fiem:] Bene hoc, utpote obiurgatus.

ACTVS IIII SCENA VI
DEMEA

Senarij

DEFESSVS ſum ambulando, ut Syre te cum tua
Monſtratione magnus perdat Iuppiter.
Perreptaui uſq; omne oppidum, ad portam, ad lacum.
Quò non: neq; illic fabrica ulla erat, neq; fratrem homo
Vidiſſe ſe aiebat quiſquam: nunc uerò domi
Certum obſidere eſt uſq; donec redierit.

DEfeſſus ſum ambulando.] Hic exemplum inducitur ſæui patris ex affectu uero, & ob hoc inuiſi omnibus. non autem tantum amare uultu, quàm ipſa re inducitur. nam neq; ſibi, neq; cuiquam alij, ſed filio tantum conſultum cupit. De *De* autem, ualde ſignificat. Vt Syre te cum tua monſtratione.] Vt, pro utinam. & *Vt* hæc omnia anhelans dixit. Te cum tua. Adhuc non credit in errorem ſe miſſum fuiſſe. Te, cum tua monſtratione. ἰδιωλικῶς, Te cum tua monſtratione. Perreptaui *Perreptatio* uſq; omne oppidum.] Tardus inceſſus, non perambulatio, ſed perreptatio dicit. Ad portam. ad lacum. quo non:] Mire propinquiora omiſit, utpote porticum, macellum, Cratini ædes, templum Dianæ: & ultima poſuit, ut quantum peragrauerit demonſtraret. Ad lacum. Facete Poeta memorem inducit ſenem, quorum minime opus fuit meminiſſe. Quò non: Duobus dictis, Quo non addidit, quaſi & ad dicendum laſſus appareat. Certum obſidere eſt, uſq; donec redierit.] Proprie obſidere dixit. conuenit eñ & irato, & repente aggreſſuro. & ab eo quo eſt obſideo, obſidẽre facit, producta media ſyllaba. ab eo quod eſt obſido, obſidere facit, eadem ſyllaba correpta.

ACTVS IIII. SCENA VII
MITIO. DEMEA.

Senarij

M. IBO, illis dicam nullam eſſe in nobis moram.
D. Sed eccum ipſum: te iamdum dum quæro Mitio.
M. Quid nam: D. fero alia flagitia ad te, ingentia,
Boni illius adoleſcentis. M. ecce autem. D. noua,
Capitalia. M. ohè, iam. D. neſcis qui uir ſit. M. ſcio.
D. Ah, ſtulte tu de pſaltria me ſomnias agere.
Hoc peccatum eſt in uirginem ciuem. M. ſcio.
D. Ehò, ſcis & patere: M. quid ni patiar: D. dic mihi,
Non clamas: non inſanis: M. non. D. malim quidem.
Puer natus eſt. M. Di bene uortant. D. uirgo nihil habet.
M. Audiui. D. & ducenda indotata eſt: M. ſcilicet.
D. Quid nunc futurum eſt: M. id enim, quod res ipſa fert:
Illinc huc transferetur uirgo. D. ó Iuppiter,
Iſtocine pacto oportet: M. quid faciam amplius:
D. Quid facias, rogitas: ſi non re ipſa tibi iſtuc dolet,
Simulare certe eſt hominis. M. quin iam uirginem
Deſpondi: res compoſita eſt: fiunt nuptiæ:
Dempſi metum omnem: hæc magis ſunt hominis: D. cæterum

Placet

Placet tibi factum Mitio? M. non, si queam
Mutare. NVNC, CVM non queo, æquo animo fero.
ITA VITA EST HOMINVM, quasi cum ludas tesseris.
Si illud quod est maxumè opus iactu non cadit:
Illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.
D. Corrector nempe tua arte uiginti minæ
Pro psaltria periere, quæ, quantum potest,
Aliquò abiscienda est, si non pretio, uel gratis.
M. Nec̃ est, nec̃ illam sanè studeo uendere.
D. Quid igitur facies? M. domi erit. D. prò diuûm fidem,
Meretrix, materfamiliâs erit una in domo?
M. Cur non? D. sanúmne te credis esse? M. equidem arbitror.
D. Ita me Di ament (ut uideo ego tuam ineptiam)
Facturum credo, ut habeas qui cum cantites.
M. Cur non? D. & noua nupta eadem hæc discet? M. scilicet.
D. Tu inter eas restim ductans saltabis. M. probè.
Et tu nobiscum unà si opus sit. D. hei mihi,
Non te hæc pudent? M. iam uerò omitte Demea
Tuam istanc iracundiam atq; ità uti decet,
Hilarum ac lubentem fac te in nati nuptijs.
Ego hos conueniam: pòst huc redeo. D. ó Iuppiter,
Hancine uitam? hoscine mores? hanc dementiam?
Vxor sine dote uenit intus psaltria est:
Domus sumptuosa: adolescens luxu perditus:
Senex delirans: ipsa si cupiat Salus,
Seruare prorsus non potest hanc familiam

IBo, illis dicam.] In hac scena est exemplum intempestiuæ obiurgationis, ac per hoc ridiculæ. Ibo, illis dicam. Moris est secum loqui uel senes, uel maxime aliquid ex animo agentes. Illis dicam. Sostratæ & filiæ. Fero alia flagitia ad te ingentia boni.] Magno sonitu, ac ingenti ostentatione futuræ accusationis exorsus est. magna sunt enim omnia, & fero, &, alia flagitia, &, ingentia, & quod ἰρωνικῶς, boni illius adolescentis, dicit. Boni illius adolescentis. εἰρωνεία, quæ semper amarius ponitur, quàm criminatio manifesta. Ecce autem.] Ecce dicitur, cum repente triste aliquid rebus interuenit lætis, aut certe cum aliud agitur, aliud emergit nouum. ut Virg. Ecce autẽ gemini à Tenedo trãquillã per altã, Horresco referens, immensis orbibus angues. Et, Ecce trahebatur passis Priameia uirgo Crinibus. Et Cicero, Ecce autẽ repente ebrio Diomene, esurientibus cunctis, &c. Noua. Recentia. an mira & magna: ut, Pollio & ipse facit noua carmina. Nescis qui uir fiet.] εἰρωνεία. nam uir, ad laudem sumi solet. ut alibi, Virum te iudico. Scio.] Satis ridicule, nec quod ille cupit, abnegat Mitio: ut consentiendo, iracundiam Demeæ acriorem fieri * possibilem sibi, mitigare queat. nam Scio ad negotij totius gestionem retulit, non ad illud quod ait, Nescis qui uir fiet. Ehò, scis, & pateres? Iam & illi irascitur, non Aeschino. Non. malim quidem.] Alij uolunt Mitionem dicere, Malim quidem: alij Demeam. Puer natus est, Di bene uertant.] Hic bono exemplo inducitur Mitio irascentem iuste Demeam leniter ferre: quia exanimato ob mœrorem non conuenit inclementer ire obuiam, cum possit in tempore obiurgare postquam destomachatus fuerit. Et uide quàm facetè: cũ ille, Puer natus est, ad argumentũ mali attulerit: hic ita respondit, quemadmodum solent illi quibus puellam nasci metuentibus nuntiatur, puerũ natum esse. nam in omnibus

Ecce

Nouum Vir

in omnibus quæ cupitè uenerint, Dij bene uertant, dici solet: quia sæpe homines ea optauerunt quæ aliis aliter atq; expectauerunt, contigissent. quam potestatem rerum uertentium semet in utranq; partem, Vertumno deo superesse ueteres existimauerũt. Virgo nihil habet.] Vult rem sine remedio uideri: quia scit posse nuptijs finiri solicitudinem. Et uide amaritudinem Demeæ contra omnes, ut nec uirgini ipsi parcat. Audiui.] ἀφιλάν, & cũ ἐξουθενισμῶ respondendum, quasi leue sit quod admissum est. Et ducenda indotata est:] Ducenda scilicet, nisi damnandus sit Aeschinus. & hoc uerbum, necessitatis uim habet: ut, Pacem Troiano ab rege petendum. Quid nunc futurum?] More irascentium, cũ ipse sciuerit quid futurum sit, Mitionem interrogat. & huiusmodi interrogatio, secundum figuram suam nõ habet responsionem: sed Mitio sic respondit, quasi simpliciter inquirenti. Illinc huc transfertur uirgo.] Virginem quæ etiam cum uiro fuit, uocat. Virg. Ah uirgo infelix. O Iuppiter, istocine pacto fieri oportet?] O Iuppiter tragice adiecit à Mitione uersus. Istoccine pacto, ad ipsum Mitionem respiciens dixit. Si non re ipsa tibi istuc dolet.] Nũc rem pro ueritate posuit. Simulare certe est hominis.] Non hoc dixit quia hominis est mẽtiri, sed quia sæpe iracundiæ simulatio, custodia disciplinæ est. Iam despondi. res composita est. fiunt nuptiæ.] Ne diceret, despondi, cõposui, facio. Et despõdet puellam qui petit: Spondet à quo petitur. Recte ergo socer futurus, despondi dixit. Hæc magis sunt hominis.] Bene repetit hominis: ille enim dixerat, Simulare certe est hominis. Cæterum placet tibi factum Mitio.] Nihil aliud uolebat Demea, nisi ut sæuiret Mitio. quod impetrare non potuit, etiam ab eadem sentiente de prauitate & peccato Aeschini. Si illud quod maxime opus est iactu nõ cadit.] Vtrum, quod opus est iactu: an iactu non cadit, incerta distinctio. Quasi cum ludas tesseris.] Rectum erat si diceret, Ita uita est hominum quemadmodũ tesseris ludere, aut quemadmodum ludus est tesserarum. Nota ergo genus locutionis. Illud quod cecidit forte, id arte ut corrigas. Ars adhibenda pro fortuna. non enim si male iactus ceciderit, deserendus est ludus. Et forte nunc pro fortuna intelligendum. Corrector.] Quia dixit, Arte ut corrigas. sed moris est iratis ab ultimo uerbo contradicentis incipere. Nec̃ est, nec̃ illam sanè studeo uendere.] In scopulo uersatur Mitio, in quo eligit ineptus potius uideri, quàm prodat Ctesiphonem patri. Cur non?] Posset dicere, non est Aeschini amica: sed cælanda est culpa Ctesiphonis. Ita me Di ament ut ego uideo tuam ineptiam.] Ordo est: Ita me Di ament, te facturum credo ut habeas quicum cantites. Ipse se fallit, non inquirendo ulteriorem causam retentæ in domo meretricis. Mire autem cantites: quasi turpius sit cantare semel cum psaltria, quàm coire. Et noua nupta eadem hæc discet?] alius subaudiet dicere. sed ò magna in uerbis elegantia. uide enim quam uim significet Discet. & ideo nõ uxor, sed noua nupta, quam ad omnia docilem esse, ipsum indicat nomen. Hilarum.] Vetuste. non hilarem. Tu inter eas restim ductans, saltabis.] Lusus est natus ab eo fune quo introductus equus Durius in Troiam est. Connexis manibus fune, chorum ducunt saltantes. Hoc à quibusdam dicitur. sed ego puto manu consertos choros puellorum, puellarumq; cantantes: restim ducere existimari: & id maxime conuenire ad exagitandam importunitatem senis: ueluti pueros imitantis. Simul etiam quia iste connexus manuũ lasciuus ac petulans adimit discretionem conditionis, dignitatis, ætatis, inter meretricem, nouam nuptam, & semel. Et hoc, quemadmodum dictum est: & quanto stomacho iam ab Aeschino recessum est, & transitum ad Mitionis luxuriam describendam: Iam uerò omitte Demea.] Mireur benignitatem expressit ultro obiurgantis qui obiurgatus est. Tuam istanc iracundiã.] Nam ira, de causa est: iracundia, de uitio multũ irascentis. Atq; uti decet hilarem ac lubentem.] Bene addidit lubentem. multi enim hilares se simulantes, non lubentes sunt. Fac te.] Non dixit Esto: sed, elabora ut esse possis. Hancine uitam? hoscine mores? hanc dementiam?] ἐκλελυμένως omnia, utpote stomachose secum loquens. deest enim esse, aut quid tale. Domus sumptuosa.] Domus, id est homines. Ipsa si cupiat salus, seruare prorsus non potest hanc familiam.] σωματοποιία. Plautus, Lubentiorem te faciam, quàm ipsa Lubentia est. Etenim ὑπερβολὴ est, Ipsa salus si cupiat seruare, prorsus non potest hanc familiam. Hinc licet æstimare quantum & caloris & grauitatis apud Terentium sit ad imitationem Cæcilianam. Vide quantum creuerit à superioribus, ut sic finiat.

Dij bene uertant
Vertumnus
Virgo
Res
Despondere
Spondere
Forte
Hilarus
Restim ducere
Ira
Iracundia
Lubens
Fac te
Domus

ACTVS V. SCENA I
SYRVS. DEMEA

S. EDEPOL Syriſce te curaſti molliter, *Senarij*
Lauteq; munus adminiſtraſti tuum.
Abi ſed poſtquàm intus ſum omnium rerum ſatur,
Prodeambulare huc libitum eſt. D. illud ſis uide
Exemplum diſciplinæ. S. ecce autem hic adeſt ſenex
Noſter quid ſit? quid tu es triſtis? D. ohè ſcelus.
S. Ehò iam tu uerba fundis hic, ſapientia?
D. Túne ſi meus eſſes? S. dis quidem eſſes Demea,
Actuam rem conſtabiliſſes. D. exemplum omnibus
Curarem ut eſſes. S. quamobrem? quid feci? D. rogas?
In ipſa turba, atq; in peccato maxumo,
Quod uix ſedatum ſatis eſt, potaſtis ſcelus, quaſi
Re bene geſta. S. ſanè nollem huc exitum.

Molliter AEdepol Syriſce.] Hic exemplum inducitur licẽtiæ ſeruorum ſub miti domino. Aedepol Syriſce te curaſti molliter. Quia detexit Cteſiphonem, iam oportet ut ebrius inducatur Syrus: per cuius fallacias tegatur adeó. Et Syriſcum ſe dicit, non Syrum, ὑποκορίσμως. Molliter.] Delicate. Lauteq; munus adminiſtraſti tuum.] Vt quicquid eſſet beliſſimũ, carperes: cyathosq; ſorbilares. Aut
Abi munus ſeruile, eſſe & bibere. Abi.] Verbum uel ſibi uel alteri cũ laudatione blandientis.
Prodeambulare nam ſic dicunt, qui iam cõpotes ſunt uotorum omniũ, perfectiq; in rebus uniuerſis. Prodeãbulare.] Nota duas præpoſitiones uni dictioni adiunctas. Vt, Pede proſubigit terrã. &, ἀμφὶ περὶ ἐρέννυμι. Et optime ad delicias exprimendas hoc uerbum cõuenit. nam producere ſignum * deambulare ſignificat. nam deambulare etiã intus potuit. Exemplum diſciplinæ.] Quia unus ex multis reliquus. An quia ſenior, & nuper etiã pædagogꝰ, ut ipſe ait, Quem ego puerũ tantillum in manibus geſtaui meis. Quid ſit? quid tu es triſtis?] Mire ſecuritatem ebrij hic expreſſit. nũquid enim pertimeſcit interuentũ ſenis, ut ſolebat, Syrus? aut quicq; præcauet? Sublanditur tantum, & ita rerum oblitus eſt, ut cum eum ſæuum
Fundis ſciat, cauſſam triſtitiæ eius inquirat. Tu uerba fundis hic, ſapientia?] Vtrum ſapientia uerba? an tu ſapientia? quia dixit ſuprà, Tu quãtus quãtus es, nihil niſi ſapientia es. Fundis.] Vtrum ſine ulla ceſſatione profers? An perdis? ſecundum illud, Nam quid tu hic agas, ubi ſi quid boni præcipias, nemo obtemperat? Dis quidem eſſes Demea.] Ab eo quod eſt ditis. dites facit: ab eo quod eſt dines diuitis, diuites. Quamobrem? quid feci?] Nihil nunc in Syro niſi ſimplex & purum ob ebrietatem. Et uide. quamobrem, quid feci, dicere, nõ eſſe ſobrij Syri. In ipſa turba.] Non minus ridicula importunitas Demeæ eſt, quàm ebrietas Syri: qui aduerſum temulentum tantæ grauitatis oratione perſonat, ut ex dicentis uultu & uerbis, & ex auditẽtis habitu & ſtupore magnã uoluptatẽ percipiãt ſpectatores. uides enim quãto pondere uerborũ cũ ebrio litiget. Potaſtis ſcelus.] Non ꝙ plus uidet ſenex ꝙ̃ obijcitur oculis: ſed oratorie Potaſtis dixit, cũ unum ebriũ cernat: propter illud quod ait, Exemplum diſciplinæ. quaſi in omnibus ſit quod in uno nũc aſpiciẽ. Virg. Et crimine ab uno Diſce omnes. Sanè nollem huc exitũ.] Et hoc dictum argumẽto eſt, Syrũ oblitum omnium rerum nihil reſpondiſſe Demeæ per fallaciam: ſed tantummodo pœnitere quòd exierit.

ACTVS V. SCENA II
DROMO. SYRVS. DEMEA.

DR. TEVS Syre, rogat te Cteſipho ut redeas. S. abi *Senarij*
D. Quid Cteſiphonem hic narrat? S. nihil. D. ehò carnufex,
Eſt Cteſipho intus? S. non eſt. D. cur hic nominat?
S. Eſt alius quidam paraſitaſter paruolus.

Noſtine

Noſtine? D. iam ſcibo. S. quid agis? quò abis? D. mitte me.
S. Noli inquam. D. non manum abſtines maſtigia?
An tibi mauis cerebrum diſpergi hic? S. abijt.
Ædepol comeſſatorem haud ſanè commodum,
Præſertim Cteſiphoni quid ego nunc agam?
Niſi dum hæ ſileſcunt turbæ, interea in angulum
Aliquò abeam, atq; edormiſcam hoc uilli: ſic agam.

IEus Syre.] Quàm clarè dicat, oſtenditur ex eo quod præmiſit Heus antè, ꝙ̃ loqueretur. Cteſipho.] Mire additũ nomen eſt: cũ aut ſine hoc, aut per pronomẽ intelligi poſſit Cteſipho. Vt redeas.] Redeas dicendo, oſtendit & illũ inter pocula, à quo egreſſus eſt ebrius. Eſt alius quidam paraſitaſter paruolus.] Non alius paraſitaſter, ſed alius Cteſipho, qui eſt paraſitaſter. & uide nõ alter, ſed alius: quaſi non duo, ſed multi ſint Cteſiphones. Et hoc ſic pronuntiandum eſt, ut ſimul & quærat & dicat Noſtin'. Quaſi ſycophanta, nunc addidit, noſtin'. nam ueteratoris eſt, etiam mentientem confidere. Quid agis? quo abis?] Hoc iam ebrio conuenit, non illi quem cognouimus Syrum. nam quòd retinet ſenem, confeſſionis genus eſt. Nõ manus abſtines maſtigia?] Etiam iecciſſe manum, ut teneret Demeam, ex ipſius uerbis cernitur.
An tibi mauis cerebrum diſpergi hic?] Vt apparet, baculo minatur. Abijt.] Quia prohibere non potuit, demiſſo & deſperanti uultu quid factum ſit dicit, & abiiſſe pronuntiat.
Aedepol comeſſatorem haud ſanè cõmodum.] ὑφ' ὑφημισμῷ tantum inopinatus ſuperuenit, ut omnia ſic offendat quemadmodũ qui comeſſatũ ingreditur: quia comeſſatoris eſt ſuperuenire ad ſcortum, & uociferari aliquid in iocularem ſtrepitũ. quare totũ falſe, totum ad Demeam contulit. Præſertim Cteſiphoni. Bona exceptio, ut appareat omnibus incõmodum & in his Aeſchino, ſed præcipue Cteſiphoni. Niſi dum hæ ſileſcunt turbæ.] Non quæ iam ſunt, ſed quæ erunt. Hoc uilli.] ὑποκόρισμα eſt uini: ut unus ullus, aſinus aſellus uannus uallus, unum uillum. *Vallus*

ACTVS V. SCENA III
MITIO. DEMEA.

M. PARATA à nobis ſunt, ita ut dixi, Soſtrata *Senarij*
D. Vbi uis? quiſnam à me pepulit tam grauiter fores?
Hei mihi, quid faciam? quid clamem, aut querar?
O cœlum, ó terra, ó maria Neptuni. M. hem tibi.
Reſciuit omnem rem: id nunc clamat ſcilicet.
Paratæ lites ſuccurrendum eſt. D. eccum adeſt
Communis corruptela noſtrûm liberûm.
M. Tandem reprime iracundiam, atq; ad te redi.
D. Repreſſi, redij, mitto maledicta omnia.
Rem ipſam putemus: dictum inter nos hoc fuit,
Ex te adeo eſt ortum, ne tu curares meum,
Néue ego tuum, reſponde. M. factum eſt, non nego.
D. Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?
Cur emis amicam Mitio? † nunquid minus *al. num qui*
Mihi idem ius æquum eſt eſſe, † quàm mecum eſt tibi? *al. quod*
Quando ego tuum non curo, ne cura meum.
M. Non æquum dicis, non. nam uetus uerbum hoc quidem eſt,
COMMVNIA eſſe amicorum inter ſe omnia.

D. Facetè.nunc demum iſtæc nata oratio eſt.
M. Auſcultа paucis,niſi moleſtum eſt Demea.
Principio ſi id te mordet,ſumptum filij
Quem faciunt,quæſo facito hæc tecum cogites:
Tu illos duos olim pro re tollebas tua,
Quòd ſatis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum uxorem credidiſti ſcilicet
Ducturum eandem illam rationem antiquam obtine.
Conſerua,quære,parce,fac quamplurimum
Illis relinquas,gloriam iſtanc tibi obtine.
Mea,quæ præter ſpem euenere,utantur ſine.
De ſumma nihil decedet quod hinc acceſſerit,
Id de lucro putato eſſe.omnia hæc ſi uoles
In animo uerè cogitare Demea,
Et mihi,& tibi,& illis dempſeris moleſtiam.
D. Mitto rem conſuetudinem ipſorum. M.mane.
Scio iſtuc ibam.multa in homine Demea
Signa inſunt,ex quibus coniectura facile fit,
Duo cum idem faciunt ſæpe,ut poſſis dicere,
Hoc impune facere huic,illi non licet.
Non quòd diſſimilis res ſit,ſed quòd is qui facit.
Quæ ego eſſe in his uideo,ut confidam fore,ita
Vt uolumus uideo eos ſapere,intelligere,in loco
Vereri,inter ſe amare,ſcire eſt liberum
Ingenium,atq; animum quouis illos tu die
Reducas. at enim metuas,ne ab re ſint tamen
Omiſſiores paulò.ó noſter Demea
Ad omnia alia ætate ſapimus rectius.
SOLVM VNVM hoc uitium affert ſenectus hominibus,
Attentiores ſumus ad rem omnes,quàm ſat eſt.
Quod illos ſat ætas acuet. D.næ nimium modo
Bonæ tuæ iſtæ nos rationes Mitio,
Et tuus iſte animus æquus ſubuortit. M. tacc.
Non fiet mitte iam iſtæc da te hodie mihi.
Exporge frontem. D.ſcilicet,ita tempus fert,
Faciundum eſt.cæterum rus cum filio
Cum prima luce ibo hinc. M.imò de nocte cenſeo. *al.primo luce*
Hodie modò hilarum fac te. D.& iſtam pſaltriam
Vnà illuc mecum hinc abſtraham. M.pugnaueris.
Eo pacto prorſum illic alligaris filium.
Modò facitò,ut illam ſerues. D.ego iſtuc uidero.

Atq;

Atq; ibi fauillæ plena,fumi,ac pollinis
Coquendo ſit faxo,& molendo præter hæc
Meridie ipſo faciam ut ſtipulam colligat.
Tam excoctam reddam atq; atram,quàm carbo eſt. M.placet.
Nunc mihi uidere ſapere.atq; equidem filium
Tum etiam ſi nolit, cogas ut cum illa unà cubet.
D. Derides? fortunatus qui iſtoc animo ſies.
Ego ſentio. M.ah pergis ne? D.iam iam deſino.
M. I ergo intrò:& cui opus eſt rei hilarem hunc ſumamus diem.

PArata à nobis ſunt,ita ut dixi Soſtrata.] In hac ſcena collatio eſt perſonarū mitis parentis ac ſæui. Parata à nobis ſunt. De uerbis abeuntis, uult oſtendere Poeta quam orationem cum Soſtrata habuerit ingreſſus Mitio. & uides quas ἀκριβείας interpoſuerit. primo, Parata à nobis ſunt, Quæ, non dixit: ſed, Ita ut dixi dicendo, ſignificat ſe dixiſſe omnia. Deinde, Vbi uis, fiant nuptiæ, uel quid tale, aut omiſit: aut dicturus hoc ipſum, audit uehemētius fores eſſe pulſatas, & quod agebat abiecit. Quiſnam à me pepulit.] A me, modo id eſt meas. Tam grauiter?] Quia irati omnia concite faciunt, cum pulſandæ fores eſſent exituro fores Demeæ, ſic eas pulſauit, ut & his ipſis iraſci uideretur. Hei mihi quid faciam? quid agam? quid clamem, aut querar? ò cœlum, ò terra, ò maria Neptuni.] Multum laborauit Terentius, ut ἀναλογίαν ſeruaret in dolore Demeæ: quo maior debet in Cteſiphone reprehenſio eſſe, quàm in delictis Aeſchini. Et nota quòd ubi non inuenit quod dignū loqueretur, ab interiectione cœpit, Hei mihi. Et adhuc cum pro rei magnitudine oratio parua eſſet, Quid faciam, inquit. In alieno indignatus eſt: in ſuo, Quid faciam, inquit. In alieno litigauit: hic ait, Quid agam? In alieno clamauit, & queſtus eſt, hic in ſuo relinquitur. & præter διακόρησιν in Aeſchini peccato Mitionem accuſauit: in Cteſiphonis, elementa cum diſs omnibus ac toto mundo. mira ἀνθρησις, & quam imitatur Virgilius in Orpheo poſt amiſſam rurſus Eurydicē, Quid faceret? inquit. omnia enim conſumpſerat primus dolor. Quò ſe rapta bis coniuge ferret? Nam quid præter omnes terras atque inferos loci remanebat? Quō fletu manes. Per quem fletum manes, quaſi omnes primis luctibus impleuerit lachrymis. Qua numina uoce moueret? cui nec ira quidem inexperta remanſerat. Et uide hic gradus doloris & iracundiæ: in tātum autem, ut iam creſcere non poſſint. quippe in initio fabulæ tantum triſtis eſt Demea. nam ſic audit à Mitione, Quid triſtis es? & ipſe, Rogas me (ubi nobis Aeſchinus ſiet) quid triſtis ego ſim? Inde mox procedit in peius: adeò ut ſic incipiat, Diſperij, Cteſiphonem audiui filium unà fuiſſe in raptione cum Aeſchino. Inde poſtea dicit, Næ ego homo ſum infelix. Ad poſtremū, Hei mihi quid faciam? quid agam? Et naturali quodā modo, poſtq; ſummus furor ad extrema peruenit, repēte ſenex mutatur, & mitis eſt. O cœlū, ò terra, ò maria Neptuni.] Neptunus, quia medius ſit inter cœlum & inferos, dum utriuſq; regni particeps habetur, elemētorum omnium potior. nam ideò tridentem habet pro numero trium elementorum, ut apud Virgil. iccirco dicit, Iam cœlum terramq; meo ſine numine uenti Miſcere. Et apud Homerum ſic idem, ὡς εἰπὼν σύναγεν νεφέλας, ἐτάραξε δὲ πόντον, χεροὶ τρίαιναν ἑλών, πάσας δ' ὀρόθυνεν ἀέλλας παντοίων ἀνέμων. σὺν δὲ νεφέεσι κάλυψε θαλάσσαν ὁμοῦ καὶ πόντον. Et hoc eſt quod ait Horatius in arte Poetica, Interdū tamen & uocē comœdia tollit. In hæc enim tria rerū natura diuiditur. Vt Virg. Principio maream ac terras, cœlumq; profundū. Et per hoc, totū mundum accuſauit. O cœlum, ò terra, ò maria Neptuni. Verum Deos elementa uocauit, quòd diſs quoq; iraſcitur, qui in iſs cōmorantur, ut dolentes ſolent? An quia deos eſſe nō putat, ideò hæc omnia Neptuni dicit: quaſi dicturus eſſet, Neptunia fiant, niſi intercederet perſona Mitionis: quem uidens, ad aliud cōuerſus, deſijt diluuiū & interitū rebus optare obiecto fratre, cui maximè iraſcitur, & propter quem deteſtabat omnia. Tale eſt apud Virg. Omnia uel medium fiant mare. An omnia accuſat ut indignantes ſolent? Vt, Quem non incuſauī amens hominumq;, deorumq;? Et ut, Atq; deos atq; aſtra uocat crudelia mater. Hem tibi.] τῷ ἰδιωτισμῷ Tibi. Nulli enim Mitio loquitur. Id nunc clamat.] Id, ob id. Paratæ lites.] Videt & ipſe pertimuiſſe, dicēdo ſcilicet, & paratæ lites. Sed ut rurſus cōfirmet ſeipſum, quia ſuccurrendū eſt, ait, Succurrēdum eſt. Cteſiphoni ſcilicet. Cōmunis corruptela noſtrū liberū.] Qui cōmuniter ambos corruperit. Cōmunis corruptela noſtrūm liberūm. Maior accuſatio eſt iſta, q; prior: quippe

cum iam modo de ambobus accuſetur Mitio,nō de uno. Tandem reprime iracūdiam.] Mire quia reprehendere nequit iraſcentē:nimietatem reprehendit irati.Et ira, de cauſſa eſt: Iracundia de moribus. Atq; ad te redi.] Quia ira,ab eo quod eſt ire dicitur, quòd à ſe eat qui iraſcitur & furit.Et ad te redi,proprie dixit.Virg.Verū ubi nulla fugam reperit fallacia, uictus In ſeſe redit.Et Cicero,Redit ad ſe atq; ad mores ſuos. Repreſſi,redij.] Non qd dicatur,ſed quo geſtu dicatur ſpecta:& uidebis neque adhuc repreſſiſſe iracundiam, neq; ad ſe redijſſe Demeam.ſed cū mira eſt atq; perſpicua moralitas,in huiuſmodi rebus apparet.

Rem ipſam putemus.] Videtur paulo citius deſtomachatus,cū res etiā incertæ poſcebāt. Sed & hoc morale:nam iuſtè irati,omiſſa ſæuitia,ad ratiocinationes ſæpe feſtinant. & præterea illud accedit,quòd non inuenit iam quod condigne dicat,ſimul etiā quia increpitus eſt à fratre,quòd apud ſe iā non ſit per iracundiam uehementem. Rem ipſam putemus.] Tractemus,purgemus,nam & hinc putamina, purgamenta dicta ſunt,ut Plautus in Captiuis ait,Nucleum amiſi,retinui pignoris putaminа.Et Virg.Multa putās inquit.Putare proprie eſt falſa & caſſa,à ueris & utilibus reſecare,unde arborum purgatores,putatores dicunt.Et Rem,cauſſam ipſam litis oſtendit,ut Mitte iſta, atq; ad rem redi. Ne tu curares meum.] Nam ambos curare,propémodum repoſcere illū eſt quem dediſti. Factum eſt.] Apparet Mitionem inuitum quidem fateri,ſed facetè cōtemnere obiecta. Cur emis amicā Mitio?] Inclamatio iſta nominis,magnā inuidiam ſignificat:ut,Regnum ne Aeſchine hic poſſides? Et,Pacem te poſcimus omnes Turne. Num qui minus mihi idem ius æquū eſt eſſe.] Aut num,aut qui abundat.& eſt ordo,Qui minus æquum eſt eſſe idem ius mihi, &c. Qui ergo, quare,uel cur ſignificat. Non.] Confidenter Non repetiuit,non habens rationem quam ſubijceret:niſi illi prouerbium ueniſſet in mentē.Nam quia ſe uidet in malam cauſſam incidiſſe,totum uernaliter & facetè agit:& ſubijcit æquitatem,ubi iuſto ſe tueri nō poteſt. Quod tamen à Demea ſtatim cōuincitur,dicendo,Nunc demū iſtæc oratio nata.ut oſtendat illum perturbatū contraria protuliſſe dictis ſuis ſuperioribus. Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.] Inter Pythagoreos ortum dicitur. Facere,nunc demū oratio iſtæc nata. Alij totum iungunt:alij ſeparant.Et bene Nata eſt:nam ſic dicimus de rebus repētinis,ut ſuprà,Ere nata melius fieri haud potuit,cū factum eſt, hera. Auſculta paucis, niſi moleſtū eſt Demea.] In duas partes diuiditur tota perſuaſio:nihil paſſurum Demeam damni, nihil corruptelæ. Et me tum uxorem credidiſti ducturum ſcilicet.] ἐπαγωγή. Principio ſi id mordet te,ſumptum filij quem faciunt.] Figuratiua locutio eſt:ut Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit. Quæſo.] Modo obiurgatorium eſt quæſo. Pro re tua.] Pro patrimonij tui qualitate. Conſerua.quære,parce.fac quamplurimum illis relinquas.] Hoc ſic pronuntiandum,ut appareat hanc ipſam uoluptatem diſplicere Mitioni. Conſerua. Parta. Quære. Noua. Parce. Omnibus. Vtantur ſine.] Aut deeſt His:ut ſit, his utantur.Aut mea utātur,antique locutus eſt. De ſumma nihil decedet.] Rei tuæ ſcilicet. Dempſeris.] Pro demes. Mitto rem.] Pecuniam.& hæc exclamatio eſt moralis nimis aduerſum tardos, ac non intelligentes homines. Conſuetudinem ipſorum.] Loquor,aut quid tale ſubaudiendum. Mitto rem conſuetudinem ipſorum.Vel ab utilitate ad honeſtatem tranſit: uel à rebus ad illos ipſos de quibus agitur.Cauetur enim ne aut rem perdant,aut ipſi pereant.

Mane.ſcio.iſtuc ibam.] Moralis & faceta correptio,cōtinens in ſe latenter blandimētum quo deliniatur auditor. Multa in homine Demea ſigna inſunt.] Obſcuriſſimus ſenſus & re,& uerbis. Duo cum idem faciunt.] Obſcure locutus eſt,cum hic ſit ſenſus: Duo idem faciunt: quorum uni licet facere,alteri non licet. Sæpe ut poſſis dicere.] Melius eſt Sæpe ad ſuperiora coniungere:nam poſſunt duo idem facere, & caſu, non ut ſimilitudinem facere uideantur.tunc ergo erit ſignum,Sæpe idem faciunt.Dicere autem, poſuit pro intelligere & ſcire:ab eo quod præcedit,id quod ſequitur.ut, Fœneratum iſtuc beneficium pulchre tibi dices.&,Memorem me dices eſſe,& gratum. Non quòd diſſimilis res ſit.] An quia huic licet? Quæ ego illis ineſſe uideo.] Ordo & ſenſus hic eſt.Multa in homine Demea ſigna inſunt,ex quibus coniectura facile fit:quæ ego illis ineſſe uideo,ut confidam fore ita ut uolumus. Duo cum idem faciunt.Nam ambo & ſapiunt & intelligunt, & loco uerentur. non ingenij uitium,ſed ætatis eſt. Intelligere,in loco uereri. Non,in loco intelligere:ſed,in loco uereri. Inter ſe amare.] Citò dixit inter ſe:quod eſt,cum alter alterum inuicem amat. At enim metuas.] ἀντίθεσις ad priorem tractatum pertinens, qui eſt habitus de conſuetudine rei familiaris. Ne ab re tamen ſint omiſſiores paulò.] Quia amant, potant,olent unguenta. At enim metuas,ne ab re ſint tamen omiſſiores paulò. Oratorie paulò. nam non paulo omiſſiores fore Demea, ſed plurimum fore credit & metuit. Et à re,à patrimonio. Omiſſiores. Negligentiores. Sic in Heautontimorumeno, Vbi te uidi animo eſſe omiſſo. O noſter Demea.] Blanda & cum quodam complexu eius qui reprehenditur, incuſatio,

Redire ad ſe *Putare* *Putamina* *Putatores* *Res* *Conſeruo* *Quæro* *Parco* *Vtor* *Dico* *Inter ſe amare* *Omiſſior* *O noſter*

incuſatio,& de more ſublata.Et ſic hoc dixit,tanquā dicturus eſſet,Multa te latent,ſimplex homo es. nam huiuſmodi ſententia, latenter quandam dicentis autoritatem fiduciamq; deſignat. Ad alia omnia ætate ſapimus rectius.] Præter quam ad auaritiam. & per hoc, quod optas liberis,uitium ſenectutis eſt. Attentiores ſumus ad rem omnes.] Proprie attentiores redditomiſſioribus.ſuprà enim dixerat, Ne ab re tamen ſint omiſſiores paulo.

Quam ſat eſt.] Quaſi dicat, attentos nos eſſe non ſtatim crimen eſt. Quod illos ſat ætas acuet.] μεταφορικῶς acuet. Næ nimium bonæ tuæ iſtæ nos rationes Mitio, & tuus iſte animus æquus ſubuertit.] Næ,ualde. Subuertit infra legendum eſt. Si Ne,pro Non coniunctione eſt,ſubuertat legendum eſt: ita ut ſubaudiamus timeo, uel aliquid tale. Et Tuæ & Iſtæ quòd ait, ſignificationem habent nullius modi rationem & ineptam.nam apparet non eas probari ab eo qui ſic loquitur: ut ſuprà, Iam uerò omitte Demea tuam iſthanc iracundiam. Tace.non fiet.] Tace nūc pro εὐφημισμῷ poſitum eſt quaſi diceret, Non ſubuertet, ne dixeris quod mali ominis uerbum eſt. Da te hodie mihi.] Accommoda te ipſum uoluntati meæ.nam in animum tranſtulit quòd eſt corporis.ut in Eunucho,Mihi ſeſe dare,ſer monem quærere. Cicero, Ceruiculam iactare,& populo ſe accommodare. Da te hodie mihi.Si non uis inquit,propter te:uel propter me mitis eſto. Exporge frontem.] Quia contrahi in uerbo dicitur.Et uerbo iſto oſtenditur quanto conatu opus ſit ad explicandam tantam contractionem ſenectutis & ſeueritatis. Scilicet, ita fert tempus. faciundum eſt.] Vide ſi non hoc ſit,quod Græci * dicunt:nam ſic &,Ita tempus fert,&, Faciundum,dicendo: oſtendit ſe magis cogi neceſſitatibus,ut paulo ſit tranquillior. & cum tanta difficultate promittit,tanquam mala ſubiturus ſit: atque adeò maiorem partem ſecum diſputat,neceſſario hoc uelit nolit faciendum eſſe,ut ſit lætior: & hoc quia tempus fert.

Cæterum rus cum filio prima cum luce ibo hinc.] Hoc ideo facit, quaſi gaudere interim non poſſit,niſi ſe uicinæ ſæuitiæ proximitate ſoletur. Faciundum eſt. Satis mirè:tanquam neceſſitate cogatur ad gaudendum agreſtis ſenex. Ibo hinc. Tanquam de malo loco.

De nocte.] Abundat De. Cum primo lucu.] ἀκριβολογία, nam cum primo lucu uetere dicebant,lucum pro luce,pro ſole ponentes.Ergo cum primo lucu, cum primum ſol cœperit illuceſcere. Cum primo lucu.Veteres maſculino genere dicebant lucem. Fac te.] Eodem uerbo utitur, quo iamdudum: ut laborem ad lætitiam ſe conuertentis oſtendat, id eſt,elabora ut ſis hilaris. Et iſtam pſaltriam unà illuc mecum hinc abſtrahaam.] Vide ſingulas ſyllabas imbutas amaritudine ruſtica, atque agreſti: nam Iſtam odium ſignificat. Pſaltriam, ſæuitia in nomen eſt, quam delicioſam eſſe oportet. &, unà mecum: quam cum adoleſcentibus eſſe conuenerat.& illuc:ad quem locum pſaltriam ſecum ire compellit. Deinde ne uel in itinere pœna ceſſet,Cum filio ibo hinc inquit: illam uero abſtrahaam. nam illuc eo animo dixit,quo ſuprà,Ibo hinc.Et apparet illum quaſi mancipium ducturum puellam,non ut fidicinam. Mecum hinc abſtraham.Non abducam:ſed quod eſt ſæuientis, abſtraham. Pugnaueris.] Magnam rem feceris. Sic Lucilius, Vicimus ocyus,& magnam pugnauimus pugnam. Eo pacto prorſus illic alligaris filium.] Hæc cum riſu dicit Mitio.Et ligare,eſt injcere alicui uincula. Quis uero dicitur alligari ad aliquid,ſine quo eſſe non poſſit.Ergo proprie ad amicam alligari adoleſcentem dixit amatorem.Prorſus autem,certe, recte,ac uere ſignificat. Vt illam ſerues.] Acuendum Illam.Hoc eſt,nō iam filium, ſed illam ſerua,in qua utrunq; retinueris. Ego iſtuc uidero.] Hoc eſt ut illam ſeruem. Coquendo ſit faxo,& molendo.] Ne ametur ſcilicet. Atque ibi,fauillæ plena,fumi,ac pollinis coquendo ſit faxo,& molendo. Atqui molere prius eſt,quàm coquere: ſed illud prius poſuit,quo pulchritudo magis fœdatur.an quia prius torreatur triticum,ut tundi poſſit:ut Vir.Et torrere parant flammis,& frangere ſaxo. Coquendo ſit faxo & molendo. Præter hæc.] ἀκολουθία octaua. Meridie ipſo.] Cū ſol uehementior eſt. & nomē fecit de aduerbio. Meridiem dixerunt ueteres quaſi mediem,r pro d poſito,propter cognationem harū inter ſe literarum. Vt ſtipulam colligat.] Quod ſub ſole fieri neceſſe eſt. Tam excoctam reddā, atq; atram.] ἰδιωτισμὸς dixit reddam pro faciam.Et excoctam,ad tenuitatē ſiccati coloris. Atram, ad colorem retulit.Et uide quàm aſpera,quamq; ingrata clauſula ſit,qua ſæuidici ſenis finitur oratio. Placet.nunc mihi uidere ſapere.] Nō contradicit,ne rurſus prouocet ad iurgiū.

Atq; equidē filiū.] Nō ſolū ſuadet lætitiam,ſed etiam ridere cogit inuitū. Derides:fortunatus qui iſto animo ſies.] Hoc uerbū uultu Demeæ ſic proferē,ut ſubriſiſſe uideat inuitus. Sed rurſus Ego ſentio amarè ſeuereq; dixit.Et ridet qui ſimpliciter ridet: Deridet qui cū alterius irriſione & contēptu ridet. Fortunatus qui iſtoc animo ſies. Nō laudantis eſt quod ait,fortunatus:ſed moraliter reprehēdētis.ut ſi dicas, cū te aliquid cura offenderit,fortunatos ſtultos,qui nihil ſentiant.At hoc quoq; dixit in Eunucho, At ego infelix neq; ridiculus eſſe,neq; plagas pati poſſum. Iam iam deſine.] Et hic uelut neceſſitatē querē imponi ſibi.

Attentiores *Tuus iſte* *Tace* *Da te mihi* *Exporrigo* *Contraho* *frontem* *Ita tēpus fert* *Meridie ipſo* *Reddere* *Ridere* *Deridere* *Abſtraho* *Ligare* *Alligari ad aliquid* *Prorſus*

Et ſi cui opus eſt rei.] Cui rei credis, niſi nuptijs: hoc eſt ludo, atq; lætitiæ: uoto, & gaudio nuptiali. Hunc ſumamus diem.] Non, accipiamus, ſed impẽdamus, & conſumamus. Vnde & ſumptum dicimus pecuniam quæ inſumenda eſt. *Sumere* *Sumptus*

ACTVS V. SCENA IIII.

Trochaici quadrati catalectici.

DEMEA

NVnquam ità quiſquam bene ſubducta ratione ad uitam fuit
QVIN RES, AETAS, uſus, ſemper aliquid adportet noui,
Aliquid moneat, ut illa, quæ te ſcire credas, neſcias:
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies,
Iamb. tet. aca. Quod mihi nunc euenit. nam ego uitam duram, quam uixi uſq; adhuc
Propè iam excurſo ſpatio, mitto, id quamobrem, re ipſa repperi *Troch.*
FACILITATE NIHIL homini eſſe melius, neq; clementia.
Id eſſe uerum, ex me, atq; ex fratre, cuiuis facile eſt noſcere:
Ille ſuam ſemper egit uitam in otio, in conuiuijs:
Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.
Sibi uixit, ſibi ſumptum fecit: omnes benedicunt, amant.
Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculentus, tenax,
Duxi uxorem: quam ibi miſeriam uidi! nati filij,
Alia cura: porrò autem dum ſtudeo illis ut quamplurimum
Facerem, contriui in quærendo uitam atq; ætatem meam.
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab his fero
Odium: ille alter ſine labore patria pótitur commoda:
Illum amant: me fugitant. illi credunt conſilia omnia:
Illum diligunt: apud illum ſunt ambo: ego deſertus ſum.
Illum ut uiuat optant: meam autem mortem expectant: ſcilicet
Ità eos meo labore eductos maximo, hic fecit ſuos
Paulo ſumptu: miſeriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.
Age age, nunc experiamur contra hæc quid ego poſſiem
Blandè dicere, aut benigne facere, quando eò prouocat.
Ego quoq; à meis me amari & magnipendi poſtulo.
Si id ſit dando, atq; obſequendo, non poſterioris feram.
Deerit: id mea minimè refert, qui ſum natu maximus.

NVnquam ita quiſquam bene ſubducta ratione.] In hac ſcena exemplum inducitur hominum qui uirtutem tædio deſerunt, ob contemptum eius: quòd apud omnes ſæuum eſſe, uitioſum ſit. Et adeò fauet Terentius clementioribus ac mitiſſimis patribus, ut hunc quoque adducat ad ſententiam Mitionis, non tam rurale m ineſſe ueris patribus acrimoniam: ſed eam ſemper inuidioſam eſſe adoleſcentibus. Bene ſubducta ratione. Bene diſpoſita, bene computata. Ducere enim eſt digitis computare. ſed ducere eſt apud aliũ & palàm: ſubducere, apud ſeipſum & ſecreto. quo magis in uerbo iſto maioris attentionis & diligentiæ ſignum eſt. Quin res] Quin modò cur non ſignificat. Quin res, ætas, uſus. Tria poſuit. ex quibus Res pro experientia ponitur: & hac *Subducta ratione* *Ducere*

& hac dicit ſe eſſe mutatum. nam mox dicet, Re ipſa repperi, facilitate nihil eſſe homini melius, neq; clementia. Aliquid moneat.] σύλληψις eſt per caſus. ſubauditur enim, quem. *Res*

Quæ tibi putaris prima.] Ante alia eligenda: quæ & primo loco ponẽda, ac per hoc optima. Vitam duram quam uixi.] ἀρχαϊσμὸς, ut Lucillius, Magnam pugnauimus pugnam. Nam ego uitam duram quam uixi uſq; adhuc. Prius dixit quid faciat, quàm cur faciat. *Primus* *Vitam uixi*

Prope iam excurſo ſpatio.] Id eſt ad calcem, propter ipſos decurſus metas q; uiuẽdi. & eſt μεταφορὰ ſumpta à curſoribus. Excurſo ſpatio. Id eſt in ſumma ſenectute. Id quamobrem re ipſa reperi.] Quia ſecum loquitur, ideò multa reticet. & deeſt, Faciã: &, Si quis quærat: &, Dicam. Facilitate.] Iam facilẽ ſe infert. Inter facilitatem & clementiam hoc intereſt: Facilis enim, cuius ira cito ſoluitur: Clemens, qui non irascitur. Ille ſuam ſemper egit uitam.] Hic iam quaſi comparatiua qualitas inducitur de utroq;: & ut ille in initio fabulæ locutus eſt, ſic in fine hic loquitur. Clemẽs, placidus, nulli lædere os.] Mira uarietas & in locis, & in partibus orationis. Et clemens eſt qui colit mentem ſuam, nec eam uexat iraſcẽdo. *Excurſo ſpatio* *Facilis* *Clemens*

Nulli lædere os, Arridere omnibus. Voluptatis affectus eſt duplex: aut enim ex quiete uoluptas eſt, aut ex aliquo actu. ergo hic utrunq; complexus eſt. Nulli lædere os. Id eſt, nullũ præſentem lædere. Et uide quam gratè à nominibus ad uerba tranſeat. Clemens, placidus. Clemens eſt circa recte agentes: Placidus, etiam circa delinquentes. Et clementis eſt nulli lædere os, Placidi arridere omnibus. Et clemens animo, Placidus uultu. Et nulli lædere os. Adeò ut nulli ſe contriſtem faciat. & hæc eſt figura ἀναδρομὴ, cum recurrimus per ea quæ diximus: & ἐφηνλικῶς omnia repetita ſunt. Ego ille agreſtis.] Bene addidit Ille, quaſi iam notus, hoc ipſo quòd ferus atq; agreſtis. Et ſæuus, factis: Triſtis, animo: Truculentus, uultu. Et aliter dici poteſt, ut triſtis ſit qui dolet, truculentus & ſæuus qui terret. & ideo αὔξησις mira per iſta decurrit. Duxi uxorem.] Pendet, duxi uxorem: ſed etiam cum magno ſignificatu, addendum eſt: maiore enim pondere ſubtrahitur coniunctio. nam, duxi etiam uxorem, dicendum fuit. Quam ibi miſeriam uidi!] Ibi inquit, quaſi uxor locus ſit. & hoc ſine coniunctione, ut mala quæ enumerat, multa uideantur. Alia cura.] Non altera. Patria potitur commoda.] Accuſatiuo caſu extulit, quod nos ablatiuo dicimus, id eſt patrio potitur commodo. Actius in Clytemneſtra, Feras potiuntur plagas. Illum diligunt, apud illum ſunt ambo, ego deſertus ſum.] Hic oſtendit Terentius uerum patrem & moleſtiorem & odioſum eſſe magis adoleſcentibus. Illum ut uiuat optant.] σύλληψις. Nam ſic ueteres loquebantur. nos uerò dicimus, illi optant: non, illum. Illum.] Mitionem. Nunc experiamur.] Magis comice pluraliter experiamur dixit, quàm ſi diceret, experiar. Quãdo huc prouocat.] Non addit, quis: ſed intelligimus Mitionem ſignificari. Si id ſit dando, atq; obſequendo.] Bene naturam ſecutus eſt, qui artem ignorat, putans agi ueris omnia debere, non dando & obſequendo. Si id ſit. Id eſt, Iam à liberis ſi magnipendor. Non poſteriores feram.] Subauditur partes. aut, non parui faciam, id eſt non uincar à Mitione. Et translatio eſt à partibus hiſtrionum in fabula. Non poſteriores feram. Primus in his ero inquit, in dando atq; obſequendo. Deerit, id mea minimè refert.] Vide remanere in De mea non penitus eiectam ſecuritatem: *Poſteriores* *ferre*

ACTVS V. SCENA V

SYRVS. DEMEA.

S. HEVS Demea, rogat frater ne abeas longius. *Senarij*
D. Quis homo? ó Syre noſter, ſalue: quid fit? quid agitur?
S. Recte. D. optime eſt. iam nunc hæc tria primum addidi.
Præter naturam, ó noſter, quid fit? quid agitur?
Seruum haud illiberalem præbes te, & tibi
Lubens bene faxim. S. gratiam habeo. D. atqui Syre
Hoc uerum eſt, & ipſa re experiere propédiem.

HEus Demea rogat frater ne abeas longius.] Hic oſtẽdit Poeta, quàm abſurdè blandus conẽt eſſe qui non ſoleat: & q; immodica ſit repentina largitas, ubi animus à parcitate nimia in cõtrariũ uitiũ profuſionis excurrerit. Heus Demea, rogat frater ne abeas lõgius. Vt apparet, tã edormiuit crapulã Syrus. & ſatis moraliter dixit, frater: neq; addidit Tu. Frater. Moraliter, nã deeſt tuus.

O Syre

O Syre noſter ſalue,quid fit?] Iam non hæc blanda,ſed dura ſunt.nam ſalue dixit ei,non ſolum quem ſæpe uiderit.ſed cũ quo totiens litigauerit. Quid fit?quid agitur?] Interrogat *Recte* & cum ſciat,& cum damnet actus eius. Recte.] Bene reſpondit. hæ enim interrogationes de ſalute atq; incolumitate eius ſunt qui interrogatur. Hæc tria.] Deeſt,uerba. Præter naturam.] Plus dicit,q̃ ſi diceret,præter conſuetudinem. Iam nunc hæc tria primũ addi *Quid fit? quid agitur?* di,præter naturam.O noſter,quid fit?quid agitur?Hoc preſſius dictum eſt. Seruũ haud illiberalem.] Dura & importuna repente commutatio ex tanta uituperatione in laudẽ Sy- *Præbere* ri,oſtendit contra naturam ſuam niti Demeam. Præbes te.] Id eſt re oſtendis, factis pro- bas. Et tibi lubens bene faxim.] Et bene ad quam rem adiectum eſt,an & bene * hoc addidit.quis enim credat tam ſubitis poſt ſæuitiam blandimentis, niſi factis quoq; ue- ra eſſe oſtendantur? Et tibi lubens bene faxim.Et additum eſt,ut oſtendat hãc eſſe ſenten tiam,Non ſolum te laudo,ſed etiam te iuuo:illud dicendo,hoc faciendo. Et tibi lubens be ne faxim.Poteſt hoc & ſic intelligi,Bene tibi faxim,& lubẽs.multi enim bene, ſed nõ ex ani- mo faciunt.Omnia ergo addidit,quæ placidum oſtendant ipſum,atq; clementem. Atqui *Propediem* Syre.] Atqui,abundat per παρέλκον. Syre.Aſſeueratio eſt nõ credentis. Hoc uerum eſt.] Quaſi falſum fuerit illud quod iurgabat:& hoc ſit uerum quod nunc dicit. Propẽdiem.] ὀψὲ μ.. Nam propẽdiem aduerbium eſt temporis:ut ſi diceret,cito.

ACTVS V SCENA VI

GETA. DEMEA

G. HEra ego hinc ad hos prouiſam quàm mox uirginem *Senarij*
Accerſant·ſed eccum Demeam·ſaluos ſies,
D. Oh,qui uocare? G.Geta. D.Geta.hominem maxumi
Pretij eſſe hodie te iudicaui animo meo.
Nam is mihi eſt profecto ſeruus ſpectatus ſatis,
Cui dominus curæ eſt,ita ut tibi ſenſi Geta.
Et tibi ob eam rem,ſi quid uſus uenerit,
Lubens bene faxim·meditor eſſe affabilis,
Et bene procedit. G.bonus es,cum hæc exiſtimas.
D. Paulatim plebem primulum facio meam.

Prouiſo HEra ego hinc ad hos prouiſam .] Ad hos,ad Mitionem & Aeſchinũ ſcilicet. Prouiſo duas res ſignificat:procedo,& uideo. Sed eccum.] Hoc apud ſe. *Oh* Oh q uocare?] Hac interiectione utimur,ubi ex interuallo notos uidemus. Oh qui uocare?Poſt Oh,nomine uocaturus, non habuit quod diceret: & ideo ſubiecit.Qui uocare?Virg.O,quam te memorem uirgo?nãq; haud tibi uultus Mortalis:nec uox hominem ſonat. O dea certe, An Phœbi ſororian Nympharum ſanguinis una?Moris eſt autem inferiores proprio nomine uocari, ſi blandi- ri uelis.ſed hic nominis oblitus,dũ dubitat & inquirit,inhæſit pronomini. Animo meo.] Hoc eſt ſecundũ animi mei ſententiã,& quantũ ad animum meum pertinet. Nam is mihi *Mihi* eſt profecto ſeruus.] In hoc laudãdo quia nõ laborat,ſubiecit ſpecialiter merita eius: aut, ut exiſtimo,nihil habuit quod diceret niſi laudẽ,ſine ullius facti mẽtione.Et Mihi,id eſt quan- tum ad iudicium meum pertinet. Cui dominus curæ eſt.] Cum hic dominas habuit, do- minum dixit:quia præualet maſculinum.Virg. Deſcendo,ac ducente deo flammam inter & hoſtes Expdior.Et præterea ſententia generalis inducitur,cum nullum ſpecialiter domi- num ſignificat. Ita ut tibi ſenſi Geta.] Maximum delinimentum infert,eum nomine uo- cans: quod tantum ſuperioribus eſt.& uide quàm grate, poſtquàm ipſe dixit, nomine ap- pellauit Getam. Et tibi ob eam rem.] Quid & tibi?utrum quemadmodũ alijs ? an quem- admodum Syro? Et tibi ob eam rem,ſi quid uſus uenerit. Defectus quidam ruſtici præ- ter naturam blandientis,cogit dicta repetere ſine gratia.Hæ autẽ promiſſiones ad hoc præ- mittuntur,ut cum in ſubiectis agi à Demea huiuſmodi res cœperint,non ſit abſurdum ſpe- ctatoribus Demeam tam cito eſſe mutatum. Meditor eſſe affabilis.] Sic hoc lentius, ut il- lud ſuprà,Iam nunc tria hæc addidi præter naturam, O noſter,quid fit?quid agit? Paula tim plebem.] Moraliter inferiorum turbam,plebem dixit,hoc eſt,ut in urbe uulgus, ita in familia

familia ſeruos.Et ſit translatio ab ijs qui honores doloſe,ac non pro merito petunt, ambitio ſiq; ſunt. Plebem primulum facio meam.Hoc eſt mihi fauentem.Et è contrario Virgilius *Meus* Vadimus immixti Danais haud numine noſtro.

ACTVS V SCENA VII

AESCHINVS. DEMEA. SYRVS. GETA

AE. CCIDVNT me quidẽ,dum nimis ſanctas nuptias *Senarij* *In quidem alii quid eliditur*
Student facere·apparando conſumunt diem.
D. Quid agitur Æſchine? AE.hem pater mi,tu hic eras?
D. Tuus hercle uerò & animo,& natura pater,
Qui te amat plus quàm hoſce oculos·ſed cur non domum
Vxorem accerſis? AE.cupio,uerùm hoc mihi mora eſt
Tibicina,& hymenæum qui cantent. D.ehò
Vin' tu huic ſeni auſcultare? AE.quid? D.miſſa hæc face,
Hymenæum,turbam, lampadas,tibicinas·
Atq; hanc in horto maceriam iube dirui
Quantum poteſt·hac transfer,unam fac domum.
Traduce & matrem,& familiam omnem ad nos. AE.placet
Pater lepidiſſime. D.euge,iam lepidus uocor.
Fratri ædes fient peruiæ turbam domum
Adducet,& ſumptum admittet,multa, quid mea?
Ego lepidus ineo gratiam· iube nunc iam
Dinumeret Babylo illi uiginti minas.
Syre ceſſas ire,ac facere? S.quid ago? D.dirue·
Tu illas abi & traduce. G.Di tibi Demea
Benefaciant,cum te uideo noſtræ familiæ
Tam ex animo factum uelle. D.dignos arbitror·
Quid tu ais? AE.ſic opinor. D.multò rectius eſt
Quàm illam puerperam nunc huc duci per uiam
Ægrotam. AE.nihil enim uidi melius mi pater.
D. Sic ſoleo.ſed eccum Mitio egreditur foras.

OCcidunt me quidẽ.] Adoleſcens & Demea inter ſe affabiles, imaginẽ præbent, & quàm dulcis ſit iunioribus aſſentatio,& q̃ ingrata cenſura. ἰδιωλικῶς autẽ di- xit,Occidunt me,pro,nimis lædunt & cruciant me. Dum nimis ſanctas nu- *Occidunt me* ptias.] Et nimis & Sanctas ridicule additum eſt in ea ducẽda quæ iam peperit. *Sanctum* nam ſanctum eſt,quod omni obſeruatione inuiolatũ eſt. Et bene additũ eſt Ni- *Nimis* mis:quia nimiũ pro uitio ponitur:iuxta illam ſententiam,Vt ne quid nimis. Occidũt me quidẽ.Quidem pro expectatione * eſt,tanquam in hac mora nullus alius occi *Quidem* datur,niſi qui amat, id eſt ego. Quid agitur Aeſchine?] Iam ipſe docuit,quid fit, & quid agitur,blandimentum eſſe. Iam nunc hæc tria primum addidi præter naturam , O noſter, quid fit?quid agitur? Hem pater.] Non ſine conſternatione reſpondet Aeſchinus: etſi hic blande interrogat,& miti uultu·nam ex improuiſo obiectus eſt Demea,& inſperanti. Tu- us Hercle uerò & animo & natura pater.] Totum eripuit Mitioni, cui ne animum quidem reliquit. Qui te amat pluſquàm hoſce oculos.] Magis comicum , quàm amo. Sed cur non domum uxorem·accerſis?] Bene ſubiecit quæ uolenti eſſe credebat. Verum hoc mi- hi mora eſt,tibicina,& hymenæũ.] Hoc eſt ꝺd ait.Dũ nimis ſanctas nuptias ſtudent facere.

Hyme-

Hymenæus Hymenæum quidam Liberi & Veneris filium dicunt esse, qui primus certas nuptias instituerit. ideo per laudem cantatur uirginalibus nuptijs ob huiusmodi meritū. Alij uirum fortem Atticum dicunt fuisse, qui raptas prædonibus uirgines, oppressis latronibus, intactas patriæ restituerit. Alij, quòd ὑμὴν dicatur membrana quædam qua est munita uirginitas, quæ primo disrumpitur coitu, Hymenæum putant, ueluti hymnum uocari uirginalium nuptiarum. Ergo sic accipe Hymenæum in nuptijs, quemadmodum θρῆνον in funere, uel in sacris hymnum. Vin' tu huic seni auscultare? Contempsit seipsum dicendo huic seni, hoc solum afferens causæ cur audiendus sit, quòd sit senex. Et totum hoc apparet lætissimo uultu dici. Turbas, lampadas, tibicinas.] Bene totū pluraliter: ut qui reprehēdit sic multa. Plautus, Quid tu mihi parasitos, lusos, quid sumanos somnias. Hæc igitur uultu pronuntianda sunt, ut appareat ea displicere dicenti. Atq; hanc in horto maceriam iube dirui.] Macer*Maceries* ies dicitur paries nunc * alicuius demacerata. Euge, iam lepidus uocor.] Apparet Demeam experiendi causa assentari, non quòd animo facit. Fratri ædes fient peruiæ.] Elegantius quàm fratris. *Inire gratiam* Ineo gratiam eo.] In gratiam eo, hoc est amicos comparo. *Iube* Ego lepidus. Irridens adolescentis animum sic inquit. Iube nunc iam.] Insultantis est uerbū, Iube. tanquā præstet Mitioni, hoc dicit Demea. Aut apud se dicit hoc. Iube nunc. Quasi insultantes dicere solemus, nunc minare, nunc resiste, quem afflictum tenemus: ita & Mitioni Demea dicit, iube nunc. Iube nunc iam dinumeret Babylo ille uiginti minas. Nimis morale est, cum de absente tanquam de præsente agimus. Est autem Iube nunc iam, figura etiam apud Plautum frequentissima. Iube nunc iam. Iube sic dicit, quēadmodum *Dinumero* suprà ille qui cū alius nemo adesset, alicui diceret. Dinumeret.] Dinumeret dixit, quasi *Babylo* multum numeret. Illi.] Cui illi? Ctesiphoni, Lenoni, an Aeschino? an Syro? Babylo. Fratrem, Babylonem ob nimiam liberalitatem uocat. an Aeschinum nimis prodigum? Syre cessas ire, ac facere?] ἐφιλλικῶς dicitur. Dirue.] Hoc uultu dicitur adhortante. Cum te *Ex animo* uideo nostræ familiæ tam ex animo factū uelle.] Ex animo aliquid facere, est id facere quod ille in animo suo uelit. aut certa ex tota mente præstare non perfunctorie. sed ex animo factum, bene factum intelligere debemus: ut sit, ex animo, quasi ex sententia. Dignos arbi*Quid tu ais?* tror.] Multa desunt, & uos, & esse, & qui fiant. Quid tu ais?] Eo uultu dicitur quid tu ais, quo uidemus loqui eos, qui interrogant gesticulante uultu quid sentiant de consilio suo, quos sciunt approbaturos esse. Sic soleo.] Potest ἰρωνικῶς uideri. quippe, quando tale consilium probat Demea, quod probaret adolescens?

ACTVS V. SCENA VIII

MITIO. DEMEA. AESCHINVS

Senarij

M. VBET frater? ubi is est? túne iubes hoc Demea?
D. Ego uerò iubeo, & in hac re, & in alijs omnibus
Quammaximè unam facere nos hanc familiam,
Colere, adiuuare, adiungere. AE. ità quæso pater.
M. Haud aliter censeo. D. imò hercle ità nobis decet.
Primùm huius uxoris est mater. M. est quid postea?
D. Proba, & modesta. M. ità aiunt. D. natu grandior.
M. Scio. D. párere iam diu per annos hæc non potest.
Nec qui eam respiciat, quisquam est sola est. M. quam hic rem agit?
D. Hanc te æquum est ducere & te operam, ut fiat, dare.
M. Me ducere autem? D. te. M. me? D. te inquam. M. ineptis. D. si tu
sis homo, *Iamb. tetram. acatalect.*
Hic faciat. AE. mi pater. M. quid? tu, huic asine auscultas? D. nihil agis,
Fieri aliter non potest. M. deliras. AE. sine te exorem mi pater.
M. Insanis? aufer. D. age, da ueniam filio. satis sanus es?
Ego nouus maritus anno demum quinto & sexagesimo
Fiam, atq; anum decrepitam ducam? idne estis autores mihi?

Fac

AE. Fac promisi ego illis. M. promisti autem? de te largitor puer.
D. Age, quid si quid te maius oret. M. quasi hoc non sit maximum. *Troch.*
D. Age, da ueniam. AE. ne grauare. D. fac, promitte. M. non omittis?
AE. Non, ni exorem. M. uis est hæc quidem. D. age, prolixè Mitio.
M. Et si hoc mihi prauum, ineptum, absurdū, atq; alienū à uita mea *Iam. tetra.*
Videatur si uos tantopere istuc uultis, fiat. AE. bene facis.
D. Meritò te amo. uerùm, quid ego dicam? hoc constit quod uolo.
Quid nunc quod restat? Hegio his est cognatus proxumus,
Affinis nobis, pauper bene nos aliquid facere illi decet.
M. Quid facere? D. agelli hic sub urbe est paululum quod locitas foras.
Huic demus qui fruatur. M. paululum id autem? D. si multum, tamen
Faciundum est pro patre huic est, bonus est, noster est, recte datur.
Postremò non meum illud uerbum facio, quod tu Mitio
Bene, & sapienter dixti dudum uitium commune omnium est,
QVO DNIMIVM ad rem in senecta attenti sumus hanc maculam
nos decet
Effugere. dictum est uerè, & re ipsa fieri
Oportet. M. quid istuc? dabitur quidem, quando hic uolt. AE. mi pater.
D. Nunc tu mihi es germanus pariter corpore, & animo. M. gaudeo.
D. SVO SIBI HVNC GLADIO IVGVLO-

TVbet frater?] Apparet Mitionem dixisse, Cur diruis? Syrum respōdisse, Quia hoc iubet frater tuus. Iubet frater. Dirui maceriā scilicet. Tu ne iubes hoc Demea?] Interrogatiue pronuntiandum totum. ità erit una persona. Et ostenditur breuiter ex huius uerbis, quid prior dixerit Syrus. Et mirū initium: ne proœmio opus esset Demeæ ad profitendam mutationem uoluntatis. Hac re.] Maceriæ disiectiōe. Et alijs omnibus.] Vt nuptijs senilibus. Colere.] Subauditur *Colere* iubeo, per ἐπιφορὰν. Colere, adiuuare, adiungere.] Colere, ad nurum pertinet: Adiuuare, ad *Adiuuare* Hegionem: Adiungere, ad Sostratam. Et notandum coli à superiori. ut, Posthabita coluisse *Adiungere* Samo, hic illius arma. Imò Hercle ita nobis decet.] Antiqui si addebant statim uerbum, *Nobis decet* Nos decet facere, nos decet dicere: si non addebant, Nobis decet, dicebant. Primū huius uxoris est mater.] Incipit à persuasione, sed latenter, ita ut ea quæ proposito consilio dicēda erant, antè demonstrarit, quàm dicat quid fieri uelit. Et hoc semper fit ab oratoribus in his rebus à quibus incipere non oportet propter turpitudinem, aut incommoditatem rei quæ persuadenda est. Considera adeò apud Virgilium, ubi persuadet Iris matribus ut naues suas incendant: & inuenies hoc ipsum consilium ultimum poni post argumenta quamplurima, Quin agite, & mecum infaustas exurite puppes. Et initium à possibili factum est. nam dicit, Huius uxoris est mater. Proba & modesta.] Proba sibi: & Modesta apud alios. Et uide lau- *Proba* des consiliatoribus inuentas & usitatas. Ita aiunt.] Hoc ita respōdet, quasi dicat, sed quid *Modesta* meæ? Scio.] Adhuc Mitio non intelligit quò res tendat: sed tamē uultu quodam admiran- *Ita aiunt* tis, cur hoc dicatur, respondet. Parere iam diu per annos hæc non potest.] Recte, ne con- *Per annos* tra filios suadere uideatur. Per annos non potest. Bene per annos: quia non est sterilis.

Hanc te æquum est ducere.] Te, Mitio scilicet. Et te operam.] Te Aeschine. nam ad illum conuersus à Mitione est. Et quare Aeschinum operam dare æquum est? scilicet ut prosit socrui. Parere iam diu per annos hæc non potest. Hoc autem addidit, ne contra filios pater suadere uideatur nuptias, si illis cohæredes esse procreandos suadeat. Me ducere autem?] Magna uis in pronominibus posita est. nam Me ille sic dicit, quasi quem minime deceat.

Te ille sic respondet, quasi quem maxime oporteat. Ineptis.] Verbum est, quod facit ineptio ineptis ineptit. Si tu sis homo.] Non, si es, sed sis dixit, quasi in eo se hominem sit Aeschinus probaturus. Si tu sis homo.] Aeschine, si sis, pro si esse uolueris, & si credi homo

uolueris. Si tu ſis homo. Hic facete & mire coegit Aeſchinum ad perſuadendum, nõ enim dixit, Si tu ſis homo, perſuade: ſed ſic, faciat: ut ab illo non factum, ſed effectum exigeret.

Aſinus Quid tu huic aſine auſcultas?] Aptum conuicium grandi, & fatuo. Mi pater.] Mi, uo-
Deliro catiuus caſus eſt, ab eo quod eſt meus. Fieri aliter non poteſt.] A neceſſario. Deliras.]
Inſanio Proprio uocabulo uſus eſt tanquam loquaci. Inſanis? aufer.] Congrue ſeni deliras, iuue-
Aufer ni inſanis. Et aufer, uel te, uel manum. nam rogans manum admouet ſcilicet, dicens, Mi pa-
ter. Aufer. Aut Te deeſt, aut Manum, aut pro eo quod eſt abi. aut ſic aufer rem. Ego no-
uus maritus.] Apud Menandrum ſenex de nuptijs non grauatur. Ego nouus maritus an
no demum quinto & ſexageſimo fiam, atque anum decrepitam ducam? Hic deeſt & quis, &
quid, & quando, & quomodo. ut ſit, Quis? ego. quid? nouus maritus. quando? anno demũ
quinto & ſexageſimo. quomodo? anum decrepitam ducam Atq; anum decrepitam du-
cam. Hoc facete addit, tanquam faciendum hoc eſſet, ſi puella duceretur ſeni. Anno de-
Demum mum quinto & ſexageſimo. Hæc ætas eſt, ut Varro ait, etiam comicorum ſenũ. Et demum
Autor ſum tibi aduerbium tarditatis eſt. Id ne eſtis mihi autores?] Hoc eſt perſuaſores, ut Virgil. Autor
ego audendi. Decrepitam.] Decrepitam, aut ſtomacho anili & iracundo: aut decrepitam
Decrepita anus obtuſi animi & læſæ ſenectutis. aut decrepitam, cui ſæpe moribundæ crepuerit plãctu fami-
lia, id eſt clamauerit. Largitor.] Verbum eſt imperatiui modi, futuri temporis. De te lar-
Largitor de te gitor puer. Acutius De te dictum eſt, quàm de tuo. Et bene in eum, qui promiſerat puellæ
coniunctionem ſuam. Da ueniam.] Præſta beneficium, concede quod petitur. Ne gra-
Dare ueniam uere.] Ne te difficilem præbeas. quia grauem dicitur ſe præſtare, qui id facilè nõ præſtat in
beneficio quod poteſt. Da ueniam. ne grauere. fac, promitte. Altrinſecus agentium, fati-
Grauem ſe præſtare gantium q; uerba ſunt. Age prolixe Mitio.] Aut age prolixe, id eſt age benigne: ut ſit proli
Prolixe xe benigne, ſecundum ueteres. aut per ἀσύνθετον, & ἴλεως ἴμι, Age, correptiuum: ut ad Proli-
Age xe ſubaudiatur, noſter eſto, aut quid tale: & Mitio uelut inſuaui dictum ſit. Et ſi hoc mihi
prauum, ineptum, abſurdum.] Prauum, ſi anum ducit nullo commodo ſuo. Ineptum, qui
non uoto filiorum ducat uxorem. Abſurdum homini, qui nunquam duxerit, & nunquam
ducere uoluerit, ſeni duci uxorem, quæ adoleſcenti ducta non ſit. Si uos tantopere iſtuc
uultis, fiat.] Cur hic non uertitur de uolũtate Soſtratæ? An quia illam conſentire neceſſe
eſt, uel propter pauperiem, uel ob amorem filiæ ſuæ? Si uos tantopere iſtuc uultis, fiat. Ri-
Conſit dicule dixit, & comice uxorem ſe ducere, non quia uelit, aut debeat: ſed ut obſequatur iu-
bentibus. Hoc conſit quod uolo.] Perficitur inquit quod uolo: ut ſumptum & turbam
Reſtat domum recipiat Mitio, & ego ineam gratiam. Quid nunc quod reſtat?] Quod reſtat,
pro quod ſequitur. An quod reſtat, tanquam reliquiarum priorum. ac per hoc minimum?
Hegio eſt his cognatus proximus.] Commendatio perſonæ quaſi notæ, etiam Mitioni,
ob merita ſua. Et bene addidit proximus: nam multi gradus & ueluti rami ſunt propinqui
Affinis tatis in affinitate & cognatione diſpoſiti. Affinis nobis.] Recte. nam uxoris cognati, mari-
Foras uel fo- to affines ſunt. Pauper.] Iam hoc nomine apparet aliquid flagitari. Quod locitas fo-
ris locare ras.] Foras dixit, locum pro perſona ponens: quaſi diceret, neſcio cui alieno. ſic & nos dici-
mus, audi quid dicit * Ecce hac, pro ecce hic. Cicero, Hic tum alius ex alia par-
te. Deeſt ergo aliquid, ut ſit, quod locitas foras uerſum. Aut ſi foris: foris poſito, id eſt alieno.
Sub urbe eſt agelli paululum.] Totum cum contemptione pronuntiandum. Huic de-
Frui mus qui fruatur.] Id eſt qui fructum capiat, non proprietate potiatur. Proprie ergo, &
Frumen quaſi de iure dixit fruatur. eſt autem fruatur, alatur: quia frumen dicitur ſumma gula per
quam cibum lingua demittit in uentrem. Bonus eſt. noſter eſt. recte datur.] ἀστροχασμὸς
hortantis, & ἀσύνθετον multa congerentis. Noſter eſt. Bene addidit. nanq; dixit, Pro patre
huic eſt. Bonus eſt, Potuit reſponderi, Quid mea? Recte datur. Quaſi non quæratur,
an dandum ſit, ſed illud ſolum, an rectè Bonus eſt. noſter eſt. Hæc omnia uultuoſè, tan-
quam inuidiam parſimoniæ faciat Mitiõi. Et plus ſignificat Noſter, quàm ſi addatur, quid
Verbum noſter. Non meum illud uerbum facio.] Nunc Verbum pro ἀξιώματι poſuit, quod uno
ſtringitur uerbo. Ergo uerbum, breuis ſententia. Non meum illud uerbum facio. Nota uer-
Verba bum pro ſententia. ut, Vno uerbo dic, ſiquid eſt quod me uelis. Et, Miſeram me, quod uer-
bum audio? Verbum dixit ueram ſententiam. nam uerba à ueritate dicta eſſe teſtatur Var-
ro. Hanc maculam nos decet effugere.] Maculam τῷ χλευασμῷ dixit, irridens opinionem
Mitionis: quia parſimoniam, maculam putet. & ſimul auxit: primo uitium, deinde macu-
lam dicendo. Suo ſibi gladio hunc iugulo.] ἀλληγορία. & non ſuo, ſed ſuo ſibi, moraliter, &
ut ueteres ſolent loqui.

ACTVS V SCENA IX

Fragmentum. Trochaici catalect. quad. ultimus Scazon.

SYRVS. DEMEA. MITIO. AESCHINVS

S. ACTVM eſt quod iuſti Demea.
D. Frugi homo es: ædepol hodie mea quidem ſententia
Iudico Syrum fieri eſſe æquum liberum. M. iſtunc liberum?
Quod nam ob factum? D. multa. S. ó noſter Demea, ædepol
uir bonus es:
Ego iſtos uobis uſq; à pueris curaui ambos: ſeduló:
Docui, monui, bene præcepi ſemper quæ potui omnia.
D. Res apparet: & quidem porrò hæc, obſonare, cum fide
Scortum adducere, apparare de die conuiuium:
Non mediocris hominis hæc ſunt officia. S. ó lepidum caput.
D. Poſtremò, hodie in pſaltria iſta emunda, hic adiutor fuit.
Hic curauit: prodeſſe æquum eſt: alij meliores erunt.
Deniq; hic uult fieri. M. uin tu hoc fieri? AE. cupio. M. ſi quidem
Tu uis, Syre ehò ecce huc ad me, liber eſto. S. bene facis:
Omnibus gratiam habeo, & ſeorſum tibi præterea à Demea.
D. Gaudeo. AE. & ego. S. credo. utinam hoc perpetuum fiat gaudium,
Phrygiam ut uxorem meam unà mecum uideam liberam.
D. Optumam quidem mulierem. S. & quidem tuo nepoti huius filio *In quidem fit eliſio*
Hodie primam mammam dedit hæc. D. hercle uerò ſeriò
Si quidem prima dedit, haud dubium quin emitti æquum ſiet.
M. Ob eam rem? D. ob eam poſtremò à me argentum, quanti eſt, ſumito.
S. Di tibi Demea oro omnes ſemper omnia optata offerant.
M. Syre proceſſiſti hodie pulchrè. D. ſi quidem porrò Mitio
Tu tuum officium facies, atq; huic aliquid paululum præ manu
Dederis, unde utatur: reddet tibi citò. M. iſtoc uilius.
AE. Frugi homo eſt. S. reddã hercle, da modo. AE. age pater. M. pòſt cõſulam.
D. Faciet. S. ò uir optime. AE. ò mi pater feſtiuiſſime.
M. Quid iſtuc? quæ res tam repente mores mutauit tuos?
Quod prolubium? quæ iſtæc ſubita eſt largitas? D. dicam tibi:
Vt id oſtenderem, quod te iſti facilem, & feſtiuum putant,
Id non fieri ex uera uita, neq; adeò ex æquo & bono,
Sed ex aſſentando, indulgendo, & largiendo Mitio.
Nunc adeò ſi ob eam rem uobis mea uita inuiſa eſt Æſchine,
Quia non iuſta iniuſta prorſus omnia omnino obſequor:
Miſſa facio, effundite, emite, facite quod uobis lubet.
Sed ſi id uultis potius, quæ uos propter adoleſcentiam
Minus uidetis, magis impenſe cupitis, conſulitis parum,
Hæc reprehendere & corrigere me, & obſecundare in loco:

Ecce me,qui id faciam uobis. AE.tibi pater permittimus.
Plus ſcis quid facto opus eſt.ſed de fratre quid fiet? G.ſino
Habeat.in iſtac finem faciat. AE.iſtuc recte. Plaudite.

CALLIOPIVS RECENSVI.

ACtum eſt quod iuſti Demea.] Id eſt,diruta eſt maceria. Frugi homo es.] Vtilis,ut fruges. Aedepol hodie mea quidem ſententia iudico Syrũ fieri liberũ.] Hoc eſt quod iandudũ promiſerat Syro:ſed nunc opportune.uidet enim modo meritum præceſſiſſe.&,Sententia iudico κυριολογία. Multa.Oratorie maluit generaliter dicere,q̃ quærere ſpecialiter quod inuenire nõ poſſit. Et Mitio ſingula riter unũ quærit,hic pluraliter multa reſpondet. Quod nã ob factum?] Iure.aſcribi enim cauſas manumiſſionis in iure formula eſt. Aedepol uir bonus.] Iurat bonũ: quia præter opinionem eſt. Ego iſtos uobis uſq; à pueris.] Intelligit Syrus laborantẽ pro ſe Demeam nõ habere quod dicat:& ideo ipſe proſequitur ordinem meritorũ: ſecundum quem apparet pædagogũ fuiſſe. Docui,monui,bene præcepi.] Ridicule adduntur,& tantũ cõſuetudine: quia imputantur etiam facta praue pro bonis. Quæ potui omnia.] Bene, quæ potui:quaſi plura uellet. Res apparet.] Mire irridet Demea:ſic tamen,ut ſerio agere uideatur. Apparare de die conuiuiũ.] Id eſt repẽte,nec; ante prædictũ,nec pridie conſtitutũ. Poſtremo, hodie in pſaltria iſta emenda.] Et hoc totũ ſerio dicitur:ut magis ridiculum uideatur. Hic adiutor fuit.] In re bona adiutores,in re mala impulſores dicuntur. Ergo hic adiutor dicit à nõ iraſcente: à criminante autẽ & irato,impulſor. Hic adiutor fuit:Hic curauit.De more repetitũ eſt Hic:cũ dicitur,hic adiutor fuit,hic curauit. Sic enim ſolemus onerare audiẽtem meritis eius quẽ laudamus. Deinde quid nõ præſtitit,qui & officiũ corporis,ut adiutor:& curã animi præbuit,ut conſultor? Denic; hic uult fieri.] Abutitur Demea,ſciens prodigam uoluntatem adoleſcentuli. Syre accede huc ad me.] Vtrũ ut eundem manu emittat:an ut palàm fiat,iubet propius accedere,iuris publici cõſuetudine ludens? Et uide q̃ comicã manumiſſionem q̃ facete induxerit atq; condigne. Et ſeorſum tibi præterea Demea.] Effecit Demea plus q̃ uolebat:nam qui conabatur amari,præfertur etiã his qui amãtur. Gaudeo & ego.] Gratulantiũ Syro hæc uerba ſunt:quibus de more ille Credo reſpondet. Vtinam hoc perpetuũ fiat gaudiũ.] Integrũ,ſolidum,& nuſquam interruptum. Phrygiam ut uxorẽ meam.] Vt ipſe.Syrus:ita uxor,Phrygia,ſecundũ ueteres,qui ſeruis nomina à nationibus imponebant. Vnà mecũ uideam liberam.] Hoc ſic pronuntiandũ eſt, quaſi gaudeat ſe recordatũ Demeæ: quod cũ ultro cogitat habuiſſe * plene oblitus fuit. Hodie primam mammam dedit hæc.] Ridiculum meritum,ſiquidem oportuerit primam eſſe quancunq;.an quia cauſſa eſt,quòd ingenui dicuntur ſerio à nutricibus liberis educandi.
Hercle uero ſerio.] Aduerbia ſunt cõfirmatiua. Ob eam rem?] Hoc eo uultu dicit, quo rem ueluti excutimus,& oſtendimus momenti eſſe nullius. Argentũ quanti eſt, ſumito.] Quanto pretio ualet.Argentũ quanti eſt,ſumito.Hoc uerbo utimur, ut faciunt qui perſuadere aliquid cupiunt. Dij tibi Demea oro omnes ſemper omnia optata offerãt.] Omnes, omnia:antiqua elegantia,& figurata. Proceſſiſti hodie pulchre.] Nunc uerè pulchre proceſſit Syrus. Si quidem tu tuũ officium facies.] Hoc eſt patroni,ut libertũ non deſeras,ſed ut alas manumiſſum.Plautus,Facis melius q̃ pars lenonum,qui libertos habent,& eos deſerunt. Vnde utatur.] Vtatur,uiuat:unde uſura,uita dicitur. ut, Vnius uſuram horæ gladiatori iſti nõ dediſſet.an unde alatur,de quo uſum fructum capiat,& cuius tibi ſortem reddat?Et hoc melius:nam ideo addidit,Reddet tibi cito. Iſtoc uilius.] Hoc egit Terentius,ut conuerſis officijs uſqueadeò prodigũ faceret Demeam,donec parcum redderet Mitionem.
Iſtoc uilius.Quaſi,nihil minus.negatio enim eſt floccum oſtendentis,aut quid tale: cum ἰαμβικὴ, qua ſubaudit,quic;q̃.& nõ dabo. Faciet.] Ne quid negatũ in fine fabulæ uideatur, addidit Demea,faciet:& faciet quod petis ſcilicet:quod irridens dixit,quaſi de prodigo dicere uideatur.Et mirè faciet: quia nec credibile erat ſtatim conſenſurũ qui negauerat: & perpetuo negatio eſſe in fine nõ debuit. Quid iſtuc?quæ res tã repente mores mutauit tuos?] Animaduertendũ eſt, qua calliditate Terentius quærẽs finẽ fabulæ, complere lætitiam per ipſum Demeam nititur in uniuerſos,qui in tota comœdia triſtis ac ſæuus interturbauit & uociferatus eſt. Quod prolubiũ?] Prolubium,quod Græci προθυμίαν, id eſt promptus animus ad largiendũ. Subita eſt largitas?] Repentina:ac per hoc ipſa eſt ingrata & immoderata:ut euenit cũ ex nimis parcis nõ largi & liberales,ſed effuſi prodigiq; reddũtur. Vt id oſtenderem.] Abundat Id.Aut ἰαμβικὸν eſt,pro,per id. Quod te iſti facilem & feſtiuum putant.] Multũ detraxit Mitioni,dicendo,Te iſti putãt, per quod ſignificat errare adoleſcẽtes & hunc

Credo
Integrum
Hercle uero ſerio
Quanti eſt
Omnes omnia
Vtor
Vſura
Prolubium

& hunc non eſſe feſtiuum. Quòd te iſti feſtiuum & facilem putant.Bene in poſtremo dignitas huius perſonæ ſeruata eſt, ut nõ perpetuo cõmutata uideretur, ut Truculenti,apud Plautũ. Indulgendo.] Attende indulgentiã à Demea culpæ aſcribi denuo. Et largiendo Mitio.] Seuere additũ eſt nomen uerbis ex animo plorantis. Quia nõ iuſta iniuſta prorſus omnia omnino obſequor.] Prouerbiales ſunt huiuſmodi elocutiones, fanda nefanda, digna indigna,uelis nolis. Effundite,emite,facite.] Effundite,ad Aeſchinũ pertinet:Emite ad Cteſiphonẽ:Facite ad omnes. Facite quod uobis lubet.] Proprie redijt rurſus ad amaritudinẽ priſtinam.Hæc ἐπιτροπὴ eſt figura,qua inuitos nos permittere oſtẽdimus,quod nolumus fieri. Quæ uos potius propter adoleſcentiã minus uidetis.] Hic oſtẽdit Terentius magis Demeam ſimulaſſe mutatos mores,q̃ mutauiſſe. Minus uidetis: magis impenſe cupitis:conſulitis parũ.] ἰρωνία, minus,magis,parũ. Hæc reprehendere, & corrigere me. & ſecũdare in loco.] Tribus tria reddunt:& utraq; ἀξηνλυτῶς. Illa in malã partem ſuperiora: hæc in bonam,quæ inferiora ſunt.nõ tantum enim culpæ eſt,minus prouidere,q̃ impenſe cupere:nec tantũ mali eſt impenſe cupere,quantũ parum conſulere.Item reprehendere bonum eſt:melius,corrigere:optimũ,ſecũdare.nam qui reprehendit,nõ cõtinuo corrigit, qui corrigit,nõ ilico ſecundat,id eſt lætiſſimũ reddit & fideliſſimũ. Aliſ ſecũdare, obſequi dictũ putãt.& ideo additũ eſſe,in loco:quaſi nõ ſemper faciendũ ſit.Ergo ſecundare,uel in melius cõuertere,uel obſequi intelligimus Tibi pater permittimus.] Noluit Terentius ab amoribus filiorũ perpetuo repulſum patrẽ. Sino,habeat:in iſtac finẽ faciat.] Hæc quidẽ permiſſio eſt: ſed exceptionem in ſe cõtinet:& cũ quodã ſtomacho & uelut minaci denuntiatione proferẽ. In iſtac finẽ faciat.Hoc eſt,aut ne aliã amet,aut ne alterã cõparet, ne poſt iſtã luxurieẽ ulterius. Iſtuc recte.] Bene & Mitio non diſceſſit de propoſito ſuo, qui ut peccaſſe aliàs oſtenderet fratrẽ ob nimiã aſperitatem, cum exceptione quadam laudans uerba eius, Iſtuc recte,dixit:quaſi diceret,nõ ut cætera:& ſimul repoſuit ei,qui ſuprà dixerat,Vt id oſtẽderẽ, quod te iſti facilẽ,& feſtiuum putãt,id non fieri ex uera uita,neq; adeò ex æquo & bono,&c.

Indulgeo
Secundare
In loco
Iſtuc recte

FABVLAE INTERLOCVTORES

Philotis	Soſia ſeruus
Syra	Phidippus ſenex
Laches ſenex	Myrrhina matrona
Soſtrata matrona	Philumena meretrix
Pamphilus adoleſcens	Bacchis meretrix
Parmeno ſeruus	

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA IN HECYRAM

VXOREM duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans uirgini uitium obtulit.
Eiusq; per uim quem detraxit annulum,
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ.
Dein profectus in Imbrum eſt.nuptam haud attigit.
Hanc mater utero grauidam,ne id ſciat ſocrus,
Vt ægram ad ſe transfert. reuertit Pamphilus.
Deprehendit partum celat.uxorem tamen
Recipere non uolt.pater incuſat Bacchidis
Amorem.dum ſe purgat Bacchis,annulum
Mater uitiatæ forte agnoſcit Myrrhinæ.
Vxorem recipit Pamphilus cum filio.

DONATI PROLEGOMENA IN HECYRAM TERENTII

Hæc fabula, Apollodori esse dicitur Græca. nam & ipsa & Phormio ab eo/dem dicuntur esse translatæ: cum reliquæ quatuor sint Menãdri comici. He/cyra autẽ dicitur ideo, quia per socrus & soceros in ea aguntur multa. Nam & ἑκυρὸς & ἑκυρὰ, soceri nomen, socrusq; significant. Est autem mista mo/torijs actibus, ac statarijs: multumq; sententiarum & figurarum continet in toto stylo. Vnde cum delectet plurimum, non minus utilitatis affert specta/toribus. Atq; in hac, primæ partes sunt Lachetis, secũdæ Pamphili, tertiæ Phidippi, quar tæ Parmenonis: ac deinceps aliarum personarum quæ his adiunctæ sunt. Diuisa est autem, ut cæteræ, quinque actibus legitimis, quos in subditis distinguemus. In hac prologus est & multiplex, & rhetoricus nimis, propterea quòd sæpe excluſa hæc comœdia, diligentissima defensione indigebat. Atq; in hac protasis turbulẽta est, Epitasis mollior, lenis Catastrophe.

Acta sanè est ludis Megalensibus, Sex. Iulio, C. Rabirio Aedilib. curulibus. Egitq; L. Am biuius. Modulatus est eam Flaccus Claudius tibijs paribus. Tota Græca est, Factaq; & edi/ta quinto loco, Cn. Octauio, T. Manlio Coss. Cantica & deuerbia summo in hac fauore su/scepta sunt. προταλικὰ πρόσωπα, id est personæ extra argumentum duæ sunt, Philotidis & Sy/ræ. In tota Comœdia hoc agitur, ut res nouæ fiant, nec tamen abhorreant à consuetudi/ne. Inducuntur enim benevolæ socrus, uerecunda nurus, lenissimus in uxorem maritus & item deditus matri suæ, meretrix bona.

ARGVMENTVM

Vitiatam in tenebris ante nuptias, cui anulum extorserat, meretricem amans dum ignorat Pamphilus, duxit uxorem grauidam ex compressu suo. Quam peregre profectus, cum reliquisset domi, rediens parientem offendit furtim & apud matrem suam. Qua re commotus, dum repudium inuitis parentibus, & causam repudij nescientibus, parat: per meretricem, apud quam anulus inuen/tus est, cognoscit tandem ita à se uitiatam uxorem, & ex se natum filium. Primus actus col loquium continet meretricis Philotidis ac lenæ Syræ cum Parmenone: ut per harum per/sonas, quæ προταλικαὶ dicuntur, argumentum spectator discat. Secundi actus tenor in hoc est, Immeritam uxorem ueluti malam socrum, accusat Laches: & conuenit Phidippum de eadem causſa. statim post quorum colloquium, cõquestio inducitur Sostratæ, quòd falsum crimen inuidiosumq; sustineat. Tertio actui hæc ascribuntur, Conquestio Pamphili pere gre redeuntis, de amore suo circa uxorem. paritudo Philumenæ. Sostratæ uerba super ægri/tudine nurus, quam morbo credit afflictam. Fletus Pamphili errantis, cum putat non ex se filium natum esse. Colloquium Parmenonis cum pueris à naui uenientibus, ut mox loqua tur cum ipso Pamphilo, à quo in arcem mittitur. Item Lachetis, Phidippiq;, & Pamphili uerba de reconcilianda illi coniuge: & eorum ab inuicem litigiosa dissentio. Quartum actum hæc complent. Perturbatio Myrrhinæ & ex interuentu mariti: & eiusdem cum eo nimis callida ac muliebris astutiæ disceptatio. Sostratæ, Pamphili, Lachetisq; colloquium. Inclamatio patris & soceri aduersum Pamphilum uxorem recusantem, conuentio meretri/cis promittentis se iusiurandum matronis exhibituram de non admisso ad se Pamphilo.

In quinto actu Bacchidis narratio de intus gestis, & colloquium cum Parmenone indu citur: quem nuntium mittit ad Pamphilum: Pamphilicq; ad ultimum actio gratiarum apud ipsam Bacchidem. Docet autem Varro, neq; in hac fabula, neque in alijs esse mirandum, quòd actus impares scenarum paginarumq; sint numero: cum hæc distributio in rerum descriptione, non in numero uersuum cõstituta sit: non apud Latinos modo, uerum etiam apud Græcos ipsos.

ACTA

ACTA LVDIS MEGALENS. SEX. IVLIO, CN. CORNELIO DOLABELLA AEDIL. CVRVLIB. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI TIBIIS PARIBVS. TOTA GRAECA APOLLODORV FACTA EST. ACTA PRIMO SINE PROLOGO. DATA SE CVNDO, CN. OCTAVIO, T. MANLIO COSS. RELATA EST LVCIO AEMILIO PAVLO LVDIS FVNERALIB. NON EST PLACITA. TERTIO RELATA, Q. FVLVIO L. MARCIO AEDILIB. CVRVLIB. EGIT L. AMBIVIVS, L. SERGIVS TVRPIO. PLACVIT.

PROLOGVS

HECYRA est huic nomen fabulæ· hæc cum data est
Noua, nouum interuenit uitium, & calamitas,
Vt neq; spectari, neq; cognosci potuerit·
Ità populus studio stupidus, in funambulo
Animum occuparat. nunc hæc planè est pro noua·
Et is qui scripsit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, ut iterum possit uendere.
Alias cognoſtis eius, quæso hanc noscite,
Orator ad uos uenio ornatu prologi·
Sinite exorator ut siem, eodem ut iure uti senem
Liceat, quo iure sum usus adolescentior.
Nouas qui exactas feci ut inueterascerent,
Ne cum Poeta scriptura euanesceret·
In his, quas primum Cæcili didici nouas,
Partim sum earum exactus, partim uix steti.
Quia sciebam dubiam fortunam esse scenicam,
Spe incerta certum mihi laborem sustuli·
Easdem agere cœpi, ut ab eodem alias discerem
Nouas studiosè, ne illum ab studio abducerem.
Perfeci ut spectarentur· ubi sunt cognitæ,
Placitæ sunt· ità Poetam restitui in locum
Propè iam remmotum iniuria aduersariũm
Ab studio, atq; ab labore, atq; ab arte musica.
Quòd si scripturam spreuissem in præsentia,
Et in deterrendo uoluissem operam sumere,
Vt in otio esset potius, quàm in negotio·
Deterruissem facile, ne alias scriberet.
Nunc quid petam, mea causa, æquo animo attendite.
Hecyram ad uos refero, quam mihi per silentium
Nunquam agere licitum est, ità eam oppressit calamitas.
Eam calamitatem uestra intelligentia
Sedabit, si erit adiutrix nostræ industriæ·

Cum primùm eam agere cœpi,pugilum gloria,
Funambuli eodem acceſſit expectatio,
Comitum conuentus,ſtrepitus,clamor mulierum,
Fecere ut ante tempus exirem foras.
Vetere in noua cœpi uti conſuetudine,
In experiundo ut eſſem refero denuo.
Primo actu placeo cum intereà rumor uenit
Datum iri gladiatores,populus conuolat
Tumultuantur,clamant,pugnant de loco.
Ego intereà meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla eſt:otium,& ſilentium eſt.
Agendi tempus mihi datum eſt uobis datur
Poteſtas condecorandi ludos ſcenicos,
Nolite ſinere per uos artem muſicam
Recidere ad paucos,facite ut ueſtra autoritas
Meæ autoritati fautrix,adiutrixq; ſit
Si nunquam auare ſtatui pretium arti meæ
Et eum eſſe quæſtum,in animum induxi maximum,
Quammaximè ſeruire uoſtris commodis,
Sinite impetrare me,qui in tutelam meam
Studium ſuum,& ſe in ueſtram commiſit fidem
Ne eum circumuentum inique iniqui irrideant.
Mea cauſſa cauſſam hanc accipite,& date ſilentium,
Vt libeat ſcribere aliis,mihiq; ut diſcere
Nouas expediat poſthac,pretio emptas meo.

HEcyra eſt huic nomen fabulæ.] A nomine cœpit, ut incognitam probaret, & ideo ſpectandam. Hecyra eſt huic nomen fabulæ. Nominatiuo caſu figura uit:cū in uſu ſit ut datiuo dicamus.quamuis præſto ſint exempla, quibus ueteres per omnes ferè caſus hoc genus locutionis enuntiabant. Hecyra eſt huic nomē fabulæ.Hæc primo data eſt ſine prologo, ludis Megalēſibus: quos ſplicuit.Poſtea data eſt ludis Funebribus L.Aemilij Pauli:quos fecerunt Q. Fabius Maximus,& Cornelius Africanus.Tunc quoq; non peracta eſt per ſtudium populi circa gladiatores.Tertio ad poſtremū introducta,Q. Fuluio,L.Martio ædilibus:uirtute actorū L. Amſubtilem conqueſtionem cōtinet,ob hoc,ne aperte populum neglectæ fabulæ reū faciat, & facile reuocet in fauorē. Hæc cū data eſt noua.] Ita dicit̄,data eſt fabula, ut data eſt cœna, datū eſt prandiū.Et edidit,à dato deſcendit. Hæc cū data eſt noua,nouū interuenit uitiū. Sic & Homerus * Et dari dicit̄ fabula, cū agitur:Stare,cum placet. Hæc cum data eſt noua,nouum interuenit uitium. σύλληψις prima:deeſt enim, huic, & eſt figura παρωνυμία Noua nouū. Vitiū & calamitas.] Bene ſecundū augures. Vitiū enim eſt,ſi tonet tantum:Vitium & calamitas,ſi tonet & grandinet ſimul,& etiā fulminet. Vitiū & calamitas. Translatio eſt ab augurio:& uitio creati dicuntur cōſules. Calamitas παρὰ τὸν καλάμην, dicitur clades,quia clamat̄,ut aliud ſit grandinis culmū frangētis,aliud furti,aut doli mali.ſic Probus. Vt neq; ſpectari.] Vitium,quòd non ſpectata eſt:Calamitas,quòd non cognita. Vt neq; ſpectari neq; cognoſci.Mira defenſio.ſiquidem non iudicio comœdia exacta eſt,ſi ſpectari cognoſciq; non potuerit,cogniturus ſcilicet, ſi audiretur. Vt neque ſpectari neque cognoſci

Datur fabula
Stat fabula
Vitium
Calamitas

cognoſci. Ideo theatrum, ideo ſpectatores, ideo actores:quia maior pars in geſtu eſt quàm in uerbis. Cognoſci. Vel probari,uel ſciri an Hecyra ſciri dicatur,quæ ſcita ſit nomine.

Ita populus ſtudio ſtupidus.] A deriuatione cauſæ.non quia mala,inquit,excluſa eſt:ſed quia populus funambuli admiratione obſtupuit · quod infra de gladiatoribus dicet, ad cōmutationem cauſæ inducendam. Ità populus ſtupidus. Hic excuſatur & populus, qui neque iudicauit de fabula,neque tamen ſtulte errauit.Stupidus,pro ſtupens.ut,Timidisq; ſuperuenit Aegle. Pro noua.] Recte:iam enim non eſt noua. Etiis qui ſcripſit hanc,ob eam rem.] Id eſt ob eam cauſam. quaſi dicat, non iterum acta eſt ſine cauſa. Cur ergo non poſt funambulum relata eſt, ubi ille ceſſarat:in quo maluit auarum Poetam populo inducere,quàm ſuo operi diffidentem. Iterum referre.] Superuacuum eſt. Vt iterum poſſit uendere.] Aliis ſcilicet ludis. hoc, ut diximus, ad laudem fabulæ referatur: poſt quam tantum fiduciæ Poetæ dedit. Alias cognoſtis eius,quæſo hanc noſcite.] Mire illi fauorem petit ex aliis,quæ ſpectatori notæ ſunt. Eiuſdem Poetæ.] Quaſi hæc omnino nota ſit. At in Andria,quæ omnium prima eſt,aliter ait, Vt pernoſcatis & quid ſpei ſit reliquū, poſthac quas faciet de integro comœdias:ſpectādæ,an exigendæ uobis ſint prius. Orator ad uos uenio ornatu prologi.] Magna arte hic prologus ſcriptus eſt,& nimis oratorie.nam totiens expulſa fabula quomodo honeſte reuocari potuit in proſcenium:niſi primo ipſa impudentia pro fiducia proferretur: deinde actor peritiſſimus ipſe habitus, probaret & Poetam & Comœdiam:cuius autoritas elucet ex uerbis: tum deinde ſubtiliter nouo Poetæ, à uetuſto & magnæ autoritatis Cæcilio peteretur exemplum,& peteretur ingenioſiſſimè: nam quod rudi Terentio contigit,accidiſſe memoratur ueteri Cæcilio:quod huic ſemel,illi ſæpe:quod huic in aliis nunquam,hoc illi ferè in omnibus.quod huic præter Hecyram & actæ, & probatæ ſunt cæteræ:illi partim exactæ,partim uix probatæ.Itaq; his omnibus argumentis id actum eſt:ut neque deſperandum ſit de Terentio,quòd expulſus eſt:ut nihilominus illi tantum attribuendum ſit,ut aut par Cæcilio magno tunc Poetæ,aut ultro melior etiā eſſe poſſit.Hic tamen L.Ambiuius hiſtrio fuit actor comœdiarum. Orator ad uos uenio. Oratorem audire oportere, ius gentium eſt.oratorē non licet iniuriam pati. Ideo ergo ne expellatur,non ſe prologum,ſed oratorem nominat.Plautus,Impia ſecrete oratorem uerberas.

Eodem ut iure uti ſenem liceat.] Vt,Me liceat caſus miſerari inſontis amici. Sinite exorator ſim.] Orator, eſt dum agit:Exorator cū impetrauerit.Ità illud,dicētis: hoc iam effecti ſignificationē habet.Et orator eſt,cui cauſa defendenda mandat̄. Quo iure ſum uſus adoleſcentior.] Tanq; aliud agens affert exempla,quibus oſtendat,turpe nō eſſe Terētio excluſam eſſe unā illius fabulam,cū multorum Poetarū multæ exactæ ſint:& in his Cæcilij,cuius illo tempore magna autoritas fuit. Adoleſcentior.Hæc cōparatio minus à poſitiuo ſonat, & uim diminutiuā exprimit:ut,Iam ſenior,ſed cruda deo,uiridiſq; ſenectus. Nouas qui exactas feci ut inueteraſcerēt.] σύλληψις. Et inueteraſcerent,denuo agerent̄.quia non dū acta, noua dicit̄ fabula. Inueteraſcerent.In conſuetudinem uenirent,ſpectarentur, amarentur. Exactas.] Expulſas. Ne cū Poeta ſcriptura euaneſceret.] Cauſa facti honeſtior eſt, non ſe Poetæ unius,ſed ipſius poematis cauſa laborare. In his quas primum Cæcilij didici nouas.] A ſimili argumentum:quod ſit per comparationem artificioſam & oratoriam rerū ac perſonarum. Partim ſum earum exactus,partim uix ſteti.] Vide,plus eſſe in exemplo:ſi quidem partim exactæ ſunt Cæcilij fabulæ,partim uix admiſſæ: cum una Hecyra excluſa ſit.Et eſt ſenſus, Aut diſplicui inquit,aut in aliquibus uix placui. Partim ſum earum exactus,pro in aliis.Et ſimul ſplendida locutio eſt.Partim,aduerbiū eſt.Et proprie locutus eſt. Nam fabulæ aut agi dicuntur, aut ſtare. Quia ſciebā dubiā fortunā.] Non igit̄ poetæ culpa,ſed caſus eſt.nam ideo fortunā euentū extulit. Spe incerta,certū mihi laborem ſuſtuli.] Sententioſe, & uerū.nam ubi certa ſpes eſt,nihil opus eſt labore certo ac uehementi. Spe incerta.Pro ſpei incertæ.An deeſt In? Incerta certū. Honeſta figura, quæ dicitur ἀντίδοσις. Eaſdē.] Exactas. Cœpi.] Difficultatē facti & molimen oſtēdit. Ab eodē. Cæcilio ſcilicet. Nouas ſtudioſe,ne illum ab ſtudio abducerē.] Iterū cauſa honeſtatis. Perfeci ut ſpectarent̄.] Attende quantū pondus habeat, quòd nō feci dixit, ſed potius Perfeci:ut molem difficultatis oſtenderet. Placitæ ſunt.] Nota participiū ſine origine uerbi. Ita Poetam reſtitui in locū.] Mire non Cæciliū,ſed Poetam:ut hoc generaliter populo præſtitiſſe,non uni homini,uideatur. Vbi ſunt cognitæ,placitæ ſunt.Elegās promiſſio & hanc placituram ſi cognoſcatur·& eſt coniectura à futuro tempore. Reſtitui in locum.] Quia remotum & excluſum dixit. Prope iam remmotū.] Geminauit m ſecundū antiquos,qui omnes in uerbis liquidas duplicabāt Ab ſtudio atq; ab labore.] Bene oſtendit ſe populo profuiſſe, Cæcilium Poetam ad laborem reuocando atq; artē. Ab autē in tertio cōmote audiendū eſt: ut, Hic portus alij effodiūt,hic alta theatri Fundamēta locāt alij,immanesq; colūnas Rupibus excidunt

Stupidus
Ob eam rem
Orator
Exorator
Cōparatiuus minus poſitiuo ſignificans
Noua fabula
Inueteraſcere
Exactus
Earū partim
Cœpi
Perfici

In præsentia excidunt,ſcenis decora alta futuris. In præsentia.] Statim ut à populo eijciebatur.
Vt in otio eſſet potius,quàm in negotio.] Ex ipſis rerum nominibus oſtendit facilitatem deterrendi. Nunc quid petam,mea cauſſa.] Bene petam,& mea cauſſa,quaſi orator.
Mea cauſſa æquo animo attendite.] Commendatio perſonæ leuis per aliam perſonam grauem,ſecundum præcepta in Rhetoricis. Hecyram ad uos refero.] A cauſa. Principium à principali quæſtione,an cognita ſit,& an ſpectanda ſit. Quam mihi.] A perſona dicentis. Ita eam oppreſſit calamitas.] Hoc ſuccedit pro illo,quod eſt à perſona aduerſariorum.ſimul ad fortunam retulit culpam populi.non enim dixit quod præſto erat. Ita eam oppreſſit calamitas.Eam calamitatem.Calamitatem repetit,ne nos fabulam illum dicere putaremus. Veſtra intelligentia.] Ab auditorum perſona. Noſtræ induſtriæ.] Rurſus à ſua.& bene περιφράσει uſus eſt:ne diceret,uos nobis. Cum primum eam agere coepi.] Iam hinc narratio ſubtilis inducitur,& ut non lædat populum.& ut defendat Poetam.
Pugilum gloria.] περίφρασις ἀντὶ τοῦ Pugiles etiam glorioſi:ut minus turpe ſit,antelatos eos eſſe:ſicut Virgilius,Vaſtis cum uiribus effert Ora Dares, magnoq; uirûm ſe murmure tollit,Solus qui Paridem ſolitus contendere contra.Hæc eſt gloria pugilum gratia funambuli. Pugilum gloria.Pugil dictus eſt à pugna:& pugna à pugno.Veteres nanq; anteuſum ferri & armorum,pugnis,& calcibus,& morſibus,corporumq; luctatione certabant. Ac ceſſit expectatio.] Narratio cur excluſa ſit.hoc eſt,nõ Poetæ culpa deiecta eſt,nec iudicio populi:& ideo nunc admittenda eſt. Pugilum gloria,funambuli cõdem acceſſit expectatio. ὁμολογία. Expectatio.Deſyderium:ut Virgilius,Expectate uenis. Funambuli eodem acceſſit expectatio. Duplex cauſa ad unam excluſionem adhibetur. Comitum conuentus.] Vtrum eos comites dicit,qui ſunt pugilũ aſſectatores:an ſeruos qui dominos ſequuntur? Studium.] Certamen diuerſis fauentium. Clamor mulierum.] Bene mulierum: non enim timet eas,quibus ſuffragari,uel refragari non licet in theatro. Vt ante tempus exirem foras.] ὡς ἰξοδιασμῷ, ne grauem paſſus uideatur iniuriam. Vetere in noua.] ἀντὶτοῦ primum. Vetere in noua cœpi uti conſuetudine. Niſi nouam comœdiam intellexeris: nõ erit aperta ſententia,nam & ſuprà dixit,Nunc hæc planè eſt pro noua. An à Terentio noua ideo dictum eſt,quia nunquam aliàs excluſus eſt:Et bene uetere:ut oſtendat turpe non eſſe,quod & aliſs Poetis ſæpe contigerit. Refero denuo.] Aut Reabundat, aut Denuo.
Primo actu placeo.] Rationabiliter dixit primo:quia quinq; ſunt actus partes fabulæ.
Placeo.Placeo dixit pro eo quod eſt fabula placet, aut Terentius. & mire non diu inquit pependit iudicium:ſed ſtatim placuit:ut quod ſequitur,non iudicio,ſed perturbatione factum ſit. Cum interea rumor uenit datum iri gladiatores.] Hoc abhorret à noſtra conſuetudine:ueruntamen apud antiquos gladiatores in theatro ſpectabantur. Datum iri.] Datum iri dixit,ut fabulam commendet:ut & omnia ſpectatori & populo dicantur. Non potui tutari locum.] Facete repetit Locum. Nunc turba nulla eſt.] ἀντανάδοσις ἀντὶ τοῦ tumultuantur. Turba,id eſt θόρυβος. Nunc turba nulla eſt: Otium & ſilentium eſt. Turbam retulit ad id quod ſuprà dixit,Populus conuolat.tumultuantur. Otium, ad illud, Pugnant de loco. Silentium, ad illud quod dixit, Clamor mulierum. Otium, πρὸς τὸ pugnãt. Silentium, πρὸς τὸ clamant. Nunc turba nulla eſt:otium & ſilentium eſt. Quæ adhortatio per enumerationem. Agendi tempus mihi datum.] Ab Aedilibus ſcilicet. Vobis datur poteſtas condecorandi ludos ſcenicos.] Quaſi aliquid agat populus cum ſpectet. Nolite ſinere per uos.] χῆμα διανοίας. Artem Muſicam.] Oratorie:quaſi non Terentij cauſa agatur, ſed artis muſicæ. Meæ autoritati.] Quia nunc ſenex eſt. Meæ autoritati fautrix adiutrixq; ſit.] Qua Terentium probo. & eſt figura ἀναλογία. Vult autem ſe eſſe eius autoritatis,ut & populo placere iam debeat qui ipſi placet. Si nunquam auare.] Commendatio ab antedictis,id eſt à perſonæ attributis. Si nunquam auare.A meritis defenſoris argumentum ad laudem fabulæ. Si nunquam auare.Per hæc uerba Terentius uult demonſtrare, quàm grauis autor ſit,qui ſuas comœdias probet. Sic Horatius, Ea cum reſpõdere conetis Quæ grauis Aeſopus,quæ doctus Roſcius egit. Et eum eſſe quæſtum in animum induxi.] Modo non Nunquam ſubauditur:ſed Si.ut ſit,Et ſi eum eſſe, &c. Quammaxime ſeruire ueſtris cõmodis.] Plus dixit cõmodis,q̃ ſi diceret uoluptatibus.Maximũ q̃ maxime,Inique iniqui. παρόμοιον Sinite impetrare me,qui in tutelam meã.] Ordo eſt.Sinite impetrare me, ne eũ circumuentũ inique iniqui irrideãt, qui in tutelam meã ſtudium ſuũ & ſe in ueſtram commiſit fidem. Mea cauſſa.] Quaſi orator,cauſſam dixit. Mea cauſſa, Cauſſam hanc accipite.] Hoc oratorie.ſic enim fit cũ perſona pro perſona ad commendationem affertur.
Et date ſilentium.] Quaſi fabulæ ac Poetæ Mea cauſſa,cauſſam. παρονομασία Vt libeat ſcribere aliſs.] Oratorie * Mihiq; ut diſcere expediat.] Proprie diſcere.docet enim Poeta,diſcit ſcenicus. Nouas expediat poſthac. Ab utili argumentatio eſt.&

Pugil
Pugna
Expectatio
Comites
Studium
Refero denuo
Quinq; actus
Turba
Doceo
Diſco

eſt.& bene,ut expediat:tanquam facturus ſit,& ſi nõ expedierit:dum quæſtum maximum ſeruire populo putat. Pretio emptas meo.] Aeſtimatione à me facta quantum Aediles darent:& proinde me periclitante,ſi abiecta fabula,à me pretium quod Poetæ numerauerint, repetant.Ergo meo,à me facto,à me ſtatuto.nam quomodo alibi dixit, Poſtquàm Aediles emerunt:Et bene,ut ſequatur populus iudicium eius,qui æſtimare uerè fabulas potuerit. Pretio emptas meo. Vt quidam uolunt,periculo.

Meo pretio emptæ

ACTVS I. SCENA I

PHILOTIS MERETRIX. SYRA ANVS

P. PER pol quampaucos reperias meretricibus Fideleis euenire amatores,Syra. Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi, Quàm ſanctè,ut quiuis facilè poſſet credere, Nunquam illa uiua ducturum uxorem domum. Hem duxit. S. ergo propterea te ſedulò Et moneo,& hortor,ne cuiuſquam miſereat, Quin ſpolies,mutiles,laceres,quenquem nacta ſis.
P. Vtin' eximium neminem habeam? S. neminem. Nam nemo illorum quiſquam,ſcito,ad te uenit, Quin ità paret ſeſe,abs te ut blanditijs ſuis, Quamminimo pretio ſuam uoluptatem expleat. Hiſcine tu amãbo,non contrà inſidiabere?
P. Tamen eandem pol eſſe omnibus iniurium eſt.
S. Iniurium eſt autem ulciſci aduerſarios? Aut qua uia captent te illi,eadem ipſos capi? Eheu me miſeram,cur non aut iſtæc mihi Ætas & forma eſt,aut tibi hæc ſententia?

Senarij

PEr pol quampaucos reperias meretricibus fideles.] Nouo genere hic utraque προσωποποιία inducuntur.Nam & Philotis & Syra non pertinent ad argumentum fabulæ.Hoc autem maluit Terentius, quàm aut per prologum narraret argumentum, aut διὰ μηχανῆς induceret loqui. Per pol quàm paucas reperias. Hæ perſonæ Terentij more extrinſecus aſſumuntur: ut ſic argumenti obſcuritatem ſpectator effugiat. Per pol quàm paucos, Animaduertendum eſt in hac fabula, Terentium bonam meretricem inducturum, ne id contra morem uideatur facere, etiam aliam meretricem non malam inducere:ut id exemplis fiat tritius,& uſu uerisimile. Per pol quàm paucos.Ordo eſt, Pol per quampaucos reperias.nam perpol,non eſt latinum,ſed κακοτεμῶς perquàm, id eſt nimio. Quampaucos.Quidam non paucos:ſed paucis legunt.ſic enim Apollodorus. Reperias.Aptum uerbum ad raritatẽ.& ideo non dixit pauci ſunt,ſed,paucos reperias: quaſi quærens.non autẽ reperitur niſi quod quæritur:nõ quæritur,niſi quod præſto non ſit.Fideles.Huiuſmodi ſententias rhetores διανοίας uocant.Et mire,nõ eſſe,ſed euenire dixit: ut non ratiõis,ſed caſus ſit id,quod rariſſimũ eſt. Fideles.Fidi,in maximis:Fideles in minoribus negocijs. Vel hic Pamphilus.] Tranſitus à generali ſententia ad ſpecialẽ. Vel.Nũc uelut:aliàs coniunctio diſiunctiua eſt:aliàs correptionem ſignificat,ut apud Ciceronẽ, Vel optimam Meſſanæ uitam. Virgilius,Carmina uel cælo poſſunt deducere lunã.Aut uel, Vt modo. Iurabat quoties Bacchidi quàm ſanctè.] Tria ſunt. quòd iurabat,& quotiẽs, & quàm ſanctè. quod totum de more amatorum & meretricum dixit, quæ iureurando teneant quos lege non poſſunt. Vt quiuis.] Non modo Bacchis, quæ amica erat. Nunquam illa uiua ducturum uxorem.] Ita * id eſt iurans primo iurabat. Nunquam illa uiua uxorem ducturum. Hem duxit.] Pronuntia ut mirantem oſtendas.

Perquam
Reperio
Quæro
Euenire
Fidus
Fidelis

Ergo

Ergo Ergo propterea.] Modo ergo, affectum exprimit reprehẽdentis tarde ſibi cõſentientem, ſic Virgilius, Ergo age chare pater ceruici imponere noſtræ. Propterea te ſedulo.] Sedulo inſtanter, & ex animo: uel ſine dolo. En duxit.] En, aduerbium demõſtrantis eſt: ut, En aliter. Et moneo, & hortor.] Monemus conſilio, Hortamur impulſu. Nè cuiuſquam miſereat.] Deeſt te. Quin ſpolies, mutiles, laceres.] Quin pro quominus. Et magna perſuaſiõ eſt ad malefaciendum. Spolies.] Spoliare eſt non minimam partem auferre. Mutilare ſali quid detrahere, ſine quo res eſſe nõ poſſit. Lacerare autem, cum omnino non habeas quod imminuas. unde Mutili dicti ſunt boues, aut capri, ſine cornibus. nam male qui à multa putant dici: & inde Mulciber Vulcanus, quòd ſit mutilatus ac debilis. nam proprie Mulciber dictus eſt, quòd omnia mulceat, id eſt molliat ac uincat. Vtin' eximium habeã neminem.] Vtin' pro ut ne, ἀπὸ τροφῆς. Et perſeuerat in ἀλληγορίᾳ. nam eximia pecora dicunt, quæ à grege exceptã ſunt ad uſus dominorũ ſuorum, ut uberius paſcantur. Sed proprie eximij ſunt porci maiores, qui ad ſacrificandum excepti liberius paſcuntur. etenim boues qui ad hoc electi ſunt, egregij dicuntur: & oues lectæ. ut Virgilius, Mactant lectas de more bidentes. Ita & porci eximij. Vtin' eximium. Deeſt, cenſes: ut ſit, cẽſes ne ut eximiũ neminem habeam: uel certe mones. Vtin' eximiũ. Separatum ex omnibus. Proprie eximius porcus eſt, exemptus à grege, atq; ſignatus macula aut nota. Habeam. Deeſt cenſes, aut uis, aut mones.

Eximia pecora

Egregij boues

Lectæ oues

Eximius porcus

Nam nemo quiſquam.] παρέλκον tertium. nam abundat Quiſquam. Scito, ad te uenit.] Bene additum eſt ſcito: & moraliter, & acutius pronuntiandum: eſt enim uerbum illorũ qui familiares corrigunt. Quin ita paret ſeſe.] Hoc uerbum paret, aduerſum munificos & ſegnes ſumitur. Vt alibi, An paraſti te ut ſpes nulla reliqua in te ſit tibi? Abs te.] Pro ex te.

Nemo quiſquam

Scito

Suam uoluptatem expleat.] Bene expleat, quòd contrarium meretrici eſt amatorem uoluptate ſatiari. Hiſcine.] ἐρώτησις. Id eſt talibus. & uide ſi pulchra meretrix puella eſt.

Inſidiabere.] Inſidiari malum eſt: ſed contrà inſidiari iuſtum eſt. Tamen eandẽ pol eſſe omnibus, iniurium eſt. Idem aliter, & uehementius intulit. nam peius eſt eandem eſſe omnibus, quàm nullum excipere. Iniurium. iniquum. Iniurium autem indignãtis modo ſignificatio eſt: & uim aduerbij habet. Vlciſci aduerſarios?] De more aduerſarios mutato nomine poſuit. durum enim fuerat, ſi amatores diceret. Qua uia captent te illi.] Qui te capient ſæpe, tu eos uel ſemel cape. Eheu me miſerã.] Bene, quia non perſuaſit: ſed affectum doloris expreſſit. intelligitur enim ex uultu eius, non eam perſuaſiſſe quod uoluit. Eheu me miſeram, cur non aut iſtæc mihi ætas, & forma eſt. ἰμπαθὸς ait quod reliquum eſt: quia quod uolebat perſuadere non potuit. Et bene iſtæc ætas & forma: quia utrumq; non habet. & mire è contrario deſcripta eſt deformitas lenæ, & formam & uoluntatem malam gerẽtis.

Aut tibi hæc ſententia.] Ἀηδῶς: ſimulq; oſtendit ſecundum φυσιογνωμικὸν difficile deformem reperiri bonum.

ACTVS I. SCENA II

PARMENO SERVVS. PHILOTIS. SYRA.

PA. SENEX ſi quæret me modò, iſſe dicito — *Senarij*
Ad portum percontatum aduentum Pamphili.
Audin' quid dicam. Scirte ſi quæret me, uti
Tum dicas. ſi non quæret, nullus dixeris.
Alias ut uti poſſim cauſſa hac integra.
Sed uideóne ego Philotion? unde hæc aduenit?
Philotis ſalue plurimum. PH. ó ſalue Parmeno.
PA. Salue mecaſtor Parmeno. PA. & tu ædepol Syra.
Dic mihi Philotis ubi te oblectaſti tam diu?
PH. Minime equidém me oblectaui, quæ cum milite — *Proceleuſ.*
Corinthum hinc ſum profecta inhumaniſſimo.
Biennium ibi perpetuum miſera illum tuli.
PA. Ædepol te deſyderium Athenarum arbitror.
Philotion cepiſſe ſæpe, & te tuum

Conſilium

Conſilium contempſiſſe. PH. non dici poteſt
Quàm cupida eram huc redeundi, abeundi à milite,
Vosq; hic uidendi, antiqua ut conſuetudine
Agitarem inter uos liberè conuiuium.
Nam illi haud licebat, niſi præfinito, loqui
Quæ illi placerent. PA. haud opinor commodè
Finem ſtatuiſſe orationi militem.
PH. Sed quid hoc negoti eſt? modo hæc quæ narrauit mihi
Hic intus Bacchis? quod ego nunquam credidi
Fore, ut hac ille uiua poſſet animum inducere
Vxorem habere. PA. habere autem? PH. eho tu, an non habet?
PA. Habet, ſed firmæ hæ uereor ut ſint nuptiæ.
PH. Ità Di Deæq; faxint, ſi in rem eſt Bacchidis.
Sed qui iſtuc credam ità eſſe? dic mihi Parmeno.
PA. Non eſt opus prolato hoc percontarier
Deſiſte. PH. nempe ea cauſſa, ut ne id fiat palám.
Ità me Di bene amabunt, haud propterea te rogo
Vt hoc proferam: ſed ut tacita mecum gaudeam.
PA. Nunquam dices tam commodè, ut tergum meum
Tuam in fidem committam. PH. ah noli Parmeno.
Quaſi non tu multò malis narrare hoc mihi,
Quàm ego quæ perconter, ſcire. PA. uera hæc prædicat,
Et illud mihi maximum uitium eſt. ſi mihi fidem
Das te tacituram, dicam. PH. ad ingenium redis.
Fidem do, loquere. PA. auſcultа. PH. iſtic ſum. PA. hanc Bacchidem
Amabat, ut cum maximè, tum Pamphilus,
Cum pater uxorem ut ducat orare occipit.
Et hæc, communia omnium quæ ſunt patrum,
Se ſenem eſſe, dicere, illum autem eſſe unicum,
Præſidium uelle ſe ſenectuti ſuæ.
Ille primò ſe negare. ſed poſtquàm acrius
Pater inſtat, fecit animi ut incertus foret,
Pudori ne, anne amori obſequeretur magis.
Tundendo, atq; odio deniq; effecit ſenex.
Deſpondit ei gnatam huius uicini proxumi.
Vſq; illud uiſum eſt Pamphilo neutiquàm graue,
Donec iam in ipſis nuptijs, poſtquàm uidet
Paratas, nec moram ullam, quin ducat, dari.
Ibi demùm ità ægrè tulit, ut ipſam Bacchidem
Si adeſſet, credo ibi eius commiſereſceret.
Vbicunq; datum erat ſpatium ſolitudinis,

Vt colloqui mecum unà posset, Parmeno
Perij, quid ego egi? in quod me conieci malum?
Non potero hoc ferre Parmeno, perij miser.
PH. At te Di Deæq; perdiunt cum istoc odio Laches.
PA. Vt ad pauca rédeam, uxorem deducit domum.
Nocte illa prima uirginem non attigit.
Quæ consecuta est nox, eam nihilo magis.
PH. Quid ais? cum uirgine unà adolescens cubuerit
Plus potis, sese illa abstinere ut potuerit?
Non uerisimile dicis nec uerum arbitror.
PA. Credo ità ũideri tibi nam nemo ad te uenit,
Nisi cupiens tui ille inuitus illam duxerat.
PH. Quid deinde fit? PA. diebus sanè pauculis
Pòst, Pamphilus me solum seducit foras.
Narratq;, ut uirgo à se integra etiam tum siet
Secq; antè, quàm eam uxorem duxisset domum,
Sperasse eas tolerare posse nuptias.
Sed quam decrerim me non posse diutius
Habere, eam ludibrio haberi Parmeno,
Quin integram itidem reddam, ut accepi à suis,
Neq; honestum mihi, neq; utile ipsi uirgini est.
PH. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.
PA. Hoc ego proferre, incommodum esse mihi arbitror
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas uitij,
Superbum est: sed illam spero, ubi hoc cognouerit,
Non posse se mecum esse, abituram deniq;.
PH. Quid interea? ibátne ad Bacchidem? PA. quotidie.
Sed, ut fit, postquàm hunc alienum ab sese uidet,
Maligna multò, & magis procax facta ilico est.
PH. Non ædepol mirum. PA. atqui ea res multo maximè
Disiunxit illum ab illa postquàm & ipse sese,
Et illam, & hanc, quæ domi erat, cognouit satis,
Ad exemplum ambarum mores earum existimans.
Hæc, ità uti liberali esse ingenio decet,
Pudens, modesta incommoda atq; iniurias
Viri omneis ferre, & tegere contumelias.
Hìc animus partim uxoris misericordia
Deuictus, partim uictus huiusce iniurijs,
Paulatim elapsus Bacchidi, atq; huic transtulit
Amorem postquàm par ingenium nactus est.
Intereà in Imbro moritur cognatus senex

Horum ad hos redibat lege hæreditas.
Eò amantem inuitum Pamphilum extrudit pater.
Relinquit cum matre hic uxorem nam senex
Rus abdidit se huc rarò in urbem commeat.
PH. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?
PA. Nunc audies primùm, dies compluſculos
Bene conueniebat sanè inter eas interim
Miris modis odisse cœpit Sostratam.
Neq; lites ullæ inter eas, postulatio
Nunquam. PH. quid igitur? PA. si quando ad eam accesserat
Confabulatum, fugere è conspectu ilico.
Videre nolle denique ubi non quit pati,
Simulat se à matre accersi ad rem diuinam, abijt.
Vbi illic dies est complureis, accersi iubet.
Dixere causſam tunc nescio quam iterum iubet,
Nemo remisit. postquàm accersunt sæpius,
Ægram esse simulant mulierem nostra ilico
It uisere ad eam admisit nemo hoc ubi senex
Resciuit, heri ea causſa rure huc aduenit.
Patrem continuo conuenit Philumenæ.
Quid egerint inter se, nóndum etiam scio:
Nisi sanè curæ est, quorsum euenturum hoc siet.
Habes omnem rem pergam quò cœpi hoc iter.
PH. Et quidem ego nam constitui cum quodam hospite,
Me esse illum conuenturam. PA. Dij uortant bene
Quod agas. PH. Vale. PA. & tu benè uale Philotion.

SEnex si quæret me modo, isse dicito ad portũ.] Hoc seruus dixit, in scenam de proscenio respiciens. Senex si quæret me. Duæ coniecturæ sunt in hac scena: an ueræ sint nuptiæ: & an uerisimile sit abstinere potuisse adolescentem à uirgine sibi nuptum tradita. Senex si quæret me. Magis expressit consuetudinem, dicẽdo, senex: quàm si diceret, dominus maior. Senex si quæret me. Vt ex uerbis suis tam meretrix q̃ lena descripta est: ita & Parmeno ipse, qualis sit ostenditur ex sua locutione. Exeundi autem causa de argumento sumitur: quia Pamphilus absens est, & expectatur in dies eius aduentus. Percontatum aduentum Pamphili:] Honestam causam dixit, id est Pamphili aduentum. Et percunctatum. & percontatum scribitur. sed percontatum à conto dicitur, quo nautæ utuntur ad loca nauibus opportuna. si uerò percunctatum: ab eo quòd à cũctis perquiratur, dicitur. Senex si quæret me modo, isse dicito ad portum Hæc omnia, submissa & ueloci pronũtiatione efferẽda sunt. hoc enim desiderant huiusmodi uerba, utpote serui & festinantis. Audin' quid dicam Scirte?] Audis modò, sentis, intelligis: ut Virgilius, Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci Audierat. Itẽ alibi, Neq; audit currus habenas. Audin' quid dicam Scirte?] Audis modo, pro aduertis. Scirte ἰωφῶν πρόσωπον inducitur. Audin' quid dicam Scirte? Conuenit nomen seruo puero, παρὰ τὸ σπείρειν quod est gestire & ludere. Nullus.] Pro non. Aliàs ut uti possim.] Inter aliàs & alià hoc interest: quia aliàs alio tempore significat. alià aliter, aut per alia. Integra.] Non dicta. Sed uideon' ego Philotion?] Mire inuenta est causa narrandi ideo, quia peregre uenit meretrix alia, quæ si Athenis esset, omnia sciret. Sed uideón' ego Philotiõ? Sic solet dubitari, aduenientibus ipsis, quos post multum temporis interuallum uident. Vnde hæc

Percunctor
Percontor
Audio
Nullus
Aliàs
Alià

Salue mecastor aduenit.] Cum quodam contemptu eius Hæc dicit Parmeno. Salue mecastor Parmeno.] Olim salutantes addebant iusiurandum, ut hoc sedulo facere uiderentur. Me.] Aut adiectio est, & abundat: aut positum est pro μὰ syllaba: ut Græci μὰ τὸν ἀπόλλωνα dicunt.

Et tu ædepol Syra.] Irrisit ad castor addendo ædepol. & quod ille Parmeno, ille hic addidit Syra. Syra Sura ueteres legerunt, u pro y ponentes: ut Musia, Suria. Dic mihi Philotis.] Vide licentiam: suprà Philotion, hic Philotis dixit. Vbi te oblectasti tam diu?] Facete dictum meretrici: non, ubi fuisti: sed, ubi te oblectasti. Minime me equidem oblectaui.] Me acutius proferendum est: & respondet πρὸς τὸ Te. Corinthum hinc sum profecta.] Hinc magnum ostendit dolorem habere Philotion, quòd relictis Athenis Corinthi habitauerit. Cum milite hinc sum profecta inhumanissimo. Multa dixit: & Milite, & Hinc, & Inhumanissimo. Inhumanissimo. Quid potuit de milite dici, nisi in superlatiuo? nanque omnis miles inhumanus: hic uerò, inhumanissimus. Corinthum hinc sum profecta. Hæc argumenta sunt, an se oblectare potuerit. à persona, quia miles inhumanissimus: à loco, quòd hinc profecta: à tempore, quòd biennium: à re, id est ab iniuria quam intulit. Bien-
Perpetuum nium ibi perpetuum.] Vt continuationem sui casus ostenderet, perpetuum dixit. Misera.] Muliebris interpositio, τὸ misera. Illum tuli.] Non, cum illo fui, sed tuli: adeò non me oblectaui. Desiderium Athenarum.] Quòd Corinthum profecta es. Athenarum arbitror.] Quod dixit Hinc antè. * Athenarum. & ἀμφιβολία. te desiderium cepisse. Aedepol te desiderium Athenarum arbitror cepisse sæpe. Quòd cum milite inhumanissimo. Consilium contempsisse.] Pœnitudine esse possessam. Huc redeundi.] Iterũ à loco. Abeundi à milite.] A persona. Vosq; hic uidendi.] A re. Redeundi, abeundi, uosq; hic uidendi. Oratorie unam rem in tria diuisit, huc redeũdi, abeundi à milite, uosq; hic uidendi: ut diceret, huc ueniendi. Nisi præfinito loqui.] A tempore. Hic ostendit quid
Agere dixit suprà, Tuli: & quid sit agitare conuiuium libere. Agitarem inter uos libere conui-
Agitare uium.] Inter agere & agitare hoc interest: quòd agere est aliquid uel necessarium facere: Agi-
Illi tare, uoluptarium. Ergo agitarem, exercerem. Nam illic haud licebat nisi præfinito, lo-
Præfinito qui.] Legitur & illi: ut sit circũflexus accentus, & significet illic: ut, Illi mea tristia facta. & absolutum est.] Præfinito. Deest tempore, aut quid tale. Nisi præfinito loqui, quæ illi placerent. Duo dixit: & præfinito, & quæ illi placerent: ut neq; quantum uelles, neque quod uel-
Commode les, diceres. Haud opinor commode.] Commode, pro blande, & bene: ut, Nunquã tam dices commode. Finem statuisse orationi militem.] Argute militem: quia quasi inimicus sit orationi, quæ in pace plurimum potest. Sed quid hoc negotij est?] Hic ad argumentum nunc descendit. In Phormione, Sed quid tu es tristis? prælatis scilicet allocutionibus, & separatarum & permistarum personarum: ne ieiune ad argumentum ueniens, nõ agere fabulam, sed narrare uideretur. Quid hoc negotij?] Bene addidit negotij: ut augeret inuidiam facti. nam potuit dicere. Quid hoc est? Sed, ut diximus, ad inuidiam, & magnitudinem rei, Negotij dixit. Quæ narrauit mihi.] Quæ: qualia scilicet, & quanta. Modo quod narrauit mihi. Quæ, legendum est: ut sit, qualia & quanta. & hoc ἰφ ὑποφορίσει. Quod ego nunquam credidi.] Hoc totum cum inuidia pronũtiandum ex animo meretricis, quæ facinus indignum nuptias putat. Vt hac ille uiua posset.] Mire ostendit ex ijsdem uerbis
Animum inducere eandem hanc esse quam suprà dixit, Nunquam illa uiua uxorem, ducturum. Posset animum inducere.] Quasi in rem duram & immanem. Habere autem?] Ostendit pronuntiatione quòd prope est ut non habeat. Sed firmæ hæ uereor ut sint nuptiæ.] Bene prosperſona serui, qui uult dominum uxorium esse magis, quàm amatorem Bacchidis. Vt.] Ne non. Sed firmæ hæ uereor. Animaduerte Terentium in nuptijs hoc dictum seruare, utrum firmas an infirmas dicat nuptias. Si in rem est Bacchidis.] Bene additũ, si in rem
In rem est Bacchidis: ut ostenderet se non malignitatis, sed beneuolentiæ causa talia uota suscipere.
Ab re In rem. pro utilitate: Ab re, contra utilitatem. Sed qui istuc credam.] Id est, nuptias esse infirmas. Sd qui istuc credam ita esse? dic mihi Parmeno. Superiore uoto excusauit crimen curiositatis: iam uidetur post Bacchidem audire uelle. Non est opus prolato, hoc percontarier desiste.] Vide quàm conuenienter Poeta, cum id agat ut narrantem Parmenonem inducat, tamen multis diuerticulis morales facetias internectat. Non est opus prola-
to, hoc percontarier desiste. Incerta distinctio, utrum prolato hoc, an hoc percontarier.

Ita me Di bene amabunt.] Pro amentem: ut, Donec regina sacerdos Marte grauis geminam
Proferre partu dabit Ilia prolem. Vt hoc proferam.] Prodam, Bacchidi scilicet, uel cuilibet. Me-
Mecum gaudeo cum gaudeam.] Mecum, intra me. Virgilius, Hæc secum. Nunquam dices tam commode.] Hæc pronuntiatio eiusmodi esse debet, ut ex ea appareat prope deletum Parmenonem, uix se posse continere quin narret. Nunquam dices tam commode. Quasi ex parte labefactus est: sic enim loquitur. Ha noli Parmeno.] Artificiose se fingit audire nolle, ut tacitura credatur

ra credatur si audierit: quia curiositas, signum est loquacitatis. Sic Horatius. Percõtatorem fugito, nam garrulus idem est. Quasi tu non multo malis.] Deest, ita dicis: ut sit, ita dicis quasi. Et nunc Philotis non est instantior, hac calliditate, ut magis seruum ad dicẽdum prouocet. Quasi non tu multò malis narrare hoc mihi. ὑπαλλαγὴ. deest enim, ita grauaris dicere. aut, ita negas te esse locuturum. Et illud mihi uitium est maximum.] Seruile uitium est, tacere non posse. Vera prædicat: & illud mihi maximum uitium est. Hæc lentius apud sese: illud clare, Si mihi fidem das. Etiã alia se habere uitia exceptiõe significat in hoc quod dicit. Illud mihi uitium maximum est. Si mihi fidem das. Animaduerte his dilationibus etiam spectatorem suspendi: quo lubentius audiat. Si mihi fidem das. Fideliter, pro des.

Ad ingenium redit.] Quia à se discesserat, si taceret. Cicero, Redit ad se. Hanc Bacchidem amabat, ut cum maxime.] Eiusmodi est hæc tota narratio, ut defensionem adolescentis continere uideatur: quòd meretricem amicam necessitate coactus deseruerit. Mire igitur unde quæstio est, inde cœpit: Amabat, inquit, Bacchidem. Sic & in secũdo Virgilius, an fortiores Græci Troianis, Fracti bello, inquit, fatisq; repulsi Ductores Danaũm. Bacchidem amabat. Ordo & sensus hic est, Hanc Bacchidem tum amabat Pamphilus, ut cum maxime amabat, cum pater uxorem ut ducat orare occipit. Et ut positum pro quemadmodum. Et Maxime bis numero subauditur. Et cum maxime, una pars orationis est: aut cum maxime pro nimis. Cum pater.] Cum, modò aduerbium est, pro quando. Orare occipit.] Maxima necessitas est, ut oret pater. Et hæc, communia omnium.] Quid si iniustum est quod orabatur? ostendit iustum, & frequentatum quod dicebat pater. Se senem esse dicere.] Omnem causam adolescẽtis senex amputauit, pro suo senili cõmodo rogans: potuisset enim adolescentis dicere, Quam pro me curam geris, hanc precor pro me deponas. Senem esse dicere. Illud posset agere amator contra utilitatem suam: sed non poterat filius contra utilitatem patris. Ergo ut cogeret pater, suam causam interponebat. Præsidium uelle se senectuti suæ.] Præsidium senectutis, sobolem & successorem dicit. Sed postquàm acrius pater instat.] Tria dicit: & acrius, & pater, & instat. Sed postquàm acrius pater instat. Postquàm, inquit, pater acrius instat, non compulsus est Pamphilus, sed tantum deliberauit.

Pater instat. Maior uis est cum pater instat, quàm cum rogat. Pudorine, anne amori obsequeretur magis.] Sic ostendit in utranque partem, ut tandem in animo honesti adolescen- *Anne*
tis pudor amorem uincere debuisset. Pudorine, anne amori. ἀνακόλουθον. non enim præposito Vtrum, intulit Anne. Pudorine, anne amori. Latens excusationis ratio explicata est.

Pudori. Patris scilicet. Amori. Meretricis. Tundendo atq; odio.] Tundere, est sæpius *Tundere*
idem repetere. translatio à fabrorum malleo. Odio. Assiduitate. Attendenda est difficul- *Odium*
tas uniuscuiusq; uerbi. Tundendo atq; odio deniq; efficit.] Deniq;, temporis longitudi- *Deniq;*
nem significat. Efficimus, quod cum magno conatu & molimine facimus, uixq; per nos fi- *Efficere*
nem accipi. Tundendo atq; odio deniq; effecit senex. Mire interposuit moras, ad postremum confessurus uxorem ductam. Primo, inquit, negauit: pòst, deliberauit: ad postremum duxit. Non, inquit, ipse: sed effecit hoc senex. Ità, mutatione personæ totam uoluntatem adolescentis absoluit. Deniq; effecit. Oratorie tempus appositum: nam hoc significat denique.

Odio.] Hoc est instantia. Despondit ei gnatam.] Vide, non hic dici, duxit uxorẽ Pamphilus: sed totum ad patrem referri. Neutiquam.] Non nimis. Donec iam in ipsis nu- *Neutiquam*
ptijs.] Nota locutionem sensu magis, quàm uerbis manifestam. Donec iam in ipsis nuptijs. Deest, positus, constitutus ue ita doluit, & ægre tulit. Aut repetere debemus sic, In ipsis inquam nuptijs. Donec iam in ipsis nuptijs. In mentione nuptiarum efferuescit animus amatoris. Nec moram ullam quin ducat, dari.] Vbi nec aliquã dieculam, uel dilationem uidet ad nuptias. Quin. Quominus. Ibi demum.] Deniq;, postremo. Et mire addi- *Demum*
tum est Ibi: quia male pendebat, In ipsis nuptijs. & sic est quasi dixisset, In ipsis inquam nuptijs. Demum ità ægrè tulit, ut ipsam Bacchidem, si adesset, credo ibi eius commiseresceret. Hoc ὑπερβολικῶς. ut Virgilius, Vel Priamo miseranda manus. Vt ipsam Bacchidem. Quæ nunc accusatrix est. Et est argumentum ab animo. Aegrè tulit. Idẽ Virgilius, Quis talia fando, Myrmidonum, Dolopumue, aut duri miles Vlyssei, Temperet à lachrymis?

Credo ibi.] Ibi pro tum. Vt colloqui mecum unà posset. παρίμιον tertiũ. Et argumen- *Ibi*
tum à persona quòd ait, mecum. Parmeno perij.] Argumẽtum à dictis: quòd ait, Parmeno perij. Parmeno. Moraliter, & antonomasiace nomẽ repetit. Et significanter fecit, non addendo Dicebat, & in μιμικῶς à διηγηματικῷ transeundo. Et mire interposuit nomen: ut affectum doloris ostenderet. Sic Virgilius, Anna, fatebor enim. Parmeno perij miser.] ἰφ ἓν repetit nomen. At te Dij, Deæq; perdiunt.] Obtinuit, & persuasit seruus. nam iam meretrix seni irascitur, nõ Pamphilo. Cum istoc odio.] Cum instantia ac molestia. Vt ad pauca redeam.] Tanquam multa sint, quæ de Pamphili amore dici possint. Vt ad pauca re-

deam. Præceptum oratorium in longa narratiõe pro ueritatis inquisitione.reddit enim au-
Vxor ditorem acriorem,quem spes finis recipit fatigatum. Vxorem deducit domũ.] Vxor dici
tur uel ab ungẽdis postibus,& figenda lana:id est quòd cum puellæ nuberent, maritorum
postes ungebant,ibiq; lanã figebant.uel quòd lotos maritos ipsæ ungebant. cuius rei testis
Ennius,Exin Tarquiniũ bona fœmina lauit & unxit. Nocte illa prima.] Pronuntiandum
acutius illa prima:quasi dicat,plena desiderij,plena cupiditatis. Similiter addidit Virginẽ.
Et expresse,nõ attigit. Nocte illa prima.Quasi dicat,plena amoris,& plena dulcedinis:ut
mirũ sit quod infertur,nõ tactam uirginem. Et hic argumentũ est quãta fecerit Pamphilus
erga amicã suam. Virginem non attigit.Virginem ἔμφασις est:quàmuis non amatã,uirgi-
nem tamẽ.& nõ dixit,nõ amplexus est:sed,ne attigit quidẽ. Quæ cõsecuta est nox.] Eam
primã noctem scilicet. Nihilo magis.] Quasi in nihilo,possit esse magis aut minus.Et nihi-
lo magis,asseuerationis est. Quid ais?cũ uirgine una?] Inuenitur quasi interiectio unà,id
est simul,uno loco.Cum uirgine. A persona. Vnà.A loco. Adolescens.] A persona.

Cubuerit.] Ab habitu & occasione. Plus potus.] Ab impulsione,& ex accidẽtibus. Cũ
uirgine unà adolescens cubuerit,Argumenta in coniecturã necessario posita:quibus Teren
tius ex utraque parte disputans, ἀπίδανον purgat:nequis illũ stultè hæc posuisse iudicaret.
Hæc enim meretrix tarde credit argumentis,ne à Parmenone uincaꝫ. Hinc est quòd ait Ho
ratius,Vincere Cæcilius grauitate,Terentius arte. Nõ uerisimile dicis.] αὔξησις peruersa.
prius est enim uerũ,deinde uerisimile.Sed ideo sic dixit,quia est sæpe nõ uerisimile,uerum
tamen:ut,Decios pro alieno cõmodo mori uoluisse. Non uerisimile dicis. Hoc iam plus
est,tantũ eum amasse Bacchidẽ,quantũ non possit credi. Credo ita uideri tibi:nam nemo
ad te uenit.] Magno cõpendio usus est, non ostendens cur hoc falsum sit quod putet mere-
Inuitus trix:sed cur hoc putet.ita ex eius persona refellit quod obiecit. Ille inuitus.] Inuitus dicen
do,quasi admonet iterũ iterumq;:ut Virg.Italiam nõ sponte sequor. Quid deinde fiet?]
Interponit persona ad exitũ festinans:ut alibi,Quam metui quorsum euaderes. Diebus
sanè paucis.] Hic exitus est. Post Pamphilus me solum seducit foras.] Ne testis quisquam
& arbiter secretorum interueniat. Me solũ seducit foras.] Familiaris in seruo iactantia de
dominorũ familiaritate,simul quia decens est,ut per eum,quid gestũ sit,spectatores sciant.
Integra ab adolescente Narratq;,ut uirgo ab se integra etiam tum fiet.Hoc est illud quod suprà dixerat,Nocte il-
la prima uirginem nõ attigit. Seq;, ante quam eam uxorem duxisset domũ.Bonus color
Tolerare purgationis.diceretur enim,quare si illam odio habebat,ducebat uxorem? Tolerare pos-
Decerno se.] Tolerare,uerbum est mala patientis. Decrerim.] Statuerim,& defixerim. Quã de-
Ludibrio habere crerim me non posse diutius habere.] ἀποσοφῶς, καὶ παροιμιακῶς ἀπομνημονεύοντος. Eam ludibrio ha
beri.] Honesto uerbo & pudoris pleno usus est:& nouè pro uitiari. Quin.] Quominus.
Integram.] Id est honestam:non enim dixit,spoliatam uirginem aut mulierem. Vt acce
pi à suis.] Vigilanter quidẽ integrã specificat:id est talem qualem accepi à suis.potuit enim
uitiatã accepisse,ut sæpe euenit.Ergo nõ abũdat,Vt accepi à suis,sed habet,significationẽ.
Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.] Erga meretricem,pium:pudicũ erga uir
ginem.Cogitur pium dicere Pamphilum,quem periurũ putabat. Pium & pudicũ inge-
nium narras Pamphili.An simul erga uirginẽ & pium,& pudicũ? an piũ erga meretricem:
pudicũ erga uirginem? Hoc ego proferre.] Verba Pamphili sunt:nõ ut quidã putant,ad
personã Parmenonis referentes. Hoc ego proferre.Amorem scilicet meretricis. Cui tu
nihil dicas uitij.] Nũc uitij culpæ uxoriæ. Abituram deniq;.] Deniq;,moram significat,&
Interea postremã tarditatem.itaq; postremo,uel sero abituram indicat. Quid interea?] Exultãtis
est,& gestientis audire. Interea.Inter eos dies. Postquã hunc alienum ab se uidet.] Pro
Alienus alienatum dixit.ut in Phormione,Quid ego uobis Geta alienus sum? Nam quomodo alie-
num,si amabat,dixisset? Postq; hunc alienũ. Oratorie,non iã Bacchidem excusat, quam
à uerisimili causa uult inducere,q; ipsa sit in Pamphilum durior. Alienũ ab se uidet.Id est
Malignus maritũ:nam hoc nomen à meretricibus alienũ est. Maligna multo.] Maligna,difficilis.Ma
Procax lignus est qui difficultatem sui ostendit. Procax.] Dispoliatrix & petax.Procare enim, est
Procare petere.Virg.Procacibus austris,id est impudẽtibus.nam qui multum petit, impudens est,
Proci & procax.Vnde & proci dicti sunt,qui filias alienas in matrimonium petierunt. Atqui ea
Atqui res.] Atqui,imò.Legitur & atq;. Non ædepol mirũ.] Obtinuit quod uolebat,Parmeno.
nam credidit Philotis iniuriã factã Pamphilo. Atqui ea res multo maxime.] Opportune
cõcitatius Pamphilũ defendit Parmeno, postq; Philotis inducta est, ut fateretur iniuriã factã.
Et hanc quæ domi erat.] Vxorem modestam. Et illã.] Meretricẽ malam. Et illam, &
Cognoscere hanc quæ domi erat.Illam quæ meretrix esset:hanc,id est uxorẽ. Cognouit.] Diligentius
& attentius cõsiderauit:nã cognoscere,est diligẽter & attente cõsiderare. Cognouit satis.]
Ad exẽplum Bene satis,ex ipsius moribus,& ex meretricis. Ad exemplũ.] Quasi ad imaginẽ,& collatio-

nem

tionem,& speciem comparatiõis. Existimans.] Intelligens. Hæc ita uti liberali esse inge-
Existimare nio decet.] Qualitas comparatiua. Pudens,modesta.] Hæc cõtra uitia meretricia posuit.
Pudens pudens hæc,illa procax:modesta hæc,illa maligna,reliqua uerò superadduntur, ornamen
Modesta ta uxoria,matronæq; laudes. Incõmoda atq; iniurias.] Callide,laudata uxore nõ repetit
uitia meretricis apud meretricem:& simul cõtentus de uxoris laudibus,uitia meretricis in-
telligit. Incõmoda atq; iniurias uiri omnes ferre. Figura ἔκλειψις Tegere.] Hoc plus est q;
Tegere ferre.& tegere,quòd meretricem amaret.Et plus dixit tegere,q; celare.Tegere enim ad hoc
Celare dixit,ut nõ solum cuiquã non ediceret,sed & ne quis sciret. Hic,animus.] Oratorie dixit.
nõ enim Pamphilũ dixit:sed,animũ Pamphili. Vxoris misericordia.] ἀμφιβολία. Hic,
animus.Hic,pro tum. Virg.Hic annis grauis,atq; animi maturus Alethes. Vxoris miseri-
cordia.Recte,quia ex misericordia amor nascitur.sic & in Phorm. Miserũ est, uirgo ipsa fa-
cie egregia.Virg.Heu quibus ille Iactatus fatis. Partim uictus huiusce iniurijs.] Qualitas
relatiua. Deuictus,partim uictus.] De proximo repetiuit παρόμοιον, deuictus,uictus.
Deuictus
Paulatim elapsus est.] Adeò est tardus amor Pamphili,& magnus,ut etiam post iniurias
difficilè discedat. Elapsus est.Animus,nõ Pamphilus. Postq; par ingenium nactus est.]
Elapsus est animus An sibi parcan absolute,bonũ:ut dicimus,sic par est facere te.Ergo aut sibi par, aut uxori,
Par id est liberali fœminæ. Par ingeniũ nactus est.Par ingeniũ, eandem uoluntatem. Sallust.
Quos eadẽ odisse,& eadẽ metuere in unũ coegit.Idẽ alibi,Nã idẽ uelle a e n e d f a c.
Interea in Imbro moritur cognatus senex.] Bene causa abitionis Pamphili narrat. Co-
gnatus senex.Bene quòd ait senex:nam acerbum funus nõ conueniebat fabulæ.In comœ-
dia itaq; apud Terẽtiũ,aut meretrix molesta, aut ex duabus una uxor moritur,aut senex. Ita
ex huiusmodi mortibus,uel incõmodum uitat:uel lucrũ insuper nascitur,ut nõ sit causa lu-
gendi. Horũ.] Maluit horũ,q; dominorum,dicere. Ea ad hos redibat lege hæreditas.]
Legitima hæreditas Verbo iuris usus est.ea enim est legitima hæreditas, quæ familiæ debebat. Eo amantem.]
Modo iam uxorem.non enim amicã. Inuitũ Pamphilum extrudit pater.] Inuitũ recessisse
Extrudere uis uerbi demõstrat.Nam proprie extrudere dicitur,qui manibus expellit.sed hic,transla-
tione usus est,ut ostẽderet tantũ importunitatis uerbis senis fuisse,quantũ impulsio manuũ
efficere potuisset. Extrudit.Verbũ necessitatis. Relinquit.] Inertia præsentis temporis.Le
gitur & reliquit. Reliquit cũ matre hic uxorem.Præparatio ad futurum errorem. Nam
senex rus abdidit se.] Nam,inceptiua particula:ut,Nam meus cõseruus est homo ut magni
pretij.Plautus in milite glorioso. Rus abdidit se.Verbũ reprehendentis senem:quòd,se ab-
didit,dixit. Huc raro in urbem cõmeat.] Huc bene dixit,ut ostendat Parmenonẽ in urbe
esse.Mira οἰκονομία. fac enim præsentẽ,& nullus error in fabula est. Cõmeat. Cõmeare est
Commeare abesse inde ubi te esse oporteat.Ergo hoc dicto ostẽdit q; raro ad urbem ueniat senex. quip-
pe cõmeatus est ex aliqua cõmoratione temporalis abscessus. Quid adhuc habent infir-
mitatis nuptiæ?] Bene usq; adhuc suspensa narratio est.& in hac interrogatiõe quasi substo
machat Philotis decepta,quòd nihil uideat infirmitatis in nuptijs:quod optauerat. Quid
adhuc habent.Hoc tristior meretrix dixit. Nũc audies.] Sic ait,quasi iamdudũ audire cu
pienti,uel quasi ad molestã percontatricẽ. Bene cõueniebat sanè.] Bene,pro multũ.& sa-
ne ualide:quia qui sanus, idẽ & ualidus. Miris modis.] Miris exemplis. Interim miris
Miris modis interim modis odisse.] Huc usq; Parmenonẽ Poeta uerba passus est dicere: cætera actibus seruatu-
rus. Interim miris modis.Mire,ad finẽ comœdiæ rerũ explanatio referuat.nanq; si quæ-
ras,fallit Parmeno,cũ non odio socrus,sed pudore,simultatẽ aduersus socrũ Philumena si-
mulauerit. Interim.Modo repente:& est aduerbiũ temporis. Postulatio.] Expostulatio,
Expostulatio querela.sed proprie Expostulatio est apud illũ ipsum q peccauerit: Postulatio, de illo apud
Postulatio alterũ. Quid igit?] Recte dixit,si hoc nõ fuit,quid ergo? Postulatio, querela, & quasi iusta
interpositio querelarũ. Fugere è cõspectu ilico.] Bene è cõspectu:utpote,quæ caueret gra
uida intelligi.Sed tamen subiungit Videre nolle,ut ignorãtia Parmenonis appareat:qui ar-
gumentũ odiorũ credidit,quòd Philumena neq; uideri uellet,neq; uidere. Fugere è cõspe
ctu.Ne uideretur. Videre nolle.Ne uideret. Deniq; ubi nõ quit pati.] Pati & sustinere,&
Pati sustineri intelligi potest hoc loco.utrum postq; non potuit sustinere socrũ? an postq; socrus
ferre nõ potuit sic se celantẽ nurum? Potest etiã sic intelligi,Vbi nõ potuit argumẽta odij sui
ipsa nurus pati,& cõtinere:migrauit à socru. Non quit pati. Tolerare, aut tolerari: quia
patior cõmune est.nam patior te,& à te dicimus. Abijt.] Proprie abijt:quia nõ expectauit
ut mitteretur. Vbi illic dies est cõplures.] ἀρχαίως dies,non diebus dixit. Accersi iubet.]
Non addidit,quæ:quia intelligit Dixere causſam tunc nescio quam.] Ideo Nescio quam,
quia nullius momenti,ac falsam. Nemo remisit.] Hic iam apertius odiũ uidetur,ubi nec
iam fingitur causſa. Postquàm accersunt.] Subauditur, nostri,id est missi à socru. It ui-
sere.] Vt,Populare penates Venimus. Postquàm accersũt. Id est missi à nobis scilicet.

Visere Et mira uarietas. Ituisere ad eam. Visere, officij est: uidere quærentis aliquem. Admi-
Videre sit hemo.] Iniuriosa etiam ipsa pronuntiatio est. Hoc ubi senex resciuit.] Scimus quæ ad
Scire nos deferuntur: Rescimus celata. Heri ea caussa.] Bene ea caussa: quippe qui se ruri abdi-
Rescire disset. Nondum etiam scio.] παρέλκον tertium, & deest scire. Et est οὐδάμως scio scire cum ἀναβάσει. Nondum etiam. Recte seruauit reliquis partibus fabulæ pendulum & attentum spectatorem. Nisi sanè curæ est quorsum euenturum hoc siet.] Bene: quia curiosus est Parmeno, & idem garrulus. nam per totam fabulam talis inducitur. Quorsum euenturum,
Pergam ἐπιπλήξις. Deest scire. Habes omnem rem.] Quasi dicat, quam audire expetisti. Pergam
hoc iter quo cœpi hoc iter.] Pergam hoc iter, ut, Tendere iter pennis. Quò cœpi hoc iter. Ad por-
Constitui tum scilicet. Nam constitui cum quodam hospite.] Dicit caussam cur in reliqua fabula non appareat persona huius meretricis. Constitui.] Constitui proprie. nam de huiusmodi rebus dicitur conuenire & constituere, de cuiusmodi rebus apud extraneos meretrices agunt. Di uertant bene quod agas.] Sæpe enim res eueniũt aliter quàm uolumus: & ideo Vertumnus colitur, qui præest rebus uertentibus.

ACTVS II. SCENA I

Iambici quad. acatalect. troch. quad. catalecticus.

LACHES SENEX. SOSTRATA MVLIER

L. PRO deûm atque hominum fidem, quod hoc genus est, quæ
hæc coniuratio?
Vt omnes mulieres eadem æquè studeant, nolintq; omnia·
Neq; declinatam quidquam ab aliarũ ingenio ullam reperias.
Itaq; adeò uno omnes animo socrus oderunt nurus·
Viris esse aduorsas æquè studium est, similis pertinacia est.
In eodem omnes mihi uidentur ludo doctæ ad malitiam·
Et ei ludo, si ullus est, magistram hanc esse satis certò scio.
S. Me miseram, quæ nunc quamobrem accuser, nescio. L. hem, *Senarij*
Tu nescis? S. non, ità me Di bene ament, mi Laches·
Itáq; unà inter nos agere ætatem liceat. L. Di mala prohibeant. *Iam. tet.*
S. Meq; abs te immeritò esse accusatam postmodo resciscres. L. scio·
Te immeritó? an quidquam pro istis factis dignum te dici potest?
Quæ me, & te, & familiam dedecoras·filio luctum paras·
Tum autem, ex amicis inimici ut sint nobis affines, facis:
Qui illum decrerunt dignum suos cui liberos committerent.
Tu sola exorere, quæ perturbas hæc tua impudentia.
S. Egóne. L. tu inquã mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominẽ putas.
An quia ruri esse crebrò soleo, nescire arbitramini
Quo quisq; pacto hic uitam uestrorum exigat? *Senarius*
Multò melius hic quæ fiunt, quàm illic ubi sum assidue, scio: *Troch. quad. cat.*
Ideo quia ut uos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris.
Iam pridem equidem audiui cepisse odium tui Philumenam·
Minimeq; adeò mirum·& ni id feciſſet, magis mirum foret.
Sed non credidi adeò, ut etiam totam hanc odisset domum·
Quod si scissem, illa hic maneret potius, tu hinc isses foras.
At uide quàm immeritò ægritudo hæc oritur mihi abs te Sostrata·
Rus ha-

Rus habitatum abij, concedens uobis, & rei seruiens,
Sumptus uestros, otiumq; ut nostra res posset pati,
Meo labori haud parcens, præter æquum atq; ætatem meam.
Non te pro his curasse rebus, nequid ægrè esset mihi?
S. Non mea opera, neq; pol culpa euênit. L. imò maxime.
Sola hic fuisti: in te omnis hæret culpa sola, Sostrata.
Quæ hic erant, curares: cum ego uos soluí curis cæteris.
Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet?
Illius dices culpa factum. S. haud equidem dico mi Laches.
L. Gaudeo (ita me Di ament) gnati caussa· nam de te quidem,
Satis scio, peccando detrimenti nihil fieri potest.
S. Qui scis an ea caussa mi uir me odisse assimulauerit,
Vt cum matre unà plus esset? L. quid ais? non signi sat est,
Quòd heri nemo uoluit uisentem te ad eam intromittere?
S. Enim lassam oppidò tum aiebant·eò ad eam non admissa sum. *Iamb. tetra.*
L. Tuos esse illi mores morbum magis, quàm ullam aliam rem arbitror.
Et merito adeò. nam uestrarum nulla est, quin gnatum uelit
Ducere uxorem·& quæ uobis placita conditio est, datur·
Vbi duxere impulsu uestro, uestro impulsu easdem exigunt.

PRò deum atq; hominum fidem.] In hac scena accusatio socrus est: quæ se coniecturaliter defendit, dicẽs nihil à se factum in pernicíem nurus. Prò deûm atq; hominũ fidem, ἐκπλῆξις ab exclamatione cœpta scena est. Senex enim est difficilis & iratus. Quod hoc genus est, quæ hæc coniuratio?] Conatur Terentius aduersus famam socrũ bonam reperire. & incipit à generali exclamatione, quo uehementior sit eius accusatio: paulatimq; ad speciale crimen descendit. Quod hoc genus. Accusatio à persona: cui accidit ex sexu quòd socrus est. Coniuratio. Confessio bonæ rei est: Coniuratio, malæ, & inde coniuratio Catilinæ dicta est. Quæ hæc coniuratio. *Confessio* *Coniuratio*
Accusatio à re. Vt omnes mulieres eadem æque studeant.] Bono argumento utitur, Læsisti nurum, quia socrus es: & nulla socrus diligit nurum. Vt omnes mulieres. Accusatio à caussa eadem. Studeant. Maioris operis est studere, quàm uelle. Neq; declinatam quicquam.] Id est flexam uel inflexam, ab eo quod declinauerit: ne parum sit, diuersam uel dissimilem dixisse. ut est illud, Illum tumulum inflexit. Itaq; adeò uno animo.] Nescias an ex sententia hac, uel adeò ex hac scena nomen fabulæ sit inuentũ. Itaq; adeò. Necessaria sententiæ ἀμφιβολίᾳ ad describendam utranque personam. Viris esse aduersas.] Aliud argumentum, Læsisti nurum, ut mihi aduersareris. nam mulieres omnes aduersantur uiris. Similis pertinacia est.] αὔξησις. nam studium & bonum est: pertinacia uerò nunquã non mala. *Studere* *Declinare* *Pertinacia*
Aeque studiũ est.] Studium est dedita opera uoluntatis hominis attẽtior atq; impensior. *Studium*
In eodemq; omnes mihi uidentur ludo doctæ ad malitiã.] Tria in accusatione posuit: ex quibus duo sunt communia, unum ipsius·quòd mulier est, & quòd socrus, communia: quòd ipsa specialiter magistra est ad malitiam Sostrata. Ex his colligit iniuriam passam nurum per coniecturam. Et ei ludo si ullus est, magistra.] Magna amplificatio criminis. dubitat, an sit ludus malitiæ: & magistram non dubitat Sostratam, sed certo scio inquit. Me miseram.] Et hæc quæ ἐκπλῆξις cœpit, ad misericordiam spectat defendentis oratio. Quæ nunc quamobrẽ accuser, nescio.] Oratorie pro se loquitur mulier. siquidem maioris innocentiæ est nescire crimen, quàm defendere. & his uerbis ostenditur sine noxa esse etiam Philumenam: non solum hanc quæ loquitur, Sostratam. Itaq;.] Modo duæ partes sunt orationis. Non, ita me Dij bene ament, mi Laches.] Modo Mi Laches non est blandientis, sed eius qui periclitẽr innoxius. Non, ità me Dij bene ament. πίστις per iusiurandũ. Non, ità me Dij bene ament. Animaduertendum ueteres nõ minus εὐφημισμὸν in uerbis quam κακόφατον neglexisse: uelut hic, ità me Dij bene ament. Di mala prohibeant.] Seniliter odit uxorem *Itaq; Mi Laches*

uxorem,cuius amor optabilis fuit in adoleſcentia. Di mala prohibeant. Vt unà inter nos agamus ætatem. Poſtmodũ reſciſces.] Hæc figura ab oratoribus ἐπαγγέλμα nominatur: in qua aliquid promittimus iudicibus nos probaturos, cum metuimus,ne quid illis temere
Reſciſco perſuaſum ſit. Poſtmodum reſciſces.Fiducia innocentiæ,Reſciſcere eſt,cũ quod de induſtria celatur,uix argumentorum ui agnoſcitur. An quicquam pro iſtis factis.] Amarè πικρῶς προσδοκίαμ. Quæ me,& te,& familiam.] Iam ſic accuſat, quaſi probauerit crimen.& eſt amplificatio. Quæ me,& te,& familiam.Hæc exaggeratio eſt, quæ Αὐξήσις appellatur:
Dedecorari cum ex uno maleficio multa fiunt ab oratoribus crimina. Dedecoras.] Dedecoratur,
Turpari quod honeſtum eſt, Turpatur quod honeſtum eſt corporale. Cui ſuos liberos commit-
Liberi terent.] Nota liberos in ſignificatione etiam unius filiæ. Dignum ſuos cui liberos committerent.] Multum ſonanter,& accuſatorio ſtrepitu nec maſculinum genus, nec fœminium poſuit:nec unam,ſed liberos.Sic Cicero,En cui tuos liberos committas. cum de uno ageret.&,Habemus enim liberos omnes:de puella. Dignum.Sic dixit dignum, ut honoris genus ſit,accipere uxorem meruiſſe. Tu ſola exorere.] Emergis, reperiris. Verbum hoc impudentiam notat.Cicero,Exortus eſt ſeruus, qui quem in eculeo appellare nõ poſ-
Exoriri ſet,eum accuſet ſolutus. Exorere.Exiſtis. Exoriri dicitur,qui nõ expectatus inuadit alium.
Tu mulier quem. Tu inquam mulier quæ me omnino lapidem,haud hominem putas.] Tu mulier,
Lapis ὕφασιν malitiæ habet:& omnino expreſſio cõſuetudinis eſt ad indignationem.Et lapis nunquam utilis,niſi ad telum,quem magis ad iniuriam delegit.nam ſaxum melius, quàm lapis:ut Virg. Saxaq; ſubuectare humeris. Tu inquam mulier.Sic Euripides * & Virgilius, Varium & mutabile ſemper Fœmina. Lapidem, non hominẽ.Sufficeret,lapidem putas:ſed de ſtomacho,non hominem,additum eſt. Plautus, Herus meus elephanti corio circunctectus eſt,non ſtio. Non hominem putas. ἰφ ἥδεα, Sic Apollodorus. * An quia ruri crebro eſſe.] Memor ſui eſt, qui dixerat,Rus abdidit ſe. Quo quiſq; pacto ueſtrorum.] Veſtrorũ pro ueſtrũ,ſic ueteres. Multo melius hic quæ fiunt.] ὑπερβολῇ uſus eſt,ut in Adelphis,An nõ prius totis ſex menſibus olfeciſſem? Ideo quia ut uos mihi domi critis.] Mire confirmat unde ſciat:ne ſuſpicioſe crimen obijcere uideretur.Et bene mihi: quia commoditas familiæ ad hunc redundatura eſt. Pridem equidem audiui cepiſſe odium tui Philumenam.] Primo obiurgatio eſt Soſtratæ,cur non amet nurum. ſecundo, cur nõ ametur à nuru. tertio,cur uſq; adeò puella nupta deſerat domum. Minimeq; adeò mirum.] Satis amarè,pro merito dicit odium contra meritum,amoremq; ſimul excuſat nurum,quæ oderit talem ſocrum: & ſimul præuenit,quid ſi non læſa eſt, ſed odio me habet? Sed non credidi adeò.] Deeſt,oſurã fuiſſe. At uide quàm immerito ægritudo hæc mihi oritur abs te Soſtrata.] ἀθρόως poſt acrem inuectionem,ſeipſum miſeratur,ut inuidiam duræ inclamationis in ipſam conuertat. Sic in Andria, Age nunc iam:ego pol hodie, ſi uiuo, tibi oſtendam herum quid ſit pericli fallere.Et continuo, Chreme,pietatem gnati.nõ te miſeret mei:tantum laborem capere ob talem filium? Quàm immerito ægritudo hæc oritur mihi abs te Soſtrata.] Poſt quàm de iniuria dixit,de perſona eius cuius fama * eſt, id eſt cum.
Oriri Aegritudo hæc oritur. Oritur magnitudinem rei ſignificat, & repentinum impetum. ut ſuprà.Tu ſola exorere. Rus habitatum abiit.] Quia dixit,Senex rus ſeſe abdidit. Cõcedens uobis.] Ne diceretur quod ſit uoluptatis cauſſa.Vobis melius pluraliter,quàm ſi diceret cui. Veſtros ſumptus,otium q;.] Sumptus ueſtros,idem quod alibi, Otium.uitam urbanam. Vel quòd nihil acquiritis:ut in Adelphis,Hanc ego clementem uitam,urbanã atq; otium ſecutus ſum. Concedens uobis,& rei ſeruiens.] Concedens uobis,id eſt ut uos in
Rei ſeruire urbe eſſetis. Rei ſeruiens.Res ſeruit diuitibus:quia abundant.rei ſeruiunt pauperes, quia ſe coartãt ad angustias rei.Ita ergo res pro qualitate ſua & ſeruit, & ei rei ſeruitur. Horatius, Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuiq;. Otium q;.] Hoc eſt,amorẽ:quaſi nihil agẽtibus, Vt noſtra res poſſit pati.] Mediocris ſcilicet:ut comici patriſfamiliâs. Præter æquum atq; ætatem meam.] Præter æquum,quia uos eſtis domini:uel quia uos fruimini, cũ ego doluerim. Aetatẽ,quia ſenex. Virg. Vires ultra,ſortemq; ſenectæ. Non te pro his curaſſe rebus.] Mirus ſenſus:Pro his,inquit,tot rebus unã,& facilem redderes: curares ne quid ægre eſſet mihi.Et te ſic pronuntiandum,quaſi dicat,Et ſi aliſ non curarent, curare debuiſti. Non mea opera neq; pol culpa.] Vellet dicere nurus culpa euẽnit:ſed melius dixit,non mea: ne accuſando,confirmaret quod dixit ſenex,Omnes ſocrus oderunt nurus. Neq; pol culpa euẽnit.] Bene additum,Neq; pol culpa.Potuit enim fieri,ut non fecerit ipſa iniuriam:ſed tamen permiſerit fieri.mire tamen nec ipſa accuſat nurum. Non mea opera, neque pol cul-
Opera pa.Videtur unum dixiſſe opera & culpa:& tamen non eſt idem. Opera enim eſt, ſi ſcientes
Culpa læſerimus: Culpa, ſi neſcientes.quorum alterum, ſceleris: alterum, ſtultitiæ eſt. Sola hic fuiſti.] Ratio. & deeſt enim:ut ſit, ſola enim hic fuiſti, quod ad filium & maritum pertinet.

nam non ſola,cum qua nurus. Sola hic fuiſti. Sola,quantum pertinet ad regendam domum:cæterum & filius,& nurus erãt.ſed ſola,id eſt ſine me. In te omnis hæret culpa.] Etſi in nuru culpa aliqua:in te omnis eſt tamen Soſtrata. Sola Soſtrata.] Optime geminauit Sola,more iraſcentium:nondum nomen poſuit.& Soſtrata,additum ad amaritudinẽ inclamãtis. Cum ego uos ſolui curis cæteris.] Vos,pro te:ut, Deſiſte manũ cõmittere Teucris.
Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias.] Hoc dicit tanquã conceſſerit etiam nurum inimicam eſſe. Cum ego uos ſolui.Noua figura,ſolui uos. Illius dices culpa factum.] Præuenit defenſionem:& eam ſic pronuntiauit in crimen. Cum puella.Puellam blande dixit: ita hanc cum amaritudine,anum. Haud equidem dico mi Laches.] Mi Laches modo dixit,quaſi grauiſſimum accuſatorẽ arguens,& quaſi defatigata & delaſſata eius inclamationibus.Non ergo blandientis eſt modo Mi, ſed inuidioſe rogantis. Gaudeo(ita me Dia-
ment)gnati cauſſa.] Quòd ſimilis filius non ſit.an quod talem uxorem habeat, quam nec inimica accuſare poſſit? Et gnati cauſſa,dixit: quia talem uxorem habens, ſua cauſſa quid gaudeat non habet. Nam de te quidem ſatis ſcio.] Id eſt,nihil detrimenti ſit,ſi tu pecces, id eſt nunquam,inquit,peccando peior fieri potes:ſed es eadem quæ ſemper es. Senſus eſt, Iam talis es,ut peior fieri non poſſis. Sic Cicero,Eſt idem Verres qui fuit ſemper. Peccando,detrimenti.] Seruas,inquit,numerum peccatorum, nec fit ullum copiæ detrimentum. ſed cum plurimum delinquas:tantundem ſemper admittitur. Peccando,detrimenti.Hic ſenſus obſcurus eſt,attamen hic: dum quantumcunq; inquit ſceleris admiſeris,id eſt quantumcunq; peccaueris,nihil de tua exiſtimatione minuiẽ,nihil de pudore derogatur:eadem es quæ fuiſti,quia peior fieri non potes. Peccando,detrimenti. Quidam hanc putant ὑφωνείαμ: quaſi dicat, Certus ſum quòd ex nullo peccato tuo damnum pati poſſumus. ſed male. Qui ſcis, an ea cauſſa,mi uir.] Defenſio à deriuatione cauſſæ:in qua oſtenditur nõ hãc eſſe,quam obijcit cauſſam ſenex,cur abierit nurus ad matrem ſuam. Vt cum matre.] Deeſt,Sua. Vt cum matre unà plus eſſet. ἰδιωτικῶς dixit. id eſt diu ac maiorem partem.
Quòd heri nemo uoluit.] Bene infirmauit defenſionem ſenex,dicendo, Si propter matrem abijt,cur tu excluſa es,cũ uenires? Enim laſſam oppido.] Infirmius defenditur ſocrus,ut error ſenis uſq; ad καταστροφήμ perſeueret. Enim laſſam oppidò.Pro,Oppido enim *Oppidò*
dixit.Superuacua ponitur interdum hæc coniunctio,aut pro altera cõiunctione. Oppidò, ualde.translatio à ruſticis,qui interrogati quemadmodum fruges prouenirent,reſpondebant,Oppido,id eſt quæ ſibi & oppido ſufficere potuiſſent. Eò.] Propterea, ideo. Tuos *Eò*
eſſe illi mores. Acerbiſſime inſtitit ſenex & accuſatiõi uxoris,& defenſioni nurus: ſiquidem hoc ſenſu dicat,nurũ nec mendacij culpã incurrere,quæ uerè ægrotet ex moribus malæ ſocrus. Nam ueſtrarũ nulla eſt.] Pro ueſtrũ.hoc enim ab eo quod eſt ueſtræ. Quin gnatũ uelit.] Quin,quæ non. Et quæ uobis placita eſt conditio,daẽ.] Imago hic quædam argumentationis,quæ dicitur ἀπ' ἀρχῆς ἕως τέλους. quod latine dicitur, ab initio ad finem. & ut generaliter cœpit inuectionem,ita generaliter concluſit in ſocrus.& eſt ſenſus, Eo improbius facitis,quòd illas quas elegeritis,odiſtis. Vbi duxere impulſu ueſtro.] Bene uerba eadem ſtomachoſe & ſignificanter repetiuit,ut improbitas ex proximo appareat impulſu. Vbi duxere impulſu. Videtur ut ſuprà diximus hæc tota ſcena ad hoc interpoſita,ut fabulæ nomen hinc intelligeremus inuentum.Et impudentiam ſocruum,impulſus repetitio demonſtrauit. Impulſu ueſtro Sic in Heauton. Scortari crebro nolũt,nolunt crebro cõuiuarier.

ACTVS II. SCENA II

Iambici quadrati acatalectici

PHIDIPPVS SENEX. LACHES. SOSTRATA.

P. TSI ſcio Philumena meum ius eſſe ut te cogam
Quæ ego imperem facere:ego tamẽ patrio animo uictus, faciã
Vt tibi concedam·neq; tuæ libidini aduerſabor.
L. Atq; eccũ Phidippũ optumè uideo·ex hoc iam ſcibo quid ſiet.
Phidippe,etſi ego meis omnibus ſcio me eſſe apprime obſequentem,
Sed non adeò,ut facilitas mea illorum corrumpat animos.
Quòd ſi tu idem faceres,magis in rem & noſtram,& uoſtram id eſſet.
Nunc uideo in illarum poteſtate eſſe te. P. eia uerò

Adij

L. Adíj te heri de filia· ut ueni itidem incertum amisti.
Haud ità decet,si perpetuam uis esse affinitatem hanc,
Celare te iras.si quid est peccatum à nobis,profer:
Aut ea refellendo,aut purgando,uobis corrigemus,
Te iudice ipso·sin ea est causſa retinendi apud uos,
Quia ægra est:te mihi iniuriam facere arbitror Phidippe
Si metuis,satis ut meæ domi curetur diligenter.
At(ita me Díj ament)haud tibi hoc concedo,etsi illi pater es,
Vt tu illam saluam magis uelis,quàm ego·id adeò gnati causſa,
Quem ego intellexi illam haud minus,quàm seipsum magnifacere.
Neq; adeò me clam est,quàm esse eum grauiter laturum credam,
Hoc si rescierit·eò domum studeo hæc prius,quàm ille huc,redeat.
P. Laches,& diligentiam uestram,& benignitatem
Noui·& quæ dicis omnia,esse ut dicis,animum induco.
Et te hoc mihi cupio credere·illam ad uos redire studeo,
Si facere possum ullo modo. L.quæ res te facere id prohibet?
Ehò nunquidnam accusat uirum? P.minimè·nam postquàm attendi
Magis,& ui cœpi cogere ut rediret,sanctè adiurat
Non posse apud uos Pamphilo se absente perdurare.
Aliud fortasse alijs uitíj est·ego sum animo leni natus.
Non possum aduorsari meis. L.hem Sostrata. S.heu me miseram.
L. Certúmne est istuc? P.nunc quidem ut uidetur·sed nunquid uis?
Nam est quod me transire ad forum iam oportet. L.eo tecum unà.



Cogo Tsi scio Philumena meum ius esse.] In hac scena moralis allocutio Phidippi est ad filiã,mitissimi patris colorem ostendens. Et si scio ego. Apparet & hic multa prius patri suo Philumenam locutam fuisse.ergo hæc responsio est,nõ principium. Vt te cogam.] Etiam inuitam scilicet. Scio ego meum ius esse ut te cogam.Hoc idem in Adelphis,Non necesse habeo omnia pro meo iure agere.

Victus Patrio animo uictus.] Bene uictus:quia non ratione facio. Victus est undecunq;,qui recedit à iure.

Libido Neq; tuæ libidini.] Libido est quælibet uoluntas temere susceptа.Et bene libidini.est enim non æquum,domo mariti abesse nuptam.Etsi enim pro uoluntate posuit libidinem:tamen subaccusauit hoc nomine.

Optime Optume.] Opportune. Ex hoc iam scibo.] Legit & Hinc,locale aduerbium. & quasi cõminatur uxori modo se inuenturum ipsam peccasse, nõ nurum. Quid fiet.] Vtrum,quid sit reis·an quid fiet nurus:utrum innocẽs,an iniqua? Et uidetur hoc Sostratæ dicere·nam uicini sunt inter se proximi Laches & Phidippus.

Phidippe,etsi ego meis.] Expostulatio Lachetis apud Phidippum,accusationẽ cõtinens,

Apprime tanquam causſam iniuriarum intendat. Apprime.] Vehementissime. Scio me esse apprime obsequẽtem.] Principium à persona eius cum quo agitur,& sua:& an utile sit nimis

Facilitas obsequi hominem suis. Sed nõ adeò, ut facilitas mea.] Facilitas,indulgentia. Sed non adeò,ut mea facilitas.Deest Tamẽ.& est ἀνακόλουθον tertium. Eia uerò.] Modo aduerbium

Eia uerò corripientis. Eia uerò.παρέλκον. Nunc uideo. Iucunde temperat eius culpam, quem accusat,cum dicat illum coactum à suis facere sibi iniurias. Adíj te heri de filia.] Narratio. & memoriter Poeta:quia dixit heri,ea causſa rure huc aduenit, patrem continuo Philume-

Itidem næ conuenit. Itidem incertum amisti.] Pro amisisti, συγκοπὴ. Et itidem quid est?an id,Incertum amisisti,ut ad te incertus ueni?Iungendum ergo,ut ueni itidem.ut sit,ut ueni,amisisti itidem incertum,Incertus,inquit,ueni:incertus à te recessi. Haud ita decet.] Non usq;

Haud ita adeo decet.& est confirmatio. Haud ita decet.Bene additum est Ita. etsi enim cælandæ iræ: non usqueadeò tamen,ut discordiam pariant. Aut ea refellendo,aut purgando.] Refellit qui ne-

qui negat:Purgat qui fatetur,& sic defendit. Ergo refellimus per coniecturam: Purgamus per cæteros status. *Refello* *Purgo*

Te iudice ipso.] Virgilius,Pan deus Arcadia mecum si iudice certet. Quid enim est Teipso,nisi scilicet reo culpæ,& tibi ipsi ac tuis fauenti?uel qui me speres uincere. Vobis corrigemus.] Plus dixit Vobis,quàm tibi. Sin ea est causſa retinendi apud uos.] Reprehensio. Arbitror Phidippe.] Bene addidit nomen,excitans audientem. At (ita me Díj ament)haud.] Addidit iusiurandum·uix enim credibile est tantundem amare socerum,quantum patrem. Satis ut meæ domi curetur diligenter.] Vt,ne non.& iungendum est satis diligenter.non enim.Metuis satis. Etsi illi pater es.] Sallustius in primo libro,Et liberis eius auunculus erat. Etsi illi pater es.Compendium attulit.Virgilius,Heu fuge nate dea.Hoc enim sentit,Quanquam natus dea sis,fuge tamen. Id adeo gnati causſa.] Honeste amori nurus rationem subiecit piam. Nam non continuo rectum est nimis amari à socero nurum,nisi propter filium diligatur.Bene ergo, gnati causſa. incredibile est enim patrem non patris pietate superari. Quẽ ego intellexi.] Et causſam sui amoris ostendit,& mariti nullam erga coniugem culpam:quippe qui amet.& à Parmenone dictum, Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit pater. Quem ego intellexi illam haud minus quàm seipsum magnifacere.Hic subtiliter oneratur culpa nurus:si quidem indigne iniuriã faciat socero & marito. Neque adeò me clam est, quam esse.] Ingeniosissime Poeta iam præparat causſam simulaturo ob hanc rem iracundiam Pamphilo. Hæc prius,quàm ille huc redeat.] Hic subtiliter etiam terrorem iniecit iracundiæ mariti. Laches,& diligentiam uestram.] Principium similiter à persona est factum. Laches,& diligentiam uestram. Remotiuo statu agit Phidippus pro persona sua. nam in filiam remouet culpam, cur non redeat.& relatiuam simul tentat qualitatem:potest enim uideri eam iniuria socrus ad hanc uoluntatem esse compulsam. Laches,& diligentiam uestram.Ab eo cœpit quo maximè motus est,& quod in primis purgandum sibi fuit:ne suspectam aut uoluntatem, aut diligentiam habere uideatur affinium.Et cum affectu quodam, & gemitu dixit Laches, quod ille ait Phidippe.& bene à nomine cœpit,ut consentire illi uideatur.Et diligentiam,quod ille ait,Sin metuis,satis ut meæ domi,&c.Et uestram melius,quàm tuam: cum ille dixerit de se tantum.Et benignitatem,quod ait,Haud tibi concedo,& si illi pater es,ut tu illam,&c.

Et diligentiam uestram & benignitatem. ἀπόδοσις ad utrunque. Diligentiam:quia dixit, Si metuis,satis ut meæ domi curetur diligenter.Benignitatem:quia dixit,Haud tibi concedo,etsi illi pater es,ut tu illam saluam magis uelis,quàm ego. Et quæ dicis omnia, esse ut dicis.] Quòd iurauit:& quòd dixit gnati causſa:& quòd addidit,quòd illam amet Pamphilus. Et te hoc mihi cupio credere.] Melius quam si & hic iuraret. Et te hoc mihi cupio credere.Bene collegit ex uicissitudine quod uolebat. Si facere possim.] Hic est remotio. Si facere possim ullo modo.& mollius dixit,q̃ si,nec facere possum,dixisset.hoc enim uult intelligi,Volo,& non possum facere. Eho nunquidnam accusat uirum?] Gesticulatio, quæ dam secretiora quærentis.sæpe enim de maritis puellæ parẽtibus queri solent aliquid eiusmodi,quod solis ipsis committendum est. Eho nũquidnam accusat uirum? Eho, interlectio ponentis aurẽ propiorem,nam illa quærit quæ solent de maritis puellæ matribus queri. Nam postquàm attendi.] Insiti.& uide,num desit Animum:ut sit,attendi animũ.non enim plenum est,sed nudum.aduerti enim oculos,aut animum, subauditur. Sanctè adiurat.] τὸ Ad nunc actiuum est.significat enim ualde. Non posse apud uos Pamphilo se absente perdurare.] Bene hic addidit Poeta uerba Philumenæ, ad quæ Phidippus respondebat,cum diceret,Etsi scio ego Philumena meum ius esse,&c. Non posse apud uos Pamphilo se absente perdurare.Magnifice contra illud quod Laches dixit, ægre laturum Pamphilum,& ita locutus est,quasi hoc Pamphilo gratius esse debeat. Perdurare. Proprie, & muliebriter dixit. Aliud fortasse alijs uitíj est.] Sic dixit,ne diceret, Sed coge ut redeat.& mollius dixit Alijs,quàm si Tibi dixisset. Ego sum animo leni natus.] Hoc contra illud quod primum dictum est,Etsi ego meis omnibus scio me esse apprime obsequentem: sed non adeò, ut facilitas mea illorum corrumpat animos. Animo leni natus. Hoc est plenum.nam sum animo leni.cum dicimus, ἰλαροπροσώπως profertur. Non possum.] Conclusio.

Eho *Attendo* *Aduerto* *Perdurare* *Animo leni natus*

Ego sum animo leni.Qualitas uenialis. Hem Sostrata.] Quæ dixisti, non mea opera, neq; pol culpa euenit. Heu me miseram.] Ad se rediri totiens, quasi delassata, conqueritur. Certúmne est istuc?] Quod Philumena non redeat. Nunquid uis?] Discedentis uerbum. Transire.] Citò ire.

ACTVS II. SCENA III

SOSTRATA

Trochaici catalectici quadrati

AEDEPOL næ nos mulieres ſumus iniquè æquè omnes
inuiſæ uiris *Aedepol eſt extra carmen.*
Propter paucas: quæ omnes faciunt dignæ ut uideamur malo.
Nam (ita me ament Di) quod me accuſat nunc uir, ſum extra
noxiam.
Sed non facile eſt expurgatu· ità animum induxerunt, ſocrus
Omneis eſſe iniquas. haud pol me quidem· nam nunquam ſecus
Habui illam, ac ſi ex me eſſet nata· nec quî hoc mihi eueniat ſcio·
Niſi pol filium multis modis iam expecto ut redeat domum.

AEdepol næ nos mulieres ſumus inique æque omnes inuiſæ uiris.] In hac ſcena eſt allocutio, qua inducitur ſecum loquens anus: per quam orationem, mores eius, & animus mitis intelligi poſſit. Inique æque.] Comicum παρόμοιον. Et uide ſententiam defenſionem accuſatarum ſocruum continentem: contra illud quod ait, Itaq; uno animo omnes ſocrus oderunt nurus. Officium enim boni Poetæ eſt nullum genus hominum ſpecialiter lædere. Sic Virgil. Quod ſæpe malæ legere nouercæ. Id eſt, non omnes nouercæ, ſed tantum malæ. Aedepol næ nos mulieres. Laches generaliter incuſauit ſocrus, hæc plurimas defendit. Cauſſa accuſationis iniquæ, Non enim omnes ſumus malæ. Nam ita me ament Di.] Bene iurat. nam ſine iure iurãdo incredibile eſt, ſi ſit bona ſocrus. Quod me accuſat.] Deeſt In eo. ut ſit, in eo quod me accuſat nũc uir, ſum extra noxiam. An Quod propter quod? Socrus omnes eſſe iniquas.] Intelligitur quibus iniquas: id eſt nuribus. quia ſocrus nomẽ eſt ad aliquid dictum.

Ita animum induxerunt.] Inducere animum eſt ita tenere ut non amittant, id eſt perſuadere animo ſuo. Haud pol me quidem.] Eſſe iniquam, ſubaudiendum eſt à ſuperiore. ut ſit Pol pro pleno iureiurando. Haud pol me quidem. Subaudiendum, ſcio eſſe, aut noui eſſe, aut tale quid, ſecundum ἀνθύφορ, quæ familiaris eſt his qui ſecum loquũtur. Nec qui hoc mihi eueniat.] Qui, unde. Multis modis.] Vehementer. Iam expecto ut redeat.] Quia nihil mirum in matre eſt expectare ut filius redeat: iccirco additum, multis modis.

ACTVS III. SCENA I

Trochaici quadrati catalect. Iamb. quad. & catalect. & acatalect. Senarij.

PAMPHILVS ADOLESCENS. PARMENO. MYRRHINA MVLIER.

PAM. NEMINI ego plura acerba eſſe credo ex amore homini unquam oblata, *Trochaici*
Quàm mihi· heu me infelicem, hancine ego uitã parſi perderet?
Hacine cauſſa ego eram tantopere cupidus redeundi domum?
Cui quantò fuerat præſtabilius ubi uis gentium agere ætatem, *Iamb. catal.*
Quàm huc redire? atq; hæc ità eſſe miſerum me reſciſcere? *Acatalect.*
Nam nos omnes, quibus eſt alicunde aliquis obiectus labos,
Omne quod eſt intereà tempus, prius quàm id reſcitum eſt, lucro eſt.
PAR. At ſic citius quî te expedias his ærumnis reperias. *Troch.*
Si non rediſſes, hæ iræ factæ eſſent multo ampliores· *Iamb. catalect.*
Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile ſcio reuerituras·
Rem cognoſces· iram expedies· rurſum in gratiam reſtitues. *Rurſum abundat*
Leuia ſunt hæc, quæ tu pergrauia eſſe in animum induxti tuum.

Quid

PAM. Quid conſolare me? an quiſquam uſquam gentium eſt æquè miſer?
Prius quàm hanc uxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum.
Iam in hac re ut taceam, cuiuis facile ſcitu quàm fuerim miſer.
Tamen nunquam auſus ſum recuſare eam, quam mihi obtrudit pater.
Vix me illinc abſtraxi, atq; impeditum in ea expediui animum meum.
Vixq; huc cõtulerã, hem noua res orta eſt, porrò ab hac quæ me abſtrahat·
Tum matrem ex ea re, me aut uxorem in culpa inuenturum arbitror·
Quod cum ita eſſe inuenero, quid reſtat, niſi porrò ut fiam miſer?
Nam matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet·
Tum uxori obnoxius ſum· ità olim ſuo me ingenio pertulit:
Tot meas iniurias quæ nunquam ullo patefecit loco.
Sed magnum neſcio quid neceſſe eſt eueniſſe Parmeno,
Vnde ira inter eas interceſſit, quæ tam permanſit diu.
PAR. Haud quidem hercle parum eſt· ſi uis uerò ueram rationem exequi,
Non maxumas, quæ maxumæ ſunt interdum iræ, iniurias
Faciunt· nam ſæpè eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt,
Cum de eadem cauſſa eſt iracundus factus inimiciſſimus.
Pueri inter ſeſe quàm pro leuibus noxis iras gerunt?
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem illæ mulieres ſunt fermè, ut pueri, leui ſententia·
Fortaſſe unum aliquod uerbum inter eas iram hanc conciuerit.
PAR. Abi Parmeno intrò, ac me ueniſſe nuntia. PAR. hem, quid hoc eſt?
PAM. tace·
Trepidari ſentio, curſari ſurſum prorſum· agedum ad fores
Accede propius· PAR. hem ſenſiſtine? PAM. noli fabularier·
Prò Iuppiter clamorem audio. PAR. tute loqueris: me uetas?
M. Tace obſecro mea gnata. PAM. matris uox uiſa eſt Philumenæ.
Nullus ſum. PAR. quid dum? PAM. quia perij. PAR. quamobrem?
PAM. neſcio quod magnum malum
Profectò Parmeno me †celas. PAR. uxorem Philumenam *al. celant*
Pauitare neſcio quid dixerunt· id ſi forte eſt, neſcio.
PAM. Interij· cur mihi id non dixti? PAR. quia non poteram unà omnia.
PAM. Quid morbi eſt? PAR. neſcio. PAM. quid? nemóne medicum adduxit?
PAR. neſcio.
PAM. Ceſſo hinc ire intrò, ut hoc quàm primum, quidquid eſt, certum ſciam?
Quo nam modo Philumena mea hunc te offendam affectam? *Iamb. quad. catalect.*
Nam ſi periculum ullum in te eſt, periſſe me unà haud dubium eſt.
PAR. Non uſus facto eſt mihi nunc hunc intrò ſequi·
Nam inuiſos omneis nos eſſe illis ſentio.
Heri nemo uoluit Soſtratam intrò admittere.
Si forte morbus amplior factus ſiet,

Quod sanè nolim, maximè heri caussa mei:
Seruom ilico introisse dicent Sostratæ·
Aliquid tulisse comminiscentur mali
Capiti, atq; ætati illorum, morbus qui auctus siet.
Hera in crimen ueniet, ego uerò in magnum malum.

NEmini ego plura acerba.] Hic allocutio est per conquestionem. Et bene non se amatoribus modo, sed infelicibus amatoribus comparauit. & principium est à summa totius mali. Nemini plura acerba. Ab eo loco conquestionis, in quo dicitur, quòd nulli ferè talia aduersa contigerint. Nemini ego plura acerba. Nimis conturbati & tragici in hac scena dolores essent, non comici, nisi adderet, Ex amore. Nemini ego plura acerba esse credo. Acerba dupliciter cuenerunt Pamphilo. ex præterito de meretrice: ex præsenti de uxore. Heu me infelicē.] Ab ipsa simplici exclamatione. Hanccine ego uitā.] Ab eo quod ab aduersis ad aduersa delatus sit. Parsi perdere.] Parco conseruo, parsi facit: Parco ueniam do, peperci. Modo ergo cōtinui, abstinui significat. Cupidus redeundi domum.] Ab eo quod contra spem contigit malum. Heu me infelicem. Lachrymans hoc dicit. Vbi uis gentium agere ætatem.] A malorū suorum comparatiōe. Vbi uis gentium agere ætatem. Magna detestatio præsentis loci, eligere quasuis terras, uel quamuis gentem, potius quàm eam in qua est. Virg. Tollite me Teucri, quascunq; abducite terras. Et gētium hic abundat. Et bene, ubi uis gentiū agere ætatem: quia suprà dixerat, Hancine ego uitam parsi perderem? Nimis enim tragicū fieret, Satius erat in mari perire. Atq; hæc ita esse miserum me resciscere?] Quod ait, lachrymantis est. Reseiscere est uix reperire, quod de industria fuerat celatum. Nam nos omnes quibus est alicunde.) Aut deest Apud, ut sit, apud nos omnes. Aut nos omnes, pro nobis omnibus. Nam nos omnes. Ratio superioris sensus. & deest Apud, aut penes, aut quid tale. Nam nos omnes quibus est. Constat hanc σύλληψιν esse. retulit enim, Lucro est. nō ad: nos omnes: sed ad, quibus est alicunde. ut sit ordo, Nam quibus est alicunde aliquis obiectus labos, lucro est tempus. hoc est, nos omnes. Nam omnes quibus est. Hac figura usus est etiā Tullius pro Murena. Prætor quoq; ne se pulchrum ac beatum putaret, ei quoq; carmē compositū est. Nam ille datiuum casum subiecit, cum præposuisset nominatiuum. Et totum Apollodori est: qui sic ait, * Quibus est alicunde. Hoc genus locutionis absolutum dicitur. Tale est apud Virgilium, Crastina lux, mea si non irrita dicta putaris, Ingētes Rutulæ spectabis cædis aceruos, At sic.] Sed sic. At sic, citius qui te.] At hoc modo, φ ueneris: & discordias esse celerius reperire poteris: & quo modo te his ærumnis absoluas. Et bene expedias ærumnis. aut enim soluunt nos curæ abeuntes, aut impediunt & ligant aduenientes. Vt, Solute corde metum Teucri, secludite curas. At sic citius qui. Sententia cōtraria. nam suprà sic collegit, Si ignorare mala sua, unicuiq; bonū est: sequitur ut malum sit, ea cito cognouisse. hic per cōtrariū, Si in aduersis suis succurrere unicuiq; quamprimū bonum est: sequitur ut cito ea cognouisse sit quamoptimum. Sed nunc aduentum tuū ambas.] Ne accusare alteram altera audeat. Rem cognosces.] Melius est rem, quàm litem. Rem cognosces: iram expedies: rursum in gratiam restitues. τρίπλοκη sententia. & bono ordine usus est. prius enim fit querela. deinde ponitur iracundia. postremo reditur in consilium. Leuia sunt hæc, quæ tu pergrauia esse.] Genus consolationis, non à substantia, sed à quantitate. nō dicit non esse causſam solicitudinis, sed leuem dicit. Quæ tu pergrauia esse. Bene additū contra Leuia, non grauia, sed pergrauia. Leuia sunt. A quantitate. Quæ tū in animū induxti tuum.] Id est persuasisti tibi. Quid consolare me? an quisquam usquam.] Vt solet in uero amore, ipsa consolatione ægrescit dolor. Et ingenioſe: non inquit, dicis, sed cōsolaris me: & hoc ipso ostendis scire te quòd miser sum. Priusquam hanc uxorem duxi.] Hoc refert ad illud caput in quo ait, Nemini ego plura acerba esse credo ex amore homini unquam oblata.

Priusquàm hanc uxorem duxi. Ante rem. Habebam alibi animum amori deditum.] An miser sit in amore, ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. ante rem, in re, & post rē. Habebā alibi. Grauius dixit Alibi, q̄s si in meretrice diceret. & maluit alibi dicere, quàm ad meretricem. Quā mihi obtrudit.] Recte enim dici potuit, Quomodo ergo uxorem duxit, si amabat? Et bene obtrudit, quia inuito. Sic alibi, Aliquid monstri alunt: Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me. Et obtrudit, pro obtrudebat, ἐναλλαγὴ tēporis. Vix me illinc abstraxi.] Vix, uel multis modis, uel statim significat. Atq; expediui animū meum.] Curæ, ut diximus, aut ligāt aut soluunt: ut Virg. Quæ mihi reddat eum, uel eo me soluat amantem. Amatorie enim, curæ uincula

Parsi
Peperci
Obtrudo
Vix
Expedire animum

dicuntur. Vixq; huc.] Maluit Huc, quàm ad uxorem dicere. Hem, noua res orta est, porrò.] Porrò, deinde. & uim habet deinde modò implicationem continuarum inseriarum referentis. Quod cum ita esse inuenero, quid restat, nisi porrò ut fiam miser?] Ordinem seruauit allocutionis, in quo à præteritis, à præsentibus, à futuris inducitur persona loquentis oratio. Nisi Porrò ut fiam. Porrò. postea, uel in postremum. alij, coniunctionem putāt. Pietas iubet.] Apte, quia Ferre dixit, addit Iubet. Tū uxori obnoxius sum.] Matris cum dixisset, non intulit uxoris: sed mutauit casus. Ita olim suo me ingenio pertulit.] Olim, ad diuturnitatem retulit, nō ad spaciū præteriti temporis. Tot meas iniurias.] Hæ sunt iniuriæ quas suprà dixit, Nocte illa prima uirginem non attigit. Quæ cōsecuta est nox eam, nihilo magis. Et deinde, Quid intereà cibátne ad Bacchidem? Quotidie. Tot meas iniurias. Aliam uim habet quod dixit, me pertulit: aliam, quod adiecit, iniurias meas: aliam, quod reticuit. Quæ nunquam ullo patefecit loco.] Non dixit Quas, sed Quæ, ut ad omnia, non ad Iniurias referatur extrema conclusio. Sed magnum nescio quid necesse est.] Bene de ambabus sentiens, putat magnam causſam esse, quæ iram fecerit, & iram diu turnam. Quæ tam permansit diu.] Et à re, & à tempore. Haud quidem hercle parum est.] Seruilis ratio & sordida: & non his respondens omnibus quæ dixit Pamphilus, sed tantum nouissimæ parti. Si uis uero ueram rationem exequi.] Verò, uel nomen est, uel coniunctio, uel aduerbium. Non maximas, quæ maximæ sunt interdum iræ, iniurias faciūt.] Iniuriæ faciunt iras, non iræ iniurias. Sed hic facete ὑστεροπλουσὸς dixit, secundum superiorem rationem increpās errorem Pamphili, qui de iræ magnitudine æstimet iniuriæ quantitatem. Alij Faciunt, probant, ostendunt, intelligunt. Caute dixit Interdum: plerunq; enim sic. Parum.] Subaudiendum, necesse est euenisse, uel euenit, nam cōsequens sentētia tollit quod ille dixit, necesse est. Non maximas quæ maximæ sunt.] Sensus est, in quo primum. non iræ iniurias faciunt: accipiendum est. secundum, non maximas maximæ. Faciūt pro ostendunt. Cum de eadem causſa.] Obscurauit elocutionem suam: sed conuenit seruo hæc humilitas orationis. nam plenū erat, si diceret, Nam sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus quidem est, cum de eisdem rebus est iracundus factus inimicissimus. Est autē pro euenit dixit. & est ordo, Sæpe est, cum quibus in rebus alius ne iratus quidē est: de eadem causſa iracundus factus est inimicissimus. Iracundus factus est inimicissimus. Iratus est qui ex aliqua re lacessitus irascitur. Iracundus, qui ex parua nullāue causſa præcedente ira scitur. Pueri inter se.] Argumentum à simili. Quapropter?] διαπύσμενος interrogat.

Quia enim qui eos gubernat animus.] αἰτιολογικὴ ἀποφορισις. Infirmum gerunt.] ἐκμαλακίνως, ἀντὶ τοῦ Infirmus est. Sed ἀνακολουθία ista conuenit seruo. Itidem illæ mulieres sunt fermè ut pueri.] Artificiose mulieres à persona. à similitudine, Pueri. à facto, Iras gerunt. ab accidentibus similitudinis, Animus infirmus. à collatione personæ mulieris accidentium, leui sententia. à facto, Fortasse unum aliquod uerbum inter eos iram hanc conciuerit. qua sententia totum hic sublatum est quod ait, Sed magnū nescio quid necesse est euenisse Parmeno, unde ira inter eas intercessit. Fortasse unum aliquod uerbum iram hanc conciuisse.] Sic Plautus, Fortasse te amare suspicauere: Nam ueteres infinitiuo modo adiungebant Fortasse. Conciuerit.] Commouerit. Quàm pro leuibus noxis.] Interrogatiue. Noxis, iniurijs, culpis. Itidem illæ mulieres.] Sexus alius, at ingeniū & sensus idem est. Et mire similitudinem contulit ad id quod agitur. Iram hanc conciuerit.] Legitur & consciuisse. & rem consciuisse, est rem nouā fecisse. Consciuerit, decreuerit, fecerit. Cursari rursum prorsum.] Rursum proprie retro. Prorsum antè significat. & est prouerbiale, ut dicimus, sursum deorsum, intro foras, hac illac, & similia: Græci ἄνω κάτω. Trepidari sentio, cursari rursum prorsum. Trepidatio, ad uocem refertur loquentium: Cursatio, ad sonum pedum. Et trepidatur ab his qui morbū putant: Cursatur ab his qui raptum sciunt. Tute loqueris, me uetas?] Mire expressus est mos auscultantium. Tace obsecro mea gnata.] Non solum hic Iuno Lucina non inducitur, sed etiam silentium parturienti insuper imponitur: quia furtiua conceptio est. & tamen eiusmodi uerba sunt matris, ut duntaxat argumentum scientibus manifesta sint: Pamphilo uerò & Parmenoni, tanquam ægram continentis filiam uideantur. Tace obsecro mea gnata. Conceptū furtiuum furtim cōuenit nasci. Quia perij.] Satis amatorie. Matris uox uisa est.] Omnia hæc quæ sensu percipi possunt, uisa dicimus. Virgilius, Visæq; canes ululare per umbrā. Vxorem Philumenam pauitare.] Pauitare ὑπὸ ἐκθυσιασμοῦ. Pauitare nescio quid. Pauere & timere, & ad corporis & ad animi perturbationē uteres referebant. Plautus in Bacchidibus, Nā & ex mari timida ecce ego pauitare, ægrotare, quia sic horruisse, ac palpitare uenis. Quia non poteram unà omnia.] Deest, dicere. Nullus sum.] Rursus se infelicem & miserum appellauit hic. Nullus sum. κὐξηλικῶς. Quia nō poteram unà omnia. Cum stomacho pronuntiauit. & deest dicere. Nemon' medicū adduxit.]

Olim
Rursum prorsum
Trepidatio
Cursatio
Visa uox
Pauere
Timere
Nullus sum

Neſcio Scilicet ex quo ſcire poſſes. Neſcio.] Perturbatus Parmeno, idem repetit uerbum. & uerbum aptum eſt perſonæ ſeruili. Ceſſo hinc ire intro?] In uultu proloquium. Sic autē agit Poeta, ut grauem morbum in uxore ſuſpectās maritus, protinus ingrediatur, & partum improuiſus offendit. Quo nam modo Philumena.] Amatoria ἀποσροφὴ. Sic in Phormione. Quod ſi eò meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te ut diſtrahar, nulla eſt mihi uita expetenda. Nam ſi periculum ullum in te ineſt.] Multū dixit. Si in te periculum ineſt, me periſſe non dubito, tantus autem affectus non eſt mariti tātum, ſed amatoris quoq;. Nam ſi periculum ullum. Non permiſit amor dicere perituram: ſed ſi periculū. Offendam affectam.] *Affecta* Laſſam poſſeſſamq; morbo. ab eo quod eſt affici: unde affectus dicuntur: propter quos affi- *Affectus* cimur. Non uſus facto eſt mihi.] Vide artificem Terentium, quēadmodum aliàs per Pam- *Non uſus* philū, aliàs per ipſum Parmenonē, inuenit quemadmodū neſciat à cæteris, uirginē ante nu- *facto* ptias ab ipſo Pamphilo uitiatā eſſe. Non uſus facto. Non utile. Facto abundat. Nam inuiſos oēs nos eſſe illis ſentio. Acutè ejuſmodi cauſam reperit, quæ uel hominē curioſum cōtineret: quæq; nō Parmenonē modo, ſed mox etiā Soſtratā arceat ab ingreſſu. Heri nemo uoluit Soſtratam.] Quaſi alius dixerit, Vnde intelligis? Heri nemo uoluit Soſtratā. Argumentum odij. Maxime heri cauſſa mei.] Bene maxime: qui & propter ipſam, uel propter inuidiā ſocrus, non uelit fieri grauiorē morbum. Seruum introiſſe ilicò.] Mire ut crimino- *Comminiſci* ſius, ſuſpicioſumq; ſit: nō Lachetis, aut Pamphili ſeruum, ſed Soſtratæ: nec Parmenonē ſaltem. Comminiſcentur.] Dicēt, cum confinxerint. Capiti atq; ætati illorum.] Bene ὐφημισμῷ maluit Illorum quàm Puellæ dicere: quod uticq; intelligitur. Qui.] Qui, unde. Hera.] Soſtrata in litem. Ego uerò in magnum malum.] In quæſtionis tormenta.

ACTVS III. SCENA II

Iambici quadrati catalectici.

SOSTRATA. PARMENO. PAMPHILVS.

S. NESCIO quid iamdudum hic audio tumultuari miſera.
Male metuo, ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat.
Quod te Æſculapi, & te Salus, nequid ſit huius, oro.
Nunc ad eam uiſam. PAR. heus Soſtrata. S. hem. PAR. iterum iſtinc excludere.
S. Ehem Parmeno túne hic eras? perij, quid faciam miſera?
Non uiſam uxorem Pamphili, cum in proximo hic ſit ægra?
PAM. Non uiſas, nec mittas quidem uiſendi cauſſa quenquam,
NAM QVI AMAT cui odio ipſus eſt, bis facere ſtultè dico.
Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam affert.
Tum autem filius introijt uidere, ut uenit, quid agat.
S. Quid ais? an uenit Pāphilus? PAR. uenit. S. dis habeo gratias. *Troch. cata.*
Hem iſtoc uerbo animus mihi redijt & cura ex corde exceſſit. *Iamb. cata.*
PAR. Iam ea te cauſſa maximè huc nunc introire nolo.
Nam ſi remittent quidpiam Philumenam dolores,
Omnem rem narrabit, ſcio, continuò ſola ſoli,
Quæ inter uos interuenit: unde ortum eſt initium iræ.
Atq; eccum uideo ipſum egredi. quàm triſtis eſt? S. ó mi gnate.
PAM. Mea mater ſalue. S. gaudeo uenisſe ſaluum. ſaluáne
Philumena eſt? PAM. meliuſcula eſt. S. utinam iſtuc ita Di faxint.
Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam triſtis? PAM. rectè mater.
S. Quid fuit tumulti? dic mihi. an dolor repente inuaſit?

Ità

PAM. Ità factum eſt. S. quid morbi eſt? PAM. febris. S. quotidiana?
PAM. ità aiunt.
I ſodes introò, conſequar iam te mea mater. S. fiat.
PAM. Tu pueris curre Parmeno obuiam, atq; his onera adiuta.
PAR. Quid? non ſciunt ipſi uiam, domum qua redeant? PAM. ceſſas?

NEſcio quid iādudum hic audio tumultuari.] In hac ſcena quaſi quædam delibe- *Morbi graues*
ratio eſt cōtinens ſuaſionis, diſſuaſionis q; partes, quas in ſubditis conſiderabimus. Hic. Quia nimis uicini ſunt. Magis morbus aggraueſcat. Grauior fiat. Pro prie, quia morbi graues ſunt dicti. Virg. Vbi aut morbo grauis, aut iā ſegnior annis Deficit. Salluſt. Morbi graues ob inediam inſolitam ueſcentibus. Male metuo ne Philumena magis.] Inſtat Terētius bonā ſocrū facere, ut bonam meretricē faciat.
Quod te Aeſculapi, & te ſalus.] Deeſt Propter: ut ſit, propter quod. Nunc ad eam uiſam. Sic Virgilius, Reſpice ad hæc. Hem.] Interiectio eſt nouas res audientis. Heus Soſtrata.] Vide quemadmodum per ſe ipſum Parmeno: per Parmenonem arceatur Soſtrata: quæ neq; deeſſe propter officium, neq; ingredi propter ſocrum inducitur. Iterum iſtinc excludere.] Bene iterum: ut illi pudorē incuteret repetitione iniuriæ. Et memoriter: iam enim dixit, Noſtra ilico it uiſere ad eam. admiſit nemo. Et ſimul uide quàm uehementius ad iniuriam ſonet Excludi, quàm non admitti. Ehem Parmeno.] Ehem interiectio eſt eius quæ commota ſit noua re. Non uiſam uxorem Pamphili.] Vt dixit ſuprà, ſeruum Soſtratæ, non Parmenonem: ſic hic, uxorem Pamphili dixit magis, quàm Philumenam. ut animum & officium eiuſdem ſocrus, & matris breuiter demonſtraret. Non uiſas.] Vnam rem Soſtrata conſuluit: hic de duabus reſpondet. nanque & illam non uult ingredi, & cauet ne ipſe mittatur. & bene, Quenquam: ne aperte pro ſe loqui uideatur. Nam qui amat cui odio ipſus eſt. Aliam cauſſam ſubiunxit: quia durum fuerat ipſi Soſtratæ dici quod ſupra dictum eſt. Nam qui amat. Cauſſa à ſententia morali. Cui odio ipſus eſt. Deeſt Eam, uel Eum. Et illi moleſtiam affert.] Bene hoc adiecit: ne qui amat, hoc dicat, Laborem, dum promerear quem amo. Tum autem filius tuus.] Alia cauſſa ab euentu. Videre, ut ue- *Viſere*
nit quid agat.] Quod ſuprà, uiſere. an uiſere officij eſt, apud ægros: uidere, cognitionis? & *Videre*
ideo additum, quid agat. An uenit Pamphilus?] Bene imitatur affectum. Hem.] Interiectio fœminina ac matronalis. Ex corde exceſſit.] Geminauit præpoſitionem. Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam affert.] Hoc ualidiſſimum ad diſſuadendum fuit.
Nunc huc introire nolo. Cur ſi uenit Pamphilus, non ſit introeundum, cauſſa narratur.
Nam ſi remittent quippiam.] Verbum actiuum quaſi neutrum poſuit. Philumenæ do- *Remittere*
lores.] ἁραμαλικὸς errat. non enim uerè dolor morbi eſt, cùm ſit partus. Scio, continuo *aliquid*
ſola ſoli. Vt, Haud (credo) inuiſus cœleſtibus, auras Vitales carpis. Et ſic, ſola ſoli dicitur, *ſola ſoli*
quomodo præſens præſenti. ſic Virgilius, Illum abſens abſentem auditq;, uidetq; Vnde ortum eſt.] ἀνακόλουθον tertium. Quæ inter uos interuenit.] Melius ſic, quàm ſi diceret, quæ illi feceris. Quàm triſtis eſt?] χαρακτηρισμὸς locuturi Pamphili. O mi gnate.] Ordo eſt, ò mi gnate, gaudeo te ſaluum uenisſe: ſed intercedit Pamphilus triſtis. Saluáne Philumena eſt? Cito probat Pamphilo ſe amare nurum, cum poſt ſalutationem nihil prius, quàm de ſalute uxoris eius inquirat. Saluáne Philumena eſt? Mire obuiam ſibi exeuntem filium nihil aliud, niſi de Philumena interrogauit, ut oſtenderet eius morbum curæ ſibi eſſe. Me- *Meliuſcula eſt*
liuſcula eſt.] Verum eſt, quantum ad morbum pertinet. Meliuſcula eſt. Hoc & ad morbū, *ad euentum*
& ad euentum paritudinis uerum eſt. ità non mentitur Pamphilus matri. Vtinam iſtuc ita Dij faxint.] Diligentiore officio loquitur, ut rea apud filiū ſocrus. Quid tu igitur lacrumas? *Recte*
Locus ab eo quod agitur: quo ſignificat, ſi ita eſt, quare ergo tu triſtis es? Recte mater.] Sic dicimus, cū ſine iniuria interrogātis aliquid reticemus. Et bene addit mater: ut duritia reticentiæ blando nomine molliret. Alij Recte ſic accipiūt, ut intelligant, nihil eſt mali. Quid fuit tumulti?] Antiqui ſic declinauerunt, tumulti, ſenati. ut Salluſt. Decretū ſenati ſit. Dic mihi.] Dic, uerbū eſt inſtātis audire, & curioſius interrogātis. Virg. Dic mihi Dameta, cuiū pecus? Dolor repente inuaſit.] Proprie inuaſit, quia repente. Ita factum eſt.] Moris eſt *Inuaſit*
aſſenturi ad dicta interrogantium, qui quæ uera ſunt, celant. Ita aiunt.] Bene alijs aſcripſit: *repente*
ſi falſum ſit, ut ipſis aſcribatur mendaciū. Ita aiunt. In hac tota interrogatione, & reſpōſione colorem induxit ſecretū, ægre obiurgantis. Ita aiunt. Religioſe mendaciū ad rumorem retulit. aiunt inquit: ne ipſe falſum dicere uideretur. I ſodes intro.] Metuit, ne ingrediatur mater ad ſoceros: & ideo dicit, I ſodes intro. Et apparet Intro dicētem, manu annuere, ut do- *Intro*

mum

mum redeat: & simul quo magis faciat, addit caussam. Cõsequar iam te mea mater.] Adiecit & tempus iam. Mea necessario additum: mea mater. Et Sodes, quia Intro durum est.

Fiat Fiat.] Abiens dixit hoc mater, fiat: ne omnino iussis alienis parere uideatur: quasi imperemus & nos, quæ nos ipsi facturi sumus. Tu pueris curre Parmeno obuiam.] Probabilis caussa: qua ablegat etiam Parmenonem, dum iubet eum pueris occurrere. Et simul notandum, quòd in hac fabula ridicule uexatur usq; ad ultimum seruus, & ablegatur, cum sit & piger, & curiosus.

Adiuta eis onera Atq; eis onera adiuta.] Locutio antiqua figurata. Et est μετωνυμία, pro ipsos onera portantes, eis onera adiuta. Quid? non sciunt ipsi uiam domũ qua redeant?] Iam uide quemadmodum seruetur Parmenoni persona loquacis, curiosi, pigri. Domum, aduerbiale est. Domum quà redeant?] Quasi locum significet, uidebitur reliquum præceptum seruus non audiuisse. Sin audiuit, Qua, quomodo, intelligemus. id est quemadmodũ onus portent de naui. ut, Quid fieret, & quà fieret. Cessas?] De industria omnes ablegauit suos, ut nõ audirẽt quæ intus post scenã sunt acta: quæ tamẽ populo est narraturus.

ACTVS III. SCENA III

Trochaici octonarij catalectici, & Senarij 6

PAMPHILVS

NEQVEO mearum rerum initium ullum inuenire idoneum,
Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt,
Partim quæ perspexi his oculis, partim quæ accepi auribus,
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nam modo me intrò ut corripui timidus, alio suspicans
Morbo me uisurum affectam, ac sensi esse uxorem hei mihi
Postquàm me aspexere ancillæ aduenisse, illico omnes simul
Lætæ exclamant, uenit, id quod me repente aspexerant.
Sed continuò uoltum earum sensi immutari omnium,
Quia tam incommodè illis fors obtulerat aduentum meum.
Vna illarum forte interea properè præcurrit nuntians
Me uenisse ego eius uidendi cupidus, recta consequor.
Postquàm introij, extemplo eius morbum cognoui miser.
Nam neq; ut celari posset, tempus spatium ullum dabat.
Neq; uoce alia, ac res monebat, ipsa poterat conqueri.
Postquàm aspexi, ó facinus indignum inquam, & corripui illico
Me inde lacrumans, incredibili re atq; atroci percitus.
Mater consequitur iam ut limen exirem, ad genua accidit
Lacrumans misera miseritum est. profectò hoc sic est, ut putò.
OMNIBVS NOBIS ut res dant sese, ita magni, atq; humiles sumus.
Hanc habere orationem mecum à principio instituit.
O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abierit, caussam uides.
Nam uitium est oblatum uirgini olim ab nescio quo improbo.
Nunc huc confugit, te atq; alios partum ut celaret suum.
Sed cum orata eius reminiscor, nequeo quin lacrumem miser.
Quæq; Fors fortuna est inquit, nobis quæ te hodie obtulit,
Per eam te obsecramus ambæ, si ius, si fas est, uti
Aduorsa eius per te tecta, tacitaq; apud omnes sient.

Si un-

Si unquam erga te animo esse amico sensisti eam, mi Pamphile:
Sine labore hanc gratiam te, uti sibi des pro illa nunc, rogat.
Cæterum de reducenda id facias, quod in rem sit tuam,
Parturire eam, neq; grauidam esse ex te solus conscius.
Nam aiunt tecum pòst duobus concubuisse eam mẽsibus.
Tum postquàm ad te uenit, mensis hic agitur iam septimus,
Quod te scire ipsa indicat res. nunc si potis est Pamphile,
Maximè uolo, doq; operam, ut clam partus eueniat patrem,
Atq; adeò omneis. sed si fieri id non potest quin sentiant,
Dicam abortum esse. scio nemini aliter suspectum fore,
Quin, quod uerisimile est, ex te rectè eum natum putent.
Continuo exponetur. hic tibi nihil est quidquam incommodi.
Et illi miseræ indignè factam iniuriam contexeris.
Pollicitus sum, & seruare in eo certum est, quod dixi, fidem.
Nam de reducenda, id uerò neutiquàm honestum esse arbitror:
Nec faciam. etsi amor me grauiter, consuetudoq; tenet.
Lacrumo, quæ posthac futura est uita cum in mentem uenit,
Solitudoq; ó fortuna ut nunquam perpetuò es bona.
Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit,
Quem ego consilio missum feci, idem nunc operam huic dabo.
Adest Parmeno cum pueris. hunc minime est opus *Senarij*
In hac re adesse. nam olim soli credidi
Ea me abstinuisse in principio, cum data est.
Vereor si clamorem eius hic crebrò exaudiat,
Ne parturire eam intellegat. aliquò mihi est
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

NEqueo mearum rerum initium ullum inuenire idoneum.] In hac scena cõquestio est ad deliberationem descendens, an habeat Pamphilus, an excludat uxorem: in qua tota oratio Pamphili ad argumentum spectans, amatoria magis, quàm maritalis est. nam aliter non perueniretur ad ultimam cognitionem omnium rerum: nisi adolescens furtiuum conceptum uxoris, & partum, aliquanto lenius, quàm coniugalis dolor expetit, tolerauisset. Nequeo mearum rerum. Hæc est Homerica illa * Nequeo mearum rerum initium. Hoc principium magna λιαπορίας oneratur: ut ostendantur ærumnæ & multæ & graues. Idoneum. Aptum, conueniens. Vnde.] A quo. Partim quæ perspexi his oculis.] His, quasi miseris, uult intelligi, quibus perspexi, uel audiui mala. An sic dictum est, ut apud Virgilium, Vocemq; his auribus hausi? Qua me propter exanimatum.] Inter exanimatum & exanimum hoc interest, Exanimatus est conterritus, conturbatus. Vt, Sed quid nam Pamphilum exanimatum uideo? Et Virgilius, Examinata sequens impingeret agmina muris. Exanimus uerò, est occisus, ut Virgilius, Corpus ubi exanimi positum Pallãtis Acetes Seruabat senior. Me intrò ut corripui.] Raptim ingressus sum. Timidus.] Pro timens. nomen loco participij.

Idoneus
Perspexi his oculis
Exanimatus
Exanimus
Corripui me intro

Morbo me uisurum affectam.] Quia & hic morbus est. Hei mihi.] Interiectio dolentis est. Virgilius, Eloquar, an sileam? Et dicitur hæc figura, ἐπιμονή. Hei mihi. Mire interposuit χρειασμόν. Id quod me repente.] Deest Propter. ut sit, propter id: ac per hoc, ideo.

Id quod me repente aspexerant. Caussa cur lætæ exclamauerint. id ergo, ob id. Sed continuo uoltum earum sensi immutari omnium.] Mire Pamphilus etiam ancillarum metu

metu impellitur,ut alienum nasci puerum suspicetur:nec ullo modo in memoriam redeat hanc se puellam, uel huiusmodi uitiasse. Vultum earum. Quæ uiderint. Fors obtulerat.Offerri dicuntur tam bona quàm mala, si insperata obijciantur aspectibus. Obtulerat.] Oblatum dicitur in utranq; partem,quicquid expectationem præuenit. Ego eius uidendi cupidus.] Non erit plena uis repetini doloris,si aliquid præsentiens suspicat. & ideo addidit,Ego eius uidendæ cupidus. Recta consequor.] Absolute,& sine adiectione. non enim addidit Via. Extemplo eius morbum.] Morbum mitiore animo,quàm uitiũ dixit, aut probrum.Et recte:quia dixit,Alio me suspicans morbo uisurum affectam,ac sensi;esse uxorem. Spatium.] Morã. Ac res monebat.] Partus. O facinus indignum.] Facinus indignum, non ad illam, hoc est Philumenam,sed ad autorem uitij refertur. Et corripui ilico.] Ardens scilicet dolore.& est caussa cur cito exierit. Lacrumans.] Non furens,sed lachrymans.non iratus,sed mistertus. Atq; atroci.] Id est,uehementi. Mater consequitur iam ut limen exirem,ad genua accidit misera.] Ostẽdit affectum misericordiæ suæ,matrem potius dicendo,quàm Myrrhinam,& addendo miseram. Miseritũ est.] Vt recte suprà dictum sit de illo,Pium & pudicum ingenium narras Pamphili. Ad genua accidit.] Accidere,est gestu corporis ostendere humilitatem cadentis:propter quod est iuxta,& cadere. Sallustius autem sine præpositione dixit, Quâ accidam,aut quo? Lacrumans misera.] Miserabiliter se habens. Miseritum est.Hoc ipse sibi. Omnibus nobis ut res dant sese,ita magni atq; humiles sumus.] Mire dixit,dant sese. Homerus * Sed hic Sese illo & ualidius dixit:& est hæc καδολικὴ sententia. Apollodorus. * O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abierit.] A nomine,& blandimento mire: quia secreta cõfitetur. ut Virgilius,Anna(fatebor enim)miseri post fata Sichei.A principio idem elaborauit,ut aduersus pudorem conscientia & uoce,& confessione duraret. O mi Pamphile abs te quamobrem hæc abierit. Venialis status:in quo confessio est,& precatio. Abs te quamobrem. Morale blandimentum ante confessionem. Nam uitium.] Est confessio. Nam uitium est oblatum.Cœpit à caussa. Oblatum.] Ad repentina pertinere,superius annotauimus.

Oblatum.Quasi non expectanti,& nolenti Virgini.] Quasi quæ falli posset. Olim.] Recte olim:quia facilis uenia circa uetera iam delicta, unde tentat temporis longinquitate extenuare peccatum.Olim ergo,ante menses nouem. Ab nescio quo improbo.] Mire contempsit personam,dicendo,nescio quo:id est nescio,quem dixit:ut ostendat ignobilem: ita abiectum.nam si nomẽ illi est,habet & dignitatem:ut,Et nos aliquod nomenq; decusq; Gessimus.Et ne placere uideatur is qui fecit,improbum dixit. Nequeo quin lachrymem miser.] Videtur quasi distillantes fletus detergere. Nequeo. Deest continere. Sed cum orata eius.] Bona παρίνδεσις. Quæq; fors fortuna.] Precatio. Fors fortuna. ὑφὴμ. Id est subita fortuna.Et fortuna,in incerto:Fors fortuna,in bono ponitur. Virgilius, Si qua interfortuna fuisset.Et ipse, O Fors fortuna. Per eam te obtestamur.] Oratorie inducunt,& protacentibus preces. Per eam te obtestamur ambæ.Obtestatio,est precatio cũ mentione earum rerum per quas petimus:ut,Per euersæ genitor fumantia Troiæ Excidia obtestor. Si ius,si fas est.] Vtrum hoc inuidiose:an quasi fœmina quæ leges nesciat. Vti aduersa eius.] Mire nõ crimẽ:sed aduersa. Per te tecta,tacitaq;.] Tecta,si reducis:Tacita,si repudias sub alia excusatione.An idem significãt:an potius,neq; re,neq; uerbo indices:an tecta, ne uideantur:tacita,ne dicantur? Si unquam erga te.] Virg.Si concessa peto,si dãt ea mœnia Parcæ.Terent.Si te in germani fratris dilexi loco:siue hæc te solũ semper fecit maxumi. Si un quã erga te. Ab anteacta uita. Tecta,tacitaq;.Tecta sint,ne hæc alij sciant:tacita,ne ipse indicet. Vti sibi des pro illa.] Subaudiẽ,gratia. Cæterũ de reducẽda.] Tentat etiã hoc persuadere,sed oratorie,& uerecũde.Et mire,de reducẽda dixit,nõ de respuenda. Quod in rem sit tuam.] Nam nisi reducatur,reddenda dos erit. Solus cõscius.] A possibili.nam hoc nomine ostendit tacere eum posse,quòd conscius sit ipse solus. Nam aiũt.] Honestius aiunt, pro ait,dixit.nam quis aut scire,aut dicere potuit,nisi Philumena?ergo recte: aiunt enim potius honestũ est,quàm ait. Pòst duobus concubuisse eam mensibus.] Pòst duobus, simpliciter accipiendum,nõ post duos.est enim ἀνλεσροφὴ, pro duobus post. id est,nõ statim ut nupta sit,sed postq; nupta est,post duos menses nuptiarũ:ut sint reliqui quinq; mẽses. Et hinc apparet.ante duos menses,priusq; cum Pamphilo concũberet,uitiatã,quatuor mẽsibus cũ Pamphilo fuisse:ex quibus,duobus posterioribus amatã esse?reliquis tribus peregrinatum fuisse Pãphilũ.An post duobus,pro post duos:ut Plautus,Post principio denicp.& Post paulo. Quod te scire ipsa indicat res.] Quia cõtristatus corripuisti te foras. Partus eueniat.] Philumenæ scilicet. Abortũ esse.] Non est latinũ aborsa est,sed abortũ fecit. Abortũ esse, Deest Natum,uel Factum:uel absolutè,quomodo dicimus,è re nata. uel quemadmodũ dicimus,ex te mihi orta est iniuria. Dicã abortum esse. Rationabiliter dixit.fit enim abortus mense

Nequeo quin lachrymem
Fortuna
Fors fortuna
Obtestor
Tecta
Tacita
Aborsa est
Abortũ fecit
E re nata

mense septimo sine pernicie fœminæ. Suspectũ fore.] Suspicabilem,suspiciosum. Ex te recte eum natum putent.] Noue dixit natum abortum:quasi abortus nascatur. Natum ergo pro facto,conceptoq; dixit. Hic tibi nihil est quidquam incommodi.] Cum alienus exponitur,& non tollitur pro tuo.Et mire necandi pueri non fit mentio: quia Pamphili filius inuenietur,cum ei etiam per patrem puellæ Poeta succurrit. Exponetur.Ad mortem scilicet. Hic tibi nihil est quicquam incommodi.] Ab utili.& est παρίλκον quartum:ut, Nihil uidi quicquam lætius. Et illi miseræ indigne.] Vt non sit ἀνακόλεδον, superiori uersui? Et addendum est:ut sit,Et tibi nihil est quicquam incommodi. Factam iniuriam.] Mire iniuriam dixit:ut non contemnenda sit,sed tollenda. Pollicitus sum.] Plus quàm promisi.

Suspectus
Exponere

Et illi miseræ.] Conclusio per enumerationem.Et nõ lædêris,inquit,& proderis miseræ. Quod dixi.] Quod promisi. Id uerò neutiquam honestum esse arbitror.] Neutiquam non est omnino negatiuum,sed aliquid assensionis habet. est enim neutiquam, non nimis, non ualde. Nec faciam.] Bene addidit,nec faciam.multa enim etiam inhonesta amore suscipimus. Etsi me amor grauiter,consuetudoq; tenet.] Hoc cum gemitu.Etsi non est complexiuum,neque præpositiuum,sed subiunctiuum,id est pro tametsi. Amor me grauiter, consuetudoq;. Quæ duæ res contra honestum & utile ualidissimæ. Et bene Tenet, non tenuit. Lacrumo quæ posthac futura est uita.] Bene propensior in affectum est,ut uerisimile fiat:potuisse reticere.Et Lacrumo non pendet à superiori,sed interpositis diu fletibus dixit. Lacrumo quæ posthac.Quæ,modò uim pronominis non tenet:sed querelæ. Et lacrumo sic dixit,ut Virgilius,Sic effata sinum lacrumis impleuit obortis.Et est ordo,Lacrumo, cum in mentem uenit. O fortuna.] Hic fortunam, pro bona posuit. Vt nunquam perpetuo es bona.] Legitur & Data. nam & sic pro bona intelligitũr necessario. Idem nunc operam huic dabo.] Si idem:ego.Si eidem:hoc est amori. Operam dabo. Difficultatem rei ostendit,dicendo,operam dabo. Adest Parmeno cum pueris.] Quia idem Parmeno est secretorum conscius, addidit, cum pueris. Minime est opus.] Id est omnino non est opus. Aliquò mihi est hinc ablegandus,dum parit Philumena.] In tota comœdia nõ cessabit,cum sit piger:nec resciscet aliquid,cum sit curiosus Parmeno. Dum parit Philumena.Dum aliàs dummodo:aliàs donec.nunc,quandiu.

Neutiquam
Etsi
Operam dare

ACTVS III. SCENA IIII

Senarij & unus quadratus.

PARMENO. SOSIA. PAMPHILVS

PAR. AIN' tu tibi hoc incommodum euenisse iter?
S. Non hercle Parmeno uerbis dici potest
Tantum,quàm re ipsa nauigare incommodum est.
PAR. Itáne est? s.ó fortunate,nescis quid mali
Præterieris,qui nunquam es ingressus mare.
Nam alías ut † omittam miserias,unam hanc uide: *al.mittam*
Dies triginta,aut plus eo in naui fui,
Cum interea semper mortem expectabam miser:
Ita usquè aduorsa tempestate usi sumus.
PAR. Odiosum. s.haud clam me est·deniq; hercle aufugerim
Potius,quàm redeam,si eò mihi redeundum siet.
PAR. Olim quidem te caussæ impellebant leues,
Quod nunc minitare facere,ut faceres Sosia.
Sed Pamphilum ipsum uideo stare ante ostium·
Ite intrò·ego hunc adibo,si quid me uelit.
Here etiam tu hic stas? PAM.equidem te expecto. PAR.quid est?
PAM. In arcem transcurso opus est. PAR.cui homini? PAM.tibi.

In arcem?

PAR. In arcem? quid eó? PAM. Callidemidem hoſpitem
Myconium, qui mecum unà aduectus eſt, conueni.
PAR. Perij uouiſſe hunc dicam, ſi ſaluos domum
Rediſſet unquam, ut me ambulando rumperet?
PAM. Quid ceſſas? PAR. quid uis dicam? an conueniam modó?
PAM. Imò, quòd conſtitui me hodie conuenturum eum,
Non poſſe, ne me fruſtra illic expectet, uola.
PAR. At non noui hominis faciem. PAM. at faciam ut noueris.
Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius.
PAR. Cadaueroſa facies. Dij illum perdiunt.
Quid ſi non uenit? maneámne uſq; ad ueſperum?
PAM. Maneto. curre. PAR. non queo. ita defeſſus ſum.
PAM. Ille abijt. quid agam infelix? prorſus neſcio
Quo pacto hoc celem quod me orauit Myrrhina,
Suæ gnatæ partum. nam me miſeret mulieris.
Quod potero faciam, tamen ut pietatem colam.
Nam me parenti potius, quàm amori obſequi
Oportet. atat eccum Phidippum, & patrem
Video. horſum pergunt. quid dicam hiſce incertus ſum.

Ain tu?

Ingreſſus mare

Egreſſus

Semper

Vſq;

Odioſum

Promiſſiuus modus

In' tu tibi hoc incommodum euenisse iter?] Alia ratio est currētis ad argumen ta: alia actuum Comicorum. sed perfecti Poetæ est ita seruire argumento, ut ta men spectator nouis delectationibus teneatur. Nam in hac scena, donec per ueniat ad Pamphilum Parmeno, hoc σύμμικτον inducitur, cum hoc ostenditur quid mali sit nauigatio. Ain' tu. Pro ais'ne tu? Et sic iam aliquid dixisse ma gni in præcedenti oratione ex responsis sermone demonstratur. Ain' tu. In scena nascitur oratio: aut in scenam defertur. Tantum, quàm re ipsa nauigare incōmo dum est.] ἀνακόλουθον quartum. non enim intulit quantum. Vt Virgilius, Sed quanto ille ma gis formas se uertet in omnes: Tanto nate magis contende tenacia uincla. O fortunate, ne scis quid mali præterieris.] Bene maiori affectu, dicens ò fortunate, quàm si respōderet, Ita, sus dicitur. sic Virg. Egressi optata potiūtur Troes arena. Nam aliàs ut omittā miserias.] παράλειψιν oratoria. Et miserias: nauigationis scilicet. Dies triginta.] Accusatiuus casus plē num numerum & cōtinuationem rei significat. Dies triginta, aut plus eo in naui fui.] Hoc exitiosum uel sine periculo uideri potest. Sed uide quid addat, Aut plus eo in naui. Absolu te eo, ut alibi, Annos sexaginta natus est, aut plus eo, ut conijcio. Semper mortem expecta bam miser.] Dura est expectatio mali. Virgilius, Incluſi pœnam expectant. Semper mor tem expectabam. Id est horis omnibus, cū continuatione triginta dierum. Ita usq;.] Vsq; uel diu. uel ualde. Odiosum.] Esse scilicet in mari triginta dies. Et nomē pro aduerbio po suit: odiosum pro odiose. Haud clam me est.] λιτότης, pro ego maxime intelligo & odio sum sit. Nam qui iungunt, & sic legunt, errant, & nō intelligunt. Aufugerim.] Coniunctiuū modum posuit pro indicatiuo futuro uel, ut alij dicunt, promissiuo. Aufugerim. Sic ue teres, quod nos fugerim. Olim quidem te causſæ impellebant leues.] Mire in seruum fugi tiuum, qui ob uitium huiusmodi, non ob causam fugiat. Et bene leues dixit. hæc enim non est leuis. Quod nūc minitare facere.] Vt sit ordo, Olim quidem te causſæ impellebant le ues Sosia, ut faceres quod nunc minitaris facere hac occasione, Artificiose. & in Andria sic ait recusanti periurium seruo Mysis, Noua nūc religio in te incessit. Facere. Vt faceres. Co micum est, & Terentianum. Sed Pamphilum ipsum uideo.] Ipsum à quo missus sum. uel dominum: ut Græci dicunt αὐτὸν. Ego hunc adibo.] Vel noua curiositate ait Parmeno.

rus.

Equidem te expecto.] Bene excepit Pamphilus Parmenonem, ut uideatur uera dictu rus. Equidem te expecto. Apparet Pamphilum Parmenonis absentiam desiderare: eo quòd

quod nunc prior Parmenonem alloquitur. In arcem transcurso opus est.] Ostēdit quàm longe sit, cum in arcem dicat. Et bene, in arcem, quam Minerua condidit. Transcurso. Pro transcurrere. Cui hominis? Hæc uerba cum sua pronuntiatione uim recusationis in se con tinent. Cui hominis? Cum recusatione pronuntiandum. & est pigri responsio, laborem ad alium transferentis. In arcem? Pronuntia: ut ostendat quàm longe sit in arcem transcurre re. Qui mecum unà aduectus est.] Apparet eum cum eo aliquid negotij habere, cum di cit, Qui mecum unà est aduectus. Vouisse hunc dicam, si saluus domum redisset un quam.] Facete dixit. More enim hoc fit eorū qui longis itineribus maris periclitati, uouent aliquid si peruenerint. Et conuenit hoc Pamphilo: quem suprà male nauigasse audierat.

Quid uis nuntiem? an conueniam modo?] Non enim mandauerat quicquam, qui sine causa mittebat, oblitus bene dissimulare: ut qui mentiuntur. Et sic pronuntiandum, An con ueniam modo: ut reprehendere dominum Parmeno uideatur. Imò, quod constitui me hodie.] Deest, nuntia. & sumitur à superiori sententia, qua dixit, Quid uis nuntiem? An conueniam modo? εἰρωνικῶς dixit. Nam nō hoc interrogantis simpliciter. Imò, quod con stitui me hodie. Apparet eum hanc conquisitam, & uix corrasam inuenisse causam. Vo *Volare* la.] ἀδικῶ ὑπερβολῇ usus est. ita curras ut uolare magis, quàm currere uideris. Et antea trans currere iusserat: nunc adiecit imperio. Nam non curre, sed uola. At non noui hominis fa ciem.] Moralis expressio pigritiæ in tot excusationibus posita est. At faciam ut noueris.] Stomachose pronuntiandum At. quod & Pamphilus repetit, dicens, At faciam ut noueris.

Magnus, rubicundus, crispus, cæsius, crassus.] Præparatio. συναθροισμός. Et aceruo sine cōiunctiuo est usus. Magnus, rubicundus. Imperite Terentium de Myconio crispum di xisse aiunt: cum Apollodorus caluum dixerit: quod proprium Myconijs est. ut Lucilius, Myconi omnis calua iuuentus. Vnde etiam prouerbium Græcum, μυκόνιε φαλακρός. Sed ego Terentium puto scientem facetius Myconium crispum dixisse. Cæsius. Glaucis oculis, quasi felis oculos habens & glaucos. Cadaueroſa facies.] Subluida, ac personata rubo re, & liuore. Rubicundi enim & crassam faciem sæpe habent: quod est proprium cadaueris. Potest & pulposa intelligi, & crassa, quasi cadaueroſa. Caro enim dicta est eo quòd carcat anima. Et caro propriè dicitur mortuorum. Virgilius, Et corpora luce carentum. Vnde car nifices dicti, quòd carnes ex homine faciant. Pulpa ierò, proprie ea quæ manducatur, eo quòd pulsetur, & conscindatur. Potest & r pro d poni: ut caro sit dicta quasi cado. ut Vir gilius, Belloq; caduci Dardanidæ. quòd iam scilicet sine anima sit, & cadat. Di illum per diunt.] More pigrorum male optat ei propter quem mittitur. Quid si non uenit?] Om nia dicit, ne eat. Maneto. curre.] Etiam Pamphilus tanquam de industria perseuerat.

Cæsius

Cadaueroſa facies

Caro

Carnifices

Pulpa

Non queo, ita defessus sum.] Hoc in gestu, & spectaculo plus est. nam in sensu & autor ex primit lassitudinem. Ille abijt.] Quasi dicat, licet iam loqui. Ille abijt. Quasi cum diffi cultate completam rem ostendit hoc dicto. Suæ gnatæ partum.] ἐπεξήγησις Quod pote ro faciam.] Id est celabo quantum potero. an quasi proijciens curas, & fessus angore dixit, Quod potero faciam: id est si potero. cedam amori? & rursus tanquam pietatis admoni tus, adiecit exceptionem, Tamen ut pietatem colam. Seruat enim in illo amorem Poeta: cu ius non pœnitebit, re cognita, & errore sublato. Quod potero, faciam. Id est amori obse quar. nam misericordia mulieris de amore descendit. Quod potero faciam. Apparet hoc dictum defectus esse, non uirtutis. Tamen ut pietatem colam. Recordatus est læsam ma trem esse ab uxore: hoc enim credit: & ideo se ad exceptionem reuocauit, Ita se amori cede re oportere, ut non obliuiscatur omnino pietatis. Et bene in eam causam contulit necessita tem non reducendæ uxoris, quæ inuenietur nulla esse. Sunt tamen qui manente eadem sen tentia, totum hoc iungunt, Quod potero, faciam tamen ut pietatem colam: hoc est, in quan tum potero dabo operam aduersus amorem, ut omisso eo, pietatem colam. Et subiungitur causſa. Tamen ut pietatem colam. Deest Ita: ut sit Tamen pro duntaxat. ut sit, ita ut pieta tem colam. Dixerat enim, quod potero: & ideo addidit exceptionem, tamen ut pietatem co lam: id est non sum oblitus & matris. Tamen. Pro ita tamen. Nam me parenti potius quàm amori.] Amori, scilicet uxoris. quia dixit, quod potero faciam. & hoc est quod dixe rat, Quod potero faciam. At at.] Interiectio est conterriti & conturbati. Horsum per gunt.] Modo pergunt, pro eunt: aliàs persecuerant.

ACTVS III. SCENA V

Trochaici octonarij catalectici & Senarij Iambici.

LACHES. PHIDIPPVS. PAMPHILVS.

L. DIXTINE dudum dixisse illam se expectare filium?
PH. Factum. L. uenisse aiunt redeat. PAM. quam caussam dicam patri,
Quamobrem non reducã, nescio. L. quẽ ego hic audiui loqui?
PAM. Certum obfirmare est uiam me, quam decreui persequi.
L. Ipsus est, de quo hoc agebam tecum. PAM. salue mi pater.
L. Gnate mi salue. PH. bene factum te aduenisse Pamphile,
Atq; adeò, quod maximum est, saluum atq; ualidum. PAM. creditur.
L. Aduenis modo? PAM. admodum. L. cedò, quid reliquit Phania
Consobrinus noster? PAM. sanè hercle homo uoluptati obsequens
Fuit, dum uixit & qui sic sunt, haud multum hæredem adiuuant.
Sibi uerò hanc laudem reliquit: uixit, dum uixit, bene.
L. Tum tu igitur nihil attulisti huc plus una sententia?
PAM. Quidquid est id, quod reliquit, profuit. L. imò obfuit.
Nam illum uiuum, & saluum uellem. PH. impune optare istuc licet,
Ille reuiuiscet iam nunquam & tamen utrum malis, scio.
L. Heri Philumenam ad se accersi hic iussit dic iussisse te.
PH. Noli fodere iussi. L. sed iam eam remittet. PH. scilicet.
PAM. Omnem rem scio, ut sit gesta aduenies audiui omnia.
At istos inuidos Dij perdant, qui hæc libenter nuntiant.
Ego scio me cauisse, ne ulla merito contumelia
Fieri à uobis posset idq; si nunc memorarere hic uelim,
Quàm fideli animo, & benigno in illam, & clementi fui:
Verè possim: ni te ex ipsa id magis uelim resciscere.
Nanq; eo pacto maxume apud te meo erit ingenio fides,
Cum illa, quæ nunc in me iniqua est, æqua de me dixerit.
Neq; culpa hoc euenisse disidium mea id testor deos.
Sed quando esse sese indignam deputat matri meæ,
Cui concedat, cuiusq; mores toleret sua modestia:
Neq; alio pacto componi potest inter eas gratia:
Segreganda aut mater est à me Phidippe aut Philumena.
Nunc me pietas matris potius commodum suadet sequi.
L. Pamphile ad aures haud inuito sermo mihi accesit tuus.
Cum te postputasse omnes res præ parente intellego.
Verum uide, ne impulsus ira praue insistas Pamphile.
PAM. Quibus iris impulsus nunc in illam iniquus sim? *Senarij*
Quæ nunquam quidquam erga me commerita est pater

Quod

Quod nollem: & sæpe quod uellem meritam scio.
Amoq;, & laudo, & uehementer desidero.
Nam fuisse erga me miro ingenio, expertus sum.
Illiq; exopto, ut reliquam uitam exigat
Cum eo uiro, me qui sit fortunatior:
Quandoquidem illam à me distrahit necessitas.
PH. Tibi id in manu est, ne fiat. L. si sanus sies,
Iube illam redire. PAM. non est consilium pater.
Matris seruibo commodis. L. quò abis? mane,
Mane inquam quò abis? PH. quæ hæc est pertinacia?
L. Dixi ne Phidippe hanc rem ægre laturum esse eum?
Quamobrem te orabam, ut filiam remitteres.
PH. Non credidi ædepol adeò inhumanum fore:
Ita nunc is sibi me supplicaturum putat?
Si est, ut uelit reducere uxorem, licet.
Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat.
L. Ecce autem tu quoq; proteruè iracundus es.
PH. Percontumax redisti huc nobis Pamphile,
L. Decedet iam ira hæc, etsi meritò iratus est.
PH. Quia paululum uobis accessit pecuniæ,
Sublati animi sunt. L. etiam mecum litigas?
PH. Deliberet, renuntietq; hodie mihi,
Velit ne, an non ut alij, si huic non sit, fiet.
L. Phidippe ades, audi paucis, abijt quid mea?
Postremò inter se transigant ipsi, ut lubet:
Quandò nec gnatus, neq; hic mihi quidquam obtemperant:
Quæ dico paruipendunt. porto hoc iurgium
Ad uxorem: cuius fiunt hæc consilio omnia.
Atq; in eam omne, quod mihi ægre est, euomam.

DIxti ne dudum dixisse illam se expectare filium? Facetè. principium est interrogantis ita, ut sciat quid sibi respondsurus sit quem interrogat. Illaturus est enim argumentum per ὑποφορὰν. Dixti ne iam dudum. Quia dixerat, Sanctè adiurat non posse Pamphilo se absente perdurare Dixti ne iam dudum. Captiosa interrogatione cœpit, dicturus, Venisse aiunt, redeat. Factum.] Id est dixisse illam, aut me. Et deest Est: ut sit, factum est. Quamobrem non reducam nescio.] Habet causam: sed no uult ueram dicere. & præterea non uult cum inuidia matris suæ loqui: si in illam conferat, ut uxorem non reducat domum. Quem ego hic audiui loqui?] Vt solet, primo personas inducit secũ loquentes: deinde ipsas conuenire inuicem: ut alibi, Quis hic loquitur? Mysis salue. Certum obfirmare est uiam me.] Aduersus omnia obstinate agere, id est contra omnes. Obfirmare uiam me, quam decreui persequi. Id est ut matri potius, q; amori morem gerat. Atq; adeò quod maximum est, saluum atq; ualidum.] Ordo est, primum aduenisse, deinde saluum, postremo ualidum. Saluum atq; ualidum.] ἀύξησις ad salutẽ. Validus nanq;, robustus, & habitior corpore. Creditur.] Minus blande respondet, de repudio uocaturus. Quod maximum est. Legitur &, quod maxime est. Aduenis modo?] Difficilè inuenitur præsens temporis Modo, Atq; ut ostendat esse momentum etiam

Obfirmare uiam
Validus
Modo

Admodum etiam præsentis temporis: dixit, Admodum: quod est nimis. Aduenis modo? Virgilius, Vigilásne deûm gens Aenea? uigila. Admodum.] Excusatio cur adhuc non uiderit patrem. Cedo quid reliquit Phania consobrinus noster? Vtrum iactanter Laches de hæreditate loquitur præsente socero, uũ illum cupidiorem faciat ad reuocandam filiam? & fit sæpe hoc, ut ex alio principio peruenire quæramus ad ea quæ uolumus dicere. An ideo, ut
Consobrini sciat rem, & diuitias suas, cupidiorem socerum redditurus? Consobrinus noster. Quasi
Sobrini sororinus. Sobrini, sunt ex duabus sororibus: Consobrini, ex fratre & sorore, ac propinqui
Patrueles tatis frequentatæ Terentius monet: aut habetur * Consobrinus noster. Cum de fratre natus est alter, & alter ex sorore, consobrini: cum ex fratribus, patrueles dicuntur.

Sanè hercle homo uoluptati obsequẽs fuit.] Sanè, satis, ualidè. nam qui sanus, & ualidus est. Voluptati obsequens fuit. Contrà facit Pamphilus: disiungi enim uolens, nihil dicit, uel parum relictum. Haud multum hæredem adiuuant.] Parum consulunt hæredi. Si bi uerò hãc laudem reliquit: uixit, dum uixit, bene.] Bene, & facete, nihil hæredi relinquũt, sibi uero relinquunt. Vixit, dum uixit, bene. Plane unum Vixit aliud significat: & alterum
Vixit Vixit, aliud. Vixit, dum uixit, bene. Sentẽtia est hortantis ad delicate uiuendum. Vixit, dum uixit, bene. Hoc enim scilicet reliquit. Vna sententia?] Expressit animum auari senis.

Quicquid est id quod reliquit, profuit.] Quicquid, & ad paruitatẽ refertur. ut, At enim id mihi satis est, quod est de me opinionis: quidquid est. Quidquid est id, quod reliquit.
Profuit Nullum in hoc sene fuit doloris officium antè, quàm sciret aliquid relictum. Profuit.] Id est pro nobis fuit: ac per hoc nostrum est * potest enim ipse profuisse: potest res eius. Imò obfuit.] Morem eorum expressit, quibus relinquitur: qui cum audierint sibi aliquid esse re
Viuus lictum, tunc tristes se fingunt. Nam illum uiuum & saluum uellem.] Non idem uiuum,
Saluus quod saluum. Impune optare istuc licet.] Bene impune: quia hæredi pœna est, mortuos
Impune reuiuiscere. An sine detrimento optas: ut cum medicus dicit de iam mortuo, Ego si illum curarem, uiueret. Impune optare. Si optata euenirent. nunquam, inquit, optares ut ille reuiuisceret. Ille reuiuiscet iam nunquam.] Mire Poeta his uerbis Phidippum quoq; subinuidere indicat. Plus est nunquam, quàm non. Et tamen utrũ malis, scio.] Mortuum illum magis quàm ut reuiuiscat denuo. Et tamen utrũ malis scio. Quid malis de duobus, scio: utrum illum mortuum permanere, an reuiuiscere. Heri Philumenam.] Hoc erat quò omnis tendebat oratio. Ad se accersi iussit.] Bene & Accersi & Iussit: ut nihil uxor sua sponte fecerit. Heri Philumenam accersi ad se hic iussit. Et Heri, & Iussit, bene, ut breue tempus sit: & coacta uideatur exisse. Et non abduci: sed accersi: nec à nobis, sed ad se. Omnem rem scio, ut sit gesta.] Virgilius, Troianas ut opes & lamentabile regnum, &c. At istos inuidos Di perdant.] Bene inuidos, qui matrimonio inuideant. ergo reuocãda uxor est: & adeò non puduit mendacij honeste deprehensum senem, ut inuidos faceret qui uera prodiderant.

Ego scio me cauisse.] Principiũ à tempore, à dictis, factisq;, tam suis quàm aduersariorũ:
Merito & ab anteacta uita & præsenti. Ego scio me cauisse, ne Vlla merito contumelia.] Mire addidit, merito. nõ enim cauere inquit, ne fieret ea potui. Igitur ne merito fieret: quod in me fuit.

Idq; si nunc.] Ab anteacta uita. Et clementi fui.] Pro fuerim. indicatiuum pro cõiuncti uo posuit. Ni te ex ipsa id magis uelim rescíscere.] ἀκρόλυσις. Nanq; eo pacto maxumè apud te meo erit Ingenio fides.] Bene, non dictis, sed ingenio. Cum illa quæ nunc in me iniqua est, æqua.] Iniqua æqua, παρωνομασία sunt Terentianæ. Et bonum argumentũ. Nam & Virgilius, Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat: inquit: & Cicero, Te ipso teste, iniquo atq; improbo: uerum ad hanc rem satis idoneo: te inquam teste, dicam. In me iniqua est, æqua de me dixerit. Quia aduersarij testimonium, si contrà se dicat, tam graue est, q; uel boni uiri. Neq; culpa hoc euenisse dissidium mea. Non ergo quid fiat: uerum per quos fiat: quærendum est. Et nimis abrupte dixit euenisse, non euenire. Hoc euenisse dissidium. Ad confirmationem, non euenire, sed euenisse dixit. Sed quando sese indignam.] Hoc sic profert, ut eam ostendat caussam esse dissidij: & hoc ipso tentat utrum dotem relinquere possit. Et ideo suprà, Neq; mea culpa dissidium hoc euenisse, id testor deos, inquit. Deputat matri meæ, cui concedat.] Fortasse ergo indigna est. & recte putat: mihi tamen mater colenda est. hoc sentit. Deputat matri meæ cui concedat. ὑποπρίσις Matri meæ, ut idonea sit causa repudij. Cuiusq; mores toleret.] Hoc melius, quàm obsequaꝫ. ut inseruiat. Mores toleret. Bene, mores, ut aniculæ. notat enim prauitatem, unde senes morosi appellant. Hora-
Morosi senes tius, Donec uirenti canities abest Morosa. Mores toleret suã modestia. O temperamentũ mores potius, quàm iniurias dixit. Neq; alio pacto componi potest.] Nisi ut cõcedat matri, toleretq; mores eius. Segreganda aut mater est à me Phidippe.] Bene tanquã ex delibe-
Segregare ratione colligit quod facturus est. Et mollius segreganda, q; excludenda. Nunc me pietas matris potius cõmodũ sequi suadet.] Quàm mollibus uerbis repudiũ nuntiatũ est à Pamphilo

philo. Ad aures haud inuito.] Optime dictum, haud inuito. non enim in totum uolenti, quippe de dissidio: sed tamen quia pie locutus est, mediocriter approbauit. Pãphile, haud inuito. Grauis oratio est à nomine incepta. Virgilius, O præstans animi iuuenis. Et est figura λιτότης. Sic Virgilius, Posthabui tamen illorum mea seria ludo. Haud inuito, sermo mihi accessit tuus. Senili loquacitate: pro, Rectè locutus es. Omnes res.] Plus dixit, quàm
Parens si uxorem diceret. Præ parente intelligo.] Bene parente: quod nomen commune & cũ patre est, & cũ omnibus quos hæc necessitudo cõiungit. Melius ergo, quàm si diceret matrem.

Verum uide ne impulsus ira praue insistas Pamphile.] Leniter & suadenter. Ira. Non ergo iudicio. Insistas Pamphile. Non enim incipere, sed insistere hic, malum est. Quibus
Insisto iris impulsus.] Non dixit qua ira, ne superbe loqueretur: sed quibus iris: ut hoc ipsum per
Ira εἰρωνείαν derideret, quod pater dixit, impulsus ira. An iris matris, aut meæ uxoris, & meæ? an omnium trium? Quibus iris impulsus. Rectè non uult iram esse, ne peccasse uideatur uxor. Sic enim quasi nec ipsa peccauerit. Quibus iris. Ille iram singulariter dixit: hic, iras pluraliter: ne uideatur unius iræ caussa mittere uxorem. Quæ nunquam quicquam erga me cõmerita est pater.] Aduerte, proprietatem expressit cõmerendi & merendi. Et sæpe,
Mereri quod uellem meritam scio.] Mereri bona dicimus: Cõmereri mala. id est delinquere, pecca-
Commereri re. Ergo hic meritam, pro præstitisse dixit. Virgilius, Ego te quæ plurima fando Enumerare uales, nuquam regina negabo Promeritam. Amo & laudo.] Non statim qui amantur, & laudantur: nec qui laudantur, etiam cõtinuo desiderantur. Multa ergo dixit, Amoq;, & laudo, & uehementer desidero. Et uide, amoris impulsus nimius hic est circa uxorẽ: & quasi oblitus suæ matris & uitiatæ, loquitur: sed tali opus est Pamphilo ad eiusmodi argumentũ, donec perueniat ad ἀνατροφήν, in qua uxorem reduci necesse est. Erga me.] Hoc totũ repudiaturus inaniter diceret, nisi ad exitum fabulæ Poeta respiciens, reducturi animũ in Pamphilo reseruaret. Et nota repudiantem eam quam laudat, pietate sola compulsum. Nam
Fuisse fuisse erga me.] Quantũ ualet quod fuisse dixit: & non esse: quasi re transacta. Vt reliquã uitam exigat.] Satis flebiliter dixit, reliquam exigat. Virgil. Omnes ut tecum, meritis pro talibus, annos Exigat. Cum eo uiro.] Non inuidere iam non est mariti. Quandoquidem illam à me distrahit necessitas.] Omnis conclusio uerborum Pamphili, repudij confirmationem continet: plus tamen sententia significante, quàm uerbis. Quandoquidem illam à me distrahit necessitas. Excusatio in necessitate, quæ est inexorabilis. Et necessitas, partus scilicet, quam necessitatẽ domi offendit: quòd ex alio scilicet peperit. Sed modo uult necessitatem, matris uideri iracundiam, quæ à nuru ita offensa sit. Tibi in manu est ne fiat.] Hoc oppositum quod minime uult Pamphilus uideri, & quod prodest socero. Si sanus sies, iube illam redire.] Pro, si sanus es. nam aliter, Iubeas dicere debuit. Si sanus sies. Bene pa-
Non est consilium ter suprà, iram dixit: nunc insaniam significat inesse Pamphilo. Si sanus sies. Non ergo cui pa est, cui ut redeat iubere potest. Non est cõsilium.] Durius erat, nolo reducere. ergo hoc lenius dixit. Matris seruibo commodis.] Hoc uerbo necessitatem, qua cogatur, ostendit.

Quo abis?] Factum Pamphili ex patris uerbis ostẽditur, quòd discessit. & bene. nam ulterius præsente patre resistere durum fuit. Mane inquàm, quò abis?] Bene, quò abis. quia patrem deseris & uxorem. Quæ hæc est pertinacia?] Sicut decuit socerum. & subindignatur, quia coràm sibi fit contumelia. Dixin Phidippe.] Artificiosè Laches, ut minus mireꝫ & minus indignetur socer, irasci Pamphilum dicit: quando & prædictũ est, & sic oportuit.

Dixin Phidippe hanc rem ægre laturum esse eum? Renouauit uerba sua eidem personæ. nam ita dixerat. Neq; adeò me clam est, quàm esse eum grauiter laturum credam. Hoc si re sciuerit. Quamobrem te orabam ut filiam remitteres.] Inuidiosè aduersum Phidippum: tanquam in illo sit unde se purget, & non accuset Pamphilum. Adeò inhumanũ fore.] Be-
Adeò ne, quasi iratus, inhumanũ esse inquit. Non credidi ædepol adeò. Potuit enim dicere, Non credidi inhumanum fore: sed acerbe addidit Adeò. Ita nũc is sibi me.] Sibi & me, magno pondere legendũ est utrunq; pronomen: ut, Cantando tu illum? Id est, genero socerum, uel Pamphilo Phidippum, uel si quid tale inueneris. Supplicaturum.] Parum est satisfactu-
Renumerare rum, supplicaturum addidit. Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat. Hoc rectè socer, nõ tam ut dotẽ recipiat, q; ut terreat, hoc dicit. Et renumeret proprie: quia dos, pecunia est. Et hic ἰδιωτισμὸς irascentis est, & exigentis debitum. Eat uerò mire dictũ, quasi ipse proficiatur, qui iubetur ire. & simul in hoc uerbo quasi renũtiatio charitatis est. Renumeret do-
Dos tem huc, eat. Terrorem repetẽdæ dotis ostendit, cum dicit, Renumeret dotem? simul cũ iniuria, Huc. & iracunde, Eat. Ecce autẽ tu quoq; proterue iracundus es.] Addendo Quoq;, nõnihil assensus est: quasi dicat, quo modo Pamphilus. Proterue iracundus es. Proterue,
Proteruus immoderate, & superbe, dictum est ideò, quòd proterat alium qui proteruus est. Nam proteruus est, qui dum alius obuius est, proterit: quod faciunt & tauri in appetitu coitus fœmi-

Contumax narum,in quas calent. Percontumax rediſti.] Proprie contumax dicitur contemptor potiorum. Percontumax rediſti huc nobis.Magnæ indignationis eſt,abſentes alloqui:ut alibi,O Aeſchine,pol haud paternũ iſtuc dediſti. Nobis Pamphile.] Nobis τῷ ἀπροσώπῳ. nam aut abiũdat:aut ſignificatu adiuuat pronuntiationẽ. *Decidet ira* Decidet iam ira.] Quaſi in ira ſit culpa,non,deponetur ira,inquit,ſed decidet. Quia paululum uobis acceſſit pecuniæ.] Facete:quaſi dicat,quia habetis unde dotem reddatis.aut:quaſi nullam cauſſam habeatis repudij,ſed ditiorem quæratis cõiunctionem. Quia paululum uobis acceſſit pecuniæ,ſublati ſunt animi.Et nõ,maior eſt factus Pamphilus.ſimul maiore ſtomacho,quod cũ labore celabat,aperte oſtendit. *Sublati animi* Sublati animi.Pro Elati,Sublati dixit.Et hoc proprie ferarũ eſt.ut Attollitq; animos:Pœnorum qualis in aruis Saucius ille graui uenantũ uulnere pectus, Tum demũ mouet arma leo,&c.Nã beſtiæ pro animi qualitate uel erigunt corpora, uel deponũt, ait Cicero. Etiam mecũ litigas?] Belle,& illũ ex inuidia iracũdiorem,& hoc ad ſe dicentẽ, quod propter Pamphilũ dicebat,effecit. Etiam mecũ litigas?Inuidioſe,quaſi iam cũ Pamphilo litigauerit. Deliberet,renuntietq; hodie.] Ferocius quàm ſocerum deceret:attamen mature,quod deliberet dixit. Vt alij,ſi Huic non ſit,fiet.Magna fiducia conditionem filiæ aſſerit:quoniam iam ſi Pamphilus nolit,paratum alterum dicit eſſe. Si huic nõ ſit Subauditur Vxor.Sed dura dictu reticuit ut debebat. Phidippe ades.] Nomine appellat: quod facere ſolemus,iratos mitigare conantes. Poſtremo inter ſe tranſigãt.] Non enim hæc uotiua ſunt,quibus intereſſe delectet. Quando nec gnatus, neq; hic.] Inuidioſe, gnatus: & Non obtemperant.& Hic non familiariter dictũ,quaſi ab irato. Quæ dico, paruipendũt. Quia obtemperamus etiam tacitæ uoluntati. Porto hoc iurgium ad uxorem: cuius,&c.] Bene rurſus in errorem reditur:ne quæ uera ſunt,contra fabulæ propoſitum cognoſcãtur. Porto hoc iurgium.Porto,quaſi aliquid magnum. Cuius hæc fiunt conſilio omnia.] Non tranſacta obijciuntur uxori,ſed quæ nunc aguntur. Conſilio.] Vtrum diſpoſitione? an ὑποψίᾳ eſt in male conſulentem? Atq; in eam hoc omne quod mihi ægre eſt.] Non quod iraſcor,ſed quod mihi ægre eſt,dixit. Euomam.] Bene:quia ægritudinem ſolet uomitus releuare.ſic Cicero cum dicit,Quæ quidem n u q t p e f q p.

ACTVS IIII SCENA I

Trochaici & Iambici octonarij catalectici & acatalectici mixti.

MYRRHINA. PHIDIPPVS.

M. PERII, quid agã? quò me uortam? quid meo uiro reſpondebo
Miſera? nam audiſſe uocem pueri uiſus eſt uagientis.
Ità corripuit derepente tacitus ſeſe ad filiam.
Quòd ſi reſciuerit peperiſſe eã,id qua cauſſa clàm me habuiſſe
Dicam, non ædepol ſcio. *Iamb.dimeter*
Sed oſtium concrepuit.credo ipſum ad me exire.nulla ſum. *Troch.cat.*
P. Vxor ubi me ad filiam ire ſenſit,ſeduxit foras.
Iamb.catal. Atq; eccam uideo.quid agis Myrrhina? heus,tibi dico. M.mihi ne,mi uir.
P. Vir ego tuus ſum? tu uirum me,aut hominem deputas adeò eſſe?
Nam ſi utrumuis horum,mulier,unquam tibi uiſus forem, *Troch.cat.*
Nõ ſic ludibrio tuis factis habitus eſſem. M.quibus? P.at rogitas? *Iãb.cat.*
Peperit filia.hem,taces ex quo? M.iſtuc patrem rogare eſt æquum?
Perij:ex quo cenſes,niſi ex illo,cui data eſt nuptum obſecro? *Acat.*
P. Credo,neq; adeò arbitrari patris eſt aliter.ſed demiror *Acat.troch.*
Quid ſit,quamobrem tantopere hunc omnes nos celare uolueris *Iamb.cat.*
Partum:præſertim cum & rectè,& tempore ſuo pepererit.

Adeón'

Adeón' peruicaci eſſe animo,ut puerum præoptares perire, *Troch.acat.*
Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam poſthac ſcires:
Potius,quàm aduerſus animi tui libidinem eſſet cum illo nupta?
Ego etiam illorum eſſe hanc culpam credidi,quæ te eſt penes.
M. Miſera ſum. P.utinam ſciam ita eſſe iſtuc.ſed nunc mihi in mentem uenit,
Ex hac re quod locuta es olim,cum illum generum cepimus.
Nam negabas nuptam filiam tuam poſſe te pati
Cum eo,qui meretricem amaret.qui pernoctaret foris.
M. Quamuis cauſſam hunc ſuſpicari,quàm ipſam ueram,malo.
P. Multo prius ſciui,quàm tu,illum amicam habere Myrrhinam.
Verum id uitium nunquam decreui eſſe ego adoleſcentiæ:
Nam id omnibus innatum eſt.at pol iam aderit,ſe quoq; cum oderit.
Sed ut olim te oſtendiſti eandem eſſe,nihil ceſſauiſti uſq; adhuc,
Vt filiam ab eo abduceres:neu quod ego egiſſem,eſſet ratum.
Id,nunc res indicium hæc facit,quo pacto factum uolueris.
M. Adeóne me eſſe peruicacem cenſes,cui mater ſiem,
Vt eo eſſem animo,ſi ex uſu eſſet noſtro hoc matrimonium? *Troch.octo.catalecticus*
P. Túne proſpicere,aut iudicare noſtram in rem quod ſit,potes?
Audiſti ex aliquo fortaſſe,qui uidiſſe eum diceret
Exeuntem,aut introeuntem ad amicam.quid tum poſtea,
Si modeſtè ac rarò hoc fecit? nónne ea diſſimulare nos
Magis humanum eſt,quàm dare operam id ſcire,qui nos oderit?
Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe derepente auellere,
Qui cum tot conſueſſet annos:non eum hominem ducerem,
Nec uirum ſatis firmum gnatæ. M.mitte adoleſcentem obſecro,
Et quæ me peccaſſe ais.abi,ſolum ſolus conueni.
Roga uelit ne,an non,uxorem.ſi eſt,ut dicat uelle ſe,
Redde.ſin eſt autem ut nolit,rectè conſului meæ.
P. Si quidem ille ipſe non uolt,& tu ſenſiſti eſſe in eo Myrrhina
Peccatum:aderam,cuius conſilio ea par fuerat proſpici.
Quam ob rem incendor ira,eſſe auſam facere hæc iniuſſu meo,
Interdico,ne extuliſſe extra ædeis puerum uſquam uelis.
Sed ego ſtultior,meis dictis parêre hanc qui poſtulem.
Ibo intrò,atq; edicam ſeruis,ne quoquam efferri ſinant.
M. Nullam pol credo mulierem me miſeriorem uiuere. *Iamb.acat.*
Nam ut hic laturus hoc ſit,ſi ipſam rem ut ſiet,reſciuerit,
Non ædepol clam me eſt:cũ hoc,quod leuius eſt,tam animo iracũdo tulit.
Nec qua uia ſententia eius mutari poſſit,ſcio.
Hoc mihi unum ex plurimis miſeriis reliquum fuerat malum:
Si puerum ut tollam cogit,cuius nos qui ſit neſcimus pater.
Nam cum compreſſa eſt gnata,forma in tenebris noſci non quita eſt,

Neq; detractum ei tum quidquam eſt, qui pòſt poſſit noſci qui ſiet.
Ipſe eripuit ui, in digito quem habuit, uirgini abiens annulum.
Simul uereor Pamphilum, ne orata noſtra nequeat diutius
Celare, cum ſciet alienum puerum tolli pro ſuo.

PEriſ, quid agam?] Mire in hac ſcena iterum rixa eſt ſenis atq; anus: & tamen uarie & alio modo, ut mores inter ſe diuerſos, & tamen notos poſſimus agnoſcere. Periſ, quid agam? Hæc proloqui oportet Myrrhinam: ut ex eius perſona reminiſcatur ſpectator geſtæ rei: ſimulq; ex huius perſonæ uerbis, quid agat altera perſona, monſtretur. Nam perſcrutari Phidippum uniuerſa conclauia: & ire per totam domũ cognito partu filiæ ſuæ, apparet ex præſentibus dictis. Periſ, quid agam? Singula ita pronuntiat, ut perturbatam oſtendas. Quid agam? Quò me uertam?] Figura διαπόρησις, apta turbatis. Nam audiſſe uocem pueri uiſus eſt uagiẽtis.] Virgilius, Continuo auditæ uoces, uagitus & ingens, Infantumq; animæ flentes in limine primo. Et eſt ὑπαγωγὴ ἐκ παιδοποιΐας. nam uox ipſa ſic eſt, ut quaſi uagitus ſæpius ſonet. Pueri uiſus eſt uagiẽtis.] Proprie dixit uagitus. & infantium eſt. Viſus eſt. Quo modo, Audire uocem uiſa ſum modo
Derepente militis. Ita corripuit derepente.] Raptim intulit. Et, derepẽte, una pars orationis eſt: ut de
Defeſſus feſſus. aduerbijs enim præpoſitiones ſeparatim nõ addunt. Derepẽte. ὑφ' ἑν. Nam ſi ſeparaueris, non eſt latinũ derepente. Quod ſi.] Quòd, pro nam, aut itaq; ſed & nos in huiuſmodi ſignificatione ſic dicimus. Quod ſi reſciuerit.] Scimus manifeſta, Reſcimus occulta. Id qua cauſſa.] Id, hoc ipſum, peperiſſe eam. Non ædepol ſcio.] Ideo quia uera cauſſa
Reſcio dici non poteſt. Sed oſtiũ concrepuit.] Plus eſt quàm crepuit, nam Con modo auctiuum
Concrepuit eſt. Ad me.] Bene ad me, quaſi litigaturũ. Vbi me ad filiam ire ſenſit.] Hoc ante rem. & ſimul argumentum delicti eſt, quòd exijt à filia marito ingreſſo mulier. Vxor ubi me ad filiam. Mirantis eſt geſtus & dictum. Seduxit foras.] Ordo, duxit ſe. Et uerbis uſus eſt intra domeſticos parietes, artis. ὑφ' ἑαυτὸν ἀφῆκε ſeduxit pro abijt. Atq; eccum uideo.] Apparet mulierem fugere, & uiri auerſari præſentiam. & ideo hoc ſeparatim pronuntiandum.

Heus tibi dico.] Oſtendit Myrrhinam auertentem ſe: quaſi nihil inueniat quod dicat de filia. Mihi ne mi uir? Sic & in Andria, Nihil reſpondes? cum turbatum ſe oſtendit Dauus.
Vir Vir.] Ad maritalem conditionem retulit, non ad ſexum, ut Virgilius in Bucolicis, Vir gregis ipſe caper. Tu uirum me.] Accuſatio ab increpatione incipiens. Aut hominem.] ἀῤῥησία peruerſa. Adeò autem abundat. Virgilius, Tuq; adeò, quem mox quæ ſint habitura deorum Concilia, incertum eſt. Nam ſi utrumuis horum.] Vir aut homo. Mulier unquam tibi uiſus forem.] Acerbe mulier, ut ſuprà, Tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem, non hominem putas. Quibus.] Callide mulier, & quaſi nullius culpæ cõſcia, Quibus dixit, Et quibus, factis ſcilicet. At rogitas?] Bene iraſcitur interrogãti. nam interrogare quæ ſciat, impudentiæ eſt. Hem taces?] Non taces nunc: ſed taces, celas. Ex quo?] Bene ex quo, quia argumentum impudicitiæ eſt, puerperium taciturnum. Peperit filia.] Propoſitio criminis. Iſtuc patrem.] Mira calliditas, Rea mulier hoc ſolo defenditur quòd accuſat. Periſ, ex quo cenſes.] Mire additum ad affectum, periſ. Obſecro iſtuc patrem rogare eſt æquum? Ex ſua interrogatione accuſauit accuſatorem. Niſi ex illo cui data.] A uerisimili argumentum. Niſi ex illo cui data eſt nuptum. Solutio criminis per fiduciam reſpondentis. Salluſt. Ità fiducia, quàm argumentis purgatior es. Credo, neq; adeò arbitrari.] Ab accuſatione maritus ad defenſionem ſui conuerſus, omiſit quod cœperat. Sed demiror quid ſit.] Mollior factus, iam nõ iraſcitur, ſed miratur. Adeò uides Phidippũ nulla re alia, q̃ mulieris correptione lenitum. Quamobrem tantopere.] Alia intentio criminis.

Omnes nos celare uolueris.] Recte: quia putat & Pamphilũ eſſe celatũ. Præſertim cum & recte & tempore ſuo peperierit.] Vide, duæ cauſſæ ſunt celandi partus. ſi non tempore ſuo uenerit, quod indicium ſtupri eſt: Et ſi nõ recte euenerit: hoc eſt, monſtri aliquid natũ fuerit.
Demiror Hic autem & tempore ſuo, & recte natum prædicat. Demiror.] Valde miror: quod minus eſt quàm iraſcor. Præſertim cum & recte. Attulit mulieri compendiũ credulitas ſenis ſemel correpti, ne aliter ſuſpicetur. Omnes nos celare uolueris. Antiqua locutio, illam rem celo te. Præſertim cũ & recte, & tempore ſuo. Recte ad illud pertinet, quòd non mõſtrum peperit. Tempore ſuo, Ad ſpatiũ quo prægnãtes eſſe cõſueuerunt, id eſt ad menſiũ dinume-
Peruicax rationem: quia & ſeptimo menſe naſci ſolent. Adeon' peruicaci eſſe animo.] Inuectio.

Vt puerũ præoptares perire.] Ab ætate infantis, inuidia. Adeò peruicaci eſſe. Peruicax eſt perſeuerans cum quadam ui. Ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam poſt hac ſcires.] Ab accidentibus, inuidia. Et bene additur Scires: quia imprudẽtia in delicto ueniam

frequenter extorſit. Potius, quàm aduerſum animi tui libidinem.] A uoluntate peccãtis, inuidia. Animi tui libidinem dixit, ut minima cauſſa magnis ſceleribus ſubiecta eſſet. Eſſet cum illo nupta.] Antiqui non, illi nupta, ſed, cum illo nupta. Ergo ambo ſibi inuicem nubunt. Ego etiam illorum eſſe hanc culpam. Bene, etiam illorum. non enim hoc ſe erraſſe ait, quòd illorum putauerit culpam, quæ minus eſt: ſed, etiã illorum: ut cõmune peccatum fuerit. ſed nunc quidem totum credit eſſe Myrrhinæ. An Etiam pro adhuc, ut maior ſit dolor, qui nec opinãti acciderit? Vtinam ſciam ita eſſe iſtuc.] Te miſeram eſſe. Alibi, Miſerũ, quem minus credere eſt. Et erit ſenſus, Vtinam uere ſis miſera. Vtinã ſciam iſtuc eſſe. Hoc quidam ſic accipiũt, quaſi Phidippus dicat, Penes te culpa eſt, quã illorum eſſe credebam: & utinam quod credo, penes te eſſe culpam, ita non eſſe certo ſciam. quia dixit, ſe miſeram: & miſeros non niſi innocentes dicimus. Ille enim hoc reſpondet, Vtinam in hoc negotio miſeram te, non ſceleſtam reperiam. Sic Salluſtius, Atq; ea cogẽtes, non coactos: ſceleſtos magis, q̃ miſeros diſtringi. Et ideò ſequitur, Sed nunc mihi in mentem uenit.] Argumẽtum ex antecedentibus dictis & factis. Nunc mihi in mẽtem uenit.] Recte nunc: quaſi aliàs nihil ſuſpicanti. Quod locuta es olim.] Pro ante. Cum illum generũ cepimus.] Vt arbitrum capere dicimus, id eſt eligere. & cum laude locutus eſt Pamphili. Cepimus. Elegimus. Virgilius, Ante locum capies oculis. Cum eo.] Viro. Qui meretricem amaret: qui pernoctaret foris.] Non in hoc eſt accuſatio, quòd hæc locuta ſit, ſed argumentum eſt quòd celare uoluerit partũ, quæ hoc Olim dixerit. Ac pernoctaret.] Propter illud quod dixerat, Quid intereà ibãt ne ad Bacchidem? quotidie. Et nota familiariter hoc uerbum poni à Terentio. Sic in Adelphis, Sed ſi hic pernocto, cauſſæ quid dicam Syre? Quamuis cauſſam.] Hoc propter ſpectatorem dicitur, ut geſtorum meminerit. Quã ipſam ueram.] Quia ſola ex omnibus defendi non poteſt. Multo prius ſciui, quàm tu.] Bene pergit: quia taciturnitas pro confeſſione accepta eſt. Verum id uitium.] Hoc intelligi non poteſt, niſi uitium bis numero ſubaudieris. Adoleſcentiæ.] Melius dixit adoleſcentiæ, q̃ Pamphili: ut quod in ætate fuerat, non timeret in ingenio. Nam id omnibus innatum eſt.] Amare in adoleſcentia.

Nupta cum illo

Etiam

Miſer

Nunc

Olim

Capere

generum

Capere

arbitrum

Pernocto

At pol iam aderit ſe quoq; cum oderit.] Mire ſenectutem accuſat ſenex, cum & uelocem oſtendit his uerbis Iam aderit: & addit, Se quoq; oderit, quaſi dicat, Non ſolum nõ amabit, ſed & odio habebit: & non alienas mulieres modo, nec uxorem quoque, ſed etiam ſeipſum. Plus ergo illatum, quàm ratio depoſcebat: ſed mire ad affectum ſenis exprimendum. Se quoq; cum oderit. Id eſt ut pœniteat eum ſui facti. Sed plus dixit quàm ſi diceret, facta ſua.

Sed ut olim te oſtendiſti.] Cum ſuperiora dicta ſunt. Vt filiam ab eo abduceres.] Vehemẽtius dixit, quàm ſi diceret ut filiam ei non redderes. Neu quod ego egiſſem, eſſet ratũ.] Quòd ab eo abducis, non bona ſocrus: quòd filiam, nõ bona mater: quòd irrita facis quæ geſſi, non bona uxor es, inquit. Nunc res indicium facit.] Hoc eſt, quòd celauiſti partum. Id, nunc res. Quaſi dixerit, unde ſcio. Quo pacto factum uolueris.] Non ſolum quod fecit, ſed etiam quod uoluit, obijcit. Quo pacto factum uolueris. Deeſt, fieri. Peruicacem.] Per uim agentem, pernicioſam me eſſe cenſes. Cui.] Deeſt, ei, uel circa eam. Cui mater ſiem.] Rurſus à uerisimili: an mater contra filiam faciat. Si ex uſu eſſet hoc matrimonium.] Callide mulier, ex his quæ dixit ſenex defenſionẽ arripit. Nam ille ſic ait, Negabas poſſe filiam tuam te pati cum eo qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris. Ex uſu noſtro. Modò, utile: ſi pro noſtra eſſet utilitate. Tu'ne proſpicere.] A perſona. Aut iudicare.] Proſpicere futura: iudicare præſenta. Audiſti ex aliquo fortaſſe.] ἱκανῶς ſatis, & oratorie. Aliquo. Non à certa perſona. Bene aliquo: ademit indicibus autoritatem. Qui uidiſſe eum diceret.] Non, qui uidiſſet Exeuntem aut introeuntem.] Sic Cicero, Tibi autem Balbe reſpondebo: primum precario, ſi licet, ſi fas eſt defendi à me eum, qui in hortis fuerit, qui unguenta ſumpſerit, qui Baias uiderit: Non enim dixit, Amplectentem amicam.

Ex uſu

Proſpicere

Iudicare

Aut introeuntem. σόλυψις prima. In ludum ducere & reducere. Exeuntem aut introeuntem. * mollis eſt: quia luditur de ſequentibus ad amicam ἐξεδικησμὸς crimis, de conſuetudine. Quid tum poſtea?] ἰλαροσμὸς quo contemnimus crimina leuiora. Si modeſte.] Adhibito modo: uel certe cum pudore ac modeſtia: ut celatum uoluerit. Nonne ea diſſimulare nos.] Duobus modis feruntur peccata: uel ignoſcendo, uel, cohibendo. Modo diſſimulare, eſt ignorantiam fingere. Magis humanum eſt.] Bene, quia & illud humanum diſſimulare. an magis humanũ diſſimulare: quia & iraſci, & arguere humanum eſt? Magis humanũ. Nota, pro humanius, Terentiano more. Qui nos oderit? Qui, unde uel quamobrem. Et recte. nemo enim dolens quòd non ametur, id facit quo magis odio ſit. Nam ſi is poſſet ab ea ſeſe derepente auellere.] Oratorie nõ contentus defendiſſe Pamphilum, hoc ipſo illum, quo accuſatus eſt, laudat. Derepente. Vna pars orationis eſt.

Quid tum poſteaq;

Modeſte

Diſſimulare

Qui cum tot conſueſſet annos.] Laudat ubique eos Terentius, qui conſuetudine uincuntur

cuntur. ut alibi, Hic paruæ cõsuetudinis causſa, huius mortem tam fert familiariter. Et
Consuesco mox, Vt neq; me consuetudo, neq; amor, neq; pudor commoueat, neq; commoneat, ut ser-
uem fidem? Ergo ferus quem longa consuetudo non commouet. Qui cum tot consue-
ſet annos. Non qua cum, ſed qui cum: ut à quibus, & non à quis. Et cõsueſſe proprie dici-
tur in ſtupro. Non eum hominem ducerem.] Non ſolum, inquit, homo nõ eſſet, id quod
forſitan nihil noſtra intererat: ſed quod nobis maximum eſt: uir ſtabilis filiæ eſſe nõ poſſet.
Vir Nec uirum.] Vir modo, maritus. Non eum hominem ducerem, nec uirũ ſatis firmum
gnatæ. Poteſt & ſic intelligi, Non eum hominem ducerem, qui conſuetudinem longi tempo-
ris temere abrumperet. Nec uirum ſatis firmum gnatæ. Quem res uenereæ non moue-
rent. nam firmum etiam hoc poſſumus intelligere, ualidum in officio coitus. Sic Horatius,
Fortiq; marito Deſtinet uxorem. Mitte adoleſcentem obſecro.] His uerbis ſolemus com-
mentitia argumenta cõtemnere. ut, Miſericordia animos maternos his natos. Et alibi, Mit-
to omnia. adde iſtuc. * Imprudens timuit adoleſcẽs: ſino. tu ſeruus. Verum &
cætera. Etenim ille dixerat, Verum id uitium, nunquã decreui eſſe ego adoleſcẽtiæ. Adeon'
peruicaci eſſe animo, ut puerum præoptares perire potius, quàm aduerſus animi tui libidi-
nem eſſet cum illo nupta? Et quæ me peccaſſe ais: abi: ſolus ſolum cõueni.] Recte hæc di-
cit mulier, utpote memor quòd cum Pamphilo ſit locuta. Et ſolus ſolum ideò, quia metuit,
ne orata ſua non ſeruet Pamphilus: & ideò multi ſciant. Roga, uelitne annon, uxorem.]
Verba quibus cum Pamphilo loquatur ſocer: ne ſi aliter agat, reſpondeatur à genero. Re
cte conſului meæ.] Illum, inquit, nolle, ſignum erit me prouidiſſe filiæ. Si quidem ille ipſe
non uult, & tu ſenſiſti.] Animaduertendum, quemadmodum omnia quibus ſe defenderit
Myrrhina, in malam partem accipit Phidippus: & hinc magis accuſat unde illa ſe purgat.
Cuius conſilio ea par fuerat proſpici.] Non dixit cuius conſilio repudium daretur Pam-
philo. ità ad unum omnia exitum ſpectant. Eſſe auſam facere hæc iniuſſu meo.] Abduce-
Edico re filiam, celare partum, exponere puerum. Interdico.] Inter edico & interdico hoc inter-
Interdico eſt: Edicimus, quod iubemus fieri: Interdicimus, quod uetamus fieri. Edicimus etiam uni
generi hominum: Interdicimus diuerſis. Itaq; Prætoris edicta, & interdicta dicuntur. Inter-
dico, ſeparatim dicẽdum, legendumq; : quia interdico ne uelis, non eſt integrum. Interdi
co. ne Extuliſſe extra ædes.] Id agitur, ne ſub incerto intercipiatur puer: & tragœdia fiat, ex
comœdia. Meis dictis parere hanc poſtulem. Demonſtratiue & accuſatorie dixit Hanc,
quaſi tam contumacem. Hanc qui poſtulem. Quid eſt hanc? utrum mulierem? an uxo-
rem? an contumacem fœminam? Ibo intro.] Sibiſpſe hoc dicit ὡς ἰδιολογῶ Edicam ſer-
uis, ne quoquam efferri ſinãt.] Et hoc rectè Poeta: quia ita opus eſt ne compleat Myrrhina
quod promiſit de exponendo puero. Ait enim, Dein continuo exponetur. Nam ut hic la-
turus hoc ſit.] Sic oſtenditur cauſſa, cur perpetuo celandum ſit ſeni uitium uirginis. Nam
ut hic. Quantum iracundiæ habiturus ſit, quãtum furoris. hoc enim ſignificat Vt. & ſimul
Poeta, quod alibi obſcure facit, hic aperte demonſtrat, quod periculum ſit in fabula, ni τὰ
παρόντα ſuccurrat. Non clam me eſt.] Id eſt ſcio. Nec qua uia ſententia eius mutari poſ-
ſit, ſcio.] Neſcio quo modo ex iracundo placidus fiat. Sententia eius. De puero non expo
nendo. Hoc mihi unum.] Hoc adhuc, inquit, malum non mihi euenerat, cum euenerint
multa. Et uide, an Si puerum ut tollat cogit, quaſi cum gemitu & percontatiue pronuntian-
dum ſit. etenim Si, obſcuram locutionem facit: niſi forte Cum uel Quod ſignificat. Hoc
mihi unum ex plurimis miſeriis reliquũ fuerat malum. Ex omnibus malis reliquum cum
dicat, maximum malum ſignificat. Nam non mediocre eſt, quod omnium miſeriarum eſt
ultimum, & inter mala multa reliquum. quod ſic accipimus. Poſſumus & nos interrogati-
ue pronuntiare. Puerum ut tollam, cogit. Recte tollam. quæſtio, unde ſit. Forma in te-
nebris noſci non quita eſt.] Ab actiuo queo, paſſiuum fecit queor, retinendo participium:
quita eſt. ſed antique dixit. Neq; detractum. Solet enim fieri. Ipſe eripuit.] Hic ad ex-
itum ſpectat παρασιτὴ quia per annulum fiet cognitio. Ipſe eripuit. Econtrario, inquit, fa-
ctum eſt, ipſa ut non eriperet, ſed ipſi eriperetur. Simul uereor Pamphilum, ne orata no-
ſtra.] Scilicet ſi ſuſtulerimus cogente ſene, eum puerum, quem expoſitum iri Pamphilo
pauloante promiſi. Cum ſciet alienum puerum tolli pro ſuo.] Non ſolum, inquit, tolli
ægre feret alienum, uerum etiam pro ſuo.

ACTVS IIII SCENA II

Iambici quadrati acatalectici.

SOSTRATA. PAMPHILVS

S. NON clam me eſt mi gnate, tibi me eſſe ſuſpectam, uxorem tuam
Propter meos mores hinc abiſſe, etſi ea diſſimulas ſedulò.
Verum ità me Di amẽt, itaq; obtingant ex te quæ exopto mihi,
Vt nũquam ſciens commerui, meritò ut caperet illa odium mei.
Teq; antè quàm me amare rebar, ei rei firmaſti fidem.
Nam mihi intus tuus pater narrauit modò, quo pacto me habueris
Præpoſitam amori tuo. nunc tibi me certum eſt contrà gratiam
Referre: ut apud me præmium eſſe poſitum pietatis ſcias.
Mi Pamphile hoc & uobis, & meæ commodum famæ arbitror.
Ego rus abituram hinc cum tuo me eſſe certò decreui patre,
Ne mea præſentia obſtet, neu cauſſa ulla reſtet relliqua.
Quin tua Philumena ad te redeat. PAM. quæſo, quid iſtuc conſilij eſt?
Illius ſtultitia uicta, ex urbe tu rus habitatum migres?
Non facies: neq; ſinam, ut qui nobis mater maledictum uelit,
Mea pertinacia dicat eſſe factum, haud tua modeſtia.
Tum tuas amicas te, & cognatas deſerere, & feſtos dies
Mea cauſſa nolo. S. nihil iam mihi iſtæc res uoluptatis ferunt.
Dum ætas, tempus tulit, perfuncta ſatis ſum. ſatiãs me iam tenet
Studiorum iſtorum. hæc mihi nunc cura eſt maxima, ut ne cui mea
Longinquitas ætatis obſtet, mortém ue exoptet meam.
Hic uideo me eſſe inuiſam immeritó. tempus eſt concedere.
Sic optimè, ut ego opinor, omneis cauſſas præcidam omnibus.
Et me hac ſuſpicione exoluam. & illis morem geſſero.
Sine me obſecro hoc effugere, uolgus quod male audit mulierum.
P. Quàm fortunatus cæteris ſum rebus, abſq; una hæc foret,
Hanc matrem habens talem, illam autem uxorem. S. obſecro mi Pamphile,
Non tute rem incommodam, ut quæq; eſt, in animum inducas pati.
Si cætera ſunt ità ut tu uis, itaq; ut eſſe ego† illam exiſtimo. *al. illa*
Mi gnate da ueniam hanc mihi reduce illam. PAM. uæ miſero mihi.
S. Et mihi quidem. nam hæc res non minus me male habet, quàm te gnate mi.

NOn clam me eſt.] In hac ſcena, uelut qualitas negotialis in diſputationem uenit: iuſtùm ne ſit repudiari coniugem cauſſa matris: & omnino quid fieri debeat.
Non clam. Vero ordine à purgatione ſui incipit mater abitura: ne quòd diſce
dit, iracundiæ uideatur. Tibi me eſſe ſuſpectam.] Id eſt, in ſuſpicionẽ ueniſſe. *Suspectus*
Vxorẽ tuã propter meos mores hinc abiſſe.] Blandius uxorem ſignificauit: *Mores*
quàm ſi diceret Philumenam. Et Mores, propriè ſenum dicuntur: unde ſenectus moroſa: & *Morosi*
moroſi homines, qui ſui cuiuſdã moris ſunt. Et ſi ea diſſimulas ſedulò.] Ea, id eſt quæ ſcio *homines*
& ea, pro Eam rem: ſed abſolutè occurrit ſuprà latæ ſententiæ, & genere neutro. & eſt ordo:
etſi

etsi ea dissimulas sedulo:non clam me est,&c. Verum ita me Dij ament.] Coniectura quæ soluitur iureiurando. Nunquam sciens commerui.] Bona exceptio: quia possumus aliquem inscienter lædere.quæ res ad ueniam pertinet. Itaq; obtingãt ex te.] Pro se iurat,& ita rem Pamphilo probat,ut blãda sit. Itaq;.] Duæ partes orationis. Vt nunquã sciens. *Ita,ut* Hic ordo est iusiurandi: ut cum præposuerit Ita, sequatur Vt. Cicero, Ita uelim mihi deos propitios,ut cum illius temporis mihi uenit in mentem,&c. Merito ut caperet odium illa mei.] Bene dixit merito.nam ut nos immerito quis non oderit,non est in nostra manu. hæc est exceptio.Plautus in Trinummo, Quin dicant,non est:merito ne dicant,id est. Merito ut caperet odium illa mei.Id enim est culpa sine merito. Teq; antequam me.] Deest tamen ut sit ordo,Et quàm te amare me rebar:tantum firmasti fidem ei rei. Teq; antequam me amare rebar,ei rei firmasti fidem.Ordo & sensus hic est,Et quod antè rebar,ei rei firmasti fidem meam:neque me fefellit,quod ante rebar,te me amare.nam ei rei firmasti fidem, id est probationem attulisti. Nam mihi tuus pater.] Dixit enim suprà, Atq; in eam hoc omne quod mihi ægre est,euomam.potuit enim euomendo narrasse quòd matrem filius præposuisset uxori. Tuus pater.] Familiarius quàm si diceret,Laches. Præpositã amori tuo.] Plus dixit,amori tuo,quàm si,uxori tuæ,diceret. Vt apud me præmium esse positum pietatis scias.] Laborat mulier,ne quod dictura est:odio,aut dolore, aut certe ira facere uideatur. Præmium esse positum pietatis.Sic Virgilius,Hic pietatis honos,sunt hic sua præmia laudi. Mi Pamphile,hoc uobis & meæ commodum.] Rem duram dictura: uide quantis præblanditur uerbis,remq; præmolliat,Nunc tibi me certum est contrà gratiam. Contrà nunc uicissim. Et meæ commodum famæ.Ab honesto. Mi Pamphile,hoc uobis & meæ. Principium hoc aliquid est precantis fœminæ.A blandimento ergo incipit,ut libenter audiat. Ego rus abiturã hinc cum tuo me esse certò decreui patre,] Certò dixit,ne sit dissuadendi locus. Cum tuo me esse certò decreui.Ad hoc addidit,certo decreui:ut non audeat dissuadere filius. Ne mea præsentia.] Nõ dixit iam culpa,sed præsentia. Quid istuc consilij est?] Bene:quia illa Decreui dixerat. Illius.] A persona. Stultitia.] A caussa. Victa.] Non enim uolens. Vrbe.A loco. Tu.] A persona. Habitatum.] A facto. Illius stultitia uicta,ex urbe tu rus habitatum migres?Vide quàm oratorie omnia congesserit, à personis, à caussis,à locis,à factis. Illius stultitia.Ab utili.Mire autem,& Rus,& Ex urbe,& Habitatum,dixit. Vt qui nobis mater maledictum uelit.] Ab honesto. Non facies,neque sinam.] Primo,non facies:deinde,si facere perseueraueris, non sinam. Et, non facies:non est interdicentis,sed quasi dicat,scio te non facturam rem tam prauam. Sunt autem qui neque Sinam iungant interioribus,sunt qui totum contexte legant,Non facies, usq; Modestia.

Mea pertinacia esse dicat factum.] Bene retinet,cum uult sua interesse ne fiat. Tuas amicas te.] In dissuadendo commiscuit & honestatem & utilitatem. Mea caussa nolo.] Non est superbum nolo:sed consuetudine dicitur, Nihil iam mihi istæc res.] Contra omnia.Et ab ultimis incipit. Istæc res.Amicæ,cognatæ,dies festi. Dum ætatis tempus tulit.] *Dum tempus tulit* Tulit pro passum est,permisit.& in bonis enim,& in malis dicitur. Dum ætatis Tempus tulit,perfuncta satis sum.] Si,inquit,meæ uoluptatis caussa exercenda sunt, iam non delectant:si officij ac religionis,iam non possum,quæ sim anus.Necessaria diuisio: quia ille & religionem incusserat festorum dierum. Dum ætatis tempus tulit.Nõ,inquit, reprehendar; quæ cum potuerim,perfuncta satis sum.Sic Virgilius,Sat patriæ,Priamoq; datũ: Satias me iam tenet.] Nimis materne atq; aniliter. Hæc mihi nunc cura est maxima.] Hoc nimis serio pronuntiandum.Et Ne cui odiose,ne Tibi diceret. Vt ne cui meæ Longinquitas ætatis obstet. Hoc ad nurum: expectationem ad filium refert. hinc enim odio digni parentes, expectati appellantur. Lõginquitas ætatis obstet,Mortẽ ue meam. Cum sedulo agat socrus, ne quid per iracundiam statuisse uideatur: uide tamen ut intermisceat indignationem:& multa dolore deprompta sint:quod Poeta non inuitus facit,ad mores exprimẽdos, personasq; reddendas. Hic uideo me esse inuisam immerito.] Quia rus decreui pergere: non quasi nurum uitatura,sed locum.Et mire inuisam,& non addidit cui:sed dixit Tempus est concedere. Quia anus sum?an quia nurus in domo? Omnes caussas præcidam omnibus.] Bene omnibus:ne specialiter læsisset nurum.& generaliter dixit. Et illis morem gessero,] Mirè illis,non nurui.Et morem gessero, acriter dictum:ut ostendat hoc illos olim uoluisse ut expelleretur.ut si dicas,inimicum tibi morem gessisse,quòd se suspenderit Sine me obsecro hoc effugere.] Quia dixerat maritus eius,Omnes socrus oderunt nurus. Sine me obsecro hoc effugere. Potentissimum est ad extorquendum aliquid argumentum, cum illis quibus chari esse debemus, nostra caussa potius,quàm illorũ, dicimus uelle nos, aut nolle quod facimus.nam & Pamphilus suprà sic dixit,Non facies,neq; sinam. Quod male audit.] Suprà dixit.Ab honesto. Absq; una hæc foret.] Absq;,extra:ut sit aduerbiũ magis

magis,quàm præpositio.& una,Res subaudienda. Et totũ ἐν ὑποπτώσει. statimq; iungendum, Hanc matrem habens talem,illam autem uxorem. Vel certe,Absque foret,pro abesset. Alij Hac de uxore dici putant:ut Absq; sit præpositio. Non tute rem incommodam, ut quæq; est,in animum inducas pati.] Horatius,Durum,sed leuius fit patientia,Quicquid corrigere est nefas. Si cætera sunt.] Bene cætera,absq; uno dicenti. Itaq; ut esse ego illam existimo.] Quia potuit dici ei, O socrus, ergo dubitas de integritate nurus,addidit,Itaq; ut esse ego illam existimo. Da ueniam hanc mihi.] Mihi,propter quam putas non reducendam. Væ misero mihi.] Nec negat,nec promittit:sed ingemiscit,utpote qui penitus dolore commotus,æstum animi dissimulare non potest. Væ misero mihi.Nihil potuit pro rerum qualitate respondere,nisi ut ingemisceret. Et mihi quidem.] ἀχδος. quid enim,& mihi?an Hei:multa sic in usu nostro sunt.

ACTVS IIII SCENA III

LACHES. SOSTRATA. PAMPHILVS

L. QVEM cũ istoc sermonẽ habueris,procul hinc stãs accepi uxor.
Istuc est sapere,qui ubicunq; opus sit,animum possis flectere,
Quod faciundum fortasse sit pòst,idem hoc nunc si feceris.
S. Fors fuat pol. L.abi rus ergo hinc:ibi ego te, & tu me feres.
S. Spero ecastor. L.i ergo intrò,& compone quæ simul tecum
Ferantur.dixi. S.ità ut iubes,faciam. P.pater. *Senarius*
L. Quid uis Pamphile? P.hinc abire matrem?minime. L.quid ità istuc uis? *Iamb.cata*
P. Quia de uxore incertus sum etiã quid sim facturus. L.quid est? *Troch.cat.*
Quid uis facere,nisi reducere? P.equidem cupio,& uix contineo.
Sed non minuam meum consilium ex usu quod est,id persequar. *Mixtum Trochaicum cum Iamb.cata.*
Credo ea gratia concordes magis,si non reducam,fore.
L. Nescias uerum id tua refert nihil,utrum illæ fecerint, *Troch.cat.*
Quando hæc abierit odiosa hæc est ætas adolescentulis. *Iamb.acat.*
E medio æquum est excedere postremò iam nos fabulæ
Sumus Pamphile,senex atq; anus. *Dimeter Iamb.*
Sed uideo Phidippum per tempus egredi:accedamus. *Iamb.cat.*

QVem cum istoc sermonem habueris.] In hoc colloquio reconciliatio senum est post iurgium,mixta disputatione Pamphili,de nõ reducenda uxore. Procul.] Procul,nunc prope. Hic stans accepi uxor.] Accepi, audiui.Et modo,uxor: antè,mulier.& de uxore,Dij mala prohibeant. Istuc est sapere.] ἀ Istuc, exceptiue dictum: quasi cætera stulte fecerit.& simul stomachũ retinet quo reprehendat cætera. Qui ubicunq; opus est.] Qui pro quæ.interdum abundat. Animum possis flectere.] Modo non alienum animum,sed suum flectere. & unde flectere:à iurgio ad modestiam,ex concessione ex domo. Animum flectere. Ad hoc flectere animum dixit,ut ostenderet ne nunc quidem apud se purgatam Sostratam de præterita culpa. Quod faciundum sit fortasse post.] Hæc etiam sententia uideri potest generalis:& deest Ad id: ut sit, flectere ad id quod faciendum.Potest & absolute accipi. Quod pro quæ res facienda sit.

Quod pòst faciendum sit.Id est cõcedendum. & uim necessitatis hoc uerbum exprimit.

Fors fuat Fors fuat pol.] Fortuna faueat:quasi τῷ εὐφημισμῷ aduersus triste dictũ usa est.nam fors fortuna bona est.Et fuat,sit significat.dixerat enim ille,Quod faciendum sit pòst fortasse.

Fors fuat pol.Id est bona eueniat.quasi τῷ εὐφημισμῷ dicat.Bona dicito potius. An bona fortuna sit per Pollucem? Abi rus.] Hortantis est ad celeritatem. Virgilius, Ergo age chare pater,ceruici imponere nostræ. Ibi ego te,& tu me feres.] Non dixit,Ibi nos inuicem delectabimus:sed quia senex atq; anus est,ego te,& tu me feres,dixit.Et simul quia nuper incusauerat mores senũ,reuocare uult caussam absessionis suæ & ad filij culpam aut nurus.

Ibi ego te,& tu me feres.] Aut quia noti inter nos sunt mores nostri: aut quia utriq; una

ætas est.& sic pronũtia,quasi hoc ipsum necessitate decernat senex,cum dicit,Abi rus.Ergo hinc,Ibi ego te,& tu me feres,ipsa pronuntiatio querelam continet de filijs & senectute.

Spero ecastor.] Mire non confirmauit mulier: sed sperare se dixit,memor iurgij pristini, & senilis amaritudinis:maxime quòd & ille nõ dixit,ibi nobis iucunde erit:sed,ibi ego te & tu me feres. Ergo intro,& compone quæ simul tecũ ferantur. κωμικῶ χαρακτῆρι, & usu quotidiano,satisq; moraliter:quia Mulieres dum moliuntur, & dum comũtur, annus est. Dixi.] Denuntiatio est confirmandæ sententiæ,nec mutandæ:& translata est de foro & Causidicis.Cicero,Præco dixisse pronuntiat. *Dixi* Dixi.Hoc uerbum in fine additum superiora cõfirmat:& est propriũ his qui perorauerint caussam. Pater.] Ipsum nomen dehortationem significat,adiecta pronuntiatione. Pater.Sic,pronuntia, ut hoc uultuose dictum sit, Hinc abire matrem? Quid uis Pamphile?] Facete præsto Quid uis respondit. Qui ita istuc uis?] Rem suprà audiuit,& personam nunc caussam quærit.quasi dicat,Esto ut nolis: quid tantopere non uis? Incertus sum etiam quid sim facturus.] Non, quid faciam, dixit: sed, quid sum facturus:ut incerta molimina etiã uerbis posset ostendere. Quid est?] Et, quid ita istuc uis:&,quid est:eo uultu pronuntiantur, ut consilium eius & uerba uideatur contemnere pater. Quid uis facere,nisi reducere?] Sic loquitur Laches,ut aliud Pamphilus respondere non audeat.& ideo dicit,Equidem cupio,& uix contineo.Vt reducã scilicet.Adeò magna caussa est non reducendi,ut cum uelim non possim. Sed non minuam consilium meum.] Caute satis,Reducendi,inquit,cupiditas est:non reducendi consilium. Id persequar.Non sequar,sed persequar,ut constantiam demonstraret. Credo ea gratia concordes magis.Sententiose dixit,tunc posse inter se congruere & concordare mulieres,cum & illa esse defierit socrus,& illa nurus.hæc enim inter illas est dissidiosa coniunctio.& satis ingeniose dictum:Tolle enim inter mulieres proximitatem:& nulla caussa discordiæ est. Concordes magis. Non magis cõcordes,utrum pro minus discordibus dixit, an ut seruiret sententiæ? Nescias.] Vtrum cõcordes futuræ sint,an discordes. Verum id tua refert nihil.] Hoc uerbum ex aliqua parte confirmantis est & consentientis. Vtrũ illæ fecerint.] Vtrum *Vtrum* consentientes sint,an dissentientes. Vtrum.Vnum de duobus significat. Odiosa est hæc ætas adolescentulis.] Suprà in personam socrus culpam iratus contulerat discordiæ: nunc & uxori placatus,& nurui parcens,odiorum caussam à personis transtulit ad ætates: sed ita tamen,ut magis iuniores accusaret,ei de adolescentibus questus,cum miseratur senes.

Odiosa hæc est ætas.Hæc,cum gemitu pronuntiandum est. E medio æquum est excedere.] Vtrum ex urbe rus:an ex uita in mortem?Et satis moraliter.nam in medio stare dicitur superuacuus,uel molestus:Et cum stomacho dixit senili. Senex atq; anus.] Hæc duo cum nominauit caput indicat & inceptionem huiusmodi fabularum. Iam nos fabulæ sumus.] Senex atque anus. Pronuntia senex atque anus, quasi initium fabulæ. τῷ ἰδιωτισμῷ additum,Pamphile. Per tempus.] Opportune. *In medio stare*

ACTVS IIII SCENA IIII

PHIDIPPVS. LACHES. PAMPHILVS

PH. TIBI quoq; ædepol sum iratus Philumena *Senarij*
Grauiter quidem nam hercle abs te factum est turpiter,
Etsi tibi caussa est de hac re mater te impulit.
Huic uerò nulla est. L. opportunè te mihi
Phidippe in ipso tempore ostendis. PH. quid est?
P. Quid respondebo his? aut quo pacto hoc aperiam?
L. Dic filiæ rus concessuram hinc Sostratam.
Ne reuereatur minus iam quo redeat domum. PH. ah,
Nullam de his rebus culpam commeruit tua.
A Myrrhina hæc sunt mea uxore exorta omnia.
Mutatio fit ea nos perturbat Laches.
P. Dum ne reducam,turbent porrò quàm uelint.
PH. Ego Pamphile esse inter nos,si fieri potest,

Affinitatem

Affinitatem sanè hanc perpetuam uolo.
Sin est,ut aliter tua fiet sententia,
Accipias puerum. P. sensit peperisse. óccidi.
L. Puerum? quem puerum? PH. natus est nobis nepos.
Nam abducta à uobis prægnans fuerat filia,
Neq; fuisse prægnantem unquam ante hunc sciui diem.
L. Bene(ita me Di ament)nuntias,& gaudeo
Natum illum,& tibi illam saluam.sed quid mulieris
Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Nósne hoc celatos tam diu? nequeo satis,
Quàm hoc mihi uidetur factum praue,proloqui.
PH. Non tibi illud factum minus placet,quàm mihi Laches.
P. Etsi iandudum fuerat ambiguum hoc mihi:
Nunc non est,cum eam iam consequitur alienus puer.
L. Nulla tibi Pamphile hic iam consultatio est.
P. Perij. L. hunc uidere sæpe optabamus diem,
Cum ex te esset aliquis,qui te appellaret patrem,
Euenit.habeo gratiam Dis. P. nullus sum,
L. Reduc uxorem,ac noli aduersari mihi.
P. Pater si illa ex me liberos uellet sibi,
Aut se esse mecum nuptam:satis certò scio,
Non me clàm haberet,quæ celasse intellego.
Nunc,cum eius alienum esse à me animum sentiam,
Nec conuenturum inter nos posthac esse arbitror:
Quamobrem reducam? L. mater quod suasit sua,
Adolescens mulier fecit.mirandúmne id est?
Censen' te posse reperire ullam mulierem,
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt uiri?
PH. Vosmet uidete iam,Laches,& tu Pamphile,
Remissan' opus sit uobis,an reducta domum.
Vxor quid faciat,in manu non est mea.
Neutra in re uobis difficultas à me erit.
Sed quid faciemus puero? L. ridiculè rogas,
Quidquid futurum est,huic reddas,suum scilicet:
Vt alamus nostrum. P. quem ipsa neglexit,pater,
Ego alam? L. quid dixti? ehò an non alemus Pamphile?
Prodemus quæso potius? quæ hæc amentia est?
Enimuero prorsus iam tacere non queo.
Nam cogis ea,quæ nolo,ut præsente hoc loquar.
Ignarum censes tuarum lachrymarum esse me?
Aut quid sit id,quod sollicitere ad hunc modum?

Primùm,ubi hanc dixti cauſſam,te propter tuam
Matrem non poſſe habere hanc uxorem domi:
Pollicita eſt ea ſe conceſſuram ex ædibus·
Nunc,poſtquàm ademptam quoq; hanc tibi cauſſam uides:
Puer quia clam te eſt natus,nactus alteram es,
Erras,tui animi ſi me eſſe ignarum putas·
Aliquando tandem huc animum ut adiungas tuum.
Quàm longum ſpatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus,quos feciſti in eam,quàm animo æquo tuli?
Egi,atq; oraui,tecum uxorem ut duceres·
Tempus dixi eſſe,impulſu duxiſti meo·
Quæ tum,obſecutus mihi,feciſti ut decuerat.
Nunc animum rurſum ad meretricem induxti tuum,
Cui tu obſecutus,facis huic adeò iniuriam·
Nam in eandem uitam te reuolutum denuo
Video eſſe. P. méne? L. te ipſum·& facis iniuriam,
Cum fingis falſas cauſas ad diſcordiam:
Vt cum illa uiuas,teſtem hanc cum abs te amoueris,
Senſitq; adeò uxor.nam ei cauſſa alia quæ fuit,
Quamobrem abs te abiret? P H. planè hic diuinat·nam id eſt.
P. Dabo iuſiurandum,nihil eſſe iſtorum,tibi. L. ah,
Reduc uxorem·aut quamobrem non opus ſit,cedò.
P. Non eſt nunc tempus. L. puerum accipias·nam is quidem
In culpa non eſt·pòſt de matre uidero.
P. Omnibus modis miſer ſum,nec quid agam ſcio·
Tot nunc me rebus miſerum concludit pater·
Abibo hinc.præſens quandò promoueo parum.
Nam puerum credo iniuſſu non tollent meo.
Præſertim in ea re cum ſit mihi adiutrix ſocrus.
L. Fugis'hem,nec quidquam certi reſpondes mihi?
Num tibi uidetur eſſe apud ſeſe'ſine·
Puerum Phidippe mihi cedò,ego alam. PH. maximè·
Non mirum fecit uxor,ſi hoc ægrè tulit·
Amaræ mulieres ſunt·non facilè hæc ferunt.
Propterea hæc ira eſt·nam ipſa narrauit mihi·
Id ego præſente hoc tibi nolebam dicere·
Neq; illi credebam primo·nunc uerò palàm eſt.
Nam omnino abhorrere animum huic uideo à nuptijs.
L. Quid ergo agam Phidippe? quid das conſilij?
P. Quid agas? meretricem hanc primùm adeundam cenſeo.
Oremus·accuſemus grauius·denique

Minitemur,ſi cum illo habuerit rem poſtea.
L. Faciam ut mones·ehò puer,curre ad Bacchidem hanc
Vicinam noſtram·huc euoca uerbis meis.
Et te oro porrò in hac re adiutor ſis mihi. P H. ah
Iam dudum dixi,idemq; nunc dico Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos uolo,
Si ullo modo eſt,ut poſsit,quod ſpero,fore.
Sed uis'ne adeſſe me unà dum iſtam conuenis?
L. Imò uerò abi·aliquam puero nutricem para.

Tibi quoq; ædepol.] In hac ſcena ultimus error eſt,uicinus καταχρηϛῶ. Tibi quoque ædepol ſum iratus. Quaſi dicat, Non ſolũ matri tuæ,aut etiam ſocrui tuæ·

Tibi quoq; ædepol.Recte:nã & amicos incuſamus leniter incipiẽtes,& grauiora inferentes.Hanc ergo partus cauſſa leniter incuſat. deinde confirmat inferendo,grauiter quidem.& ſtatim cauſſam ſubiungit,cur quidem ei iraſcatur. *Cauſſa*

Factum turpiter.] Quòd abſceſſerit domo mariti. Et ſi tibi cauſſa eſt de hac re.] Cauſſam more ſuo pro defenſione poſuit.Sic in Phormione, Quid mihi dicent,aut quam cauſſam reperiẽt,demiror.Et quæ Cauſſa fuerit,ipſe dicit,Mater te impulit. Mater te impulit.abſolute.deeſt enim Nam.ut ſit,nã mater te impulit. Mater te impulit. Qualitas remotiua.

Huic uerò.Ipſi matri ſcilicet. Opportune te mihi Phidippe in ipſo tempore.] Vtrum ταυτολογία eſt:an opportune,quia uolebam:& in tempore,quo modo uolebam:an,opportune,mihi:in ipſo tempore,tibi:id eſt & mihi,& tibi cõmode ueniſti? In ipſo tempore oſtendis.Oſtenditur nobis quod quærebamus. Opportune,& in ipſo tempore, non eſt idem. etenim opportune dicimus,cum(uerbi gratia)inuitati,ad ipſum tẽpus incipientis prandij uenimus.In ipſo tempore,cum iam prandio appoſito. Aut quo pacto hoc aperiam?] Hoc modo oſtendit neceſſe quòd ſi mulet:nec id quod uerum eſt,dicendum ſibi eſſe. Dic filiæ rus cõceſſuram hinc Soſtratam.] Blande nõ addidit tuæ:quaſi dicat cõmuni filiæ.Et bene, non ſocrum,ſed Soſtratam. Ne reuereatur.] Bene reuereatur:ne odiſſe Soſtratam, ſed metuere uideatur,& quaſi ipſa ſocrus nõ odium meruerit,ſed reuerentiam. Minus iam quo redeat domum.] τμῆσις cum ἀναϛροφῆ. ut ſit ordo, quo minus redeat. Nullam de his rebus culpam.] Relatio criminis poteſt uideri. Tua.] Deeſt uxor:quod nomen inferius poſuit. Tua.] Cum percuſſione audiendũ eſt,ut ſubaudiatur uxor, ab eo quod dicturus eſt, uxore. Mutatio ſit.] Mutationem ſuſpitionem dicit,erroremq; iurgantiũ. Mutatio. Deeſt quarum rerum mutatio.ergo mutatio criminum,aut culparum. Ea nos perturbat Laches.] Ea:non ea mutatio,ſed uxor,hoc eſt Myrrhina. Mutatio ſit. Criminis ſcilicet & peccati.id eſt uel mea uxor crimen tuæ ſuſtinet:uel tua ad meam tranſlata eſt culpa. Turbẽt porrò quàm uelint.] Quantũ uelint:aut eam,quã uelint,mulierem.ſed melius eſt quod ſuprà diximus. Dum ne reducam,turbent porrò.] Quomodo eſt pius erga matrem Pamphilus,ſi paruifacit utrũ ſocrus ſua perturbẽt:an mater, à ſenibus? Soluit hic. quia Quàm, nõ eſt generis fœminini,ſed eſt quantũ.Turbent,errẽt,& tumultuẽtur,ſignificat:uel turbẽtur. Ego Pamphile.] Hoc pronomen initium continet orationis grauiter inceptæ:ut, Ego poſtẽq; emi te,à paruulo. Si fieri poteſt.] Interpoſuit, ut ſupercilium ſoceri demonſtraret.

Oportune

In ipſo tempore

Oſtendere

Quo minus

Mutatio

Quàm

Turbare

Ego

Si fieri poteſt.Recte addit:ũ,ſi fieri poteſt:quia non conuenit rogari à ſocero generũ,ut ſuprà dixit. Hanc ſanè perpetuã uolo.] Iam enim eſt cõfirmata:ſed perpetuã cupit. Sin eſt ut aliter tua ſiet.] τῷ ὑφημισμῷ uitauit illud quod eſt ominoſum,ne diſſidiũ diceret:ut Virgi. Grauior ne nuncius aures Verberet. Accipias puerũ.] Iure:quia liberi patrem ſequũtur. Et mire hoc maxime adiecit,quod maxime recuſat Pãphilus:& propter quod uxor quoq; nõ reducitur.Et accipias pro accipe:ut quieſcas pro quieſce. Senſit peperiſſe.occidi.] Hoc maxime inopinatũ eſt Pamphilo:quia ſocrus promiſerat omnes ignoraturos. Senſit.Proprie ſic. Puerum:quem puerũ?] Moraliter primo dubitat quid audierit:deinde quaſi certus quid audierit,admiratur,dicendo,Quem puerũ? Puerũ.quem puerum? Bene cũ conſternatione animi:quod nunquã fando acceperat. Natus eſt nobis.] Bene,quia ambo aui.

Nam abducta à uobis.] Bene,nõ abierat,ſed,abducta fuerat:ut magis ſit culpa matris.

A uobis.Pro,à Pamphilo. Nam abducta à uobis prægnans fuerat.Hoc totũ cũ indignatione in uxorem pronunciandũ eſt. Neq; fuiſſe prægnantem,] Prægnans eſt ante gnatũ,

uel ante genetricem. est enim præ ante. Bene, ita me Dij ament.] Agit gratias nuntiãti: gratulatur ob susceptum nepotem: gaudet liberatam nurum. Natum illum, & tibi illam saluam.] Proprium affectum refert, sibi nepotem, illi filiam esse seruatã. Et tibi illam saluam. Rectè tibi, quia pater puerperæ est cui dicit. Sed quid mulieris uxorẽ habes?] Quid mulieris dixit: ne diceret, qualem mulierem, aut aliquid grauius. & totum percũctatiue potius, quàm pronuntiaret, & diceret; Pessimam mulierem, & male moratam uxorem habes. Et reprehensio est cum contemptu: sic &, quid hominis: ut Virg. Tu mihi quodcunq; hoc regni.

Morata At contrà cum honore sic dicimus, quem hominem habes? Moratam.] Id est institutam. & est participium sine uerbo. Nósne hoc celatos.] Non partum celatos dicit: sed, prægnantem filiam fuisse. Nequeo satis mirari.] Magna exaggeratio. Quam hoc mihi uidetur factum praue.] Totum modeste, quamuis indigneturr: quia apud maritum uxor nõ est uehementius accusanda. Quàm hoc mihi. Quòd prægnans fuerit filia: non quod natus est

Placet puer. Non tibi illud factum minus placet, quàm mihi, Laches.] Vtrum quia minus * & magis quoniam sequitur: an εἰρωνία est: ut sit ordo, Non minus mihi placet, quàm tibi. Et placet pro displicet intelligamus: ut alibi, Nunc me hospitem lites sequi, quàm hic mihi sit facile atq; utile, Aliorum exempla commonent. Non tibi illud factum. Sub εἰρωνία est dictum. hoc enim ait, Tantundẽ tibi placet hoc factum, quàm mihi. Alibi, Nunc me hospitem lites sequi, &c. Cum eam consequitur alienus puer.] Alienus, quòd senes gratulantur, id maxime lædit Pamphilũ. Consequitur alienus puer. μεταφορὰ à pecoribus, quæ ut mox nata fuerint, matres sequuntur. Virg. Atq; ipsæ memores redeũt in tecta, suosq; Deducũt.

Nũlla tibi Pamphile hic iam consultatio est.] De reducenda scilicet uxore. Perij.] Hoc sibi ipse Pamphilus dicit. Cum ex te esset aliquis qui te appellaret patrem.] Bene hoc pu-

Euenit tauit, quod Pamphilo non uidetur: hoc est, ex illo esse quod natum est. Euenit.] Proprie

Euentus euenit. ideo & bonorum euentus dicitur. Nullus sum.] Ipse sibi iterum. hoc ulterius est, q̃s

Nullus sum perij: quia cum aliquis perit: reliquum uel cadauer est. Ac noli aduersari mihi.] Caussam

Perij interposuit senex, quo magis facere filius non recuset. Si illa ex me liberos uellet sibi.] Vt

Nupta mecũ apparet, tantum commentus est caussam. Si illa ex me liberos uellet sibi. Nactus est Pamphilus ex uerbis senis caussam aliam dissidij. Aut se esse mecum nuptam.] Vetuste mecum nuptam dixit. Et recte: quia partus confirmat nuptias. Et melius, nuptam mecũ quasi

Nubere tectam & opertam uno cubiculo mecum. Nubere enim, est operiri, tegiq;, unde & nubes,

Nubes quòd tegere solent cœlum, dicuntur. Virgilius, Arsurasq; comas obnubit amictu. Non

Clam me habere clam me haberet.] Id est, non tacuisset, partumq; celasset. Quæ celasse intelligo. Non dixit natum filium: ne interposito affectu, molliretur iratus. Nunc eum eius alienum esse à me animum sentiam.] A præsenti tempore. Nec conuenturum.] A futuro. Quamobrem reducam?] Firmior conclusio facta est per interrogationem, quàm si esset pronuntiatiua. Mater quod suasit sua.] A deriuatione caussæ defensio: præterea status est uenialis,

Sua mater ab imprudentia descendens. Sua.] Pro eius ut, Nanq; suam patria antiqua cinis ater habebat. Adolescens mulier fecit.] Multa dixit: & mater sua, & adolescens mulier, & quasi docet hoc exemplo parendum patri esse. Mirandùm ne id est?] Bene mirandum, non irascendum, dixit. Miramur enim magis si amici peccauerint, quàm irascimur. Reperire ullam mulierem.] Quasi dicat, si hanc repudiaueris. An quia non delinquunt uiri.] εἰρωνία dictum. non enim non delinquunt. Vosmet uidete iam, Laches, & tu Pamphile.] Nec rogare socerum, nec interesse conuenit: ubi certior sit ad repudiandum gener. Vosmet uidete iam Laches. Virgilius. Vos ô Calliope precor, aspirate canenti. Remissam opus sit uobis, an reductam domũ.] In ueris codicibus sic est, Remissan', an reducta. ut sit, remissáne,

In manu mea est an reducta. Vxor quid faciat, in manu non est, mea.] Ordo, Vxor mea quid faciat, in manu non est: deest Eius. ut sit, in manu eius non est: sed in mea potestate positum est. In ma-

Difficultas à me non erit uobis nu non est. Vxoris scilicet. Et est ordo, Vxor mea quid faciat, in manu eius non est. Neutra in re uobis difficultas.] Promittit facilitatem suam: ut tamẽ uxor roganda sit. An aliter, & ut suprà annotauimus? Sed quid faciemus puero?] Vt, Quid me fiet, dicitur. Sed quid faciemus puero? Qui utique quidquid erit, patri reddendus est. Huic reddas.] Pamphilo scilicet. Ridicule rogas.] Ridicule, uel aduerbium esse potest, uel nomen. si nomen est, sub distingue ridicule: & sic interroga, cum ui pronuntiationis. Huic reddas suum, scilicet.] Sic dixit, huic suum, & reddas: quasi reposcat Pamphilus. Et non subiunxit, ut alat: sed, Vt alamus: ut sua quoque interesse monstraret. Vt alamus nostrum. Scilicet Pamphili filium, nepotem meum, utrunque nostrum. Quem ipse neglexit.] Si Ipse legeris: clare dictum est. si Ipsa, lenius est: & uidebitur senex ob murmurationem eius intellexisse, quòd nolit puerum tolli: & ideo appositum, Quid dixti? eho an non alemus Pamphilet? Quem ipse neglexit. Legitur & ipsa: & hoc est melius: ut sit pater uocatiuus casus.

Quem

Quem ipsa neglexit, pater, ego alam? Hic sibi obmurmurans, uultu & uerbis ostendit nolle suscipere filium. An non alemus Pamphilet?] Quod faciendum sit, à contrario uult senex pronuntiatione demonstrare, quòd scelus sit nõ fecisse. Prodemus quæso potius?] *Prodo* Deseremus, proijciemus, porrò dabimus? Virgil. Vnius ob iram Prodimur. Nam à quo defendendi sumus, si nos deserit pater? Enimuero prorsus iam tacere.] Multa reticentia de filiorum uitijs, & defensione quoq; apud soceros uti parentes, sæpe Terentius demonstrauit: & præcipue in Andria, cum dicit, Ego illud sedulo negare factum, ille instat factum.

Iam tacere nequeo.] Quamuis tacendum sit. Ignarum censes tuarum lachrymarum esse me?] Coniectura quòd amet meretricem Pamphilus. Tuarum lachrymarum esse me? Apparet illum à Sostrata hoc audiuisse. nam ipse filium deprehenderat flentem. Sollicitare.] Perturberis, commoueare. Ad hunc modum?] Id est immoderate. Primum hanc ubi dixti caussam.] A summo ad imum. Nactus alteram es.] Nanciscí proprie dicitur, qui paratus ad tenendum antè, quàm possit reperire quod teneat: statim, quod occurrerit, prehendit. Aliquando tandem huc animum ut adiungas tuum.] Mire est temporis inuectio. Et, aliquando tandem ut adiungas, deest Fac: sed plenum pronuntiatione est. Quàm longum spatium.] Ab antè actis. Sumptus quos feci?ti in eam.] Recte hoc dixit: quia imperabilior esse debet indulgentissimus pater. ut alibi, Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo usque adhuc, quæ mea cunque animo libitum est facere: Ei ne ego ut aduersers? Egi, atque orani.] Agit qui iustam rem dicit, Orat, qui animo demisso precatur, ut quasi beneficium præstetur sibi. Tempus dixit esse.] Tempus: quia diu multumq; susti-

Sollicitor *Nanciscí* *Agere* *Orare*

nuit. Impulsu duxisti meo.] Multum ualet ad suadendum laudatio eius apud quem agimus: & ex ea parte laudatio qua illum uolumus inflecti. Quæ tum obsecutus mihi fecisti ut decuerat.] Ordo, Quæ fecisti tum obsecutus mihi, ut decuerat. Nunc animum ad meretricem.] Hoc uultuose & demisso labro: ut appareat inuitũ adduci ad reprehẽdendum, qui laudauerit modo. Quæ tum fecisti mihi obsecutus.] Inueniliter satis: quia non dixit, Multum amans. Facis huic.] Scilicet uxori. Cui obsecutus.] O meretricis superbiam non ferendam. Nam in eandem uitam.] Parcius Vitam dixit, quàm flagitium atq; libidinem. Te reuolutum denuo.] Non redisse, sed reuolutum esse: tanquam inuitum aut nescium. relinquit enim quandam ueniam, ut uelit esse correctior. Ménes?] Hoc genus interrogationis negatiuam habet significationem. Et facis iniuriam.] Pro, facis iniuste. Vt cum illa uiuas.] Grauius est cum meretrice uiuere, quàm meretricem amare. Testem hanc cum abs te amoueris.] Laudata est hic uxor modesta, cum illam testem, non impeditricem appellet socer. Sensitq; adeò uxor. Aliud argumentum quo uult in Pamphilum referre non solum illius, sed etiam uxoris culpam. Et hic uide non accusari socrum. Planè hic di-

Reuolutũ esse

uinat.] Diuinat dixit, pro uerum dixit. & nota diuinat, de præterito dictum. Vnde prouerbium, Aiunt diuinare sapientem. quia qui dicit uerum, diuinus est. Dabo iusiurandum.] Vbi argumenta & testimonia deficiunt, ibi iureiurando opus est. Et id est ἄτεχνος πίστις. Nihil esse istorum.] Satis concinne dixit Istorum, ne in singulis commoraretur. Reduc uxorem. aut quamobrem non opus sit cedò.] Quia Pamphilus hoc solum defendit, non id esse, quod pater putat: nec caussam, quæ uera sit, protulit: ideo senex relicta tota quæstione, redit ad id quod agitur, & ait: Reduc uxorem: aut dic, quæ res uetat. Non opus sit.] Reducta scilicet. Non est nunc tempus.] Quia socer adest. Et oratorie confugit ad deditionem, defensione titubante. Accipias.] Pro accipe. Caussa cur accipiat. Nam is quidem in culpa non est.] In hoc dicto est quædã faceta irrisio eius, qui nimis iracundus sit. Pòst de matre uidero.] Bene de matre concedit, ut de puero extorqueat: quia scit parentũ concordiam firmam esse per filios. Omnibus modis miser sum.] Quid est, omnibus modis? utrum & circa parentem, & circa uxorem? an & in reducenda, & in non reducenda? Miser sum. An miser sum, cui maxime obtrudit, quod maxime fugio: id est puer? Concludit pater.] Trãslatio de fera indignata. Sic Cicero, circundatos Verri cancellos ait. Nam puerum credo.] Omnia facit Poeta, ne aut rem palàm faciat, aut intercedat diuortium. Adiutrix soerus.] Quæ dixit, Continuo exponet. Fugis?hem.] Ex uerbis patris ostendere uoluit quid agat Pamphilus. & ille abibo dixit, hic Fugis? Num tibi uidet esse apud se? Quasi ob amorem meretricis insanus. Sine.] Sine, separatim accipe: quia uim habet cõminãtis. Amaræ mulieres.] Quasi uir, dixit amaras mulieres. nõ eñ laudat: sed caussam dicit, unde uxor offenderit Pamphilũ. Non facile hæc ferũt.] Non facilè ferũt pellicatũ, neq; amorẽ aliarũ in uiris. Nã ipsa narrauit mihi.] Vtrũ finxit hæc dixisse filiam sibi? an uero κατὰ διάστασιν μένομ facta est? Ego neutrũ puto: & sic intelligo, q̃ de uxore sua ducat, Ipsa narrauit mihi: secundũ illud quod suprà dixit, Nunc mihi in mentẽ uenit, de hac re quod locuta es olim, cũ illũ generũ cepimus. nã negabas nuptã filiã tuã posse te pati cũ eo, qui meretricẽ amaret: qui per-

Diuinare *Apud sese non esse* *Sine*

nòctaret foris. Neq; illi credebã primò.] Quare non credebas: nanq; amaræ ad hanc rem mulieres sunt: & sæpe de nihilo suspicioſæ. Et bene de hoc addidit, ne timuisse generũ uidere tur. A nuptijs.] Nõ dixit à filia mea: sed q̃d pater Pamphili magis doleat, à nuptijs inquit. nam Philumenam nolle, irati est: odisse nuptias, amatoris. Quid ego agam Phidippe?] Mire conturbatur pater, quasi res sua tantum agatur. Et uide quemadmodum Poeta laten ter festinet ad rerum cognitionem. Meretricem hanc.] Bene hanc, quasi eam quæ intertur bat. sic enim sumitur hoc pronomen: ut, Hancine ego uitã parsi perderem? Et, Tuaq; animam hanc effundere dextra. id est malam. Hanc. Quasi dicat quæ nos perturbat. Primum.] Bene primũ: ut intelligamus, deinde Pamphilũ. Oremus.] Vtrũ rogemus? an, quod est uerius, omni genere eloquij cõmoneamus? unde oratores, orare & perorare dicunt: & ora tor nomẽ accepit. Virg. Talibus orabat dictis. Nam qui orat, accusaturus, aut cõmoniturus orat. Oremus.] Id est eloquamur. Potest intelligi & rogemus: sed nõ conuenit personæ po tiori, & caussæ, & ipsi uerborũ ordini. Si cũ illo habuerit rẽ postea.] Vt in Eunucho, Quo cum uno tum rem habebam hospite. Bacchidem hanc uicinam nostram.] Sic maluit, q̃ meretricem dicere: ne graue sit cum ea seni loqui, nisi quia uicina est. Huc euoca uerbis meis.] Bene seruata sunt personis congruentia. Nam socerum monere hanc rem tantũ de cuit, non etiam facere: ut cum pellice filiæ suæ mitius sermocinaretur. Et huc euoca uerbis meis. deest Eam. Si illo modo est ut possit.] Manere scilicet: uel fieri ut maneat. Sed uis ne adesse me una, dum istam cõueniss?] Melius pronuntiaueris, si renitente & improbante hoc uultu dicere acceperis Phidippum: quasi non oporteat interesse socerũ. Ideò mutat sen tentiam Laches, & relegat eum in procurationem alterius rei. Nutricẽ para.] Pro, quære.

ACTVS V. SCENA I

Iambici quadrati catalectici & acatalectici. trochaici catalectici mixti.

BACCHIS MERETRIX. LACHES.

B. NON hoc de nihilo est, quòd Laches nũc me cõuẽtã esse expetit·
Nec pol me multum fallit, quin quod suspicor, sit quod uelit.
L. Videndũ est, ne minus propter iram hãc impetrem, cõq; possiem
Aut nequid faciam plus, quod post me minus fecisse satius sit.
Aggrediar·Bacchis salue. B. salue Laches. L. credo ædepol te
Non nihil mirari Bacchis, quid sit, quapropter te huc foras puerum
euocare iussi.
B. Ego pol quoq; etiam timida sum: cũ uenit in mentem, quæ sim: *Quad. Iãb. cat.*
Ne nomen mihi quæstus obstet·nam mores facilè tutor. *al. meo quæ stui*
L. Si uera dicis, nihil tibi pericli est à me mulier. nam
Iam ea ætate sum, ut non sit peccato mihi ignoſci æquum:
Quo magis omnes res cautius, ne temere faciam, accuro.
Nam si id nunc facis, facturáue es, bonas quod par est facere: insc itum
Offerre iniuriam tibi me, immerenti iniquum est.
B. Est magna ecastor gratia, de istac re quam tibi habeam·
Nam qui post factam iniuriam se expurget, parum mihi prosit·
Troch. catal. Sed quid istuc est? L. meum receptas filium ad te Pamphilum. B. ah.
L. Sine dicam·uxorem hanc prius quàm duxit, uostrum amorem pertuli.
Mane, nondum etiam dixi id, quod uolui·hic nunc uxorem habet·
Quære alium tibi amicum firmiorem, dum tempus consulendi est·
Nam neq; ille hoc animo erit ætatem: neq; pol tu eadem istac ætate.

Quis

B. Quis id ait? L. socrus. B. méne? L. teipsam·& filiã abduxit suã. *Iamb. acat.*
Puerumq; ob eam rem clàm uoluit, qui natus est, extinguere. *Troch. cata.*
B. Aliud si scirem, qui firmare meam apud uos possem fidem,
Sanctius quàm iusiurandum: id pollicerer tibi Laches,
Me segregatum habuisse, uxorem ut duxit, à me Pamphilum.
L. Lepida es. sed scin' quid uolo potius sodes facias? B. quid uis, cedó. *Iãb. acat.*
L. Eas ad mulieres huc intrò, atq; istuc iusiurandum idem *Troch. catal.*
Polliceare illis·exple animum his·teq; hoc crimine expedi.
B. Faciam·quòd pol si esset alia ex hoc quæstu, haud faceret, scio:
Vt de tali caussa nuptæ mulieri se ostenderet.
Sed esse falsa fama nolo gnatum suspectum tuum:
Nec leuiorem uobis, quibus est minimè æquum, uideri
Immeritò·nam meritus de me est, quòd queam, illi ut commodem.
L. Facilem, beneuolumq; lingua tua iam tibi me reddidit·
Nam non sunt solæ arbitratæ hæ: ego quoq; hoc etiam credidi.
Nunc, cum ego te esse præter nostram opinionem comperi:
Fac eadem ut sis porrò: nostra utere amicitia, ut uoles.
Aliter si facias·sed reprimam me, ne ægrè quidquam ex me audias. *Iamb. tet. aca.*
Verùm te hoc moneo unum: qualis sim amicus, aut quid possiem,
Potius quàm inimicus, periculum facias. B. faciam seduló.

NOn hoc de nihilo est.] Rarus uitæ color in hac locutione miscẽ à Poeta. Nam meretrix loquitur & senex: & quod est mirabilius, bona meretrix, mitis senex: ut intelligas laborasse Terentium, ut & à lege comicorum recederet: & in actu tantum consuetudinem retineret. Non hoc de nihilo est. Debet mirari mere trix cum ad senem ducitur: debet timere, cũ ad patrem: debet suspicari aliquid cuius amator iam maritus est. Non hoc de nihilo. Coniecturalis caussa est, Recipis Pam philum: non recipio. Nec pol me multum fallit, quin quod sũspicor.] Ordo, & sensus hic est, Nec pol me multum fallit, quin quod uelit, hoc sit quod suspicor. uel, quin quod suspi cor, sit hoc quod uelit. Ordo, quin quod uelit, sit quod suspicor. Ne minus propter iram.] Quia non erat uerisimile bonum esse patrem meretrici interturbanti: reddit rationem se nex, cur agat mitius: ne uideatur personæ modus non esse seruatus. Nec pol me multum fallit.] Non me fallit, quo minus id sit, quòd me uocat, quod suspicor. Videdum est.] Pro uidendum cauendum. Impetrem.] Perficiam. dictum à patrando: cuius rei difficultas ob tarditatem complendarum nuptiarum, etiam ad alia negotia quæ sunt ardua, uerbum hoc commodauit, ac dedit. Quod pòst me minus fecisse satius sit.] Satisfaciendo minuisse.

Quòd pòst me minus fecisse satius sit. Si Sit pro uideatur acceperis: erit sensus, Ne quid faciam plus, quod pòst, dum pœniteat me, uideatur satius minus fecisse. Si Sit pro erit acce peris: erit sensus, Videndum est ne quid plus faciam: quod cũ fecero, postea satius sit me nõ fecisse, & satisfacere. Aut certe duas res significat, quibus inter utrunq; temperandũ esse de monstrat: ut per illud suprà, lenitatẽ tenendam: per hoc infrà, autoritatẽ defendendam esse cõmoneat. An minus fecisse, pro pœnitere? sic enim ueteres dicebãt, muto factum, & nolo fa ctum: cũ alicuius rei eos pœnitebat. Sit.] Modo Sit pro uideãt posuit. Aggrediar. Bac chis salue.] Bene aggrediar, quasi rem arduam, & incõgruam seni: uel aggrediar, ut meretri cem circũueniam. Virgilius, Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. Bacchis salue. Non ita meretrici obsequitur senex: quanquã uult adimere timorem personæ suæ. Credo ædepol te nõnihil mirari.] Ipsum procœmiũ mollius, & lenius est: ut ostendat se non iurgatu rum senex. Quid sit.] Deest Ret: ut sit, quid sit rei. Ego pol quoq; etiam timida sum.] παρέλκον tertium. Vt, Multa quoque & bello passus. Et obsequenter posuit non solum se mirari, sed etiam pauere. Ego pol quoque etiam timida sum. Bene etiam, ut hoc dicat, non solum

Videndum est
Impetro
Patro
Minus fecisse
Muto factum
Nolo factum

non ſolum miror,ſed etiam timeo.Et noue,timida ſum,pro timeo. Ne nomen mihi quæ/ſtui.] Id eſt nomen quod ineſt meo quæſtui. Nomen quæſtui obſtet. Quem exerceo ſcili/cet.Et deeſt,Quod eſt. Ne nomen mihi quæſtus.Id eſt,quòd meretrix ſum.Legitur &,no/men meo quæſtui obſtet. Si uera dicis.] Interrogabo ſcilicet. Non ſit.] Non uideatur.

Iam ea ætate ſum,ut non ſit peccato mihi ignoſci æquum.] Quia ipſe non do ueniam.an quia iam mihi peccanti non danda eſt:Et eſt ordo, Vt non ſit mihi æquum peccato ignoſci. Neceſſaria igitur ambiguitas.aut enim Sit pro uideatur. aut peccato pro peccatorum, aut peccato mihi,pro peccanti mihi.aut peccato meo.aut deeſt In:ut ſit,in peccato. Cautius, ne temere faciam.] Seniliter additum poſt,cautius,ne temere faciã. Facturáue es.] Etiam, ſi non facies. Inſcitum.] Me ſcilicet,ſi iniuriam faciam. Offerre iniuriam.] Offerimus in/iuriam non merenti: Reddimus ei qui meretur. Inſcitum.Inelegans,non bonum.Et bene non dixit durũ,aut quid tale,ſed inſcitum:quo uerbo maxime mulieres,& meretrices utun tur.Scitum enim dicunt quod placet:Inſcitum quod diſplicet.ut,Per ecaſtor ſcitus puer na tus eſt è Pamphilo.Hoc tale eſt quod dixit Inſcitũ ex abundanti, quale eſt apud Virgilium, nec pòſt arma ulla rebelles Aeneadæ referent. Eſt magna ecaſtor gratia de hac re quam ti bi habeam.] Imitatur hic & ſenile,& fœmineum tardiloquiũ. Suffecerat enim, ago gratias.

Offerre iniuriam *Reddere iniuriam* *Inſcitum* *Scitum*

Nam qui poſt factam iniuriam ſe expurget.] Sic in Adelphis ait, Indignum te eſſe iniu/ria hac,indignis cum egomet ſim acceptus modis. Parum mihi profit.] Si ſic accipiatur, ut ſcriptum eſt: κιτότης eſt,aut ταπείνωσις. & ita intelligendum,quaſi dixerit, Multum mihi nocuerit,imò me euerterit. Sed quid iſtuc eſt?] Nunc demum ad rem redit. Meum re/ceptas filium.] Intẽtio criminis.Et non recipis,ſed receptas.Et ne diceret, quid tua?Meum filium. Meum receptas filium. Propoſitio accuſatoria eſt. & breuiter propoſuit crimen, quod poſtea dilatatur.Et frequentatiuo uſus eſt uerbo,quòd non rarò,ſed frequenter rece/pret. Meum receptas filium ad te.Status coniectura: quæ coniectura,diluitur per ἀντίχαρ πίστιν, id eſt iuſiurandum,ac tormenta ſeruorum. Ah.] Quòd falſum eſt, reclamauit mere trix ſtatim: & uoluit contradicere,ſi permitteret ſenex, Sine dicam.] Virgilius, Sine me hæc haud mollia fatu, Sublatis aperire dolis. Vxorem hanc priuſquàm duxit.] Hanc, quaſi moleſtam,& quæ hæc nolit pati. Priusquàm hanc duxit. Ante rem: à præteritis & antè actis. Veſtrum amorem pertuli.] ἀποσιώπησις, ut in Heautont.Au,ne illud haud in/ultum,ſi uiuo,ferent.non iam tute cohibes. Veſtrum.] Non,ipſius Pamphili.Ergo blande & honorifice.nõ enim illius amorem,& tuum quæſtum:ſed, amorem ueſtrum. nihil potuit dici familiarius.Pertuli autem,quantam uim patientiæ habet,quantumq; põderis,næ lædi mereatur ulterius? Vxorem hanc priuſquam.] A perſona ſua,Priusquàm hanc duxit, ueſtrum amorem pertuli. Et quia multum diuq; amauerit:pertuli dixit,quæ eſt longi tem/poris ſignificatio. Nondum etiam dixi id quod uolui.] Apparet ſenem tarde,& longũ lo/quentem interpellari uultu reſpõſuræ meretricis:cum ille ſibi ſilentium præberi uelit. Sic Virgilius Latinum inducit dicẽtem,Sine me hæc haud mollia fatu,Sublatis aperire dolis: ſimul hæc animo hauri.Et ad poſtremum de Turno, Vt primũ fari potuit, ſic incipit ore.

Recepto *Ah*

Mane,nondũ etiam.] ἀποσιώπησις tertia. Hic nunc uxorem habet.] Cum denuntiatione pronuntiandum eſt: quaſi dicat,Alia res eſt. Quære alium amicum tibi firmiorem.] Ma/gna moralitas in denũtiatione,magna proprietas.ſic enim dicimus,Quære tibi.Virg. Quæ rat ſibi fœdera Turnus. Quære aliũ amicum tibi firmiorem. Firmiorem pro firmo. non enim firmum,concedit eſſe Pamphilũ: quem uult intelligi deceptorẽ eſſe Bacchidis,nõ iam amatorem ſtabilem. Quære alium tibi amicũ firmiorem.Oratorie ſenex quaſi cõſulit me retrici,quã uocauerat incuſandã. Quære alium. A præſentibus,& à futuris. Firmiorem amicũ. Callide ſenex,quaſi iã non Pamphilo cõſulat,ſed Bacchidi,quære aliũ,dixit. Dum tempus cõſulendi eſt. Senſus. Dum ætas in flore poſita eſt,facies uendibilis etiã nũc eſt. Et eſt ordo,Dum tẽpus eſt cõſulendi tibi.& bis ſubaudiendũ eſt Tibi. Nam neq; ille hoc ani/mo erit ætatem.] Aetatem pro,tam diu q̃ longa eſt ætas. Neq; pol tu eadem iſtac ætate.] χῆμα λόγου πολιόν. prius Aetatẽ aduerbium, & poſterius nomen. Quis id ait? Nõ interroga/tio,ſed firma negatio eſt. Quis id ait?Cum dicat ſenex,meum receptas filium: mirum eſt illam dicere,Quis id ait?Sed ab accuſatore teſtimonium quærit.Et bene Ait,quaſi uanum. ſic eñ dicimus,ait,aio,de rebus nugatorijs. Socrus.] Terribiliter,quaſi quæ maxime ſciat & quæ maxime doleat. Ergo & oculis, & labris pronuntiandũ eſt. Quis id ait? Moraliter meretrix miſſa fecit omnia quæ in mediũ ſenex cõtulit:& ſoli intentioni,Meũ receptas filiũ ad te Pamphilum:quis id ait,reſpondit. Et filiã abduxit ſuã.] Addidit ad perſonã teſtis, & facta:quia minus idoneum uidebatur,ſocrum dixiſſe de pellice.& ſimul oſtendit quãto/pere hoc animaduertendum ſit,ex quo tantæ turbæ ſint cõcitatæ. Abduxit ſuã.Abduxit proprie.Accerſi enim dicitur ad maritũ:Abduci à marito ad diuortiũ. Sic Virg: Et gremijs abducere

Aetatem *Accerſitur uxor*

abducere pactas. Puerumq; ob eam rem.] Hoc ſic pronuntiat ſenex,quaſi qui dicat,Ecce quarum rerum tu cauſſa.Et hæc oratio de ijs eſt,quibus oſtendimus nos poſſe grauiter ac/cuſare,ſed nolle. Apud uos poſſem fidem.] Bene Vos:quia & hic dicit, & ſocrus. Aliud ſi ſcirem qui firmare.] Mire,dum quærit quo firmet fidem,fidẽ ſibi acquiſiuit atq; aſcripſit.

Sanctius quàm iuſiurandum.] Bene dum aliud agit,etiam perſonam commendat. nam non eſt leuis,quæ iureiurãdo nihil ſanctius ſciat. Sanctius. Firmius. Me ſegregatum ha/buiſſe.] Bono ſignificato uſa eſt: quaſi ipſa hæc fecerit.Et bene ſegregatum.non enim diſiun ctum,aut repudiatum proprie diceret. Vxorem ut duxit.] Vt, aduerbium eſt temporis: pro,Ex quo. Lepida es.] Senex cum meretrice loquens, eo potius nomine laudauit eam, quo meretrices ſolent laudari:quàm quo matres familias. ſic & ſuprà,cum inſcitum ſe dice/ret,rationem habuit,quæ eſſet cum qua loqueretur. Sed ſcin' quid uolo potius? Hinc de liberatiua incipit. Sodes.] Si audes,ſi uis. Eas ad mulieres huc intro.] Non dixit ad ſo crum & ad uxorem,terribilia nomina,& inimica meretrici:ſed quod facile eſt, ad mulieres. Sic alibi,Mulier mulieri congruit.Et ne longe uideretur,addidit,huc intro. Atq; iſtuc iuſ/iurandum.] Id eſt quod tu mihi pollicebaris. Exple animũ his,teq; hoc crimine expedi.] Explere,pro exinanire,Terentianum eſt.Expedire dicitur,qui pedem retentum liberat.

Sanctius *Explere* *Expedire ſe*

Exple animum. Quòd illis proſis. Quod pol ſi eſſet alia ex hoc quæſtu.] Vigilãter Poe ta,ne non ueriſimile uideretur,id ullam feciſſe meretricem:ipſe lectorem præuenit. & ſic fe/rè in omnibus Terẽtius,quæ minus peruulgata ſunt,quæq; abhorrent à cõſuetudine, agit.

Vt de tali cauſſa.] Id eſt amore mariti eius,& pellicatu. Núptæ mulieri ſe oſtẽderet.] Plus dixit,quàm,nuptam alloqueretur. Sed nolo falſa fama eſſe gnatum.] Bene,quo ſit gratio ſior,non propter ſe dicit,quod facit,facere. Nec leuiorem uobis.] Quid leuiorem? an mi/nus charum? ut contrà grauis intelligitur. Virgilius, Ferit enſe grauem Tymbræus Oſirim. Grauis etiam moleſtus intelligitur: ut Salluſtius, Grauiore bello qui prohibituri uenerant ſocij,frigere. Grauis etiam languidus. Virgilius, Vbi aut morbo grauis, aut iam ſegnior an/nis Deficit:abde domo. Nec leuiorẽ. Vt contrà, grauis, honore dignus,& charus. Qui/bus eſt minime æquum.] Parentibus ſcilicet. Immeritó.] Bona exceptio. hóc enim & caue re nobis,& præſtare alijs poſſumus. Immerito. nam meritus eſt de me.] παρόμοιον. Nam meritus eſt de me, quòd queam, illi ut cõmodem. Et hoc artificioſe Terentius: ne uel mere/tricem dure à Pamphilo ſegregaret. Quod queam,illi ut cõmodem.] Sic in Andria, Ma/gis id adeò ut mihi incõmodet, q̃ ut obſequar gnato. Facilem, beneuolumq; lingua tua.] Facilem ad peccatum, Beneuolum ad iracundiam retulit. Lingua tua.] Cõſuetudine ma/gis, q̃ ratione dicit, tua lingua. ergo pro homine ipſo. Lingua tua Iam, Subdiſtingue Iam: ut appareat, ſi lingua tua iam, quanto magis facta? Nam nõ ſunt ſolæ arbitratæ hæ.] Nũc fatetur ſe quoq; accuſatorem fuiſſe: nunc uero beneuolum factum. Hæ.] Cum ἀποσροφῇ.

Facilis *Beneuolus*

Ego quoq; hoc etiam.] Quoq;,& etiam ſuperuacue poſita ſunt: ſed hic confirmationem oſtendunt. Præter noſtram opinionem.] Pro contra. Præter noſtram opinionem. Hoc eſt innoxiam. Fac eadem ut ſis porrò.] Hoc eſt perſeuera purgata eſſe. uult enim & de futuro cautum eſſe,ut ſuprà,Nam ſi id facis,facturáue es. Noſtra utere amicitia.] Non iam amo/re,ſed amicitia. Aliter ſi facias.] ἀποσιώπησις. Ne ægre quicquam ex me audias.] Vtrum ægre pro maleſan ægre pro inuita? Verum hoc te moneo unum.] Hæc figura oratoria, ὡς ἐνδέχεται dicitur. Qualis ſim amicus, aut quid poſſim.] In ſecunda ratione Salluſtius ad Iu gurtham, Nam uim magis, quàm beneuolentiam eius experiri mallem. Qualis ſim ami/cus, aut quid poſſim. Hoc genus comminationis minus habet amaritudinis: ſed plurimum grauitatis. Et Salluſtius, Nam uim, quàm miſericordiam eius, experiri mallem.

ACTVS V. SCENA II

Iambici quadrati catalectici.

PHIDIPPVS. LACHES. BACCHIS.

P. NIHIL apud me tibi deſieri patiar, quin quod opus ſit,
Benignè præbeatur. *Dimeter catalect.*
Sed cũ tu ſatura, atq; ebria eris, puer ut ſatur ſit, facito. *Oct. cata.*
L. Noſter ſocer uideo uenit puero nutricem adduxit.
Phidippe Bacchis deierat perſanctè P. hæcine ea eſt? L. hæc eſt.

Nec pol

P. Nec pol iſtæ metuunt Deos·neq; has reſpicere deos opinor.
B. Ancillas dedo·quolibet cruciatu per me exquire
Licet. hæc res hic agitur,Pamphilo me facere ut redeat uxor,
Oportet·quod ſi perficio,non pœnitet me famæ:
Solam feciſſe id,quod aliæ meretrices facere fugitant.
L. Phidippe noſtras mulieres ſuſpectas fuiſſe falsò
Nobis in re ipſa inuenimus.porrò hanc nunc experiamur.
Nam ſi compererit crimini tua ſe falsò uxor credidiſſe,
Miſſam iram faciet.ſin autem eſt ob eam rem iratus gnatus,
Quòd peperit uxor clàm:id leue eſt·citò ab eo hæc ira abſcedet.
Profectò in hac re nihil mali eſt,quod ſit diſſidio dignum.
P. Velim quidem hercle. L.exquire·adeſt.quod ſatis ſit,faciet. B.faciam.
P. Quid iſtæc mihi narras?an quia non tute ipſe audiſti dudum,
De hac re animus meus ut ſit Laches?illis modò exple animum.
L. Quæſo ædepol Bacchis,quod mihi es pollicita tute ut ſerues.
B. Ob eam rem uin'ut ego introeam? L.i,atq; exple animum his,ut credant.
B. Eo:etſi ſcio pol his fore meum conſpectum inuiſum hodie·
Nam nupta meretrici hoſtis eſt,à uiro ubi ſegregata eſt.
L. At hæ amicæ erunt,ubi quamobrem aduenerís,reſciſcent.
P. At eaſdem amicas fore tibi promitto,rem ubi cognorint·
Nam illas errore,& te ſimul ſuſpicione exolues.
B. Perſi,pudet Philumenæ·ſequimini me intrò huc ambæ.
L. Quid eſt?quod mihi malim,quàm quod huic intellego euenire:
Vt gratiam ineat ſine ſuo diſpendio,& mihi unà proſit?
Nam ſi eſt,ut hæc nunc Pamphilum uerè ab ſe ſegregarit:
Scit ſibi nobilitatem ex eo,& rem natam,& gloriam eſſe:
Referetq; gratiam ei,unaq; nos ſibi opera amicos iunget.

Nihil apud me tibi defieri patiar.] Verba nutricis fuiſſe Poeta demonſtrat, peten
tis ordine longo quæ ſibi præbēda ſint.unde quaſi tædio ſingulorum, generali/
ter hæc reſpondit. Nihil apud me tibi defieri patiar.Apud me dixit,pro apud
Defieri eum ubi futura es. Defieri patiar. Noluit dicere, deeſſe: ſed defieri dixit:ut id
Benigne quod minus uſitatum eſt,magis delectet auditum. Benigne præbeatur.] Be/
nigne,large.hoc enim eſt gratius,non ſolum præbere,ſed benigne præbere. Sed cum tu ſa
tura,atq; ebria eris.] Hoc eſt in nutricibus nō ſolum non turpe,ſed etiam neceſſarium. Et
hic ſatur,& hæc ſatura fecit. Noſter ſocer uideo uenit.] Noſter,blandientis dictum eſt.Vir
gilius,Noſter eris.Et magis hoc conſuetudine dictum eſt,quàm integritate. Aut certe ordo
Deiero eſt,Noſter ſocer uenit:& deinde,uideo.Aut deeſt Vt:ut ſit,ut uideo. Deierat.] Deos iurat.
ut,Maria omnia iuro.Aut ualde iurat. Bacchis deierat. Si correpte, deierat deos iurat.ſi
producte,ualde iurat.Et bene ſenem iratum præoccupauit,dicendo, deierat ſanctè: ne con/
fligeret cum meretrice,& fieret fabula longior. Hæcine ea eſt?] Imitandi irati contempla/
tio:quaſi dicat,hæc eſt,quam uxori Pamphilus anteponit? Nec pol iſtæ metuunt deos.]
Hoc argumentum eſt non illam uera iurare.ſanctum,ait,iuſiurandum eſt,aut metu religio/
ſo,aut ſupplicijs ſacrilegorū.At uerò nec religioſæ ſunt meretrices inquit,nec dant pœnas:
quippe quæ à dijs contemnantur. Tale eſt apud Virgilium de uiolato luco, qui uindicatus
non eſt: Nouimus & qui te,tranſuerſa tuentibus hirquis,Et quo, ſed faciles nymphæ riſere,
ſacello. Neq; has reſpicere deos opinor,] Et inferiores ſunt inquit, quàm in quas dij uindi
cent

cent. Neq; has reſpicere deos.Nec meretur ut dijs pœnas referant,quia nec dijs curæ eſſe
dignæ ſunt.Et eſt ἀμφιβολία, quæ ſenſu manifeſta eſt. Ancillas dedo.] Repudiato iureiu/
rando ad aliud tranſit firmius documentū. Quolibet cruciatu per me exquire.] Per me, *Per me*
hoc eſt,me permittente:ut quod per legem tibi non licet,per me liceat.Per me ergo, me au/
tore & permittente. Hæc res hic agitur.] Aut ſic intelligendum eſt,quaſi dicat,Hoc ageba
mus cum tu aduenires.aut cum aſſeueratione pronuntiandum eſt:ut ſit Res ueritas: quaſi
dicat:Hic non uerba ſunt,ſed rès agitur. Hæc res hic agitur.] Propoſitio eorum quæ dictu
ra eſt,hoc modo,Hæc res hic agitur.quæ res?Pamphilo me facere, ut redeat uxor, oportet.
quod ſi perficio:non pœnitet me famæ,ſolam feciſſe id,quod aliæ meretrices facere fugitāt.
Multa Terentius feliciter auſus eſt,arte fretus.nam & ſocrus bonas,& meretrices honeſti cu
pidas,præter quàm peruulgatum eſt,facit:ſed tanta uigilantia cauſſarum & rationum mo/
menta ſubiūgit,ut ei ſoli merito uideantur omnia licere. Nam hoc contra illud eſt,quod ali
bi ait cōmune eſſe iam omnibus Comicis bonas matronas facere, meretrices uerò malas.
Non pœnitet me famæ.] Hæc figura μιότης dicit minus enim dicit quàm ſignificat.nam, *Non pœnitet*
non pœnitet me famæ:pro eo quod eſt, magnam famam cupidè acquiſierim, ſignificat. *me famæ*
Nō pœnitet me famæ.Ne quæreremus qui hoc meretrici prodeſſe poſſet. Solā feciſſe.]
Bene ſolam:ne neſciſſe officiū meretricis Poeta uideretur. Solam feciſſe id,quod aliæ me/
retrices facere fugitant.Id eſt reconciliaſſe uxorem marito. Noſtras mulieres ſuſpectas fuiſ/
ſe.] Id eſt in ſuſpicione poſitas.Nam eſſe ſuſpectas,ambiguum eſt. & nunc eius partem ma/
nifeſtam uidemus. Nobis in re ipſa.] Nobis,aut abundat,aut cum moleſtia noſtra ſignifi/
cat. Porrò hanc nunc experiamur.] Porrò nunc,futurum tempus oſtendit.nam ſi iam in/
ueniſti quid,experiaris & ea,quæ reſtant in reliquum tempus:quia iā de præteritis purga/
ta eſt. Hanc experiamur.Id eſt utamur opera eius, Crimini tua ſe falſo uxor credidiſſe.]
Crimen proprie dicitur id quod falſum eſt. Cicero, Veruntamen fac, tametſi criminoſum
id eſt.Id eſt,falſa inſimulatio eſt. Crimini.] Crimen nunc,pro falſa ſuſpicione. Virgilius, *Crimen*
Formidine crimen ācerbat.Et, Semperq;,odij ſed crimine,Drances Infeſtus iuueni Turno.
Id eſt & quòd eum odiſſe,& quòd ſe illi odio eſſe ſuſpicaret. Cito ab eo hæc ira abſcedet.]
Bene.in duabus enim perſonis cauſſa uidetur eſſe turbarum: ſocrus, & Pamphili. Profe/
cto in hac re nihil mali eſt quod ſit diſſidio dignum.] Moraliter,quaſi quærēdo,& diſcutien
do,hoc intulit. Diſſidio.Diuortio. Velim quidem hercle.] Vt nihil ſit dignū:hoc eſt nō
peccauerit Pamphilus. Quod ſatis ſit,faciet ipſa.] Id eſt, quicquid ad plenam ducit pur/
gationem faciet. An quia non tute ipſe.] Correptio eſt.nam audiuit, Manere affinitatem
hanc inter nos uolo. Illis modò exple animū.] Quaſi dicat:quæ amaræ ſunt & moleſtæ.
An quia non tute ipſe audiſti dudum,De hac re animus meus ut ſit?] Vtrum quia dixit,
Manere affinitatem hanc inter nos perpetuam uolo. an quia apud uxorem defendit adole/
ſcentem in amore meretricis? Quod mihi pollicita es tute ut ſerues.] Id eſt iuſiurandum
apud mulieres. Quid iſthæc mihi narras?] Reprehenſio eſt quaſi longorum uerborum
Lachetis. Ob eam rem uis ut ego introeam?] Vis dicit:ut oſtendat in hac re cūctationem
ſuam. Nam nupta meretrici hoſtis eſt.] Caute etiam hoc præſtruit Poeta,ne non ueriſimi
le uideatur potuiſſe meretricem cōcorditer cum pellice agere. Nam nupta meretrici hoſtis
alia ſcilicet inimica. At eaſdem amicas tibi fore.] Hic quidem ſenes:uerū aliæ cauſſæ ſunt
quæ mulieres faciunt moleſtas:& hæ autem ſpectatoribus notæ ſunt ex argumento. Et ſi
mul ſuſpicione exolues.] Hoc eſt quod ſuprà dixit,crimē.nos quoq; ſuſpitionem interpre/
tati ſumus. Exolues.] Epedies. Pudet Philumenæ.] Pudet duo ſignificat, ſiue ille pecca
rit quem pudet, ſiue ille cuius pudet.Et familiariter Philumenæ,tanquam notæ ex Pamphi
lo. Sequimini me intro huc ambæ.] Ancillis dicit,quæ ſunt κωφὰ πρόσωπα. Pudet Philume
næ,Conſcientia communis uiri,& pellicatus. Quid eſt quod mihi malim, quàm quod
huic.] Senſus hic eſt, Quid eſt quod magis optem mihi euenire,quàm quod ſimul prode/
rit etiam meretrici? Quid eſt quod mihi,&c. Sic hoc ergo intulit pro nouo. Mirandum eſt
enim euenire potuiſſe,ut idem & ſeni & patri proſit,quod meretrici. Quid eſt quod mihi
malim.Vt amicitia mihi & ſibi proſit.Et oſtendit commune ſibi bonū eſſe. Euenire.] Eue/
nire,bis ſubaudiendum. Vt gratiam ineat ſine ſuo diſpendio.] Recte.Difficile eſt enim
gratiam inire ſine damno. Et mihi proſit:Mire,quia difficile eſt amicum ſine damno ac/
quirere.Et quia cum lucro non potuit dicere:& hoc ipſum bonum fecit, quia ſine damno.
Ergo uelut tria ſunt:ut gratiam ineat,ut ſine damno,& ut mihi proſit. Pamphilum uere à
ſe ſegregarit.] Proprie à meretrice ſegregari dicitur,ab uxore diſiungi. Scit ſibi nobilita/ *Segregari*
tem ex ea re natam.] Quaſi dicatur,Ecce quam amauit Pamphilus.Sed hoc ſentire,& dice/ *Diſiungi*
re,patris eſt ſtulta pietate magnificantis filium.Vt, Meum gnatum rumor eſt amare.Et pro
prie nobilitatem dixit.nam & meretrix & gladiator nobiles dici ſolent. Scit ſibi.Quod ni/

mis amat,ait Nobilitatem. Ex eo.] Vtrum ex Pamphilo an ex eo,ex ea re:id eſt, quòd ſe gregauerit uerè ab ſe Pamphilum:& hoc eſt melius.Nam nobilis meretricis eſt,non timere, ne alterum non inueniat,aut nobilis eſt,cognitam fieri etiam ſenibus. Rem natam.] Ex patrocinio & amicitia ſenis. Gloriam.] Ex facto raro in meretricibus. Et rem natam. Quia multa in eam contulit. Et gloriam eſſe.Quia defendit eum apud ſoceros, & uxorem:& quod marito meretrix coniugem reddit.

ACTVS V. SCENA III

Trochaici octonarij catalect. Iambici quad.catalect.

PARMENO. BACCHIS

P. AEDEPOL næ meam herus eſſe operam deputat parui pretij,
Qui ob rem nullam miſit,fruſtra ubi totum deſedi diem,
Myconium hoſpitem dum expecto in arce Callidemidem:
Itaq; ineptus hodie dum illic ſedeo,ut quiſq; uenerat,
Accedebam:adoleſcens dicdum quæſo,es tu Myconius?
Non ſum:at Callidemides?non,hoſpitem ecquem Pamphilum
Hic habes?omnes negabant:neq; enim quenquam eſſe arbitror.
Deniq; hercle iam pudebat:abij,ſed quid Bacchidem
Ab noſtro affine exeuntem uideo?quid huic hic eſt rei?
B. Parmeno opportunè te offers:properè curre ad Pamphilum.
P. Quid eó? B.dic me orare ut ueniat. P.ad te? B. imò ad Philumenam.
P. Quid rei eſt? B.tua quod nihil refert,percontari deſinas.
P. Nihil aliud dicam? B.etiam,cognoſſe anulum illum Myrrhinam
Gnatæ ſuæ fuiſſe, quem ipſius mihi olim dederat. P.ſcio:
Tantúm eſt? B.tantum:aderit continuo,hæc ubi ex te audierit:
Sed ceſſas? P.minime equidem.nam hodie mihi poteſtas haud data eſt:
Ità curſando,atq; ambulando totum hunc contriui diem.
B. Quantã obtuli aduentu meo lætitiam Pamphilo hodie? *Iamb.quad.catalect.*
Quot commodas res attuli?quot autem ademi curas?
Gnatum ei reſtituo,qui penè harum ipſiuſq; opera perijt:
Vxorem,quam nunquam eſt ratus poſthac ſe habiturum,reddo:
Qua re ſuſpectus ſuo patri,& Phidippo fuit,exſolui:
Hic adeò his rebus anulus fuit initium inueniundis.
Nam memini ab hinc menſes decem ferè ad me nocte prima
Confugere anhelantem domum ſine comite,uini plenum,
Cum hoc anulo:extimui ilico:mi Pamphile inquam amâbo,
Quid exanimatus es obſecro?aut unde anulum iſtum nactus?
Dic mihi:ille alias res agere ſe ſimulare:poſtquàm id uideo,
Neſcio quid ſuſpicarier,magis cœpi inſtare ut dicat.
Homo ſe fatetur ui in uia*uirginem neſcio quam cõpreſſiſſe: *Virginẽ ſupereſt*
Dicitq; ſeſe illi anulum,dum luctatur,detraxiſſe: *Anulũ diſſyllabum eſt*
Eum hæc cognouit Myrrhina in digito modo me habentem.

Rogat

Rogat unde ſit:narro omnia hæc:inde eſt cognitio facta
Philumenam eſſe compreſſam ab eo,& filium inde hunc natum.
Hæc propter me gaudia illi contigiſſe lætor:
Etſi hoc meretrices aliæ nolunt:neq; enim eſt in rem noſtram,
Vt quiſquam amator nuptijs lætetur:uerum ecaſtor
Nunquam animum quæſti gratia ad malas adducam partes.
Ego,dum illo licitum eſt,uſa ſum benigno,& lepido,& comi.
Incommodè mihi nuptijs euenit factum,fateor:
At pol me feciſſe arbitror,ne id merito mihi eueniret.
Multa ex quo fuerint commoda,eius incommoda æquum eſt ferre.

AEdepol næ meam herus eſſe operam deputat parui pretij.] In tota hac fabula ſeruus piger,& curioſus inducitur:neq; quicquam illi euenit ex ſententia ſua. Aedepol næ meam. Totum à ſtomachante dicitur:quaſi qui nunc maxime iniuriam perſenſerit. Aedepol næ meam. In hac ſcena *κατατροφὴ* populo exponitur. Deputat parui pretij. Quia ſic ſcilicet abutitur. Deputat parui eã, qui deputat eam in re nullius pretij conſumendam. Fruſtra,ubi totũ deſedi diem.] Deeſt Illuc,ut ſit,Illuc,ubi fruſtra totum deſedi diem. Totum deſedi diem. Nota accuſatiuo caſu uſum eſſe. Myconium hoſpitem dum expecto.] Memoriter & uigilanter ſeruus Myconium hoſpitem & Callidemidem dixit:ne uideretur negligentia,uel obliuione ſua non inueniſſe ad quem miſſus eſt. Myconium hoſpitem.Bene oſtendit ſe memorem & ſignorũ & nominum ut uideatur uerè illuſus cum operam dederit. Itaq; ineptus] Moraliter addi- *Ineptus*
tum ineptus.Et ineptus,quaſi inaptus. Adoleſcens dic dum quæ.] Vernaliter & comice ſeipſum ſeruus imitatur.& eſt *μίμησις* Es tu Myconius?] Nam ut tria mandata ſunt inquirenda:tria inquiſita ſunt ordine. Omnes negabant.] Bene tranſit à *μιμητικῷ* ad *διηγηματικὸν*, & *συντόμως*. Neq; enim quenquam eſſe arbitror.] Id eſt, non puto eum eſſe in mũdo. Iam *Arbitror*
pudebat.] Sedere,an interrogare? Ab noſtro affine exeuntem uideo? Satis moraliter inducitur ſeruus dicere,ab noſtro affine:cum domini eius ſit,non ipſius.Sic & prius, Noſter ſocer uideo uenit.pro,Pamphili ſocer. Exeuntem uideo? Docte Poeta præmonſtrat locuturam perſonam. Quid hũc hic eſt rei?] Rurſus curioſus nihil ſciturus eſt:& excurſurus piger. Parmeno opportune te quidem mihi offers.] Attendendum quòd ab initio comœdiæ uſq; ad finem Parmeno mittitur ut currat:& celatur,ut neſciat quod curioſe deſiderat. Propere curre ad Pamphilũ.] Facete Poeta inde incipientem facit,quod ille minime uult: dicendo:curre. Quid eo?] Id eſt ad Pamphilum. Ad te?] Vide curioſum non recuſare laborem,quo cauſſam ſciat. Ad te?] Non ad te conueniendam:ſed domum,Ad te ſignifi- *Ad te*
cat. Imò ad Philumenam.] Mire tota fabula inuenit quamobrem currat Parmeno.

Quid rei eſt?] Totum pro perſona. Tua quod nihil refert,percontari deſinas.] *οἰκονομικῶς διανοίας*, & eximie dixit, quaſi minus ſit iniurium prohibere interrogare,quàm interroganti nõ reſpondere.Et memento hũc eſſe cui in principio nihil cælauerit Parmeno. Nihil aliud dicam?] Vult rem per mandata colligere. Etiam, cognoſſe anulum illum Myrrhinam.] *Etiam*
Etiam aduerbium eſt uel cõſentientis,uel reminiſcentis:ſed magis reminiſcentis modò.Sic Cicero,Etiam,quod penè præterij,capella quædã eſt mire facta. Scio.] Nõ audio, inquit: ſed ſcio. Sed ceſſas?] Hoc eſt tardas,& quieſcis.urget autem eum curſu. Minime equidem.] Ceſſo,ſubauditur.Poteſtas haud data eſt.] Ceſſandi ſcilicet. Ita curſando atque ambulando.] Eſt enim curſus & nauigantis,& equitantis. Quatã obtuli aduentu meo.] Reliqua pars argumenti per *μονῳδίαν* narratur. Quot commodas res attuli?] Quot,tam multas.Et more ſuo attuli dixit. Quot autem ademi curas?] Sic antè,Vt metum in quo nunc eſt,adimam:atq; expleam animum gaudio. Quot cõmodas res attuli? quot autem ademi curas?Hæc omnia admirantis ſunt,ut Virg.Quis nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes? Gnatum ei reſtituo,] *ἐξεργάσμενος*. Reddo.] Redditur nobis quod noſtri cupi- *Reddi*
dum eſt:Reſtituitur nobis,cuius cupidi ſumus.Bene ergo gnatum reſtituo: uxorem reddo. *Reſtitui*
Qua re ſuſpectus ſuo patri & Phidippo fuit.] Ergo non unum beneficium, ſed tria ſunt.
Exolui.] Variauit tempora,reſtituo,reddo,exolui. Nam memini ab hinc menſes decem.] Menſes decem dixit, & recte:ut de hoc peperiſſe demonſtret. Nocte prima.] Primis partibus noctis:uel primore:ut, Vidimus obſcuris primam ſub uallibus urbem. Confu-

gere anhelantem. Ex his argumentis potest colligi, hunc esse qui uirginẽ uitiauerit. Confugere anhelantem. Vide signa coniecturalia: quòd confugere uidit, timebat: quòd anhelantem, colluctatus fuerat: quòd domum, celari uolebat: quòd sine comite, pudendũ fuerat facinus: quod uini plenum, temerarium: quòd anulũ habebat, partum indicat. Vides igitur his indicijs ut uirginẽ apparet uitiatam. Mi Pamphile inquã amabo.] Hæc blandimenta sunt muliebria. Quid exanimatus es? aut unde anulum nactus.] Principalia signa uitij illati, perturbatio, & anulus. Quid exanimatus es obsecro, aut unde anulum istum nactus? Breuitati consulit Terentius. nam in Græca hæc aguntur, non narrantur. Simulare.] Fingere, ac pro uero falsum tradere. Ille alias res agere se simulare. Id est alias res agẽtem se fingere. pudebat enim, amicæ de alterius stupro fateri: & ei amicæ, quam tum deperibat. *Simulare*

Nescio quid suspicarier.] Pro aliquid. Homo se fatetur ui in uia uirginem nescio quam compressisse.] Bene additum homo. Et oratorie Nescio quam. ex quo dicto omnis error est natus: nam appone nomen, & nulla fabula est. Nescio quam. Vel quia uerè nesciebat: uel quia sic dicendũ fuit, ne amare illam uideretur. Hæc tot propter me gaudia.] Inclusit narrationem fabulæ more suo: ne hæc in futuro actu expectaremus. Etsi hoc meretrices aliæ nolunt.] Color necessarius à uerisimili. Se enim alibi dixisse, Bonas matronas facere, meretrices malas: meminit. Ego, dum illo licitũ est.] An meruerit Pamphilus. Neq; enim est in rem nostram.] In rem, in utilitatem, id est pro commodo. Incõmode mihi nuptijs cuenit.] Sic dixit, quemadmodũ dicimus, Ei male euênit, aut bene ei contigit. Nuptijs.] De est Ex, ut sit ex nuptijs. Incommode mihi euenit nuptijs. ἀνθυποφορὰ. Et est ordo, incõmode mihi euenit ex nuptijs. & incommode, pro, incommodo. Factum fateor.] ἀνθυποφορὰ. *Nescio quid* *In rem*

Ne merito mihi eueniret.] Ergo hæc dolemus quæ merito contingunt. Multa ex quo fuerint commoda.] Ratio cur noua omnia fiant, & contra officium meretricis. Multa ex quo fuerint commoda, eius incommoda æquum est ferre. Hoc eo tractu uocis, & ea æquanimitate dicendum, quale in Adelphis. Quando eum quæstum occœperis, accipienda, & mussitranda iniuria est adolescentium.

ACTVS V. SCENA IIII

Iambici quadrati acatalectici mixtis Senarijs & trochaicis quadratis catalecticis.

PAMPHILVS. PARMENO. BACCHIS

PAM. Vide mi Parmeno etiã sodes, ut mihi hæc certa, & clara attuleris,
Ne me in breue hoc conijcias tempus gaudio hoc falso frui.
PAR. Visum est. PAM. certóne? PAR. certè. PAM. deus sum, si hoc ita est. PAR. uerum reperies.
PAM. Mane dum sodes, timeo ne aliud credam, atq; aliud nunties.
PAR. Maneo. PAM. sic te dixisse opinor, inuenisse Myrrhinam
Bacchidem anulũ suũ habere. PAR. factũ. PAM. eum, quem olim ei dedi.
Eaq; hoc te mihi nuntiare iussit: itàne est factum? PAR. ità inquam.
PAM. Quis me est fortunatior? uenustatisq; adeò plenior? egóne te
Pro hoc nũtio quid donẽ? quid, quid nescio. PAR. at ego scio. PAM. Quid?
PAR. Nihil enim: nam neq; in nuntio, nec in me ipso boni quid sit, scio.
PAM. Egóne qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris, *Iamb. tet. acat.*
Sinam sine munere abire à me? ah nimium me ingratum putas.
Sed Bacchidem eccam uideo stare ante ostium. *Senarij*
Me expectat credo: adibo. B. salue Pamphile.
PAM. O Bacchis, ò mea Bacchis, seruatrix mea.
B. Bene factum, & uolupe est. PAM. factis, ut credam, facis.
Antiquamq; adeò tuam uenustatem obtines:

Vt uoluptati

Vt uoluptati obitus, sermo, aduẽtus tuus, quocũq; aduèneris, *Quad. aca. Iãb.*
Semper fiet. B. at tu ecastor morem antiquum, atq; ingenium obtines,
Vt unus hominum homo te uiuat nunquam quisquam blandior.
PAM. Hahahæ, túne mihi istuc? B. rectè amasti Pamphile uxorem tuam.
Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quòd nossem, uideram.
Perliberalis uisa est. PAM. dic uerum. B. ita me Di ament Pamphile.
PAM. Dic mihi, harũ rerũ num quid dixti iã patri? B. nihil. PAM. neq; opus est
Adeò mutito. placet non fieri hoc itidem, ut in comœdijs,
Omnia omnes ubi resciscunt hi, quos par fuerat resciscere,
Sciunt quos non autem scire æquum est, neq; resciscunt, neq; scient.
B. Imò etiam hoc quî occultari posse facilius credas, dabo.
Myrrhina ita Phidippo dixit, iurijurando meo *Troch. tetra.*
Se fidem habuisse, & propterea te sibi purgatum. PAM. optume est.
Speroq; hanc rem esse euenturam nobis ex sententia.
PAR. Here, licétne me scire ex te, hodie quid sit quod feci boni?
Aut quid istuc est, quod uos agitis? PAM. nõ licet. PAR. tamen suspicor.
Egóne hunc ab orco mortuum? quo pacto? PAM. nescis Parmeno,
Quantũ hodie profueris mihi, & ex quanta ærumna extraxeris. *Iamb. acat.*
PAR. Imò uerò scio, neq; hoc imprudens feci. PAM. ego istuc satis scio.
PAR. An temere quidquam Parmenonem prætereat, quod facto usus sit?
PAM. Sequere me intrò Parmeno. PAR. sequor equidẽ plus hodie boni *Troch. ca.*
Feci imprudens, quàm sciens ante hunc diem unquam. *Senarius troch. acat.*

PLAVDITE.

CALLIOPIVS RECENSVI.

Vide mi Parmeno etiã sodes, ut mihi hæc certa.] Bene hæc repetit. uerũ est enim, ut quod misere cupimus, id etiam tardius credamus effectum. Sic & in Heautont. Ego uereor magis. Mane dum.] Dum abundat. Sic te dixisse opinor.] Miro affectu inducitur uix adduci ad credendum quòd gaudet Pamphilus.

Ita inquam.] Quasi, iam antè fassus, dico. Quis me est fortunatior, uenustatisq; adeò plenior?] Ob beneficia Veneris. cui contrarium inuenustus, cui contrà recidit quod amat. Quid donem? quid? quid? nescio.] ἀπορούμενον. ut, Pelagine uenis erroribus actus? An monitu diuum? an. quæ te fortuna fatigat, Vt tristes sine sole domos, loca turbida adires? Nam neq; in nũtio.] Magis scire uult, quàm munus accipere. Nam neq; in nuntio, neq; in me ipso boni quid sit, scio. Facete agit Terentius. quãto magis Parmeno curiosus est: tanto magis nescit illa quæ cupit. O Bacchis, ô mea Bacchis, seruatrix mea.] Bene additum est, seruatrix mea. Et Mea quod suprà dixit, amatoris est. Factis ut credam facis.] Difficile enim erat credere, his rebus gaudere meretricem. Vt uoluptati obitus.] Obitus, occursus. Ob enim, significat contrà. Ergo obitus, aditus. legitur &, uoluntate obitus. Obitus, sermo, aduentus tuus. Inter obitum & aduentum hoc interest: quòd obitus est, quẽ casus affert; aduentus, quem uoluntas, & destinatus locus. Túne mihi istuc? Quia blandimentum magis meretricium est. Nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod nossem, uideram.] Hoc est, nunquam sic uideram, ut eam nossem. Quòd nossem. Id est quod meminissem, quod scirem: ac per hoc nũquam uideram: ut alibi, Non equidem istuc, quod sciam. Dic uerum.] Bene instanter ex meretrice quærit, quid de forma uxoris sentiat. scit enim hanc iudicem esse pulchritudinis posse: uel quòd fœmina, uel quòd æmula. Num quid.] Num aliquid. acuendũ ergo Quid. Neq; opus est adeò mutito.] Vel tenui dicto.

Non fieri hoc itidem ut in comœdijs.] Mire: quasi hæc comœdia non sit, sed ueritas. Aut

Venustus *Inuenustus* *Obitus* *Ob* *Aduentus*

deest,Alijs. Vt in comœdijs.Deest Fit. Omnia omnes ubi resciscunt.] In fine enim comœdiæ nihil cuiquam celari solet. Hic quos par fuerat.] Hic,in hac comœdia, aut in hac re.Rescire,est cognoscere,& uix inuenire quod quis nescierit. Necp rescíscent, necp scíet.] Rescíscunt ad quos pertinet:& rescíscũt,qui nesciunt:Sciunt,qui negligunt. Et rescíscimus ex alio:Scimus etiam per nostram opinationem. Here,licétne me scire ex te.] Ridicule instat scire,ignoraturus Parmeno. Egóne huncab orco mortuum?] Verba sunt cogitantis. ideo & ἀναπτικῶς loquitur. Nescis Parmeno.] Addidit stimulos curiositati eius. Imò ue rò scio,nec hoc imprudens feci.] Rectè.paruum enim beneficij meritum, si ab imprudente præstitum uideatur. Temere quicquam Parmenonem prætereat.] Quòd interdum non temere prætereat quod habet faciendi necessitatem. Temere quicquã Parmenonem prætereat:Sibi ipsi hoc dicit,& se nominat:ut, Degeneremq; Neoptolemum narrare memẽto. Et,Age nunc Phormionem,qui uolet lacessito. Temere quicquam.Vtrum hoc dicit,Non temere,neq; per imprudentiam geritur quicquid utile est.an hoc dicit,Nihil potest transire temere, quod utile factu est,quin gratiam sui habeat?An hoc dicit, An quicquam Pamphilus prætereat temere:ita ut non remuneret bonum factum Parmenonis, quod sibi utile fuerit?Et conuenit hoc dictum meretrici abeunti. Feci imprudens,quàm sciens ante hunc diem unquam.] Quia non conuenit seruo scienti rectè facere:bene addidit imprudenti sibi euenisse,ut bene faceret:quod prudens nunquam fecerit. Imprudens quàm sciens. ἀντίστροφον secundum.nam imprudentem scienti reddit,non prudentem.

Rescisco Scio

FABVLAE INTERLOCVTORES

Dauus seruus
Demipho senex
Antipho adolescens
Geta seruus
Chremes senex
Phædria adolescens
Hegio aduocatus
Crito aduocatus
Cratinus aduocatus
Nausistrata matrona
Sophrona nutrix
Phormio parasitus
Dorio leno

C. SVLPICII APOLLINARIS IN PHORMIONEM PERIOCHA

CHREMETIS frater aberat peregrè Demipho,
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clàm habebat Lemni uxorem,& filiam,
Athenis aliam coniugem,& amantem unicè
Gnatum fidicinam.mater è Lemno aduenit
Athenas·moritur·uirgo sola(aberat Chremes)
Funus procurat.ibi eam uisam Antipho
Cum amaret,opera parasiti uxorem accipit.
Pater,& Chremes reuersi fremere·dein minas
Triginta dant parasito,ut illam coniugem
Haberet ipse.argento hoc emitur fidicina.
Vxorem retinet Antipho à patruo agnitam.

HAnc Comœdiam, manifestũ est prius ab Apollodoro sub alio nomine, hoc est ἐπικληρούμενον Græce scriptã esse, q̃ latine à Terentio Phormionẽ. Quamobrem nulla dubitatio est,hanc solam esse cui nomen Poeta mutauerit:& errare eos qui in hac Phormionem parasitũ putant à formula litis, quã interderit nominatũ: cum Græca lingua fiscus sparteus & stramẽ nauticũ sic dicatur:à cuius rei uel capacitate, uel utilitate etiam ab Apollodoro parasitus Phormionis nomine nuncupat. Hæc igit proprie tota motoria est, & in affectibus cõstituta penè maioribus,q̃ comicus stylus posceret:nisi quòd arte Poetæ omnia moderata sunt.

Primas in ea partes,ut ipse Poeta professus est,tenet Phormio: secundas Geta: tertias Demipho:subinde cæteri,prout cuiusq; actus ostendit. Prologus Phormionis nimis concitatus est,adeò ut ipse semet uelúti reprehendat ob hanc ipsam peruicaciam,& simul argumẽtũ suæ purgationis inducat. Atq; in ea cũ & Protasis,& Epitasis,& Catastrophe magni motiminis & negotij sint:ita uarijs leporibus aspergunt,ut etiam rerũ tristium grauitatem Poeta lepidus comica serenitate tranquillet. Hæc acta est ludis Megalensibus, L. Cornelio Merula Aedili Curuli,& L.Posthumio Albino:agentibus L. Cassio Attilio, & L. Ambiuio: modos faciente Flacco Claudij filio tibijs serranis.totaq; deuerbijs facetissimis,& gestũ desiderantibus scenicũ,& suauissimis ornata canticis fuit. Editaq; est quarto loco,M.Valerio, & C.Fannio Coss. Persona etiam in huius protasi nõ una est,sed duæ:quarũ altera extra argumentũ posita est,cui narratur fabula:Altera in argumento quæ narrat fabulã. Argumentũ quoq; nõ simplicis negocij habet:nec unius adolescentis,ut in Hecyra:sed duorũ,ut in cæteris fabulis. Scire autẽ cõuenit uno die transigi Phormionem: nõ,ut Heautontimorumenõ duobus.Prologus correpte ἀπὸ τοῦ προλήγειν dicit,nõ producte ἀπὸ τοῦ πρωτολογεῖν. nam officiũ prologi ante actionẽ quidem rei semper est: ueruntamen & post principiũ fabulæ inducit,ut apud Plautũ in Milite glorioso:& apud cæteros magnæ autoritatis ueteres Poetas.

ARGVMENTVM

CVm Chremes Demiphonis frater adscito sibi ad fallaciã nomine, quo Stilphonem se dici fecerat,duas eodem tempore habuisset uxores, Athenis diutem,pauperem Lemni:ex diuite sustulit filiũ,qui dictus est Phædria: ex paupere furtim susceptum atq; educauit filiã, Phanium nomine,eamq; cõsilio cum fratre habito destinauit filio eius Antiphoni uxorẽ dare. Quibus complacitis,uno tempore profecti Athenis senes, Demipho in Ciliciã, Chremes Lemnum ad accersendã filiã,quæ iam illinc cũ matre nauigauerat,occasionẽ dederunt amandi adolescentibus.Nam statim Phædria Citharistriã sub lenone cœpit ardere: Antipho illã filiam patrui Phaniũ desponsatã sibi,nesciẽs nescientẽ,mox ut Athenas uenit,nec patrẽ reperit falsa duplici eius nomine matrẽ mortuã dum lamentatat,adamauit: consilioq; & opera parasiti,secundũ leges Atheniẽsium,quasi sibi cognata esset, tanq; in iure uictus & uelut coactus,eam accepit uxorẽ per absentiã patris. Qui cũ aduenisset,& uellet eã expellere: primo confutat per impudentiã parasiti.pòst cũ suo fratre sic decipitur, ut dum eam credit ab Antiphone posse disiungi,eam parasitus ipse ducat uxorẽ:& det ducturo xxx minas præsenteis dotis puellæ nomine,quas Phormio acceptas Phædriæ dedit:ille,lenoni ad Citharã striam redimendã.Quibus gestis tandẽ Chremes agnoscit filiã suam coniunctã esse fratris filio.Quare dũ mutato cõsilio xxx minas à Phormione per rixã conat exigere: per eundem proditus uxori suæ Nausistratæ est:& factus libidinis reus, nõ antè ueniã meruit à matrefamiliãs,q; & xxx minarũ, & amoris Citharistriæ ueniã dedisset filio. Primus actus est in colloquio Daui & Getæ:per quos discit populus argumentũ. Secundi actus tenor cõtinet aduentũ senis turbulentũ,& eiusdẽ iurgiũ aduersus Getã & Phædriã. Tertio actui attribuit litigiũ senis & Phormionis.tum cõsultatio cum aduocatis. tum Antiphonis in secnam reditus:colloquiumq; cum Geta.tum lenonis & Phædriæ colluctatio. tum adhortatio Getæ de inueniendo argento ad redimendã Phædriæ Citharistriã. Quartũ actũ ista concelebrant,aduentus Chremetis:eiusdemq; cũ fratre deliberatio per errorẽ de eiciendo Phanio. Getæ uerba de fallẽdis senibus. Antiphonis oratio apud semetipsum de amore tractantis.Getæ rursus cũ senibus callida,& mox cũ Antiphone de eadẽ caussa simplex disputatio. senũ inter se colloquiũ de expulsione mulieris.& ad extremũ uerba Chremetis agnoscentis nutricem,ac per eã filiam suam cũ Antiphone cõiunctã. In quinto actu per Demiphonis errorem Phormio accipit argentũ dotis nomine:& cõuenitur Nausistrata ut exire domo cõpellat Phaniũ.nuntiat Antiphoni & Phormioni per Getã,Phaniũ à patre agnitam, permissamq; ut uxor habeatur.quæ cũ ita nupta sit,exposcitur argentum à Phormione per rixam senũ:à quibus ille oppressus,rem omnẽ aperit Nausistratæ.ad quod primũ irata, ut in talẽ,uxor,mox lenitur in fine fabulæ:& tutissimum à patris iracundia præstat Phædriam.

ACTA LVDIS ROMANIS, L. POSTHVMIO ALBINO, L. CORNEL. MERVLA AEDILIB. CVR. EGERE L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI, TIBIIS IMPARIB. TOTA GRAECA APOLLODORV EPIDICAZOMENOS. ACTA QVARTO C. FANNIO, M. VALERIO COSS.

PROLOGVS

Senarij

OSTQVAM Poeta uetus Poetam non poteſt
Retrahere à ſtudio, & tranſdere hominẽ in otium:
Maledictis deterrere ne ſcribat parat.
Qui ità dictitat, quas ante hac fecit fabulas,
Tenui eſſe oratione, & ſcriptura leui:
Quia nuſquam ſcripſit inſanum adoleſcentulum
Ceruam uidere, fugere, & ſectari canes,
Et eam plorare, orare ut ſubueniat ſibi.
Quod ſi intelligeret, cum ſtetit olim noua,
Actoris opera magis ſtetiſſe, quàm ſua:
Minus multò audacter, quàm nunc lædit, læderet:
Et magis placerent, quas feciſſet fabulas.
Nunc ſi quis eſt, qui hoc dicat, aut ſic cogitet:
Vetus ſi Poeta non laceſſiſſet prior,
Nullum inuenire prologum potuiſſet nouus
Quem diceret, niſi haberet cui malediceret:
Is ſibi reſponſum hoc habeat in medio omnibus
Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant Muſicam.
Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reijcere:
Hic reſpondere uoluit, non laceſſere.
Benedictis ſi certaſſet, audiſſet bene:
Quod ab ipſo allatum eſt, ſibi eſſe id rellatum putet.
De illo iam finem faciam dicendi mihi,
Peccandi cum ipſe de ſe finem non facit.
Nunc quid uelim, animum attendite: apporto nouam,
Epidicazomenon quam uocant comœdiam
Græci, Latini Phormionem nominant:
Quia primas parteis qui aget, is erit Phormio
Paraſitus, per quem res agetur maximé. *al. geretur*
Voluntas ueſtra ſi ad Poetam acceſſerit,
Date operam: adeſte æquo animo per ſilentium:
Ne ſimili utamur fortuna, atq; uſi ſumus,
Cum per tumultum noſter grex motus loco eſt.
Quem actoris uirtus nobis reſtituit locum,

Bonitasq;

Bonitasq; ueſtra adiutans, atq; æquanimitas.

POſtquàm Poeta uetus Poetam non poteſt.] Hoc initium à deſtructione perſonæ aduerſarij ſumitur, coniunctum cum inſinuatione perſonæ Terentianæ. *Poſtquàm*

Poſtquàm Poeta uetus Poetam non poteſt. Nota poſtquàm apud ueteres non præterito modo, ſed etiam præſenti tempori adiungi. Vt, Poſtquàm nos Amaryllis habet, Galatea reliquit. Quanquam ſunt qui Poſtquàm ſimpliciter pro quoniam accipi uelint. Poſtquàm Poeta uetus. Qui iam diu eſt, non qui iam diu fuit. Ergo ut unum, uetus: non uetus, ut Ennius. Poſtquàm Poeta uetus Poetam. Iocunda repetitio: ut, Diua deam. &, Notos pueri puer indue uultus. Poſtquàm Poeta uetus Poetã non poteſt. ἀντίδοτον primum per σύλληψιν primam, ita ut extrinſecus nouum audiri Poetam oporteat. Retrahere à ſtudio.] Sic loquitur, quaſi rem ſcenicã magis lædere uoluerit Luſcius, quàm Terentium. Tranſdere.] Tranſdere ueteres ſonantius, quod nos lenius dicimus tradere: ut tralatum, nos translatum è contrario. Et tranſdere hominem. Comice & uenuſte inſeruit hominem: ut, Leuibus huic hamis conſertam, auroq; trilicem Loricam: quam Demoleo detraxerat ipſe Victor apud rapidum Simoenta ſub Ilio alto: Donat habere uiro, decus & tutamẽ in armis. Maledictis deterrere.] Senſus hic eſt, Ipſe ſe, inquit, aduerſarius fatetur uictum, qui à rebus excluſus, ad uerba delapſus eſt. Maledictis deterrere.] Deeſt eum, ut, Quarum, quæ forma pulcherrima, Deiopeiam, Connubio iungam ſtabili. Qui ita dictitat.] Impudentiam oſtendit per frequentatiuum uerbum. Quas antea fecit fabulas.] Et hic lẽtum accuſatorem facit, qui præterita ingerat, & de quibus iam ſit iudicatum in melius. Tenui eſſe oratione, & ſcriptura leui.] Imperitum inducit criminatorem, qui hoc obijciat, quod proprium debet eſſe Comici ſtyli. Reuera autem hoc deterior Menandro Terentius iudicabat, quòd minus ſublimi oratione uteretur. quod ipſum nunc purgat, dicens in tragœdia altiora tranſire poſſe. Quia nuſquam inſanum ſcripſit adoleſcentem.] Ideo uidemur leues, tenuesq; inquit: quia nõ in comœdia prodigia facta ſunt, & tragœdias concitauimus. Et callide hic non ſolum errorem reprehendentis, ſed etiam imperite ſcripſiſſe ipſum oſtendit Luſcium Lauinium. Scripſit. Legitur & fecit. Adoleſcentulum. Vt comicam perſonam oſtenderet, artificioſe imminuit adoleſcentulum, quo magis perſona à ſublimitate diſcederet. Ceruam uidere, fugere, & ſectari canes.] Hic affectus à comœdijs remouendus eſt. Ceruam uidere, & fugere, & ſectari canes. Ambiguitas per accuſatiuum caſum, perſeuerans uſque ad ultimum de induſtria, ut etiam ipſa perplexitas odioſa ſit. Et eam plorare: orare, ut ſubueniat ſibi.] Hæc omnis παρίτασις tragica eſt: & ideo in comœdia uitioſe inducitur. Cum ſtetit olim noua.] Bene hoc poſitum eſt, potuit enim reſponderi, Cur igitur ſtetit, & non exacta eſt à populo? Cum ſtetit olim noua. Recte olim: quaſi dicat, Cum adhuc Terentius non ſcriberet, penuria meliorum eſt probata. Deinde quòd ait noua, hoc ſignificat, omnia carmina nouitate ipſa commendari, etiamſi nullius momenti ſint. Actoris opera ſtetiſſe.] Vna opera & ſuffragium ſcenicorum comparat, & lædit aduerſarium. Minus multo audacter.] Noue dictum, minus multo audacter: ut cum dicamus nos, minus audacter. Nunc ſi quis eſt qui hoc dicat, aut ſic cogitet.] Omne quod in mentem uenit, aut cogitamus, aut dicimus. ut Virgilius, Et mihi iam multi crudele canebant Artificis ſcelus, & taciti uentura uidebant. Hic ſenſus eſt, Nunc ſi quis eſt qui hoc dicat, aut cenſeat, Improbus eſt Terentius, qui omnes prologos de maledictis facit: habeat is hoc reſponſum ſibi, aduerſarium coegiſſe qui prouocauerit. Nam quid faceret Terentius, cum de palma artis muſicæ certandum uideat eſſe ſibi? Laceſſiſſet prior.] Aut laceſſiſſet abundat, aut prior. Nullum inuenire prologum.] Prologum modò, non hominem, ſed uerba ſignificat. Nouus.] Hic quod ſuprà prætermiſit, ueteri ſuppoſuit nouum. Niſi haberet cui malediceret.] Mire haberet: quaſi dubium non ſit maledicendum eſſe Luſcio. Is ſibi reſponſum hoc habeat.] Huic rei per qualitatem reſpondet: aduerſarium cogere, ut ſic agat. In medio palmam omnibus eſſe poſitam.] Senſus hic eſt, Inueniret inquit: ſed maluit, cum de palma certandum ſit, aduerſario reſpondere lædenti. Verum oratorie manifeſta ſoluere non curauit, hoc eſt, nullum inuenire prologum potuiſſe Terentium. & hoc enim obijciendum fuit omnibus & nouis, & ueteribus Poetis. Palmam pro cauſſa certaminis poſuit. Et ideo nõ eſt mirandum, ſi pugnant quibus cauſſa certaminis præſto eſt. Qui artem tractant Muſicam.] Virgil. Nec quicquid ubiq; eſt Gentis Dardaniæ magnum quæ ſparſa per orbem. Et περιφραστικῶς pro qui comœdias ſcribunt. *Palma*

Ille ad famem hunc ab ſtudio.] Hic maxime incipit ſõlucre quod ſibi ſuperius ipſe propò fuit. Ille ad famem hunc ab ſtudio. Nunc quid eſt, inquit, Poetam uituperare, niſi ad famem reijcere? nam Poetæ probi ſuas uendebant fabulas: & harum pretijs alebantur.

Ille ad

Ab studio studuit Ille ad famem hunc ab studio. Cur lacessitus respondes? certamen est, inquit. Ab studio studuit. Vetuste, ut, Luserat ludum, & pugnam pugnauit. Benedictis si certasset.] Quia suprà dixit in medio omnibus palmam esse positam. quasi dicat, quidquid in certamen uenerit, in eo uincendos æmulos esse. Si certasset.] Certasset ἀντὶ τοῦ prouocasset ab eo quod *Certare* præcedit, id quod sequitur. Virgilius, Nec te certasse priorē Pœniteat. Audisset bene.] Be*Bene audire* ne audire, est bene dici, laudari. Quod ab illo allatum est.] Id est maledictum. Quod ab illo allatum est, sibi esse id rellatum putet.] Prouerbiale est, Quod dedit, recepit. Et gemi nauit L. ut Relliquias Danaûm. De illo iam finem faciam dicundi mihi.] ἀπὸ τῆς ἰδιωτείας τοῦ λέγοντος. Dicundi mihi, peccandi cum ipse de se finem nō facit.] Et mihi, & de se proprie positum est: & præterea ἀμφιβολίαν. Peccandi. Maledicendi. Peccandi: cum ipse de se finem. Prius, inquit, ego de illo finem faciam, quàm ipse de se. An, prius dicendi ego faciam, quàm ille peccandi finem? Non facit, pro non faciat: ut, Mirum ni ego me turpiter hodie dabo.

Nunc quid uelim, animum attēdite.] Deest, Quæritis. ut sit, Nunc quid uelim, quæritis? animum attendite. Apporto nouam.] Nouam, latinam dicit. Epidicazomenon quam uocant Comœdiam.] Hic manifeste errat Terentius. nam hæc fabula quam transtulit, Epidicazomene dicta est à puella de qua iudicium est: cum sit alia Epidicazomenos eiusdem Apollodori. Debuit ergo dicere Epidicazomenen Græci. Latini Phormionē nominãt.] *Φόρμιον* tegiculum dicunt Græci quo insternitur pauimentum: unde Phormio correpta pri*Primæ partes* ma syllaba apud Apollodorum est. Non ergo à formula, ut quidam putant, dictum est. Ergo inde parasitus uilissimæ conditionis homo, nomen accepit. Quia partes primas qui agit.] Primas nunc, maximas. ad actorem enim retulit. Cicero, Sæpe illum qui est secundarum aut tertiarum partium. Phormio est.] Si à formula esset nomen comœdiæ, primam produceremus syllabam: si à Phormione, corripere debemus. Per quem res agetur maxime.] Quia primæ partes etiam aliud significant. non ergo nunc primum actum dicit: sed summas partes. Et bene Maxime: quia & per alios. Voluntas uestra si ad Poetam accesserit, date operam.] Si uolūtas accesserit: pro, si faueritis. Noue sic uoluntatem pro fauore posuit. Adeste æquo animo.] Fauor in comœdia silentium spectatoris est. Recte ergo addit Per silentium. Aequo animo. Nunc propositio est. Ne simili utamur fortuna atque usi sumus.] Ne populum læderet, fortunam maluit accusare. Cum per tumultum noster.] Apparet Hecyram ante Phormionem actam esse: cui contigit id quod queritur, popu*Loco motus* lum subaccusans. Noster grex motus est loco.] Locus, est distributio temporū, quæ cuiq; in spectaculum uenturo attribuuntur ab Aedilibus. unde loco motus dicitur, qui suas ho*Virtus* ras nō obtinuerit inter præcedentes & consecuturos. Ergo proprie. Sic & Cicero, Loco ille motus est, cum est ex urbe pulsus. Quem actoris uirtus.] Vbiq; laudat actorem. est enim Poetæ utile. Quem actoris uirtus. Qui exclusus toties, animum non abiecerit, sed perseuerauerit agere. ideo uirtus. Restituit locum.] Bene repetiuit locum, ut ἀμφιβολίαν uitaret: *Bonitas* ne Quem tumultum dicere uideretur. Bonitasq; uestra adiutans, ac æquanimitas.] Bo*Aequanimi* nitas in omnibus generaliter rebus est: Aequanimitas in spectando. An bonitas in proban*tas* dis his quæ bona sunt: Aequanimitas, in ignoscendis uitijs atque delictis? An ταυτολογία est? An bonitas circa omnes: Aequanimitas circa Terentium? Bonitasq; uestra. Ne totum actori tribuens, nihil populo præter culpam reliquisse uideretur: honoris causſa hoc addidit. Adiutans. Sic ueteres dicere maluerunt quàm adiuuans.

ACTVS I SCENA I

DAVVS SERVVS

Senarij

AMICVS summus meus, & popularis Geta
Heri ad me uenit: erat ei de ratiuncula
Iam pridem apud me relliquum pauxillulum
Numorum: id ut conficerem. confeci: affero.
Nam herilem filium eius duxisse audio
Vxorem: ei credo munus, hoc corraditur.
QVAM INIQVE comparatum est, hi qui minus habent,
Vt semper aliquid addant diuitioribus?

Quod

Quod ille unciatim uix de demenso suo
Suum defrudans genium comparsit miser,
Id illa uniuersum abripiet, haud existimans
Quanto labore partum: porrò autem Geta
Ferietur alio munere, ubi hera pepererit:
Porrò alio autem, ubi erit puero natalis dies:
Vbi initiabunt: omne hoc mater auferet:
Puer causſa erit mittundi: sed uideóne Getam?

AMicus summus meus & popularis.] Quod in omnibus ferè comœdijs in quibus perplexa argumenta sunt, fieri solet: id in hac quoq; Terentius seruat: ut *πρὸ ταλικὴν πρόσωπον*, id est personam extra argumentū, inducat: cui dum ob hoc ipsum quòd ueluti aliena tota fabula est, gesta res narratur: discat populus textum excotinentia rerum: sitq; instructus ad cætera. Amicus summus meus & popularis Geta. In hac scena quæ docendi atq; instruendi spectatoris causſa inducitur, mire extrinsecus lepores facetiæq; cernuntur, & sales comici. Id enim est artis Poeticæ, ut cum narrationi argumenti detur opera: iam tamen res agi, & comœdia spectari uideatur. Amicus summus meus, & popularis Geta. Insinuatio personæ eius quæ inducitur ad audiendū. Et uide seruum ostendi Dauum: & non ostendi cuius seruus sit. Amicus summus meus. Causſa cur in scenam procedat Dauus. Amicus. A uoluntate. Popularis. A fortuna. *Popularis* Popularis eiusdem conditionis, gentis q̄. Sallustius, Popularis sui sceleris. Et popularis, populo amatus. & popularis ciuis. & popularis humilis. & popularis uilis, è populoq; factus: ut siquis dicat sordidum, popularem ciuem. Amicus summus meus. Dauus extra duas familias inducit, quæ in hac fabula sunt, alienus, ac per hoc ignarus, cui narret Geta argumentum. Heri ad me uenit.] Propter cognationē E & I literarū, non dubitauerūt antiqui & here & heri dicere, & mane & mani, & uespere & uesperi. Erat ei de ratiuncula.] Deest, Nā. sed mire subtractū est. Erat ei de ratiūcula. Opportuna diminutio in re seruili, ratiuncula, & pauxillulū. Erat ei de ratiuncula. Moraliter intulit, Erat ei. magis enim facetū & comicū est, cū ἀσυνδέτως infertur, q̄s si diceret, nam erat ei. Iampridem apud me relliquū.] De argumento sumitur causſa colloquij. Nam debui, inquit, Getæ: & ille me exigit, ut numeret domino ob nuptias factas. Pauxillulum.] Quartus gradus diminutionis, paulum, paululum, pauxillum pauxillulū. Id ut conficerem.] ἔκλειψις prima. Et cōficerem proprie. nam *Facta pecunia* fieri pecunia dicebat. Sallustius, Quæ pecunia ad Hispaniense bellū Metello facta erat. *Conficere pecuniam*

Conficerem. Quia in promptu nō erat. Cōfeci: affero.] Bene: quasi reddendi moræ nō habere causſa fuerit. Nam herilem filium.] τρόφιμον Græci dicunt. atq; haud scio, an Latini quoq;, alumnū dicere poterant, nisi hoc mallent. Nam herilem filiū eius duxisse audio uxorem. Mire se applicat argumento. Ei credo munus hoc corradit.] Mire: heri quidem fuerunt nuptiæ, sed adhuc munus corradit. quia in nuptijs etiā septimus dies instaurationē uoti habet: ut in funere nonus dies, quo parentalia cōcluduntur. Ei credo. Vxori scilicet. *Alumnus*

Munus, hoc corradit. Hoc pecuniæ scilicet, munus erit. & est figura ἐκφήνησις. Credo. Pro *Credo* uere scio. Et ei, an uxori, an absolutè: ut sit, ei rei? Corradit. Apta in uerbo difficultas. ut in *Corrado* Adelphis, Minas decē corradet alicunde. &, Corrasi omnia. Quàm inique cōparatū est.] *Comparatum* Miro ἰδιωτισμῷ morē pro lege cōqueritur. Comparatū. Constitutū est lege. Et hi qui minus habent, & ditioribus dixit: ne diceret, serui dominis. uult enim latius patere quod dicit: & generalem esse sententiā. Quàm inique cōparatum est, hi qui minus habent. Garrulos seruos & sententiosos amat Comœdia: tristes, & parce loquētes Tragœdia. Vt semper aliquid addāt. Mire nō dent: sed addant. & nō, aliquādo: sed, semper. Ditioribus. Pro, minus pauperibus. Quod ille.] Docte ad singularē numerū transit à plurali. Quod ille. Redit ad *Vnciatim* Getā. Vnciatim.] Sic ueteres, Multa unciatim. Cū expensa pecunia ferret more ueterū: nō *Assis* ut nūc, annumeraret: Assis, libra erat: eiusq; partes, unciæ. Rursus unciæ unius duodecima *Uncia* pars, libella dicebat. Merito ergo, nō per singulos sestertios, neq; per singulos denarios, neq; per singulos asses, sed id q̄d ὑπερβολικῶς minimū fuit: per singulas uncias, unciatim dixit. Et Cicero, Ecquis Volcatio, si sua spōte uenisset, libellā unā dedisset? Vnciatim. Vix potuit & unciatim, & cito cōflari peculiū. ut multa pauxillatim, & cito fiūt maxima. Merito ergo additū est Vix. Sed q̄d si & unciatim, & uix, & tamē de lucro dedit? De demēso suo, inquit. Quid si ex abūdāti? Suū defrudās genium. Deinde, nō, acquisiuit, sed, cōparsit. Et ad postremum, *Libella*

miser

Demensum miſer: ut iniquitas conſuetudinis, comploratione finiretur. De demenſo ſuo. Serui quaternos modios accipiebãt frumenti in menſem: & id demenſum dicebatur. & utrum à metiendo: incertum eſt. Suum defrudans genium. Vt contrà, Genialia curare dicitur, qui uiuit lautius. Id illa.] Nupta ſcilicet. Vniuerſum abripiet.] Contra illud quod unciatim dixerat. Vniuerſum abripiet. Magna uirtus penè in ſingulis ſyllabis: contra illud quod ait, Ille, illa retulit. contrà unciatim, uix de demenſo ſuo, Vniuerſum. Contra id quo ait, munus corraditur, Abripiet. Contrà, Suum defrudans genium, & Comparſit miſer, Haud exiſtimans quanto labore ſit partum. Haud exiſtimans.] Haud exiſtimans: uel intelligens, uel recogitans, ac reputans. Haud exiſtimans. Pro, æſtimans. Salluſtius, Si Quirites pacem exiſtimaretis. Quanto labore partum ſit. Hoc ſic pronuntiandum eſt, quaſi nunc uenerit ei in mentem ſæpius paſſurũ Getam, quod ſemel tollerare grauiſſimum iudicauerit. Quanto labore. Vt, Relliquias Troia ex ardente receptas. Partum.] Proprie dicitur partum, de eo quod labore quæſitum eſt: quia nullus partus ſine dolore eſt ac labore. Porrò autem Geta ferietur.] Ad paupertatem retulit ferietur. nam & damnũ, plaga: & res, ſanguis noſter dicitur. Ferietur alio munere. Significanter, non fungetur munere: ſed ferietur dixit. Ferietur alio munere. Ex conſuetudine, ferietur. Nam & plagam, damnum, & ſumptum, ſanguinem noſtrum dicimus. Vbi hera pepererit.] Quæ ſuprà illa dicta eſt. Porrò alio autem.] Et alio quod dicit, pro multis pronuntiandum eſt. Vbi erit puero natalis dies.] Cum adiectione temporis, cuiuslibet natalis dies melius dicitur: ut natalis locus, & natale aſtrum. ſed Virgilius ſeruiens perſonæ ruſticæ, Meus eſt natalis loſa, inquit: nec addidit, dies. Vbi initiabunt.] Hoc uulgus pronuntiandum. Vbi initiabunt. Vt quidam, cibo & potu: ut quidam, ſacris. Vbi initiabunt. Legitur apud Varronẽ, initiari pueros Eduliæ, & Poticæ, & Cubæ diuis edendi & potandi & cubandi: ubi primũ à lacte & à cunis tranſierunt. quod Virgilius, Nec deus hunc mẽſa, dea nec dignata cubili eſt. hoc adnotauit Probus. Sed Terentius Apollodorum ſequitur: apud quem legitur in inſula Samothracum à certo tempore pueros initiari more Athenienſium: quod, ut in Palliata, probandum eſt magis. Vbi initiabunt. Hoc ſic inferendum eſt: nõ quaſi hoc ſolũ ſit, ſed quaſi defatigatus ſit enumerãdo occaſiones dandorum munerum. Omne hoc mater auferet.] Hoc retulit ad offerentis irriſionem: qui putat ſe puero dare. Mater auferet.] An nutrix? an uera mater? Puer cauſſa erit mittundi.] Proprie dixit mittundi, de muneribus. Sed uideon' Getam?] Locuturum oſtendit Getam. Sed uideon' Getam? Apparet Poetam nihil putaſſe amplius addendum ad inſinuandum populo perſonam Daui: & ideo iam induxit exeuntem Getam, ut ſit cauſſa commutandæ orationis.

Genialia curare

Exiſtimo

Partus

Plaga

Natalis

Initiari

Edulia dea

Potica dea

Cuba dea

Mittere munera

ACTVS I SCENA II

GETA SERVVS, DAVVS

G. SI quis me quæret rufus. D. præſto eſt, deſine. G. oh, *Senarij*
At ego obuiam conabar tibi Daue. D. accipe, hem
Lectum eſt, conueniet numerus quantum debui.
G. Amo te, & non neglexiſſe habeo gratiam.
D. Præſertim ut nunc ſunt mores adeò res redijt.
Si quis quid reddit, magna habenda eſt gratia.
Sed quid tu es triſtis? G. egone? neſcis quo in metu, &
Quanto in periculo† ſim. D. quid iſtuc eſt? G. ſcies. *al. ſimus*
Modò ut tacere poſſis. D. abi ſis inſciens.
Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris,
Verêre uerba ei credere? ubi quid mihi lucri eſt
Te fallere? G. ergo auſculta. D. hanc operam tibi dico.
G. Senis noſtri Daue fratrem maiorem Chremem
Noſti ne? D. quid ni? G. quid eius gnatum Phædriam?
D. Tanquam te. G. euenit ſenibus ambobus ſimul,

Iter illi in Lemnum ut eſſet, noſtro in Ciliciam
Ad hoſpitem antiquum is ſenem per epiſtolas
Pellexit, modo non MONTES AVRI POLLICENS.
D. Cui tanta erat res, & ſupererat? G. deſinas.
Sic eſt ingenium. D. oh, regem me eſſe oportuit.
G. Abeuntes ambo hinc tum ſenes, me filijs
Relinquunt quaſi magiſtrum. D. ó Geta, prouinciam
Cepiſti duram. G. mihi uſu uénit hoc, ſcio.
Memini relinqui me, deo irato meo.
Cœpi aduerſari primò quid uerbis opus eſt?
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi.
D. Venêre in mentem iſtæc mihi nam quæ inſcitia eſt
Aduorſum ſtimulum calces? G. cœpi his omnia
Facere, obſequi quæ uellent. D. ſciſti VTI FORO.
D. Noſter mali nihil quidquam primó hic Phædria
Continuò quandam nactus eſt puellulam
Cithariſtriam hanc amare cœpit† perditè. *al. perditus*
Ea ſeruiebat lenoni impuriſſimo.
Neq; quod daretur quidquam, id curarant patres.
Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere.
Nos otioſi operam dabamus Phædriæ.
In quo hæc diſcebat ludo, ex aduorſum ei loco
Tonſtrina erat quædam. hic ſolebamus ferè
Plerunq; eam operiri, dum inde iret domum.
Intereà dum ſedemus† illic, interuenit *al. illi*
Adoleſcens quidam lacrumans. nos mirarier.
Rogamus, quid ſit. Nunquam æquè, inquit, ac modo,
Paupertas mihi onus uiſum eſt & miſerum, & graue.
Modò quandam uidi uirginem hic uiciniæ
Miſeram, ſuam matrem lamentari mortuam.
Ea ſita erat ex aduorſo neq; illi beneuolens,
Neq; notus, neq; cognatus, extra unam aniculam,
Quiſquam aderat, qui adiutaret funus miſeritum eſt,
Virgo ipſa facie egregia. quid uerbis opus eſt?
Commôrat omnes nos ibi continuo Antipho,
Voltísne eamus uiſere? alius, cenſeo.
Eamus. duc nos ſodes. Imus, uenimus,
Videmus uirgo pulchra, & quò magis diceres,
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem.
Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida.

Lacrumæ,ueſtitus turpis ut ni uis boni
In ipſa ineſſet forma,hæc formam extinguerent.
Ille,qui illam amabat fidicinam,tantummodò
Satis inquit ſcita eſt noſter uerò. D.iam ſcio.
Amare cœpit. G.ſcin' quám? quò euadat,uide.
Poſtridie ad anum rectà pergit obſecrat,
Vt ſibi eius faciat copiam. illa enim ſe negat.
Neq; eum æquum ait facere illam ciuem eſſe Atticam
Bonam,bonis prognatam.ſi uxorem uelit,
Lege id licere facere ſin aliter,negat.
Noſter quid ageret,neſcire & illam ducere
Cupiebat,& metuebat abſentem patrem.
D. Non ſi rediſſet pater,ei ueniam daret?
G. Illéne indotatam uirginem,atq; ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. D.quid fit deniq;?
G. Quid fiat? eſt paraſitus quidam Phormio,
Homo confidens qui(illum Di omnes perdiunt)
D. Quid is fecit? G.hoc conſilium,quod dicam,dedit.
Lex eſt,ut orbæ,quí ſint genere proximi,
Eis nubant:& illos ducere eadem hæc lex iubet.
Ego te cognatum dicam,& tibi ſcribam dicam.
Paternum amicum me aſſimulabo uirginis.
Ad iudices ueniemus,qui fuerit pater,
Quæ mater,quî cognata tibi ſit, omnia hæc
Confingam quod erit mihi bonum,atq; commodum.
Cum tu horum nihil refelles,uincam ſcilicet.
Pater aderit mihi paratæ lites quid meæ?
Illa quidem noſtra erit. D.iocularem audaciam.
G. Perſuaſit homini factum eſt uentum eſt uincimur.
Duxit. D.quid narras? G.hoc,quod audís. D.ó Geta
Quid te futurum eſt? G.neſcio hercle unum hoc ſcio:
Quod fors feret,feremus æquo animo. D.placet.
Hem iſtuc uiri eſt officium. G.in me omnis ſpes eſt mihi.
D. Laudo. G.ad precatorem abeam credo,qui mihi
Sic oret.Nunc omitte quæſo hunc cæterum *al. amitte*
Poſthac ſi quidquam,nihil precor tantum modo
Non addas.ubi ego hinc abiero,uel occidito.
D. Quid ille pædagogus,qui citharíſtriam?
Quid rei gerit? G.ſic tenuiter.D.non multum habet
Quod det fortaſſe. G.imò nihil,niſi ſpem meram. *al. præter*
D. Pater eius rediit,an non? G.nóndum. D.quid? ſenem

Quoad

Quoad expectatis ueſtrum? G.non certum ſcio.
Sed epiſtolam ab eo allatam eſſe audiui modo,&
Ad portitores eſſe delatam hanc petam.
D. Nunquid Geta aliud me uis? G.ut bene ſit tibi.
Puer heus nemón' huc prodit? cape,da hoc Dorcio.

SI quis me quæret rufus.] Mire Poeta deſideratum Getæ oſtendit Dauum. Si quis me quæret rufus. De ipſo loquitur, à quo reddi ſibi debitum ſperat. Si quis me quæret rufus. ἀναστοφὴ secunda. nam apparet plura dicturum fuiſſe. Præſto eſt,deſine.] Tertia perſona de ſe loquens uſus eſt: quia ille nominatiuum prætulit. At ego obuiam conabar tibi Daue.] Conabar, abſolute. an ἔλλειψις eſt: ut deſit,Ire? Et eſt aduerbium loci Obuiam. Accipe.] Præuenit petitionẽ, dicendo accipe: & hoc cum geſtu offerentis dicitur. Et hoc eſt quod ait, Confeci, affero. Lectum eſt.] Abſolute. nam non dicit quid: utrum debitum, an argentum lectum. Lucilius, Lecti omnes. Atticon hoc eſt. Lectum eſt. conuenit numerus.] Ordinẽ ſeruauit. prius enim qualitas: deinde numerus pecuniæ ſpectari ſolet. Lectum eſt. conuenit numerus quantũ debui. Quippe tribus modis debitũ pecuniarium ſoluitur: penſione, Accipe. ſpectatione, Lectum eſt. numero, Conuenit numerus quantum debui. Lectum eſt. Lectum, bonum, uel ſplendidum. Vt, Arma Sereſtus Lecta refert humeris. Quamuis quidam putant lecta, ab eo quod eſt lego, dicta. Quantum debui. Pro debitum tibi à me eſt. Amo te, & non neglexiſſe habeo gratiam.] Amat quòd reddiderit pecuniam: Agit gratias, quòd diligẽter. Et quare? utrum quia condictum non fefellerit? an quia lectum attulerit, & numero congruenti? Et recte dixit: nam redditio debiti hoc agit, ut etiam gratias agamus. Amo te: & non neglexiſſe habeo gratiam. Hoc pro gratiarum actione ponitur: & oſtenditur uerè neceſſariam fuiſſe pecuniam. Non neglexiſſe. In Andria, Et id gratum fuiſſe aduorſum te, habeo gratiam. Præſertim ut nunc ſunt mores.] Sic & illud dictum eſt, Nanq; hoc tempore obſequium amicos; ueritas odium parit. Quia conſuetudinis imago eſt, uituperare præſentia.

Adeò res redit.] Figurate, pro ita loqueris, adeò res redit, dixit. Et proprie rediſſe res dicitur, cũ aliquid peius expectatione cõtigit. Si quis quid reddit, magna habẽda eſt gratia.] Id eſt, & ſi rem non magnam, tamen magna habenda eſt gratia. hoc enim ſignificat. Quid reddit. Siquis quid reddit. Qui hoc interrogatiue pronuntiauerit, parũ belle explicat conceptam ſententiã. Habenda eſt gratia. Deeſt, Ei. Sed quid tu es triſtis? Hic admonemur omnẽ ab initio ſermonem Getæ, quaſi ſatagentis & anxij, pronuntiare, accõmodatis præſertim ad uultũ uerbis. nam &, Si quis me quærit: &, At ego obuiã tibi conabar Daue: &, Amo te, & nõ neglexiſſe habeo gratiã: in ſe quoddam cõtractioris animi occupatiq; ſignũ habẽt.

Sed quid tu es triſtis? Sed particula, tranſitum ſignificat ad mentionem alterius rei. Sed quid tu es triſtis? Egóne? neſcis quo in metu. Deſcenſus ad Argumẽtum ab eo ſermone qui extrinſecus à Poeta informatus eſt, iam manifeſte apparet. Egóne? neſcis quo in metu. ἐπεισοδιώδης comœdiæ. Neſcis quo in metu, & quanto in periculo ſim. Pronũtiantis & interrogantis eſſe poteſt. Neſcis quo in metu. Duæ perturbationũ bigæ ſunt: à malo una, ex cupitis altera. Ergo à mali bigis, præſentis temporis periculũ eſſe dicimus, & futuri metũ. Neſcis quo in metu. Pronũtiatiue magis q̃ percontatiue efferendũ eſt. ſic enim ſolemus de magnis rebus dicere. Neſcis quo in metu & quanto in periculo ſim. Vix alterũ ſuſtineri poteſt eorum, quæ utraq; poſuit nunc, & metũ, & periculũ. Quid iſtuc eſt?] Fac hũc ſcire: & narrandi nõ erit locus. neceſſario igitur ignarus inducẽ Dauus. Modo ut tacere poſſis.] Vt, pro ne non. quod ſi eſt: ſubaudiendum eſt, uide, aut quid tale. Modo ut tacere poſſis. Vere argumentũ eſt celari id, quòd Antipho nõ coactus, ſed uolens duxit uxorẽ. Modo ut tacere poſſis. Modo, pro tantũmodo: ut, Modo Iupiter adſit. Abi ſis inſciens. Nũc pro inſcito poſuit. uel inſcientem modo ſtultum dicit. aliàs ignarũ. Cuius tu fidem in pecunia perſpexeris.] Sententioſe dixit: quaſi in omnibus credendũ ſit ſeruaturũ fidem eſſe eum, qui in pecunia ſeruauerit. Et hoc ideo interpoſuit, ne longus eſſet, dũ ſuadet ut dicat: quem admodũ in aliis fabulis. Cuius tu fidẽ in pecunia perſpexeris. Proprie locutus eſt de pecunia & Fidẽ dicẽdo, & Credere. Nam fides, eſt eorũ quibus dat. Creditores dicunt ipſi qui dant. In pecunia. A maiore ad minus. Perſpexeris. Non inſpexeris: ſed perſpexeris, quod plus eſt, dixit. Verere ei uerba crederet?] Verba cũ pronuntiatione dicit: ut oſtendat multum diſtare inter pecuniam, & uerba. Vbi quid mihi lucri eſt te fallere?] Ab utili, coniectura. & bene: quia ſeruus nihil de honeſto dicit. Vbi quid. Significantius dixit, quàm ſi diceret, nihil.

Sed

Periculum

Metus

Inſciens

Creditores

Ergo Ergo ausculta.] Ergo nunc, uelut increpatio tarde facientis est. Quia hic igitur obloquendo impediuerat narraturum: Ergo dixit. Sic Virgilius, Ergo age chare pater, ceruici impone nostræ. Hanc operam tibi dico.] Auscultandi scilicet, & audiendi. Hanc operam tibi dico. Plus est dico, quàm do. Dicatur perpetuo: Datur ad tempus. Senis nostri Daue
Dare fratrem maiorem.] Dicendo senis, ostendit & adolescentem se dominum habere. Dicendo
Dicare nostri: ostendit esse & alienum. Dicendo fratrem: non unum esse monstrauit. Dicendo maiorem etiam minoris fecit indicium. Sic argumenti partem maximam, nondum narrans, iam in ipsa interrogatione transegit. Hæc autem omnia propter populum sic aguntur. Ideo ille, quid ni dixit, ne sit opus pluribus uerbis. Senis nostri Daue fratrem. Mirum compendium narrationis, quasi per interrogationem fecit, ne ex alto repeteret. Sic Virgilius, Fando aliqd, si forte tuas peruenit ad aures, Belidæ nomẽ Palamedis, & inclyta fama. Et, Nostin' hanc quam amat frater in Eunucho. Quid eius gnatum Phædriam?] Non dixit, quid Phædriam sed addidit, eius gnatũ: ut magis docere, quàm interrogare uideretur. Quid eius gnatum Phædriam? Deest, nosti. Tanquam te.] O uarietas: quid ni? tanquam te.

Euenit ambobus senibus simul, iter.] Non euenit iter: sed, euenit ut iter esset. Simul. Vno tempore. Illi in lemnum ut esset.] Recte tacetur cur Chremes ierit: & dicitur cur Demipho. utrunq; pro argumento est. Ad hospitem antiquum.] Sic Virgilius, Veteremq; Anchisem agnouit amicum. Hoc autem addidit, ut esset idonea caussa nauigandi seni.

Senem per epistolas pellexit.] Epistolas dicendo, ostendit eum nõ semel scripsisse. Pellexit. Induxit. sic Virgilius, Pellacis Vlyssi. Modo non montes auri pollicens.] Prouerbialis ὑπερβολὴ facta per exceptionem aut per superlationem, aut æquam collationem. Eiusmodi est illud Demosthenis. * Modo non montes auri. Sallustius, Maria, montesq; polliceri cœpit. Modo non montes auri pollicens. More ueterum: quia hospites hospitibus multa donabant. Cui tanta erat res?] Cui, datiuus casus est: Domino ne tuo, inquit, pollicebatur hæc, cui tanta res erat? Cui tanta erat res? Deest Eum. ut fit, Eum pellexit, cui
Supereſſe tanta res erat? Et supererat.] Plus est supersse, quàm esse. Desinas, sic est ingenium.] Necessaria est ad fabulæ ἐπίτασιν auaritia Demiphonis: ut maiore periculo illo absente duxerit filius indotatam. nam mox dicturus est, Illene indotatam uirginem, atq; ignobilem duret illic? Sic est ingenium. Præparatio bona, qua & diues, & auarus describitur Demipho, ut indotatas nuptias filij ferre non possit. Sic est ingenium. Recte. nõ enim, inquit, fortuna auarus est: sed natura. Sic est ingenium. Omnium, an dominic? sed magis domini. Oh, regem me esse oportuit.] Ostendit pauperum affectiones, qui se solos uti diuitijs scire aiũt, si eas habeant. Oh, regem me esse oportuit. Acue Me. Abeuntes ambo hinc tum.] Hinc
Relinquere & hic legitur, & est ordo, hic relinquunt filijs. Relinquunt.] Id est, non secum abducunt.
Quaſi Quasi magistrum.] Bene quasi: qui non cõpleuit hoc ipsum, nec uult esse. Magistrum.
Magiſter Sic Latini: quem Græci παιδαγωγὸν appellant. Filijs.] Propter filios. O Geta prouinciam
Pædagogus cepisti duram.] Acquisitæ bello longe ab Italia regiones, prouinciæ dictæ sunt, à porrò uel
Prouinciam procul, & uincendo. ad quas quia Prætores cum officio mittebantur, officia quoq; prouin-
capere ciæ nominantur. O Geta prouinciam. Splendide Prouinciam dixit. Memini relinqui me deo irato meo.] Sic Virgilius, Nec Dij texêre Cupentũ Aenea ueniente sui. Hoc Asper. sed mihi uidetur ad hoc addidisse Meo: ne esset ἀμφίβολον, cui diceret, irato deo. Neuius in Stalagmo, Deo meo propitio, meus homo est. Memini relinqui me deo irato meo. Domino dixit: an uerè deo? Et bene Meo: ne esset ἀμφίβολον. Et sic dixit, Memini relinqui, ut in Andria, Memini me uidere. Et, Memini me fieri paruum, Ennius. Quid uerbis opus est?] Repente infertur, Quid opus est uerbis? & satis moraliter. Seni fidelis dum sum.] Opportune seni dixit, ut ostendat quàm stultum est, seni aduersus iuuenes fidelem esse. Seni fidelis
Fidus dum sum. Fidus est amicus: Fidelis est seruus. Scapulas perdidi.] Plus est perdidi, quàm
Fidelis si diceret, dolui. Et bene retulit Perdidi πρὸς τὸ Fidelis. Fidelis enim officium est seruare aliquid. Venere in mentem istæc mihi.] Venire in mentem, non ad recordationem tantum dicitur: sed ad reputationem, & intelligentiam. Nam quæ insciția est aduersum stimulum calces?] Hoc dictum & superiori personæ esse potest, & alteri. Aduersus stimulum calces.
παροιμία cum ἐπεξεργ. deest enim, iactare. Stimulum pro domino adolescente posuit. Cal-
Calces ces. Modo calces, non partes plantæ, sed percussiones pedum plagasq; significat. Aliter Vir-
Vti foro gilius, Calcemq; terit iam calce Diores. Scisti uti foro.] Secundum illos negotiatores qui ante locum commercij, non discribunt quanti uendant quæ aduehunt: sed secũdum annonam fori quam deprehenderint, consilium de uendendis, aut non uendendis mercibus sumunt. Scisti uti foro. Forum pro tribus intelligitur: loco, tempore, & persona. Scisti inquit
Forum his uti. & est uulgare prouerbium. Sensus hic est, Scisti, inquit, quid facere te oporteret.

Primo, hic Phædria.] Bene additum Primo: quia nõ perpetuo. Noster nihil mali quidquam

quam. Quartum παρίλκον. Vt in Hecyra, Nam nemo illorum quisquam, scito, ad te uenit.

Noster nihil mali quidquam. Noster. πρὸς ἀνθυποστολὴν Phædriæ: qui non noster est. Continuo quandam.] Bene continuo: quasi uix expectauerit profectionem patris. Puellulam citharistriam.] Istis nominibus hoc agit, ut caussa amoris & ex ætate, & ex arte puellæ uideretur: nam ideo puellam dixit. Amare cœpit perditus.] Legitur & perdite. Et amare perdite, utputa puellulam & citharistriam. Ea seruiebat lenoni.] Et honeste, & cito dixit seruiebat. Lenoni impurissimo.] Et quare non fuisset libera & cuius fuisset ancilla: & qualis hominis fuerit, demõstrauit. Ea seruiebat lenoni impurissimo. Magna præparatio ad rerum difficultatem imminentium: Puellula citharistria, Auarus leno, Amator perditus, Inopia.

Id curarãt patres.] Expedite dixit patres. si enim patrem eius tantum dixisset: id restabat, ut ei per patrui filium succurreretur. ideo dixit ambos non habuisse. Nisi oculos pascere.] Hoc enim solum erat quod leno non uenderet. Sectari, in ludum ducere, & reducere.] Be
Secta ne cauillatus est & ioculariter in adolescentẽ, cui ætas ad sectandos Philosophos apta erat.
Sectari Hinc etiam philosophorum sectæ. Sed sectari proprie est, ut taurus buculam, ut aries ouem. Virgilius, Trahit sua quemq; uoluptas. Reducere. σύλλημμα, à ludo enim, subauditur. Nos otiosi operam dabamus Phædriæ.] cum τύπῳ dixit Nos uelut magistrum excusans obsequentem ei cui custos sit datus. & ideo addidit otiosi. Nos otiosi operam dabamus Phædriæ. Relatio ad illud quod mox, Otiosi non erunt. Nos otiosi operam dabamus Phædriæ Aut ad pudorem sumitur hoc pronomen in singulari numero: aut ad dignitatem. sed non potest Nos & propter Antiphonem dixisse nos. Nos otiosi operam dabamus Phædriæ. Apollodorus. * Operam dabamus Phædriæ Ille amicæ: nos illi. In quo hæc discebat ludo.] Figurate, In quo hæc discebat ludo, est additum. Ex aduorsum ei loco.] Ei loco, legitur & ilico. Et adnotatur ex abundanti additiõ. ut apud ueteres multa sunt. Ex ad-
Tonſtrina uorsum ei loco.] παρίλκον quartum. Tonstrina erat.] Apta sedes otiosis. Tonstrina erat
Ferè plerunq; quædam. παρίλκον tertium, quædam. Hic solebamus fere plerunq.] παρίλκον tertium, ferè plerunq. Dum inde iret domũ.] Ad se scilicet. Iret domũ, pro rediret uel certe iret, παρίλκον figura. Dum sedemus. Proprie, sedemus: ut in tonstrina. Illi, interuenit.] Illi Pro ibi. ut, Illi mea tristia facta. Et nota illi pro illic. Interuenit adolescens quidam lachrymans.] Apollodorus tonsorem ipsum nuntium facit, qui dicat se nuper puellæ comam ob luctum abstulisse: quod scio mutasse Terẽtium, ne externis moribus spectatorem Romanum offenderet.

Nos mirarier.] Recte: mirum enim in adolescentibus lachrymæ: ut contrà, Tristisq; senectus. Nos mirarier. ut, Solam nam perfidus ille Te colere. Rogamus quid sit.] Quid lacrymet: nõ, quid sit, ipse, ut stulti putant. Nunquam æque, inquit, ac modo.] Mire ostendit semper sibi hoc uisum quod dicit: sed nunquã æque. Paupertas mihi onus uisum est.] Statim fit mentio paupertatis, ut sit caussa fallaciæ Phormionis. Modo quandam uidi uirginem.] Bene quandam: ne ob familiaritatem laudare uideretur. Modo quandam uidi uirginem. Vide sic agi, ut non tam morte mulieris, q̃ solitudine pulchræ uirginis moueatur affectus. Simul & ea describi, quæ matronæ futuræ magis cõueniant, q̃ quæ temere amanda sit. Nam hic obitus fœminæ ad comicũ exitum spectat; quandoquidem plus ex eius morte securitatis, q̃ molestiæ, sentiat argumentũ. Hic uiciniæ.] Aduerbiũ in loco est, hic uiciniæ: cuius ad locum, huc uiciniæ. Et statim proximitas insinuatur: ut sit spes, & caussa uidendi.

Miseram.] Ab effectu: & subdistinguendũ est, ut ad uirginẽ referatur. Lamentari mortuam.] A probitate, quæ pijs attribuitur. Et lamentari mortuã, ambiguitas, sed sensu manifesta. Ea sita erat.] Sita, pro posita. Sallustius cũ adiectione posita eum cũ prædixero positum insulæ. Et hoc ei reciprocum est. Ea sita erat ex aduerso. Expositio paupertatis, & q̃ facilè uirgo uideri possit. Necq; notus, neque uicinus.] αὔξησις fit: qua res minuitur, crescit sententia. Sallustius, Non repugnantibus modo: sed ne deditis quidem a b c m. Neque uicinus. ἀναφορά. Necq; notus, necq; uicinus: Extra unam aniculam. Hæc præstruuntur: ut sit spes potiundæ uirginis Necq; notus, necq; uicinus. Hæc descriptio paupertatis adiuuat argumentum, ut & uisere audeant adolescentes uirginem, & amet Antipho Qui adiutaret
Funus funus.] Ipsum officiũ funus dixit. Misertum est.] Hoc est misertus sum eius. Et hic uidetur ostendisse cur lachrymauerit. Virgo ipsa, facie egregia.] A forma indignatio. Virgo ipsa. Bene ipsa: quia quæ suprà dixit, non ad ipsam, sed ad euentũ eius pertinebant. Quid uerbis opus est?] Sic dicit Terentius ubi ad effectum properat. Commorat omnes nos.] Figura συμποὴ, pro commouerat. Et bene omnes: quia res ad Antiphonem tãtum spectat.

Ibi continuo Antipho.] Hic redditur nomen adolescentis. & est παράσιτον. Vultis ne eamus uisere?] Vt, Populare penates Venimus. Vultis ne eamus uisere? Ipse hortari inducitur, qui amaturus est. Alius, censeo. eamus. duc nos sodes.] Hæc omnia diuersi. Et apparet tot esse homines, quot per μίμησιν sunt ἀσύνδετα Alius, censeo. Phædria, uel quilibet.

Imus.uenimus,uidemus.] ἀσύνδετον primum per βραχυλογίαμ. Virgo pulchra.] συντομίαν mirantis. Duo ingentia,& uirgo,& pulchra. Virgo pulchra. Bene non dixit, Videmus uirginem pulchram: sed ἀπὸ τῆς κατασκεύης, uirgo pulchra. Illud enim frigidius: hoc concitatius.& hoc magis demõstratur ῥήματι, q̃ relatione. Et quo magis diceres.] Diceres pro crederes ut, Audacter dicito. Sæpe Plautus. Nihil aderat adiumenti.] Proprie aderat. Adest enim id, quod adiuuat. Capillus passus.] Singularem numerum pro plurali posuit. Sic & alibi, Capillus pexus, prolixus, circum caput reiectus negligenter. Passus.] Temere dispersus. Vt magna pars, græca oratione profluxit hæc dictio. Ipsa horrida.] Quasi extra ipsam sit id quod dixit, Capillus passus, nudus pes. Tale est apud Virgilium, Illum autem quamuis aries sit candidus, ipse Nigra subest udo cui tantũ lingua palato, Reijce. Et alibi de arbore, Tum fortes late ramos, & brachia tendens Huc illuc, media ipsa ingentem sustinet umbrã. Et, Domus sanie, dapibusq; cruentis Intus opaca, ingens: ipse arduus, altaq; pulsat Sydera. Capillus passus: nudus pes. Facetius q̃ si pluraliter dixisset. Virg. Quibus acer Erix in prælia suetus Ferre manum. Lachrymæ, uestitus turpis. ἀσύνδετον tertium.

Vt ni uis boni.] Plus est, uis boni: q̃ bonum. Vt ni uis boni in ipsa inesset forma. Veteres ignem & calorem quendam, quasi feruorem dixerũt formã: & ideo fornaces, forcipes, formam, & formosos: ex quibus ignis amoris exoritur. Laudandus est ergo Terentius proprietate seruata: qui cum formam prætulisset, subiecit Extinguerẽt. Ideo & Virgilius sic ait, At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas. In ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent. Figura πλοκή. aliud enim supra, aliud infra forma repetita significet. In ipsa inesset forma. Geminauit præpositionem, ut alibi, In amore hæc omnia insunt uitia. Extingueret.] Bene extinguerent: quia ab igne & calore forma dicta est. Ille qui illam amabat.] Bene illam: quia iam supra insinuauit personam citharistriæ. Ille qui illam amabat. Ratio cur amauerit uirginem. Fidicinam.] Supra, citharistriam. ergo indifferenter. Tantum modo satis inquit scita est.] Sensus est, Laudauit tantũmodo: non etiam captus est in amorem. Satis inquit scita. Magna laus formæ: amanti aliam placuisse. Noster uero.] ἀποστώπησις tertia: quæ succurrit, quotiẽs uerba rebus minora sunt. Satis inquit scita. Scita, bella, ut in Andria. Scitus puer est natus è Pamphilo. Amare cœpit.] Ille inquit laudauit tantum: hic amare cœpit. Et bene cœpit, non amauit: ut ostendat uim amoris non parũ esse: & rem quæ semel suscipi possit. Scin' quàm.] ἀποστώπησις, qua in narrationibus in compendium Terẽtius uti solet. Scin' quàm: Amare cœpit, subauditur. Quò euadat uide.] Euadat, perueniat. Nam euadere est per obstãtia peruenire. Postridie ad anum recta pergit.] Hoc præstruens, aniculæ supra mentionem fecerat. Et bene memor & uirginis, & honestæ, non ipsam adiri facit, sed anum: neq; ab ipsa peti fructũ uoluptatis, ex cuius persona maior desperatio nascebatur: sed à nutrice potius: per quam suaderi puellæ posse creditur quicquid libet. Postridie ad anum recta. ἐμφατικῶς, ad anum statim: ut qui posthabuerit omnia alia.

Recta.] Quia non per nuncium. Vt sibi eius faciat copiam.] Vide ut nihil de uirgine speret, qui omnia ab anicula petat. Illa enim se negat.] Copiam facturam, subauditur.

Neq; eum æquũ ait facere.] Nõ quòd amet, sed quòd hoc petat. Neq; enim eum. Quòd peteret scilicet. Illam ciuem Atticam.] Illam, cum ἐμφάσει dixit: quasi dicat, quam sic contemnat. Ciuem bonam esse. Ciuem, quòd ad iura pertinet: bonam, q̃ ad ipsam. Bonam. Non uilem: quia boni nõ uiles sunt. unde superlatiuus gradus Optimates facit: quia bonus melior optimus dicitur. Bonis prognatam.] Quod ad maiores eius. Si uxorem uelit.] Recte subiunxit, si uxorem uelit: postq̃ ea in uirgine prætulit, quæ solent ornare nuptias.

Lege id licere facere.] Incerta distinctio est: utrum uxorem uelit lege: an lege id licere facere. Sin aliter, negat.] Et pudice anus, & tamen illecebrose, licere facere dixit quod ille impudentius petit, ut sibi eius faciat copiam. Sin aliter, negat. σύλληψις facta ex eo quod sequitur, facere. Noster quid ageret nescire.] Proposita deliberatio: cuius tamen altera pars uincet. nam ducturus est per absentiam patris. Quid ageret, nescire. Pro nesciebat. sed recte sic ait: quia subiuncturus est, Cupiebat & Metuebat. Metuebat proprie dixit. Metuimus enim eos qui nos amant: Timemus etiam inimicos. Illam ducere cupiebat & metuebat. Vide ambiguitatem: quam tamen sequentia tollunt. Non si rediisset pater, ei ueniam daret? Bene interrogat Dauus. hoc enim sperari si posset, non opus erat fraudibus Phormionis. Non si rediisset. Si, pro cum rediisset. Virg. Præterea si nona diem mortalibus almũ Aurora extulerit. Illene indotatam uirginem.] ἐμφατικῶς Ille, de quo dixerat, Definas, sic est ingeniũ: & qui propter spem lucri nauigauerat senex. Insinuandũ igitur fuit hic enim erit omne periculũ fabulæ. Ex ordine Terentius prius insinuauit personã senis: ut grauiora fierent quæ dirimebant nuptias. Illene indotatã uirginem atq; Ignobilem. Duo dixit: & indotatam, & ignobilem. Hæc enim duo principaliter petunt, cum sint quatuor quæ in spõsis

Diceres
Adesse
Passus capillus
Forma
Formax
Forcipes
Formosus
Ignis
Fidicina
Citharistria
Optimates
Metuere
Timere
Si pro cum

quæruntur

quæruntur: forma, probitas, dos, nobilitas. Et manifestũ est, cur de forma & probitate nihil dicat: quippe cum suprà magnopere ea laudauerit in puella. Virginem. Simpliciter accipimus, uirginẽ: an subaudimus Quãuis: ut sit, quãuis uirginem? Daret illi?] Bono affectu dixit, daret illi? Filius enim familiæ non tam ducit uxorẽ, q̃ à patre accipit: quippe cum patri cõmittatur puella potius in huiusmodi conditionibus, q̃ marito. Daret illi? nunq̃ faceret. ἀποστώπησις secunda. hic enim non transit ad aliud: sed instat incepto: ut & per interrogationem diceret, daret illi? & per responsionẽ inferret, nunq̃ faceret. Et nota Nunq̃ pro non, in maiorẽ negationis significationẽ poni semper. Daret illi? Mire daret: ut ostenderet nihil esse potestatis in filio. Quid fit deniq;? More suo Terentius, Deniq; posuit in fine sensus: & est aduerbium ordinis. Sic in Heautont. Fodere, aut arare, aut aliquid facere deniq;. ut sit de niq;, uel deinde, uel ad postremũ. Quid fit?] Deest, rogitas? & est ἀποστώπησις quarta. Est paratus quidã Phormio.] Phormio, nõ à formula: sed à Phormione dicitur sparteo: quem nos eronem dicimus triuialiter, & pro consuetudine. Quid is fecit?] Seruatur affectus tristis, ut supra ait, Sed quid tu es tristis? Homo confidens.] Homo comice dictũ: nam quis ignoret paratũ hominem esse? Confidens. Hic confidens, pro improbo, audaci, ac temerario posuit. ut O ingentem confidentiam? Qui illum.] Qui utinam est. ut Lucillius in secundo, Qui te Nomentane malum iam cætera, perdat. Aut, Qui hoc consiliũ, quod dicam, dedit. Qui illum dij omnes perdiunt. Qui aut explicituũ est: aut pronomen, quo incipiens Phormionẽ describere, cohorruit consideratione eius: & in hanc uocem, quasi confusus erupit. hoc autem certum genus est παρενθύρσεως. Quid is fecit? Correxit interrogatione errãtem: ut rediret ad nominatiuum casum Qui, unde aberrauerat, & Illum dixerat. Lex est.] Lex, ut in Palliata, recte ponitur. nam Græcorum fuit. ideo & in Andria sic ait, Inopia, & cognatorum negligentia coacta. Lex est. Alia narratio interponitur. & dicitur παραφήνησις Lex est. A caussa litis. potuit enim dici, non habes caussam. Hoc consiliũ, quod dicam, dedit.] Secundum quosdam ordo est, Qui hoc cõsilium, quod dicam, dedit. Vt orbæ, qui sint gene re proximi eis nubãt.] Orba proximo nubat, Orbam proximus ducat, atticũ ius est. Et est ordo, Lex est ut orbæ eis nubant, qui sint proximi. Eadem hæc lex iubet.] Non duas res iubet hæc una lex: sed puellis permittit nubere: cognatos cogit ducere. Eadem hæc lex iubet. Bene, iubet: minorẽ enim uim habet ea lex quæ ad aliquid permittit, quàm illa quæ aliquid iubet. Et illos ducere.] Bene additum: nihil enim ad rem, si ducendi necessitas nõ fuisset. Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam.] A persona eius cum quo agitur. Potuit enim dici, Quid mecum est tibi? Ego te cognatum dicam, & Tibi scribam dicam. ἀποστροφὴ & ὑποφορά. Hæc narratio est quam dicit Tullius constitutam. Et ipse, Tibi uni parcã, inquit in Verrinis. repente enim trãsitur ad uerba personarũ ab earum descriptione. sed hoc ipsum ad cõmouendos auditores ualet plurimum. Et tibi scribam dicam. A denuntiatione in personam: ne diceret, non mihi denuntiasti. Et tibi scribam dicam. Cicero, Scribitur Heraclio dica. Dicam. Supra, uerbum: infra, nomen est totidem literis, diuerso accentu.

Paternũ amicum me assimulabo uirginis.] A persona litigantis: potuit enim opponi, Personam non habes. Qui fuerit pater.] Qui, hic, pronomen est: infra, quomodo significat.

Quæ mater.] Virginis scilicet. Qui cognata tibi sit.] Qui, quomodo, & qua ratione.

Omnia hæc confingã.] Omnia hæc, non ex abundãti posuit: sed oratorie, quasi tam multa. & est ἀρχαϊσμὸς. nam post enumerationem ueteres hoc dicebant. Sallustius in Iugurtha, Hæc omnia præsidio adsunt. Quod erit mihi bonũ atq; cõmodum.] ὠφυμία. Quod mihi inquit faustum ac felix erit: hoc est, confingere atq; mentiri. Quod erit mihi bonum atque commodum. Totum ioculariter parasitus: quippe qui confingam dicens, non solum non erubuerit de falsiloquio, sed quasi præclari facinoris inceptionem etiam auspicatus sit, omenq; susceperit, dicendo, Quod erit mihi bonum atque commodum. Sic enim ueteres, Quod faustum felixq; sit: dicebant, aliquid aggressuri. Cum tu horum nihil refelles?] Hoc interrogatiue pronuntiandum est. Refelles. Refutabis, redargues. Nam prorsus, refellere est redarguere falsitatem. Pater aderit mihi paratæ lites. quid mea?] Mire ὑποφορᾶς quo maxime alter metueret, hoc pro ridicula re contempsit. Pater aderit: mihi paratæ lites. Exquisite autem subiectum est, quum supra dixerit, mihi paratæ lites, Quid mea? Pater aderit. mihi paratæ lites. Vt Antiphoni formidanda ista sunt, ita ridicula parasito.

Illa quidem nostra erit.] ἠθικῶς nostra, quum Antiphonis tantum esse debeat. Iocularem audaciam.] εἰρωνία κατ' ἀντίφρασιν. hoc est: minime iocularem. An quæ ex ludo & ioco in periculum ueniat? Persuasit homini.] Hic iam de Antiphone queritur, cui persuasum sit. Factum est.] Adeò audax Phormio. Ventum est.] ἐπιξήγησις. Quo modo factum est? Ventum est, uincimur, duxit. Iocularem audaciam. Deest, audio ex te, aut, dicis. Factum est. uentum est, uincimur, duxit. ἀσύνδετον. ut supra, Imus, uenimus, uidemus.

Phormio
Ero eronis
Confidens
Lex
Dica
Quod erit bonum atq; commodum
Quod faustũ felixq; sit
Refellere

Factum eſt.uentum eſt.uincimur.duxit. Amat hoc Terentius, ut,It,lauit, redit: &,Imus, uenimus,uidemus.&,Funus interim procedit:ſequimur:ad ſepulchrũ uenimus. in ignem poſita eſt.flerur.His nõ modo breuis & comis narratio eſt: ſed etiam auditoris animũ,ad id quod reſtat,intendit. Quid narras?] Admirãtis uox eſt,nõ interrogantis. O Geta quid te futurũ eſt?] Sic pronuntia,quaſi periturũ cõtempleris Getam,& iam eum in certo interitu defleas. O Geta quid te futurum eſt?Scilicet qui magiſter relictus ſis Antiphoni. Ne ſcio hercle.unũ hoc ſcio,quod fors feret feremus æquo animo.] ἁπλῶς deſperatione rerum fortis eſt ſeruus.& ſimul uigilauit Poeta,ne ſi & hic ciularet,res tota migraret in tragœdiã.

Ferre æquo animo Quod fors feret feremus æquo animo. Hæ graues ſententiæ ex perſona ſeruorũ cum dicuntur,ridiculæ ſunt:& eo cõſilio interponuntur. Feremus æquo animo.Hoc ſecundũ ſeruos,qui futura contemnunt.Et mire meritum culpæ ſuæ ad fortunam retulit. Hem,iſtuc eſt uiri officium.] Compendiũ conſolationis eſt.quod hic libenter accepit.& ideo ſtatim approbat. In me omnis ſpes mihi eſt.] Quo modo?an ut ſtrenue ſe defendat?an ut fugiat?an ut patiens ſit plagarum? Ad precatorem abeam credo.] Bene Poeta omnia tractat, quæ in tali re tacenda ſeruo eſſent, niſi aliud poſceret argumentũ. Ad precatorem abeam. Sic in Heautontimorumeno,Nec tu aram tibi,nec precatorem pararis. Qui mihi ſic oret.]Id eſt pro me oret. Nunc amitte quæſo hunc.] μίμησις dicitur,ubi non uerba modo, uerum etiam geſtum uocemq; fingimus alienam. Nunc amitte quæſo.Hoc quod nos dicimus dimitte:antiqui etiam dicebãt amitte. Virgilius,Amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios.Et Salluſtius,Pactiõe amiſſo Publio legato. Poſthac ſi quicq;,nihil precor.] Facilè impetrat,qui non omnia extorquet. Ergo ars precatoria eſt,mitigare præſentia,futura permittere. Simul etiam quia omnis cauſſa in hoc eſt,ne uideatur ſeruus ob impunitatem in delictis amplius peccaturus. Poſthac ſi quicquam. Vt ſolet eleganter per ἔλλειψιν. Et ſimul,non ſi tantundem peccauerit:ſed ſi uel minimum. tale eſt & illud,Si ſenſero hodie quicquã in his nuptijs fallaciæ conari.&,Si quicquam inuenies mentitũ:occidito. Nihil precor.]Nihil pro non: ſed plena negatio,Nihil. Vbi ego hinc abiero.] Hic oſtẽdit nullum precatorem ex animo poſtulare ueniam ſeruo. Vel occidito.] Vel,pro etiam. Occidito. Tu tantum cædere uolebas: ego dico,etiam occidito. Quid pædagogus ille,qui cithariſtriam?Moraliter quærit,uolens audire de Phædria, poſtquàm de Antiphone cognouit: maxime quia hæc interrogatio reſponſionem elicit,qua ſpectator inſtruitur ad cognoſcenda cætera. Quid pædagogus qui cithariſtriam? Quia dixit, Sectari,in ludum ducere & reducere: & quia puellã dixit:ab ætate,pædagogus eſt illi,ait. Quid ille pædagogus,qui Cithariſtriam Phædria ſcilicet,qui neq; abſcedit à cuſtodia puellæ:neq; illam ipſe cõtingit. Qui Cithariſtriam. ἔλλειψις. ſectatur,amat,uel quid tale ſubaudiendũ eſt. Sic tenuiter. ἠθικῶς. Sic dicendum eſt,cũ aliquo geſtu. Non multũ habet quod det fortaſſe.] Cum cõmiſeratione amatoris adoleſcentis pronuntiandum eſt. Immo nihil,niſi ſpem meram.] Bene ſpem: quia amat.nemo enim ſine ſpe amat. Meram Solam.Pater eius rediit,an non?] Chremes ſcilicet. Nondum.] Subaudi uenit. Iam non plena negatio eſt. Quid? ſenem quoad expectatis ueſtrum?] Animaduertite Quid ſecundum morem quotidianum tum dici, cum

Quoad fit trãſitus à mentione alterius rei ad alteram.Sic & ſuprà,Quid pædagogus ille? Quoad expectatis ueſtrum? Quoad,quandiu.Et recte locutus eſt:quia aduentus, finis eſt expectationis. Sed epiſtolam ab eo allatam eſſe audiui.] Mire paratur inopinatus ſubito aduentus ſenis.nam ipſe ueniet,cuius epiſtolam ſperat. Et ad portitores eſſe delatam.] More ue

Publicani Portitores rum,magiſtri tributorũ,id eſt publicani, operam in portu dabant, inferendarũ rerum & efferendarum uectigal exigentes. Ad portitores. Ad eos qui in portu ſunt. Et quo more hoc dixerit,uide: Attico,an Romano. Nunquid Geta aliud meuis?] Abſq; illo argento,

Vt bene ſit tibi quo tibi à me opus fuit. Vt bene ſit tibi.] ἀρχαϊσμὸς, pro nihil. Puer heus, nemon'huc prodit?] Moralis expreſsio.nam eos uocat quibus initio egrediẽs dicebat, Si quis me quæret rufus. Cape.da hoc Dorcio.]Ad καθὸν πρόσωπον loquitur. Dorcio.Dorcium,fœminini num.nomen eſt,ut Phaneſium,Glycerium.

ACT. I. SCEN. III

Mixta carmina:pars eſt trochaici,altera Iambos habet catalecticos.

ANTIPHO, PHAEDRIA ADOLESCENTES

A. DEON' rem rediſſe, ut qui mihi conſultum optimè uelit eſſe Phædria, patrem extimeſcam, ubi in mentẽ eius aduẽti uenit? Quòd ni fuiſſem incogitans, ita eum expectarem, ut par fuit.

P. Quid iſtuc eſt? A. rogitas,q tã audacis facinoris mihi cõſcius ſis?

Quòd

Quòd utinam ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet,
Neu me cupidum eo impuliſſet,quod mihi principium eſt mali. *Troch.cat.*
Non potitus eſſem·fuiſſet tum illos mihi ægrè aliquot dies·
At non quotidiana cura hæc angeret animum. PH.audio.

A. Dum expecto,quàm mox ut ueniat, qui adimat hanc mihi conſuetudinem, *Iamb.cata.*

P. Alijs quia deſit quod amant,ægrè eſt:tibi quia ſupereſt,dolet.
Amore abundas Antipho. *Dimeter Iamb.*
Nam tua quidem hercle certò uita hæc expetenda optandaq; eſt·
Ità me Di bene ament·ut mihi liceat tam diu quod amo,frui,
Iam depeciſci morte cupio·tu conijcito cætera,
Quid ego ex hac inopia nunc capiam,& quid tu ex iſtac copia.
Vt ne addam,quòd ſine ſumptu ingenuam,liberalem nactus es·
Quòd habes,ità ut uoluiſti,uxorem ſine mala fama:palàm
Beatus:ni unum hoc deſit,animus qui modeſte iſthæc ferat.
†Quod ſi tibi res ſit cum eo lenone,quo cum mihi eſt,tum ſentias· *al.Et*
Ita plerique ingenio ſumus omnes, NOSTRI NOSMET POENITET

A. At tu mihi contrá nunc uidere fortunatus Phædria,
Cui deintegro eſt poteſtas etiam conſulendi,quid uelis
Retinere,amare,amittere·ego in eum incidi infelix locum,
Vt neq; mihi eius ſit amittendi,nec retinendi copia.
Sed quid hoc eſt? uideóne ego Getam currentem aduenire huc?
Is eſt ipſus·hei timeo miſer,quam hic mihi nunc rem nuntiet.

ADeon' rem rediſſe,ut qui mihi conſultum optime uelit eſſe.] In hac ſcena coloritæ eſt eorum qui id,quod immodice concupierint,ſpernunt poſtquàm euenerit.quod apertiore ſententia oſtendit Poeta,dicendo, Noſtri noſmet pœnitet.

Adeon' rem rediſſe. Comparatiua qualitas in hac ſcena eſt inter Antiphonis uitam,& Phædriæ.Genus cauſſæ demonſtratiuum. Contendunt autẽ, uter magis miſer ſit. Vt qui mihi conſultum optime uelit eſſe Phædria.] Mira ſententia, qua oſtendit adoleſcentulos in peccatis neminem magis metuere,quàm eos à quibus maxime diliguntur. Simulq; inducitur rerum imminentium præſtructio: in qua ſic audax inducitur Phædria,ut defenſor futurus ſit:ſic timidus Antipho,ut fugiturus ſit. Vt qui mihi conſultum optime uelit eſſe, patrem extimeſcam.] Ferienda pronuntiatio in eo quod ait. Qui mihi conſultum optime uelit eſſe. hoc enim magis mirum eſt, ideo patrem timeri, quia conſultum optime uelit. Vt in mentem eius aduenti uenit?] Nota, Venire in mentem ueteres non recordationis cauſſa tantum, ſed etiam recogitationis, conſiderationisq; poſuiſſe. Vbi in mentem eius aduenti uenit? Sic ueteres genitiuo caſu proferebant. In mentem uenit.Cicero,Fac tibi paternæ legis Aciliæ ueniat in mentẽ. Aduenti uenit?Multipliciter declinatur:& aduenti & aduentus.ſic & in Andria,Nihil ornati,nihil tumulti. Venit?Legitur & aduenit. Incogitans.] Temerarius.Probus,Incogitans,inquit,in uſu eſt: at *Incogitans* non eodem modo cogitans. Ita eum expectarem ut par fuit.] Expectarem, nunc oppe- *Expectare* rirer:aliàs ſperarem.Quid iſtuc eſt?] Hæc interrogatio ſtomachoſa eſt, extenuare uolentis metum fratris.diuerſa enim ſentit ob diuerſum amoris euentum. Qui tam audacis facinoris mihi conſcius ſis?] Proprie ad terrorem,qui de facinore loquitur, conſcium dixit. *Conſcius* Rogitas,qui tam audacis facinoris.Bene timens inducitur Antipho, ut ſit cauſſa fugiendi.Ad hoc enim fugiet,ne ad amittendam coniugem cogatur à patre ante errorem fabulæ patefactum. Quod utinam ne Phormioni.] Gratiſſime non Phormioni ſuccenſet, ſed Phormionis

Phormionis inuento. Et uide, ut & ipse se culpæ subtrahat. Quod utinam. Et familiare est initia rerum accusare eos quos alicuius negotij pœnitet. Quod utinam ne Phormioni.

Vtinam ne Vetus elocutio, utinam ne. Ennius in Medea, Vtinam ne in nemore Pelio securibus cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes. Et Ne, non accipiendum. Neu me cupidum eo compulisset.] Bene hoc addidit ad excusationem. potuit enim dici, Non consentires. Eo compu-

Eo pro in-tantum lisset. Eo, ad uxorem ducendam. an Eo intantum? Quod mihi principium est mali.] Bene, quasi caput mali non in amore sit, sed in nuptijs. Non potitus essem.] More hominum loquitur. credit enim ex sequenti satietate, & potuerit abstinere amoribus suis. Non potitus essem. ἀνθυποφορὰ μονομερὴς. Non enim, Sed potiri uoluisti, posuit: ut ille, Verum anceps pugnæ fuerat fortuna. fuisset. hic enim utraq; pars ponitur. Fuisset tum illos ægre aliquot dies.] Quidam totũ interrogatiue pronuntiant: nempe, Fuisset tum illos mihi ægre aliquot dies? At non quotidiana cura hæc angeret animum.] Cum amatorie loquatur Antipho, errant qui putant eum pœnitere sui desiderij. nam si hoc est: nec maritus firmus uidebitur fore. sed hoc dicit, facilius fuisse abstinere uirgine intacta, & ea cum qua iam consueuerit. & ideo subiungit, Dum expecto & mox ueniat, qui hãc mihi adimat consuetudinẽ. Audio.] Audio per εἰρωνίαν dicit modo à contemnente dictũ Antiphonis. Audio. Omnia deridet Phædria, cupiens fructum amoris uel periculis adipisci. Est ergo audio εἰρωνεία pro nõ audio: hoc est, nihil dicis. Dũ expecto quàm mox ueniat.] Non quando, sed quàm cito: quia

Consuetudo timet. Qui adimat hanc mihi consuetudinem.] Mire non amorem: tanquam amore carere potuerit, consuetudine non possit. Et nota proprietatem. nam cõsuetudo specialiter de

Dolet coitu dicitur. Alijs quia defit quod amãt.] Magnificentius Alijs dixit: quàm si diceret Mihi. Tibi quia supersit, dolet.] Laborauit ut ostenderet plus esse dolet, quàm Aegre est. &

Aegre est ideo insanum ait Antiphonem: qui in ea fortuna positus quæ aduersa & contraria est, idem patiatur quod miser. & est figura ὑπόζευξις. Nam ad utrunq; Aegre est sufficere potuit. Scire autem debemus & pronuntiatiue, & per interrogationẽ hoc ipsum pronuntiari posse. Amore abundas Antipho. Sic hoc pronuntiandum, quemadmodum solet cũ stomacho dici uituperanti cibum, Tu pleno uentre es. uult enim ostendere satietatis hoc esse, nõ ratiocinationis quod nunc queritur Antipho. Tibi quia supersit. Id est, eo quod desideras, abundas. Ordo est, Tibi dolet, quia supersit. Amore abundas Antipho. Abundare dicitur, qui successu prospero affluit. Lucilius libro tertio, Ille alter abundans cum septem in locum Hispa-

Abundare nis r a r p. Amore abundas Antipho. Hoc cum pronuntiatione infert. Nam tua quidem hercle certo hæc uita.] Bene certò: quia suprà omnia cum εἰρωνείαν dixit. Vita hæc ex-

Vita petenda.] Vita dixit, ut ostenderet etiam si non felicitas, sed uita dicatur: optandum esse. Vita autem, & mores significat, & animam, & alimentum, & spatium uiuendi: & fortunam accidentẽ uiuentibus: ut modo. Expetẽda, optandaq;. Proprie. Omnia emi quæ amamus: aut industria, aut uoto proueniũt, hoc est, aut in nobis sunt, aut in fortuna posita. Ita me Dij bene ament ut mihi liceat.] Necessario iurat: quia quod dicturus est, solis amatoribus uidetur esse credendum. Ita me Dij bene ament: Vt mihi liceat tandiu quod amo frui. Opportunus locus, in quo ostendatur quàm magno amore sit possessus Phædria, cui par impẽditur argumentum. Tam diu quod amo, frui. Quandiu uxore fruitur Antipho. An tam diu,

Tandiu ἀφελῶς? Tam diu. Tantisper, hoc est uel tantillo tempore. Quod amo, frui. Deest Eo: ut

Depacisci sit, eo quod amo, frui. Iam depacisci morte cupio.] Pactionem transigere. Tu conijcito cætera.] Aut Cætera abundat: aut deest per, ut sit, per cætera. Quid ego ex hac inopia nũc capiam. Infortunium scilicet. Et quid tu ex ista copia.] Fructum, ac felicitatem. Vt ne

Ingenua addam.] παραλειψις figura, in qua uelut ex abundanti enumerantur adiecta. Ingenuam,

Liberalis liberalem nactus es.] Hoc natalium: illud morum est. Vt ne addam. χρῆμα παράλειψις. Vt

Vt ne ne. Quod Græci ἵνα μὴ Quod habes ita ut uoluisti.] Voluisti sub distinguendum est, &

ἵνα μὴ sic legendum Vxorem. Erit enim ὑμφαλικώτερον. Vt uoluisti, uxorem.] Bona præparatio uxoris futuræ. Sine mala fama: palàm beatus.] Multi superius iungũt palàm. Sine sumptu, ingenuam, liberalem. Contra ea quæ patitur, ista posuit omnia. huius in amore copiã: suam inopiam. huius desiderium nullo cõstitisse sumptu: sibi à lenone fuisse emendã puellã. Huius ingenuã: suam seruã. huius liberalem: suã citharistriam. hunc nactum esse: se sectari tantum. huius uxorem: amicam suam. huius amorem maritalem esse: suum uelut prodigi, uelut scortatoris. Ni unum hoc desit, animus qui modeste istæc ferat.] Modeste, moderate. Sallustius libro secundo, Modestus ad omnia alia, nisi ad dominationem. Modeste. Cum modo. Et si tibi res sit cum eo lenone.] Et modo non connexiua, sed inceptiua coniunctio est. Sallustius libro secundo, Et Pœni ferunt aduersus a n c m. Sentias. Sic alibi, Sit rogas? sensi. Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet.] παρίμιον tertium. In Andria, Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, & est ἐρχατισμὸς: ut, Accede ad ignem

ignem hunc, iam calesces plus satis. Cui deintegro est potestas.] Post, deinceps. An deintegro, id est integris rebus? Nostri nosmet pœnitet. Pœnitet eũ qui parum putat. ergo ipsi nos, inquit, nostra cõtemnimus. Sic & in Heautontimorumeno, At enim hic dices, Me quan tũ hic operis fiat pœnitet. Quid uelis retinere: amare, amittere.] An cõiuncte legendũ est, Quid uelis retinere? ut duo sint, amare, amittere: quia & infra duo reddit, Vt neq; mihi sit amittendi, neq; retinendi copia. Amittendi propter amorem: retinendi propter patrem. Et Hei interiectio ingemiscentis est. ut, Hei mihi, quantum Præsidium Ausonia, & quantum tu perdis Iule. Hei timeo miser. Quàm recte iam timet: quia in metu semper est, præsaga mali mens.

ACTVS I. SCENA IIII

Iambici quadrati acatalectici trochaicis octonarijs catalecticis permixtis Senarij item.

GETA. ANTIPHO. PHAEDRIA

G. NVLLVS es Geta, nisi aliquod iã tibi consiliũ celere repereris. *Iamb. acat.*
Ita nunc imparatum subito tanta te impendent mala:
Quæ neq; uti deuitẽ scio: neq; quo modo me inde extraham.
(Nam non potest celari nostra diutius iam audacia)
Quæ si non astu prouidentur, me aut herum pessundabunt.

A. Quidnam ille commotus uenit? G. tum, temporis punctum mihi
Ad hanc rem est. herus adest. A. quid istud mali est? *Senarius*

G. Quod cum audierit, quod eius remedium inueniam iracundiæ? *Tetra. acata.*
Loquárne? incendam. taceã? instigẽ? purgẽ me? L A T E R E M L A V E M.
Eheu me miserum: cum mihi paueo, tum Antipho me excruciat animi.
Eius me miseret. ei nunc timeo. is nunc me retinet. nam absq; eo esset, *Troch. acat.*
Rectè ego mihi uidissem, & senis essem ultus iracundiam. *Cata.*
Aliquid conuasassem, atq; hinc me conijcerem protinus in pedes. *Iamb. acat.*

A. Quam hic fugam, aut furtum parat? *Dimeter troch. catale &.*

G. Sed ubi Antiphonem reperiam? aut qua quærere insistam uia? *Iamb. tet. aca.*

P. Te nominat. A. nescio quod magnum hoc nuntio expecto malum.

P. Ah, sanús ne es? G. domum ire pergam. ibi plurimum est. P. reuocemus *Iamb. cata.*
Hominem. A. sta ilico. G. hem. *Monometer hypercat.*
Satis pro imperio quisquis es. A. Geta. G. ipse est, quẽ uolui obuiam. *Troch. cat.*

A. Cedò quid portas obsecro? atq; id (si potes) uerbo expedi.

G. Faciam. A. eloquere. G. modo apud portum. A. meúmne?

G. Intellexti. A. occidi. G. hem.

A. Quid agam? P. quid ais? G. Huius patrem uidisse me, patruum tuum.

A. Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inueniam miser?
Quòd si eò meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te ut distrahar
Nulla est mihi uita expetenda. G. ergo istæc cum ità sint Antipho,
Tantò magis te aduigilare æquum est. forteis fortuna adiuuat.

A. Non sum apud me. G. atqui opus est nunc, cum maximè, ut sis Antipho.
Nam si te senserit pater timidum esse, arbitrabitur

Comme-

Commeruiſſe culpam. P. hoc uerum eſt. A. non poſſum immutarier
G. Quid faceres, ſi aliud quid grauius tibi nunc faciundum foret?
A. Cum hoc non poſſum, illud minus poſſem. G. hoc nihil eſt Phædria: ilicet,
Quid conterimus operam fruſtra? quin abeam? P. & quidem ego.
A. obſecro.
Quid ſi aſſimulabo, ſatin' eſt? G. garris. A. uoltum contemplamini, hem,
Satin' ſic eſt? G. non. A. quid ſi ſic? G. propemodum. A. quid ſi ſic?
G. ſat eſt.
Hem iſtuc ſerua & uerbum uerbo par pari ut reſpondeas,
Ne te iratus ſuis †ſæuis dictis protelet. A. ſcio. *al. ſæuidicis uerbis protelet. & ſæuidicis poſtulat carmen.*
G. Vi coactum te eſſe inuitum, lege, iudicio tenes? *ſæuidicis poſtulat carmen.*
Sed quis hic eſt ſenex, quem uideo in ultima platea? A. ipſus eſt.
Nō poſſum adeſſe. G. ah, quid agis? quò abis Antipho? mane, *Sena. Iā. hyper.*
Mane inquam. A. egomet me noui, & peccatum meum. *Senarius acatalect.*
Vobis commendo Phanium, & uitam meam.
P. Geta quid nunc fiet? G. tu iam lites audies:
Ego plectar pendens, niſi quid me fefellerit.
Sed quod modò hic nos Antiphonem moluimus,
Id noſmetipſos facere oportet Phædria.
P. Aufer mihi oportet: quin tu quod faciam, impera.
G. Meminiſtine olim ut fuerit ueſtra oratio,
In re incipiunda ad defendendam noxiam?
Iuſtam illam cauſſam, facilem, uincibilem, optumam.
P. Memini. G. hem, nunc ipſa eſt opus, aut, ſiquid †poteſt, *al. potes*
Meliore, & callidiore. P. fiet ſeduló.
G. Nunc prior adito tu: ego in inſidijs hic ero
Succenturiatus, ſi quid deficies. P. age.

NVllus es Geta. In hac ſcena ſerui concurrentis officium eſt, tēdens ad perturbationem Antiphonis, quem oportet abeſſe à conſpectu patris uſq; ad cognitionem rerum, & καταστροφὴν fabulæ. Conſilium celere.] Hoc celere neutraliter dicitur. Subito tanta te impendent mala.] Accuſatiuo caſu impendent. aut ἀναστροφὴ pro, In te pendent mala. Cum ſuprà nullus es Geta, dixerit: hic tranſitum fecit ad primam perſonam. Quæ neq; uti deuitem ſcio.] Ruina aut uitanda eſt: aut extrahenda ſunt ex ea corpora quæ oppreſſerit. Nam nō poteſt celari noſtra diutius iam audacia.] Bene noſtra: quia ipſe partem maximā culpæ ſuæ tenet, ut magiſter deuitem. *Commotus* Antè, quàm irruant. Inde extraham.] Cum irruerint. Celari.] Nigidius quærit, utrum plenum ſit an preſſum? Quid nam ille commotus uenit?] Modo commotus, perturbatus atq; conterritus. Quidnam ille commotus. Hic oſtendit Poeta iccirco confuſum Ge- *Punctum* tam induci, ut de eius metu Antipho terreatur. Tum, tēporis mihi punctum.] Punctum pro momentum: ut Lucilius in decimoquarto. Puncto una hora * & qui quoq; inuaſit. Punctum. Anguſtiſſimum ſpatium. Ad hanc rem.] Ad deliberandum quod ago. Herus adeſt.] Vultu triſti ac ſupercilijs arduis hoc dicendum eſt. Quid illud mali eſt?] Mire πρὸς ὃ, Herus adeſt, Quid illud mali eſt, poſuit, ex perſona Antiphonis: cui pro calamitate eſt patris aduentus. Quod cū audierit. Scilicet quòd uxorem duxit Antipho.
Quod eius remedium inueniam iracundiæ?] Plus eſt quàm ſi diceret, nullum. Quod cum audierit. Bene non addidit, quid ſecum enim loquitur. Quod eius remedium *inue-*
niam

niam iracundiæ? Proprie remedium, quaſi iracundia morbus ſit. Loquārne? incendam:] *Remedium* Quia iracundia ignis eſt. Taceam? inſtigem.] Inſtigari proprie fera dicitur. purgē me? *Incendere* laterem lauem.] παροιμία πλίνθον πλύνεις. Loquarne? incendam. taceam? inſtigem σχῆμα διαπό- *Inſtigare* ρησις. Duo ſunt quæ fieri in placando ſolent: aut loqui, aut tacere. Sed quid uult ſibi purgem me: cum idem ſit loquar? an quia poteſt purgatio & Per defenſorem, patronum ūe inducit? ſic quidam putant. Sed melius eſt, hoc, ut perturbatæ & ſeruilis imperitæq; perſonæ uerba, ſine arte eſſe: & uim ſignificati non habere. Cum mihi pauco.] Cum præter quam quod ſignificat modo. Tum Antipho me excruciat animi.] ὡς ἰδιωτισμῷ, pro eo quod eſt, propter Antiphonem me excrucio. Me excruciat animi. Sic in Hecyra, Fecit animi ut incertus foret. Veteres figurabant hanc locutionem. Eius me miſeret, ei nunc timeo.] Miſeret præteritorum, Timeo de futuris: Eius me miſeret: ei nunc timeo: is nunc me retinet. Figura πολυπτωτον, Eius, ei, is. Is nunc retinet me. Si retinet, quomodo excruciat? Nā abſq; eo eſſet.] Si ad eum res non pertineret: id eſt ſi meum tantummodo peccatum eſſet hoc ipſum. Recte ego mihi uidiſſem, & ſenis eſſem ultus iracundiam.] Facete ſeruus occaſionem melioris conditionis eſſe exiſtimat fugæ cauſſam, tanquam ſibi per eam & libertatis genus præſtare poſſet, & prædam. Recte ego mihi uidiſſem. Vt dicimus, Vide tibi, & uidete uobis. Et recte uidiſſem, pro prouidiſſem. Et ſenis eſſem ultus iracundiam. Senis maluit quàm domini dicere: ut in ipſo nomine & hortamentum impune fugiendi appareat. & ſimul quia non iram, ſed iracundiam dicturus erat. nam Ira de cauſſa: Iracundia de moribus. Et ſenis ultus eſſem iracundiam. Non dixit, euaſiſſem: ſed ultus eſſem. faciunt enim ſerui fugiendo, ut domi nos pœniteat iratos fuiſſe. Sic Virgilius, Vlta uirū, pœnas inimico à fratre recepi. *Aliquid* conuaſaſſem.] Figuratum eſt à colligendis uaſis. Hinc me conijcerem.] πρὸς τὸ Recte ego *Conuaſare* mihi uidiſſem. Protinus in pedes.] protinan fuit: & ſic Nigidius legit. Quā hic fugam.] *Protinan* Conijcerem in pedes. Aut furtum parat.] Aliquid conuaſaſſem. Quam hic fugam, aut furtum parat? Iocunda ἀποδοσις. prius enim furtum, ſp fuga occurrere debuit. Sed ubi Antiphonem reperiam?] Sed pro ergo: ut ſit, ergo ubi Antiphonem reperiam? an Sed, finis *Reperire* ſuperioris ſententiæ eſt? ut Saluſtius, Sed Metellus in ulteriore prouincia. Reperiam. Si *Inſiſtere uia* alicui eſſet. Aut qua quærere inſiſtam uia?] Si alicubi ambulet: omnis enim qui quæritur, aut ceſſat, aut ambulat. Te nominat.] Ad hoc diu auditur Geta, & ipſe nō uidet adoleſcentes: ut plus illis terroris incutiat, dum ſecum loquitur Neſcio quod magnum hoc nuntio expecto malum.] Diſerte locutus eſt, neſcio quod magnum hoc nuntio expecto malū: pro eo quod eſt, neſcio quod magnum malum hunc mihi nunciaturum arbitror. Domum ire pergam.] Hoc nos ἐλλειπτικῶς dicimus, domum pergam. Ibi plurimum eſt.] Oſtendit ab initio ſe domum pergere, & ſic uideri deliberaſſe. Ibi plurimū eſt.] Scilicet propter amorem uxoris ſuæ. Plurimum. τὸ πλεῖστον. Euocemus hominem.] Comice & moraliter addidit hominem. Sta ilico.] Ille, reuocemus hominem, dixit: hic, non progredi iuſsit. Satis *Sta ilico* pro imperio, quiſquis es.] Hic oſtendit culpæ conſcientia nullam autoritatem reliquam in *Satis pro im-* magiſtro Geta. Satis pro imperio. Id eſt imperioſe. Cedo quid portas obſecro: atq; id, *perio* ſi potes, uerbo expedi.] Mire expreſsit affectum de timore properantis. Cedo quid portas *Ferre* obſecro? Vt, Si uera feram, ſi magna rependā. Nam ferre & portare, de negocijs maioribus *Portare* dicitur. Verbo expedi. Deeſt, uno. Eloquere.] Aliter oſtendit quid eſt, uerbo expedi: di- *Verbo expedi* cendo eloquere. Modo apud portum.] Patrem uidi, dicturus Geta, præuentus eſt ab eo *Eloquere* quem timor intelligentem fecerat. Hem.] Propria, & ſua cuiq; perſonæ exhibuit: celeritatem ex præſagio metuenti Antiphoni: & tarditatem intellectus quieti pectoris ſecuro Phædriæ. Quid agam?] Iam flet Antipho, & adhuc non intelligit Phædria. Huius patrem uidiſſe me patruum tuum.] Mire Poëta Antiphoni minus quàm oportet, & Phedriæ plus quàm oportet, fecit loqui nuntium. Ille enim penè diuinat ex metu: hunc tardum ſecuritas facit. Huius patrem uidiſſe me, patruum tuum. Reddit utriq; proprium: ut & ille qui timebat, paucis intelligeret: & ille qui ſecurus erat, pluribus edoceretur. Nam quod ego huic nunc ſubito.] Nam aut ſubiunctiua coniunctio eſt ſuperiori dicto, quod ait, Quid agam: aut ἀναστροφὴ eſt Nam quod, pro quodnam. Huic ſubito exitio remedium. Subito, & aduerbium, & nomen eſt. Cum ſubito aſſurgens fluctu nymboſus Orion. Inueniam miſer.] Cum Ego ſuprà dixerit, ἐμφατικῶς addidit, miſer. Quod ſi eo meæ fortunæ redeunt.] Tragice amator hoc negotium fortunas omnes dixit eſſe. Fortunæ redeunt. Bene redeunt: quaſi in peius, & à proceſſu retro, & in deterius. Phanium abs te ut diſtrahar.] Amatoria *Diſtrahere* προσφώνησις per ἀποστροφήν. Abs te ut diſtrahar. Non dixit, à me diſtraharis. Et uide uerbum uim cohærentis oſtendere. Nulla eſt mihi uita expetenda.] Nulla pro nō: aut nullius conditionis, quaſi dicat, ne deorum quidem uita mihi dulcis eſt ſine te. Nulla eſt mihi uita expetenda. Sine Phanio. Tanto malis te aduigilare.] Ad, uim auctiuam nunc habet: ut ad-

laudabile, admirabile. Fortis fortuna adiuuat.] παροιμία. Et fortis acusatiuus pluralis est. Non sum apud me.] Id agitur, ut suprà diximus, quèadmodum Antipho præsens non sit: quem neq; conuenit contra patrem aliquid dicere: neq; rursum præsentē opprimi à patre, ex argumento est. Atqui opus est cū nūc maxime, ut sis Antipho.] Apud te, subaudiatur. Nam si te senserit timidum pater esse: arbitrabitur commeruisse culpam. Sic Sallustius in historia, Ita fiducia quàm argumentis purgatiores dimittuntur. Nam si senserit te timidum. Timidū, pro timentem. Vt, Addit se sociā, timidisq; superuenit Aegle, Virgilius

Commeruisse culpam Commeruisse culpam, pro commisisse. Hoc uerum est.] Congrue fit, ut & Geta & Phedria audaciores sint, qui & absq; amore sunt: & hos oportet obijci pro Antiphone, irato seni.

Non possum immutarier.] Vim negantis hoc habet, quod ait, immutarier ostendit enim naturæ suæ timiditatem nullis adhortationibus efici posse. Quid faceres, si aliud quid grauius tibi nunc faciendum foret.] Bene grauius: quia hoc graue. ut uideas ipsam adhortationem uim habere concedentis graue esse quod geritur. Cum hoc non possum, illud minus possem.] Hoc intulit παρὰ προσδοκίαν. Nam uidebatur hac interrogatione adduci posse ad sententiam percontantis. & hæc ars est dialectica contra ἐπαγωγὴν, cum male respondendo callide interrogantis interrumpimus argumentū. Hoc nihil est Phædria, ilicet.] Vtrū Hoc relatiuum? an Hoc cum cōtemptu, pro hic Antipho nihil est. Sic Cicero in Verrinis, Et si hoc nescio quid nugatorem sciebam. pro hunc. Ilicet. Semper Ilicet finem rei significat, ut Actum est. Ilicet. Per συγκοπὴν. Sic iudices de consilio dimittebantur, suprema dicta cum præco pronunciasset Ilicet: quod significat ire licet. Quin abeam?] Hic terrore commouet Antiphonem. & Quin dicit, pro cur non. Et quidem ego.] Ordo, & ego quidem. & deest abeo. Quid si assimulabo?] Audacem scilicet. Obsecro, quid si adsimulabo? satin' est? Adeò morale uitiū est, ex conscientia pauor: ut ipse quoq; Antipho nitatur contra: neq; quicquan promoueat. Satin' sic est?] Hic locus actoris magis, quàm lectoris est. ostenditur enim conari ad simulandam audaciam, quo magis ridicula est, formidolosa persona.

Propemodum Propemodum.] Et hoc non plenæ consensionis est, quod ait propemodū. Sat est.] Non dixit, bene est: sed, sat est, & uide utx ad hoc ipsum esse peruentum. Hem istuc serua.] Dicendo serua, ostendit iam incipere deperire, quod finxit atque assimulauit audaciæ. Hem istuc serua: & uerbū uerbo par pari ut respondeas. Animaduerte, & quid doceat & commachinetur artifex Poeta, qui debitum reddat rebus atque personis. *Verbū uerbo* Verbū uerbo, par pari.] Duo dixit: non tantum uerbum uerbo, sed par pari. Ne te iratus suis sæuis dictis protelet.] Causalem uim habet quod ait hoc, iratus: hoc est, qui ob præsentem iram uehemētius

Protelare tecum agat. Protelet, & protelum à πρὸ & τείνω dictum est, quod est ante & trahere. Alij ab

Protelum assiduo telorum iactu existimant dict. ut Lucretius, Vndique protelo plagarum continuato, hoc est tenore. Protelet. Protrahat, præueniat: exagitet. Vi coactum te esse.] Mira breuitas, in quo tota defensio continetur. & subauditur, fac respondeas, aut quid tale. Inui-

Inuitus tum. Bene idem repetit ad confirmandam memoriam trepidantis. non enim diuersa sunt,

Vi coactus sed repetuntur, ut teneri possit id quod causæ opus est. Nam ui coactum esse. idem signifi-

Voluntate cogi cat quod inuitum. An ideo ui coactum inuitum iungendum est, quia interdum etiam ipsi nos cogimus propria uoluntate? ut ipse in Andria, Tu coactus tua uolūtate es. Scio.] Apparet hoc uerbum eo uultu dici, ut manifestum sit absenti animo esse eum qui loquitur.

Tenes.] Exquisite addidit tenes: ut appareat Antiphonem uultu ostendere, quòd horum

Vltima platea nihil perturbatus aduertat. Sed quis hic senex est?] Sed, ut diximus, transitū significat ad aliam rem ab ea quæ agebatur. Quem uideo in ultima platæa?] Sic dixit ultima platæa, quemadmodum Virgilius, Imas obsedere fores. Ipsus est.] Et quia timidior est: & quia postea de proximo ipse agnoscit magis. Non possum adesse.] Apparet ex conspectu patris magis confundi, quàm ex nuncio aduentus eius, filium. Quo abis Antipho?] Sic Virgilius, Quò fugis Aeneas? &, Quò fugitis socij? Sic enim loquitur, qui uult ostendere conditionem locorum, in qua peruerso modo alius petatur, alius linquatur. Mane, mane inquam.] Omnia hec habent singularem uim in se reuocantis. Ah quid agis?] Et perturbati intercessoris est dicere, quid agis: ut alibi, Mea Glycerium quid agis? cur te is perditum?

Egomet noui me, & peccatum meum.] Duo dixit: & hominem pauidum, & peccatū grauc. Vobis commendo Phanium, & uitam meam.] Comice duobus duo retulit: me, & peccatum meum: Phanium & uitam meam. Et animaduerte quòd amator prius ponit Phaniū, quàm uitam suam. Geta quid nunc fiet?] Apparet hæc sic pronuncianda, quasi à destituto dicantur. Tu iam lites audies, ego plectar pendens.] Non intulit quod quærebatur: sed uerba sunt hominis omnia desperantis. Tu iam lites audies: ego plectar pendens. Tu to audies ego uerberabor. ut alibi, Tibi erūt parata uerba, huic demū uerbera. Quod ipsum mire: non, facies lites: sed audies. Ego plectar pendens. Plectar, feriar: unde & plectrum, & plagæ

plagæ dictæ. Sed quod modo hic nos.] Deest tamen, ut sit, sed tamen. Id nosmetipsos facere oportet.] Quia Nos suprà dixit in significatione actus proprij, Ipsos addit. Auferre mihi oportet.] τῷ ἀτελισμῷ addidit Mihi. sine hoc enim, plena sententia est. Quin tu quod faciam impera.] Mire ad omnia paratum se indicat, qui Impera dicat seruo. Meministin' olim ut fuerit uestra oratio?] Mire & consilio, & oratione compendiosus est, quo magis Phædriam proprijs consilijs ac domesticis permoueret. Vt fuerit uestra oratio. Vt magis excitaret, non nostra dixit, sed uestra. In re incipiunda.] Incipiunda proprie, quasi de re magna, dixit. Sic alibi. Vide quod inceptet facinus. Ad defendendam noxiam?] Noxiā nunc culpam: aliàs pœnam. Et est ἐπίνδιστις, ab eo quod est noxam: & hoc factū est propter iambum. Iustam illam causſam, facilem, uincibilem, optimam.] Considera singula: & inue- *Causſa uincibilis* nies & naturali ordine, & per αὔξησιν dicta. Causſam pro defensione posuit. Et uincibilem, quæ facile uincat. Nunc ipsa est opus. Causſa scilicet. Meliore & callidiore.] Bene, meliore & callidiore: quia tunc prolusio fuit, nunc ipsum prælium. Fiet sedulo.] παρίλμου sedulo. nam suffecerat, fiet. Nunc prior adito tu.] Adito, quasi ad prælium. Virgilius, Nec quisquam ex agmine tanto Audet adire uirum, Ego in insidijs hic ero.] Tota μιταφορὰ de re militari est. Succenturiatus.] Succenturiari dicuntur qui explendæ centuriæ gratia *Succenturiari* subijciunt se ad supplementum ordinum. Et est translatio à re militari. Age.] Potuit dicere, uerò, aut ita. sed age dixit, quod uerbum uim hortantis maximam præbet.

ACTVS II SCENA I

Iambici quadrati acatalectici & Senarij

DEMIPHO SENEX. GETA. PHAEDRIA

D. *Troch.* TA'NE tandem uxorem duxit Antipho iniussu meo? *Si corripis Ita Trochaicus est*
Nec meum imperium. age, mitto imperium: nō simultarē meam
Reuereri saltem? non pudere? ó facinus audax, ó Geta *Iamb.*
Monitor. G. uix tandem. D. quid mihi dicent? aut quam causſam reperient? *Iamb. acatalect.*
Demiror. G. atqui reperi iam aliud cura. D. ánne hoc dicent mihi?
Inuitus feci: lex coegit audio, & fateor. G. places.
D. Verùm scientem, tacitum, causſam tradere aduersarijs:
Etiámne id lex coegit? P. illud durum. G. ego expediam fine.
D. Incertū est quid agam, quia præter spem, atq; incredibile hoc mihi obtigit.
Ità sum irritatus, animum ut nequeam ad cogitandum instituere.
QVAMOBREM OMNES, cum secundæ res sunt maximè, tum maxime
Meditari secum oportet, quo pacto aduorsam ærumnam ferant,
Pericla, damna, exilia. peregre rediens semper cogitet,
Aut filij peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ.
Communia esse hæc: fieri posse ut nequid animo sit nouum.
Quidquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro.
G. O Phædria incredibile est, quanto herum ante eo sapientia.
Meditata mihi sunt omnia mea incommoda, herus si redierit.
Molendum usq; in pistrino: uapulandum: habendæ compedes.
Opus ruri faciundum: horum nihil quidquam accidet animo nouum.
Quidquid præter spem eueniet, omne id deputabo in lucro.
Sed quid cessas hominem adire, & blande in principio alloqui?
D. Phædriam mei fratris uideo filium mihi ire obuiam.
P. Mi patrue salue. D. salue: sed ubi est Antipho? *Senarij*

P. Saluum uenire. D.credo hoc reſponde mihi.
P. Valet hic eſt ſed ſatin' omnia ex ſententia?
D. Vellem quidem. P.quid iſtuc? D.rogitas Phædria?
Bonas me abſente hic confeciſtis nuptias.
P. Ehò an id ſuccenſes nunc illi? G.ó artificem probum.
D. Egóne illi non ſuccenſeam? ipſum geſtio dari
Mihi in conſpectum,nunc ſua culpa ut ſciat
Lenem patrem illum,factum me eſſe acerrimum.
P. Atqui nihil fecit patrue,quod ſuccenſeas.
D. Ecce autem ſimilia omnia omnes congruunt
Vnum cognoris,omnes noris. P.haud ità eſt.
D. Hic in noxia eſt:ille ad defendendam cauſſam adeſt
Cum ille eſt:hic præſto eſt.tradunt operas mutuas.
G. Probè eorum facta imprudens depinxit ſenex.
D. Nam ni hæc ita eſſent,cum illo haud ſtares Phædria.
P. Si eſt patrue,culpam ut Antipho in ſe admiſerit,
Ex qua re minus,rei foret,aut famæ temperans:
Non cauſſam dico,quin quod meritus eſt,ferat *al.ſit*
Sed ſi quis forte malitia fretus ſua
Inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ,
Ac uicit:noſtráne ea culpa eſt, an iudicum,
Qui ſæpe propter inuidiam adimunt diuiti,
Aut propter miſericordiam addunt pauperi?
G. Ni noſſem cauſſam,crederem uera hunc loqui.
D. An quiſquam iudex eſt,qui poſſit noſcere
Tua iuſta:ubi tute uerbum non reſpondeas:
Ità ut ille fecit? P. functus adoleſcentuli eſt
Officium liberalis poſtquàm ad iudices
Ventum eſt,non potuit cogitata proloqui
Ità eum tum timidum obſtupefecit pudor.
G. Laudo hunc ſed ceſſo adire quamprimum ſenem?
Here ſalue ſaluum te aduenìſſe gaudeo. D.oh
Bone cuſtos ſalue columen uerò familiæ,
Cui commendaui filium hinc abiens meum.
G. Iam dudum te omneis nos accuſare audio
Immerito,& me horum omnium immeritiſſimo
Nam quid me in hac re facere uoluiſti tibi?
Seruum hominem cauſſam orare leges non ſinunt
Neq; teſtimonij dictio eſt. D.mitto omnia adde
Iſtuc,imprudens timuit adoleſcens,ſino
Tu ſeruus uerùm ſi cognata eſt maxumè,

Non fuit neceſſe habere ſed,id quod lex iubet,
Dotem daretis : quæreret alium uirum.
Qua ratione inopem, potius ducebat domum?
G. Non ratio, uerùm argentum deerat. D.ſumeret
Alicunde. G.alicunde? nihil eſt dictu facilius.
D. Poſtremò,ſi nullo alio pacto,uel fœnore.
G. Hui,dixti pulchre, ſi quidem quiſquam crederet
Te uiuo. D.non,non ſic futurum eſt.non poteſt.
Egóne illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?
Nihil ſuaue meritum eſt. hominem commonſtrarier
Mihi iſtum uolo.aut ubi habitet,demonſtrarier.
G. Nempe Phormionem. D. iſtum patronum mulieris.
G. Iam faxo hic aderit. D.Antipho ubi nunc eſt? P. foris.
D. Abi Phædria eum require, atq; adduce huc. P. eo
Recta uia equidem illuc. G. nempe ad Pamphilam.
D. At ego Deos penateis hinc ſalutatum domum
Deuortar.inde ibo ad forum,atq; aliquot mihi
Amicos aduocabo,ad hanc rem qui adſient,
Vt ne imparatus ſim,cum aduenìat Phormio.

TÁne tandem uxorem duxit Antipho iniuſſu meo?] In hac ſcena accuſatio eſt & contradictio per remotiuam qualitatem. ergo controuerſia. Itáne tandem uxorem duxit Antipho. Hic exemplum uitæ eſt: in quo ſpectatur, nullam eſſe tam iuſtam & grauem iracundiam patris,quæ non & fiducia defenſoris,& interuallo temporis euaneſcat. Itáne tandem uxorem duxit Antipho iniuſſu meo? Non potuit uehementius incipere quàm ut ipſe crimen quod obiecit,miraretur. Itáne tandem uxorem duxit. Tandem hic expletiua coniunctio,ut Cicero, Quouſque tandem abutere Catilina patientia noſtra? Itáne tandem. Hic totus uerſus in hoc eſt: an factum ſit: quid factum ſit: à quo factum ſit: in cuius iniuriam factum ſit. Nec meum imperium.] Rara ἀποσιώπησις. Nam nõ ſequitur Sed.intulit enim Age. Subauditur autem reuereri. Sic Lucretius,Nónne uidere * Age,mitto imperium:non ſimultatẽ meam reuereri.] Vt Virgilius,cuius ob auſpicium infauſtum,moreſq; ſiniſtros. Age,mitto. Legitur &,taceo. Simultatem. Iurgium,contentionem. Non puderet?] Hoc abſolutum eſt, & nulli adnexum. Non puderet? Hic Nigidius adnotauit,neminem uideri pudere ante delictum. *Simultas*

Vix tandem] Conuenit hoc dictum ei qui iam pridem ſe male audire putat: & ideo ſero uidetur ad hunc ſenex peruenìſſe: cum ille metuens,ſe primum ad accuſationẽ crederet. An, Vix tandem,ad hoc pertinet: quia ille Monitor dixit: quaſi dicat, Vix tandem factum eſt,ut me ſenex laudare cœperit: quia Monitor,quamuis in contrarium dixerit,tamen eſt nomen laudis. Vix tandẽ. εἰρωνεία, quaſi dicat,Pene mei oblitus eſt. An quia tarde ad ipſum peruenit ſenex: quem ille ob conſcientiam à ſe cœpturum eſſe credebat? Quid mihi dicent? aut quam cauſſam reperient?] Quid dicent? ſi negare uoluerint. quam cauſſam reperient? ſi purgare. Omne enim crimen à defenſore aut negatur,aut purgatur. Demiror.] Pro ne ſcio.nam admirationem ignorantia facit. Atqui reperi iam aliud cura.] Eo animo hoc dicit quo ſupra dixit Vix tãdem. Et cum ille pluraliter reperient dixerit: hic ſingulariter reperi reſpondit: quaſi in ſe ſolo ſit crimen. Inuitus feci: lex coegit.] Bene Poeta iam ſcire facit ſenem quid iſti dicturi ſint: ut uideatur frangi poſſe qui iam partem defenſionis admittit. *Vix tandem* *Monitor*

Illud durum.] Illud durum dicit,qui ſupra dixit, Atqui reperi iam. Cauſam tradere aduerſarijs, illud durum. Ego expediam ſine.] Vide præparationem futuræ defenſionis quam niſi hoc modo Terentius intuliſſet,incredibile uideretur ſubito ſedatum ſenem. *Demiror*

Incertum eſt quid agam.] Nõnihil iam fracta indignatio eſt. Nam in his uerbis,nõ iam ira,ſed admodum mœror eſt. Quia præter ſpem atq; incredibile hoc.] Virgilius, Hunc

ego si potui tantum sperare dolorem: Et perferre soror potero. Atq; incredibile hoc mihi
Obtigit obtigit. Grauius est incredibile quàm præter spem: & ideo posterius,& in actu est. Obtigit.
Accidit Pro accidit.cuius reciprocum est,si quis bonum accidisse dicat,non obtigisse. Ita sum irri-
Irritatus tatus.] Irritatus,prouocatus,in iram impulsus:hoc est cõmotus & perturbatus. Animum
ut nequeam ad cogitandum instituere.] Bene instituere dixit: quo uerbo quies ostenditur
cogitatiuæ mentis,quæ nunc nõ adest. Cum secundæ res sunt maxime.] Vt,Nudus ara,
sere nudus:hyems ignaua colono.Et bona sententia: tum maxime sapienti metuendũ, quo
tempore maxime securus est stultus. Meditari oportet tecum.] Bene additũ secum.insa-
ni enim uidebitur hoc palam agere. Aduersam ærumnam ferant.] Abundat aduersam.
Pericla,damna,exilia peregre rediens semper cogitet,aut filij peccatum,aut uxoris mor-
tem.] Superiora ἀσύνθετα. inferiora,intermixtis coniunctionibus.Sallustius,Nam quidem
Aerumna Pyrrho, Annibali,æquor & terra. Peregre rediens semper cogitet. Mire à genere ad spe-
Aduersa ciem non semel transit. Nam cum dicit,peregre rediens: iam de se loquitur,sed latenter.
Semper cogitet.A singulari ad pluralem transit.supra dixit omnes:at nunc cogitet.Et est
ordo: Semper peregre rediens, quicunque peregre redit. Aut filij pecatum,aut uxoris
mortem: aut morbum filiæ.] Quamuis iratus filio: non potuit tamen dicere,filij mortem.
Conuenit autem seni uxoris mortem non putare magnum incommodum. Aut filij pec-
catum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ.Varie post enumerationem concluſam hæc
etiam intulit.Virgilius,Sed neq; Medorum syluæ,ditissima terra,Nec pulcher Gãges,atq;
auro turbidus Hermus Laudibus Italiæ certent:nõ Bactra,nec Indi,Totaq; thuriferis Pan
Commune chaia pinguis arenis. Communia hæc esse:fieri posse.] Ordo est. Semper cogitet commu
nia esse,& fieri posse peccatum filij,uxoris mortem,filiæ morbum. Communia esse.Com
mune est quod accidere omnibus potest. Quicquid præter spem eueniat, omne id depu
tare esse in lucro.] Vide iam senem fractum non culpam filij magnam ducere:sed ideo indi
gnari quòd non crediderit peccaturum: in quo ipse se reprehẽdit: & quòd à precatoribus
dici solebat,hoc dicit:communia esse & fieri posse. Herum ante eo sapientia.] Legitur an-
teeo.sed pro coniunctiuo pronuntiandum,anteeo pro anteeam. Meditata sunt mihi om-
nia mea incommoda.] Nimis comice non clades, aut ærumnas posuit seruus, sed incom-
moda:molere in pistrino,uapulare,habere compedes, & cætera:cum hoc nomen leue quid
dam significet.ut ipse in Eunucho,Immo enim infeliciter:nam incommoda alia sunt dicen
da Parmeno. Herus si redierit.] Si aut pro Cum: aut seruiliter,ut dubitet ex uoto suo
utrum dominus redeat,an non:quod cupit. Molendum esse in pistrino.] Facete enume-
rat seruus uniuersa supplicia suæ conditionis, excepta cruce & furca:quarum pœnam uer-
bis extenuare nõ potuit. Habendæ compedes.] Vitiosam locutionem seruili personæ de
dit Terentius.nam integra esset,si diceret, habendas compedes.unde quidam non Esse,sed
usq; legunt. Opus ruri faciundum.] Varie,molendum,uapulandum,compedes haben
dæ,opus ruri faciendum.& supra,uerba gerundia sunt:infra participia. Horum nihil
quicquam animo nouum.] Recte addidit animo.omne enim quicquid acciderit: nouum
erit,sed non animo. Horum nihil quicquam. παρίλκον quartum. Horum nihil quic
quam accidet animo nouum. Tale est illud sapientis Aeneæ, Non ulla laborum, O uirgo
noua mi facies,inopinãue surgit.&,Arma parate animis,& spe præsumite bellum.Et,Hunc
ego si potui tantum sperare dolorem Et perferre soror potero. Quicquid præter spem
euenerit, id deputabo esse in lucro.] Totidem uerbis est usus, quos senex ad irrisionem e-
ius. Sic & in Adelphis,Inspicere tanquam in speculum in patinas Demea iubeo. Omne
Adire id deputabo esse in lucro. Hoc idem senex oportere fieri dixit, quod hic facit. ergo sapienti-
or Geta. Sed quid cessas hominem adire?] Bene adire,quasi terribilem & pugnaturum
ut,Audet adire uirum.Et Hominem comice addidit. Et blande in principio alloqui.] Re
cte monuit,non perpetuo blande, sed in principio agendum,secundum præceptum Socra
tis,qui ait, * Phædriam mei fratris.] Hæc uerba ostendũtur quàm miti pecto-
re susciptatur Phædria. Mi patrue salue.] Mi uim blandimenti habet.nã significat,meus.
Salue.sed ubi est Antipho?] Bene expressit promptum animum ad litigandum,partim ad
dita salute, & potius ad iurgium præuertendo. Saluum uenire.] ὑπάλλαξις, uel ἀποστόφησις
secunda.Gaudeo enim subauditur: quod nisi acceperis,non intelliges cur hic responderit,
credo. Saluum uenire.Iracundiam frangere conatur obsequio & mora. Saluum uenire.Altera salutatio & ad leniendum,& ad criminis dissimulationem: sed & tertio addit,Sa-
tin'omnia ex sententia? Valet.] Hic oratorie dissimulat:atq; ita respõdet,quasi senex non
Ex sententia iratus quærat:sed de salute solicitus sit Antiphonis. Credo hoc responde mihi.] Hoc in-
Vellẽ equidẽ certa distinctione pronuntiatur. Sed satin'omnia ex sententia?] Quod uulgo,Omnia re
cte? Et deest,quæris,aut quid tale. Vellem equidem. Semper hoc uerbum dolentis est,ac

negantis

negantis euenire quod uoti sit. Quid istuc est?] Magnam uim habet contra iram huius-
modi interrogatio. Bonas me absente.] Mire consuetudinem expressit,dicendo Bonas.
Me absente. Summa criminis. Bonas me absente hic confecistis nuptias. Crimen in
duobus esse demonstrat: quòd non bonas,& quod absente patre. Eho, an id succenses
nunc illi?] Huc tendebat interrogatio:ut tam integris rebus admiraretur irasci senem. O
artificem probum.] εἰρωνεία. nam non est artifex cuius deprehenditur locus. Gestio.]
Gestio Plus gestio quàm uolo. *Dari in conspectum.*] Non dixit uenire, ut filium:sed dari,
Dari in conspectum ut reum. Lenem patrem illum.] O artificium Poetæ.in media patris sæuitia,mentionem
lenitatis induxit:ut ostendat quàm facile placari possit. Lenem patrem illum,factum me
Lenis acer esse acerrimum.Nota ἀντίθετον. non enim leni asperrimum,sed acerrimum reddidit.& mu
tauit gradum,positiuo superlatiuum apponens. Lenem patrem illum,factum.Sic Virgi-
lius, Quantum mutatus ab illo Hectore. Atqui nihil fecit patrue.] Summa contradictio
nis.& non dixit, leniter peccauit: sed nihil fecit. neque quod punias: sed quod succenseas
id quod leuissimũ est. *Ecce autem* Ecce autem similia omnia.] Ecce autem, uox est apta his quæ no
ua & improuisa animo accidunt.Sic Virgilius, Ecce autem gemini à Tenedo tranquilla per
alta. Similia omnia:omnes cõgruunt.] More stomachantis,omnia & omnes,de his dicit
quæ ad duos pertinent. Vnum cognoris: omnes noris.] Iterum non duos,sed omnes.
& uarie cognoris noris. Vnum cognoris,omnes noris. Sic Virgilius,Accipe nunc Dana
um insidias,& crimine ab uno Disce omnes. Hic in noxia est:ille ad defendendã causam
adest.] Hoc Demipho non sine quadam delectatione dixit: quam tamen premit, ob iram
præsentem. Cum ille est,hic præsto est.] Huic loco reddidit Cicero in locum in Verri-
nis,Qui ciues Romani erant,si Siculi essent,tum eorum legibus dari oportere:qui Siculi,si
ciues Romani essent. Nam subauditur ad, Qui ciues Romani erant, Iudices dabantur.ad,
si Siculi essent,subauditur Rei. Cum ille est ἐνθύμημα secundum.nam & hic subaudiendum
Imprudens est,in noxia. Hic præsto est.Ad defendendam causam,subauditur. Probe eorum facta
imprudens.] Ideo imprudens: qui nescit in amore citharistriæ esse Phædriam. Impru-
dens.Modo insciens. Nam ni hæc ita essent,cum illo haud stares Phædria. Vide quemad
modum iam præstruat Poeta ad ea quæ futura sunt, ad adiuuandum amorem Phædriæ.
Cum illo haud stares Cum illo haud stares Phædria. Cum Antiphone scilicet. Et cum illo ἀντὶ τοῦ pro illo. In
eius parte stamus, pro quo facimus. Sic Virg.Iuppiter hic stat. *Si est ut admiserit* Si est patrue culpã ut An
tipho in se admiserit.] Principium per insinuationem subtilem. Et honesta locutio,Si est ut
admiserit: pro,si admisit. Si est patrue,culpam ut Antipho.Oratorium principium. *Succus orationis* In
se admiserit.Bono ornatu addidit,in se:cum & sine hoc plenũ uideri posit.Et hic est,quem
Cicero succum orationis appellat. Ex qua re minus rei foret aut famæ.] Nota. hic compa-
ratiua qualitatis est,pauperis * neque strenui. Et docuit in negotio nuptiarum
duabus rebus consuli:rei & famæ:hoc est facultatibus dotis,honestatiq; natalium. Ex qua
re minus foret. Hæc tractatio est criminis oratoria: qua defensor accusat crimen, reumq;
purgat Ex qua re. Haud uenuste insertum Re,cum præposuisset Culpam. Minus rei fo-
ret.Quia pauperem. Famæ.Quia ignobilem. *Temperans* Temperans. Consulens,prouidens:mo-
deratus.ut,Iam sibi tũ curuis male temperat unda carinis. Non causam dico, quin quod
meritus est,ferat.] Rhetoricum θεώρημα in huiusmodi exceptionibus: quo uti solet qui pro-
positæ causæ fiduciam gerit.Si hoc, aut illud:nõ oro ueniam, nõ deprecor pœnã. Quin
quod meritus sit.Hũc defensorem magis & nõ iudicem dicam: sed hic colligit patrocinan-
tis autoritas.non enim dixit,quod uoluerit:sed quod meritus sit, manente eo, si peccauerit
tamen. Sed si quis forte malitia fretus sua.] Forte,quasi non defensurus,sed simul caus-
sam cogniturus aduenerit.nec cõtendit uerũ esse quod dicit:ne sollicitũ faciat ad credẽdũ.
Sic apud Virgiliũ Sinon,Dum uela darent,si forte dedissent. Insidias nostræ fecit adole-
scentiæ.] Mire insidias dixit:ut diu cõparata causa:per ignorantiã dolosq; capti uideãtur.
Adolescentiæ.Opportune ætatis commemoratio πρὸς τὴν συγγνώμην. Nostráne ea culpa
est,an iudicum,&c.] Potentior facta sententia est τῇ ἐρωτήσει. Et oratorie,Nostráne culpa,an
iudicum:duplex μετάθεσις. altera in accusatorem, altera in iudices.Et bene suam miscuit
personam,ut reum subleuet & suo merito,& multitudine reorum. Nostráne culpa,an iudi
cum.Mire assurrexit in fiduciam defensoris.nam cum suprà de Antiphone dixerit, nũc in-
tulit nostra. Qui sæpe propter inuidiam adimunt diuiti.] Notum alterari * qui
inuident. Aut propter misericordiam addunt pauperi?] Posteriorem causam honestio-
rem posuit:ne non Antiphonem defendere,sed accusare iudices uideretur. Aut propter
misericordiam.Primum ἀντίθετον. Et oratorie naturam iudicum τῷ λυσιτελοῦς expediuit.
Ni nossem causam,crederem uera hunc loqui.] Suauissime laudauit oratorem: qui o-
mnia ad persuadendum idonea aduocans,solum conscium non adduxit ad credendum.

Ni noſſem cauſſam, crederem uera hunc loqui. Oblique Poeta ſe laudauit. An quiſq; iudex eſt, qui poſsit &c.] Apparet iam perſuaſum ſeni eſſe, uerum aduerſarium fuiſse Phormionem, non ſubiectum atq; appoſitum ſycophantam. unde ad aliud tranſit, ut accuſet ſegnitiem in reſpõdendo, quæ leuior culpa eſt. Ita, ut cedentibus mos eſt, paulatim ſeni ſingula extorquentur è manibus. Tua iuſta.] Diſerte magis & abſolute, tua iuſta: quàm ſi aliter diceret. Vbi tu te uerbũ.] Non dixit, parum dicas: ſed uerbum. Ita ut ille fecit.] Vnde ſcit? an illa Poetæ uirtus eſt, quòd omnia antè inducit cognouiſſe: ne in ſcena hæc ut noua audiens, tragicis motibus inſaniret? Functus adoleſcentuli eſt officium.] Oratorie crimen quod obiectum eſt, non purgauit modo, ſed etiam ad laudem conuertit. quod Rhetores περίστασιν dicunt. Et hoc de Apollodoro. Functus adoleſcẽtuli officium liberalis. Deriuatio cauſſæ. & eſt uenialis ſtatus. Functus adoleſcentuli eſt officium liberalis. Ingenioſe non negauit hoc crimen, occaſionem laudis de confeſsione ſumpturus. Officium liberalis. Potenter officium nominat, quod ille crimen appellat. Et nota, functus officium, accuſatiuo caſu, quod nos ablatiuo. Poſtquam ad iudices uentum eſt, non potuit cogitata proloqui.] Hæc apud oratores μετάθεσις αἰτίας dicitur, hoc eſt translatio cauſſæ facti: quem uulgo colorem nominant. Non potuit cogitata proloqui. Ergo quod cogitauit, induſtriæ eſt: quod nihil dixit pudoris. Ita eum tum timidum.] Timidum, perturbatum. Plautus, Nam ut ex mari timida es. Et ipſe in Adelphis, Me miſeram, quidnam eſt quod ſic uideo timidum & properantem Getam? Laudo hunc: ſed ceſſo adire?] Satis defenſionis, ubi Geta iam adire non timeat dominum. Here ſalue: ſaluum te aduenisse gaudeo.] Principium à benẽuolentia. Et uide uernalitatem aptiſſimam ſeruo callido. credãsne hunc eſſe: qui ſupra dixerit, Herus ſi redierit, molendum eſſe in piſtrino, uapulandum &c. Oh bone cuſtos ſaiue.] Ab initio idem motus ſeruatus eſt ſeni. nam idem hoc eſt quod ſupra dixit, O Geta monitor. quanquam per αὔξησιν plus ſignificat quod dicit, bone cuſtos: quàm quod ſupra monitor. Columen uero familiæ.] Columen, culmen. an columen, columna? unde columellæ apud ueteres, dicti ſerui maiores domus. Lucillius xxij. Seruus neque infidus domino neq; inutilis cuiquam, Lucilij columella, hic ſitus eſt Tubero. Hinc in milleſimum annum eorum columine ciuitas cõtinebitur. Horatius contra pro columine columnam, Iniurioſo ne pede proruas ſtantem columnam. Ennius x. Regni * uerſatum ſummam uerò columnam. Columen uerò familiæ. Suſtentatio, uel decus. unde columnæ dictæ, & moralis αὔξησις ἐν εἰρωνείᾳ. Cui cõmendaui filium hinc abiens meum. Duplex accuſatio eſt de eo quod fecerit. Hæc conueniunt in eas perſonas quas ſpectare non oportuerit. Iamdudum te omnes nos accuſare audio immerito.] Vide cẽ in his uerbis etiam uultus quidã ſerui cõtumacis apparet, & uerſute mali. Et hoc eſt quod dixerat. Ego in inſidijs hic ero ſuccenturiatus. Immerito, & me omniũ horum immeritiſsimo.] Tantum impudentiæ ſupereſt: ut nõ ſolum ſe, ſed alios etiam defendat. Horum omniũ immeritiſsimo * horum & ſic nos hanc & hunc dicimus. Nam quid me in hac re uoluiſti facere.] Bona exceptio ne locutus eſt, quaſi in alijs omnia fecerit. Immeritiſsimo. Vt paruò, falsò, de aduerbijs eſt in o deſinentibus. In hac re uoluiſti tibi. Quàm contemnat iram domini, ut hoc ipſo purgatior uideatur, ex hoc apparet, quòd addidit Tibi. Sic enim dicere ſolemus, Quid tibi uis faciam? cum alieno negotio fruſtra nos oſtendimus laborare. Seruum hominem cauſſam orare leges non ſinunt.] Hoc non quaſi ignoranti dicit: ſed ſtomachoſe admonet, uelut ſultum, qui rem manifeſtam non cogitet. Seruum hominem cauſſam orare leges nõ ſinunt. Vetuſte hominem. Salluſt. in Iugurtha, Cum interim Hiempſal reperiretur occultans ſe in tugurio mulieris ancillæ. Seruum hominem, cauſsam orare leges non ſinunt. Mire extenuauit conditionem ſuam, dicendo: non me, ſed ſeruum. Et addendo hominem, moraliter locutus eſt. Sic Virg. Venerat antiquis Corithi de finibus Acron, Graius homo. Cauſſam orare. Non impropric. ſic Virg. Orabunt cauſſas melius. Neque teſtimonij dictio eſt.] Vis ſcire, inquit, cẽ non liceat ſeruo pro domino dicere? nec teſtis loco produci poteſt. Neq; teſtimonij dictio eſt. Varie: non enim dixit, neque teſtimonium dicere. Mitto omnia.] Et iam hoc perdidit ſenex quod uidebatur ualidum ad accuſationem. Ita gradatim illi ſingula ſubducuntur, & accuſationis impetus euaneſcit. Adde iſtuc, imprudens timuit adoleſcens.] Hæc omnia uerba cauſſalem ad argumentandũ uim habent. Mitto, ſino: uim habent contra uoluntatẽ concedentis. Imprudens timuit adoleſcens, ſino. χώρησις. Et ſingula pronuntianda, ut plura uideantur. Tu ſeruus. uerum ſi cognata eſt maxime.] Sub obtentu huius propoſitionis in qua pars legis oſtenditur, iam Poeta præparat locum fallaciæ Phormionis de dote accipienda. Verum ſi cognata eſt maxime τὸ ἰδιωτικόν addidit maxime. na ſiue eſt cognata, ſiue nõ eſt: nõ recipit τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον. hoc eſt nõ dicit maxime cognata, & cognata minime: ſed aut eſt, aut nõ eſt. Alij ſic ordinãt, Non fuit neceſſe maxime

Officium

Columen
Columellæ
ſerui
Columna

Cauſſam orare
Teſtimonij dictio eſt
Mitto
Sino

maxime habere. alij, ſed id quod lex iubet, maxime dotem daretis. Sed, id quod lex iubet, dotem daretis.] Id quod lex iubet. ordo. ſic Virgilius, Verum, id quod multo tute ipſe fatebere maius. Quæreret, quàm idoneum eſt ad ſignificationem odiorum. Virgilius, Quærat ſibi fœdera Turnus. Qua ratione inopem potius ducebat domum?] Magno ſonitu intulit quod minus momenti habet aduerſus eos qui accuſantur, quàm illa ſuperiora. Inopem potius ducebat domum? Non inopem potius: ſed potius ducebat ſubdiſtinguendum eſt. Non ratio, uerũ argentum deerat.] Hoc ita ludibundus abſoluit Geta, ut etiam quaſi per iocũ reſpondeat. Alicunde? nihil eſt dictu facilius.] Hoc quaſi ſubridens, & auerſo ab illo uultu pronuntiauit Geta. quod genus actionis, ſecuritatem oſtendit hominis manifeſta dicentis. Alicunde. Demipho Alicũde ad facilitatem retulit. hic ſic intelligere ſe fingit, ut quaſi nõ habens ipſe Demipho de proximo à quo dicere incipiat, dixerit Alicũde. Nihil eſt dictu facilius. Mire, ut ſolet, prouerbio uno diſſoluit totam ſenis intentionem. ut in Heautont. Quid ſi hoc pater reſciuerit? Quid ſi redeo ad illos qui aiunt, Quid ſi nunc cœlum ruat? Poſtremo, ſi nullo alio pacto, uel fœnore.] Oſtendit ſe ſenex hæc perdere: cum ab his ad alia tranſcendit excluſus. Dixti pulchre: ſi quidem quiſquam crederet.] Vide quàm nõ laboret ad reſpondendum Geta: ſi quidem illi per εἰρωνείαν reſpondit. Crederet. Pecuniam committeret. Non, non ſic futurum eſt: nõ poteſt.] Hic iam palmæ locus eſt debitæ Poetæ. ſiquidem & omnia obiecerit Demipho, & omnia ſoluerit Geta: quibus actis ſola irrationabilis exclamatio relinquetur ſeni. Non, non ſic futurum eſt: non poteſt. Moralis abnegatio frequenti repetione firmata. Egóne illam cum illo ut patiar nuptam unum diem?] Hic eſt de quo ſuprà dictum eſt, Illéne indotatam uirginem, atq; ignobilem daret illi? nunquam faceret. Egóne illam cum illo ut patiar nuptam? Hic iam præſtruitur quàm facile triginta minas perditurus ſit Demipho, dum illam uult excludere. Nihil ſuaue meritum eſt.] Ordo & ſenſus hic eſt, Nihil mihi mercedis ſuaue eſt: ut ego illam cum illo nuptam feram. Suaue meritum enim, ſuauem mercedem ſignificat.

Alicunde

Credere

Non non

Hominem commonſtrarier.] Bono ordine peruenit ad Phormionem, à quo magis confutabitur. Aut ubi habitet demonſtrarier.] Mire oſtendit quàm hic ſenex contẽnat Phormionem modo, à quo mox ſuperabitur. Iſtum patronum mulieris.] Hic & contemptum aduerſarij, & ſui fiduciam monſtrat. Antipho ubi nunc eſt?] Mitius nunc quærit ubi ſit Antipho: & utrum amatæ adhæreat, ſubtiliter quærit. quod ſeruus intelligens, reſpondit Foris. Iam hic aderit.] Virgilius, Haud ſibi cum Danais rem faxo, & pube Pelaſga. Foris.] Foris dixit, cum fugiſſe eum ſciat. Abi Phædria, eum require, atq; adduce huc.] Opportuna & apta ſimplicitas attribuitur Demiphoni, nihil tale de Phædria ſuſpicanti. Eo recta uia equidem illuc.] Et amatorem oſtendit Phædriam: & ſimul id agit, ne in conſpectum patris ueniat Antipho. Nempe ad Pamphilam.] Niſi hoc Geta dixiſſet, nõ intelligerent ſpectatores quid dixiſſet Phædria. At ego deos penates hinc ſalutatum domum deuortar.] Nulla mentio fit uxoris apud Demiphonem. non enim conuenit argumento ut habeat. neq; quid in Cilicia geſſerit, demonſtratur ideo, quia iam dictum eſt, Noſter in Ciliciam ad hoſpitem antiquum: cauſſa enim quæſita eſt cur abeſſet, dum uxorem ducat Antipho: & cauſſa ex argento, id eſt auaritia, quo minus uideatur pati nurum pauperem, qui ob ſpem lucri ab Attica in Ciliciam nauigarit. Hinc ſalutatum. Ab hoc loco. Salutatum, adoratum prima poſt reditum prece. Deuortar.] Bene deuortar, quaſi de uia. Atq; aliquot mihi amicos aduocabo.] Iam præparat ridiculam aduocationem: qua plures adhibendo iuriſconſultos incertior redderetur. Amicos aduocabo. Amicos & pro teſtibus, & pro aduocatis ueteres poſuerunt. Adſient.] Proprie adſient. adeſſe enim dicuntur aduocati. Vt ne imparatus.] Pro non.

Adeſſe

ACTVS II. SCENA II

Trochaici octonarij catalectici præter duos extremos

PHORMIO PARASITVS. GETA.

P. ITáne patris ais conſpectum ueritũ hinc abiiſſe? G. admodum.
P. Phanium relictam ſolam? G. ſic. P. & iratum ſenem?
G. Oppido. P. ad te ſumma ſolum Phormio rerum redit?
TVTE HOC IN TRISTI, tibi omne eſt exedẽdũ accingere.
G. Obſecro te. P. ſi rogabit? G. in te ſpes eſt. P. ecce re.

Quid ſi

Quid si reddet? G. tu impulisti. P. sic opinor. G. subueni.
P. Cedò senem iam instructa sunt mihi corde consilia omnia.
G. Quid ages? P. quid uis, nisi ut maneat Phanium, atq; ex crimine hoc
Antiphonem eripiam, atq; in me omnem iram deriuem senis?
G. O uir fortis, atq; amicus uerùm hoc sæpe Phormio
Vereor, ne istæc fortitudo in neruum erumpat deniq;. P. ah
Non ita est factum est periclum iam pedum uisa est uia.
Quot me censes homines iam deuerberasse usq; ad necem
Hospites, tum ciues: quò magis noui, tantò sæpius?
Cedò dum, en unquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam?
G. Quid istuc? P. QVIA NON RETE ACCIPITRI TENDITVR
NEQVE MILVIO,
Qui male faciunt nobis illis qui nihil faciunt, tenditur:
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.
Alijs aliunde est periclum, unde aliquid abradi potest.
Mihi sciunt nihil esse. dices, ducent damnatum domum.
Alere nolunt hominem edacem & sapiunt mea quidem sententia
Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere.
G. Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia.
P. Imò enim nemo satis pro merito gratiam regi refert.
Téne asymbolum uenire unctum, atq; lautum è balneis,
Otiosum ab animo: cum ille & cura, & sumptu absumitur:
Dum tibi sit quod placeat: ille ringitur: tu rideas:
Prior bibas: prior decumbas: cœna dubia apponitur?
G. Quid istuc uerbi est? P. ubi tu dubites, quid sumas potissimum.
Hæc cum ratione ineas, quàm sint suauia, & quàm cara sint,
Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præsentem deum?
G. Senex adest uide quid agas prima coitio est acerrima. *Iamb, quad, acatale ct.*
Si eam sustinueris, post illam iam, ut lubet, ludas licet.

TÁne patris ais conspectum ueritum hinc abijsse?] In hac scena de parasitis ui-lioribus Terentius proponit imaginem uitæ: ut in Eunucho de potioribus, & his qui nuper processerint, id est de assentatoribus. Animaduertendum autem huiusmodi genus hominum magis à Terentio lacerari. Itane patris ais conspectum ueritum hinc abijsse? Adhuc narratur fabula de Terentio, & Ambiuio ebrio: qui acturus hanc fabulam, oscitans temulenter, atque aurem minimo inscalpens digitulo, hos Terentio pronuntiauit uersus. quibus auditis exclamauerit Poeta, se talem cum scriberet, cogitasse parasitũ: & ex indignatione, quòd eum saturũ potumq; deprehenderat, delinitus statim sit. Itáne patris ais. Hæc & labia lingens, ut ebrius: & ructans, utpote satur, *Admodum* pronuntiauit actor bonus. Admodũ.] Admodum annuendi uim habet dũtaxat modo. & subaudiẽ ueritum. Phanium relictam solam. Subauditur, ais. Oppido.] Non aio. sed iratum intellige. Iratum senem.] Iterum ais subauditur. Ad te summa solum Phormio rerum redit.] Ideo uelut expergefactus ad has causas accedit Phormio: quia non diu sollicitum conuenit esse parasitum: nec quicquam aliud, nisi de conuiuio, uel propter conuiuium cogitare. adeò, nisi à Geta cogaẽ, modo etiam negotiorum Antiphonis negligens est, atq; securus. Tute hoc intristi: tibi omne est exedendum.] παροιμία apta parasito: quæ de cibo est

cibo est. Hoc autem inter rusticos de alliato mortario dici solet. Et bene intristi. proprie enim intrita, dicitur huiusmodi cibus. Accingere.] Appara te, atq; expedi. Eccere. quid si red- *Intrita*
dedet?] Totum hoc quasi alia agens loquitur Parasitus: ut ex hoc appareat quid interfit inter *Accingi*
audaciam sycophantæ improbi, & patrisfamilias perturbationẽ minime litigiosi. nam ille in bona causa aduocatos quærit, & ipse sollicitus in toto actu est: hic in puncto temporis se ad calumniam præparauit. Quid si reddet? Bene iam ad illud respicit fabula, quod futurum est, propter Phædriam. Sic opinor. Non ad Tu impulisti hoc pertinet: sed ad id, quod secum tacitus uoluit Phormio. Quid si reddet? Hoc est, quid si respondebit? An, quid si mulierem reddet? Cedò senem.] Hic alij excluisse torporem somni inducunt parasitum. alij transglutisse quod in ore mandebat: quasi hoc moræ fuerit ad uincendum senem. Cedò senem. Nõ parui moliminis certamen impendet, cũ senex dixerit. Hominem cõmonstrarier mihi istũ uolo: parasitus dicat, Cedo senem. Quid agis?] Nõ interrogãtis, sed metuentis hoc dictũ est. Quid uis, nisi ut maneat Phanium: atq; ex crimine hoc Antiphonem eripiam, atq; in me omnẽ iram deriuẽ senis?] Tria promittit, in quibus omnis causa Antiphonis est constituta. Atq; ex crimine hoc. Sic dixit ex crimine eripiã, quasi ex incendio. Considera trium rerum, quas promittit, gradus per κῦφησιν esse seruatos. Phanium. Vxorem scilicet Antiphonis. Antiphonem eripiam. Bene eripiam dixit: quo uim significat doli, pro eo *Eripio*
qui iam teneatur oppressus. Virgilius, Tu ne hinc spolijs induite meorum Eripiare mihi? *Deriuare crimen*
In me omnẽ iram deriuem senis. Deriuatio dicitur inflexio criminis ab eo ad quem pertinebat, ad eum ad quem non pertinet. O uir fortis atq; amicus.] Ordine laũdauit. plus est enim amicus, quàm uir fortis. Et apparet auersum Getam exclamasse: quod maiorem uim habet, quàm si amice dixisset. O uir fortis, atq; amicus. Nominatiuũ pro uocatiuo posuit. Verum hoc sæpe Phormio.] Bene Sæpe addidit, ut sententiam faceret de speciali dicto. Vereor ne istæc fortitudo in neruum erũpat denique.] Quid est istæc? nimium audax scilicet. Et conuenit hoc dictum Getæ. qui & supra dixerat, Est parasitus quidam Phormio, homo confidens. Verum hoc sæpe phormio uereor, ne istæc fortitudo in neruum erumpat. Ex consuetudine Romana dixit: quia sæpe in neruum conijciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi. An prouerbium à sagittarijs natum est: quod immoderatæ plerunq; uires, adducendo arcu non telum incitent, sed neruum erumpant? An ex eo, quod sæpe fortius ferientes neruum sibi aliquẽ lædant? Ergo fortitudine nimia sæpe uinci, sæpe decipi contingit. In neruum erumpat denique. Denique modo παρέλκον, Terentiana cõsuetudine, qui hanc particulam in ultima ponit sententia. Iam pedum uisa est uia.] Pedum, pro pedibus. & uisa ἀντὶ τοῦ prouisa. Et totum μεταφορικῶς Quot me censes homines iam deuerberasse usque ad necẽ?] Parasitice totum translationibus loquitur. huiusmodi est enim uis umbraticorum hominum, scurrilis oratio. Hospites, tum ciues?] ἀνακόλουθον secundum. deest enim supra, Cum. Et bene posterius posuit id quod maius est. Cedo dũ, en unquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam?] Plus est hoc per interrogationem intulisse quàm si diceret, Nunquam mihi scripta est iniuriarum dica. Iniuriarum scriptam dicam. ἀκυρολογία. sic enim & Tullius, Scribitur Heracleo dica. Dica. Dice, causa est Græce: quæ fit *Dica*
Latine dica: ut Acte Acta, Calliope Calliopa. Quid istuc?] Interrogare dicitur & fingitur Geta, ut parasitica progrediatur oratio. Quia non rete accipitri tenditur, neque milnio.] Rursus per ἀλληγορίαν loquitur parasitus. ut totum triuiale sit, à conuiuijs escisq; translatum. Quia non rete accipitri tenditur neque miluio. Legitur & tennitur. habet enim n littera, cum d communionem. Qui malefaciunt nobis.] Ore, & unguibus scilicet.
Illis qui nihil faciunt tenditur.] Non sic accipe, nihil faciunt, quasi dicat nec bene nec male: sed cum legeris nihil faciunt: subaudito, nobis male. Quia enim in illis fructus est.]
παρέλκον tertium: quo aut Quia (& sic Enim subiungatur) aut ipsum Enim superuacuum
est. In illis fructus est. Quia nihil faciunt nobis male. Quia enim in illis fructus est. Fru- *Fructus*
ctus, cibus: quia frumen dicitur tractus gulæ, qua cibus in aluum demittitur. In illis opera luditur.] Qui male faciunt nobis. luditur. Exercetur. An illuditur, id est frustratur? *Frumen*
Luditur
Alijs aliunde est periculum, unde aliquid abradi potest.] Vtrum hic sensus est, quasi di- *opera*
xerit, Aliud alijs periculum affertur: à quibus aliquid auferri potest? an, alij aliunde periclitantur, quàm creduntur? est enim illis causa periculi, non quæ uidetur, sed quia ab his aliquid auferri potest. Vnde aliquid abradi. Abradi, per uim auferri. Mihi sciunt nihil *Abradi*
esse.] Rei scilicet. Ducent damnatum domum.] Secundum ius scilicet, quo obærati, cum soluendo non essent, ipsi manu capiebantur. Ducent damnatum domum. Vsus est uerbis ad extenuandam pœnam, & rem ad commodum transferendã. nam quod obæratis inimicum est, id parasitus maxime optat, duci ab aliquo domũ. Addidit aũt damnatũ, quasi qui *Damnatus*
irrideat genus damnationis, in qua uictor pascere cõpellit: & pascitur uictus. Alere nolũt
hominem

hominem edacem.] Sensus est, Sciunt edacem: & ideo nolunt alere. Et hoc sic pronunciandum, ut facere totum uideatur illatum, Quando obæratus, sit sub huiusmodi pœna: nec accusari ab aliquo se queriē, neq; damnari: Hominē edacem.]. Sē significat. Sapiūt.] Sibi consulunt. pro maleficio si beneficium summū nolunt reddere.] Parasitice beneficiū summum dixit alere. Pro maleficio. Pro iniuria. Reddere. Retribuere, reponere. Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia.] Multū promittit Geta parasito, cum dicat: nihil futurum, quod pro merito possit accipere. Non potest satis pro merito ab illo. Huiusmodi sententias inferunt poëtæ parenthesi cum his quæ uolunt inferre. Ab illo tibi referri gratia. Non ab eo, qui te damnatum duxerit: sed Antiphone, de quo sermo est. Imò enim nemo satis gratiā pro merito regi refert.] Bene parasitus, quicquid præstat, debere se dicit. Et est proprium personæ inferioris. Virgilius, Tu mihi quodcunq; hoc regni: tu sceptra Iouemq; Concilias. tu das epulis accumbere diuum. Gratiam.] Vicem. Nemo satis pro merito regi gratiam refert. Rex aliàs regnator, aliàs dominus, aliàs diues significat. Sed nūc rationem habet nominis ad aliquid dicti, ad significandum parasitū. ut enim parasitus regis est, & libertus patroni: sic è contrario rex parasiti est, & patronus liberti: quod si nō esset, non Nemo tantummodo, sed nemo parasitus diceret. Tene asymbolum uenire unctum, atq; lautum è balneis.] Hæc nō ab Apollodoro, sed è sexto satyrarū Ennij translata sunt omnia. Quippe sine cura, lætus, lautus cum aduenis, infertis malis, & expedito brachio, alacer, celsus, lupino impetu, expectans mox dum alterius obligurias bona: quid censes dominis esse animi? Prò diuûm fidem, ille tristis cibum dum seruat, tu rides uoras. Tene asymbolum uenire. Et hoc nomen constat inter parasitos confictum, atq; compositum esse. Contrà illud in Andria, Symbolum dedit, cœnauit. Otiosum ab animo πλεονασμὸς. Nam addidit ab: cum sufficeret animo. Cum ille cura & sumptu absumiē.] Cura in apparando, Sumptu in cœmendo. Dum tibi sit quod placeat.] Acuenda uox in eo quod ait Tibi. Et hoc eminenter adiectū est, nō sui curam, sed cōuiuarum, gerere illū qui uocat. Ille ringitur. tu rideas.] Poëtico lepore ijsdem syllabis diuersa significantia propè inuicem posuit, ringiē & rideas. Ille ringitur. tu rideas. Varie: nā pronunciatiuo coniunctiuū miscuit. Nō enim dixit, ringat. Ringi est stomachari tacitū. est enim translatio à canibus latraturis. Prior bibas, prior decumbas.] Hoc ad procacitatem parasitorū retulit. Prior decumbās. Sic alibi, mature uenīūt, discūbitur, inquit. Cœna dubia apponiē.] Et hoc adeo parasiticū uerbū est, ut id nō intelligat Geta. Quid istuc uerbi est?] Vt intelligat populus iccirco non intelligit, & uult doceri Geta. Ostendit aūt Poëta pro unaquaq; re uerba propria esse, neq; cōmunia cum ijs, qui diuersi sunt actus. Vbi tu dubites, quid sumes potissimū.] Non potius, sed potissimū dixit: ut in re omni alijs alia monstraret potiora. Plautus, Standū est in lecto, si quid de summa petas. Hæc cum ratione ineas.] Intelligas, æstimes. Quàm sint suauia, & quàm cara sint.] Nonnihil philosophatus est Poëta, ostendendo multis suauia esse quæ cara sint. Cara. Magni precij. Ea qui præbet, non tu hunc habeas planè præsentem deum?] Hoc est quod ait, Imò enimuero nemo satis pro merito gratiam regi refert. Non tu hunc eum habeas planè præsentem deum? Præsentes dij sunt, uel qui statim præstant: uel qui coluntur & uidentur, ut Sol & Luna. Alij præsentem pro potentissimo accipiunt. ut Virgilius, Quo non præsentius ullum. Senex adest, uide quid agas.] Interuenit senex ultimo. & quidem quod extra argumentum per inuentionem dici potuit, consumptum est. Vide quid agas. Non terrentis est, sed excitantis. Prima coitio acerrima est.] Translatio est à prælio. nam & congredi milites, & coire dicuntur. Si eam sustinueris.] Multum de illo exigit, quando nō dicit, si eum repuleris: sed potius, si eam sustinueris. Post illam iam, ut lubet, ludas licet.] In officio militari omne negotium uel pugna, uel ludus.

Sapiunt
Maleficium
Reddere
Gratia
Rex
Parasitus
Asymbolus
Cura
Sumptus
Ringi
Cœna dubia
Inire
Cara
Præsentes dij
Congressio
Coitio
Ludus

ACTVS II. SCENA III

DEMIPHO. GETA. PHORMIO.

TEN, unquàm cuiquam contumeliosius — *Senarij*
Audistis factam iniuriam, quàm hæc est mihi?
Adeste quæso. G. iratus est. P. quin tu hoc age.
Iam ego hunc agitabo prò deûm immortalium,
Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demiphoni?
Hanc Demipho negat esse cognatam? G. negat.

Neq; eius

P. Neq; eius patrem se scire, qui fuerit? G. negat.
D. Ipsum esse opinor, de quo agebam. sequimini.
P. Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit? G. negat.
P. Quia egens relicta est misera, ignoratur parens,
Negligitur ipsa, auaritia uide quid facit.
G. Si herum insimulabis auaritiæ, male audies. *al. malitiæ*
D. O audaciam, etiam me ultrò accusatum aduenit.
P. Nam iam adolescenti nihil est quod succenseam,
Si illum minus norat. quippe homo iam grandior
Pauper, cui in opere uita erat, ruri ferè
Se continebat. ibi agrum de nostro patre
Colendum habebat. sæpe interea mihi senex
Narrabat se hunc neglegere cognatum suum.
At quem uirum? quem ego uiderim in uita optumum.
G. Videas te, atq; illum, ut narras. P. abi in malam crucem. *Si legas* I *pro abi, constat uersus*
Nam ni ità eum existimassem, nunquam tam graueis
Ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam,
Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter.
G. Pergin' hero absenti male loqui impurissime?
P. Dignum autem hoc illo est. G. ain' tandem carcer? D. Geta.
G. Bonorum extortor, legum contortor. D. Geta.
P. Responde. G. quis homo est? ehem. D. tace. G. absenti tibi
Te indignas, seq; dignas contumelias
Nunquam cessauit dicere hodie. D. ohe desine.
Adolescens primum abs te hoc bona uenia expeto.
Si tibi placere potis est mihi ut respondeas,
Quem amicum tuum ais fuisse istum. explana mihi,
Et qui cognatum me sibi esse diceret.
P. Proinde expiscare, quasi non nosses. D. nossem? P. ità.
D. Ego me nego. tu, qui ais, redige in memoriam.
P. Ehò tu sobrinum tuum non noras? D. enecas.
Dic nomen. P. nomen? maxumé. D. quid nunc taces?
P. Peri hercle. nomen perdidi. D. hem, quid ais? P. Geta.
Si meministi quod olim dictum est, subijce. hem,
Non dico. quasi non noris, tentatum aduenis.
D. Egóne autem tento? G. Stilpho. P. atq; adeò quid mea?
Stilpho est. D. quem dixti? P. Stilphonem inquam noueras?
D. Neq; ego illum noram. nec mihi cognatus fuit
Quisquam istoc nomine. P. itáne? non te horum pudet?
At si talentûm rem reliquisset decem.
D. Di tibi malefaciant. P. primus esses memoriter

Progeniem ueſtram uſq; ab auo,atq; atauo proferens.
D. Ità ut dicis.ego tum ſi aduenìſſem:qui mihi
Cognata eſſet,dicerem·itidem tu face:cedò
Qui eſt cognata? G.heus noſter recte·heus tu caue.
P. Dilucidè expediui,quibus me oportuit
Iudicibus·tum ſi id falſum fuerat,filius
Cur non refellit? D.filium narras mihi?
Cuius de ſtultitia dici,ut dignum eſt,non poteſt.
P. At tu,qui ſapiens es,magiſtratus adi,
Iudicium de eadem cauſſa iterum ut reddant tibi·
Quandoquidem ſolus regnas,& ſoli licet
Hic de eadem cauſſa bis iudicium adipiſcier.
D. Et ſi mihi facta iniuria eſt,uerum tamen
Potius quàm lites ſecter,aut quàm te audiam:
Itidem ut cognata ſi ſit,id quod lex iubet
Dotem dare,abduce hanc,minas quinq; accipe.
P. Hahahæ,homo ſuauis. D.quid eſt?num iniquum poſtulo?
An,ne hoc quidem adipiſcar ego,quod ius publicum eſt?
P. Itáne tandem quæſo,ciuem item ut meretricem,ubi abuſus ſis,
Mercedem dare lex iubet ei,atq; amittere?
An,ut ne quid ciuis turpe in ſe admitteret
Propter egeſtatem,proximo iuſſa eſt dari,
Vt uno cum ætatem degeret·quod tu uetas?
D. Ità,proximo quidem·at nos,unde,aut quamobrem? P.ohe,
ACTVM (aiunt)NE AGAS. D.non agam?imò haud deſinam,
Donec perfecero hoc. P.ineptis. D.ſine modo.
P. Poſtremò tecum nihil rei nobis Demipho eſt·
Tuus eſt damnatus gnatus,non tu·nam tua
Præterierat iam ad ducendum ætas. D.omnia hæc
Illum putato,quæ ego nunc dico,dicere·
Aut quidem cum uxore hac,ipſum prohibeo domo.
G. Iratus eſt. P.tute idem feceris melius.
D. Itáne es paratus facere me aduorſum omnia
Infelix? P.metuit hic nos,tametſi ſedulò
Diſſimulat. G.bene habent tibi tua principia. P.quin quod eſt
Ferendum,feras·tuis factis dignum feceris,
Vt amici inter nos ſimus. D.egóne tuam expetam
Amicitiam?aut te uiſum,aut auditum uelim?
P. Si concordabis cum illa,habebis quæ tuam
Senectutem oblectet·reſpice ætatem tuam.
D. Te oblectet·tibi habe. P.minue uerò iram. D.hoc age·

Satis

Satis iam uerborum eſt·niſi tu properas mulierem
Abducere,ego illam eſciam·dixi Phormio.
P. Si tu illam attigeris,ſecus quàm dignum eſt liberam,
Dicam tibi impingam grandem·dixi Demipho.
Si quid opus fuerit,heus,domo me. G.intellego.

EN,unquam cuiquam contumelioſius audiſtis factam iniuriam?] In hac ſcena, ut rhetoribus placet,ueluti quædam cõtrouerſia eſt, quæ uno tẽpore ex utraq; parte tractatur: Vt,ſi quis dicat legem eſſe,ne de eadem re bis agatur:& item,ut orbam proximus ducat. quidam abſente patre ſub hoc nomine uxorem coactus eſt ducere,uult illã pater aduenìens eſcere matrimonio. cõtradicitur. Meminiſſe autem debemus,in omni cõtentione ea maxime dici, quæ ſimplici patrifamilias & calumnioſo ſycophantæ,improbiſſimoq; paraſito cõgruere,Poetæ uiſa ſunt. En,unquam cuiquam cõtumelioſius audiſtis factam iniuriam?Iam inſtructi ſunt aduocati.& recte. longum enim fuerat omnia hæc poſt ſcenam geri. En unquam.En uim habet indignationis poſt enarratam iniuriam. Quam hæc eſt mihi?] Facta iniuria,ſubauditur. Adeſte quæſo.] Interim aduocati Demiphonem ſequi inducuntur.& ridicule tacent prius, poſtea locuturi.Et adeſte proprie.adeſſe enim cauſſæ proprie dicuntur patroni & amici. Adeſte quæſo.Proprie aduocatis adeſte dixit.Et quia ipſe properantius pergit,rogat ut aſſequerentur. *En*

Adeſſe cauſſæ

Iratus eſt.] Hoc ad excitandum Phormionem dicitur. Quin tu hoc age.] Annuit ut taceat:& ſignificat ſilentium. Iam ego hunc agitabo.] Modo Iam celeritatis eſt ſignũ.Hunc, cum contemptu dixit.Agitabo,perturbabo. Prò deum immortalium.] παλαφις. deeſt fidem,aut quid tale.Cicero in Oeconomico,Quid igitur pro deũm immortalium primum eam docebas quæſo? Prò deũm immortalium. Artificioſe prior exclamat:ut Demipho qui iniuriam paſſus eſt,ultro impetum accuſationis incurrat. Phanium negat eſſe hanc ſibi cognatam.] Additum pronomen eſt: quaſi notam omnibus diceret. Phaniũ eſſe hanc ſibi cognatam. Magno ingenio Terentius impudentiam calumniatoris expreſſit. nam & prior incipit,& prior accuſat.Et quia non poteſt dicere,expellit Phanium Demipho: negat cognatam,inquit Negat.] Vna opera Geta in duplici uerſatur dolo.nam & audiente iam ſene,ſe eius defenſorem tanquam abſentis,aſſimulat:& irritat ad uociferationem Phormionem,qui clamandi ulterius cauſſam non haberet,ſi taceret Geta. Neq; eius patrem ſe ſcire qui fuerit.] Ambiguitas:quæ tamen ſenſu diſcernitur. Cognatam Demipho. Hæc eſt flagitatio,quæ etiã nomen tumultuoſe perſequitur atq; exagitat. Ideo callidus ſycophanta patrisfamilias proprium nomen non ſolum inuidioſe infert,ſed etiam repetit. Nec Stilphonem ipſum qui fuerit?] Hæc aſſeueratio mentiẽtis eſt,imitata ueritatem Negat.] σύλλαμβανε prima.nam extrinſecus audiendum eſt,Pater. Sequimini. Apparet Demiphonem,ut patremfamilias,perturbari non mediocriter: quippe qui & aduocatos conquiſiuerit aduerſus hominem ſine aduocatis agentem:& progredi non audeat, niſi illi ſequantur. Sequimini. Sequimini dicit,qui properantius & concitatiore gradu pergit iratus. Nec Stilphonem ipſum ſcire.] Quàm multa calumniatores clamandi cauſſa dicunt, & uociferandi: ut ipſo ſtrepitu terreant. Nec Stilphonem ipſum.Tantundẽ quod ſuprà,Neq; eius patrem. Scire debemus hoc nomen,nõ fictum à paraſito,ſed auditum à puella quæ uxor ducta ſit, dici. Quia egens relicta eſt miſera.] Communis locus in auaritiæ generalitate approbatior.facilius enim hoc de omnibus,quàm de Demiphone credatur:& ideo Ignorat dixit,& Negligitur:non,ignorat nec negligit Demipho. Ignoratur.] Non agnoſcitur, ignorariq; fingitur.hoc enim ſignificat modo. Parens.] Pater.nam ut uariaret,parentem dixit,quem ſuprà dixerat patrem.Patrem ergo dicit puellæ à Demiphone ignorari. Negligitur ipſa.] Quia fieri poteſt,ut qui ignoret parentes puellæ, id eſt ignorare ſe dicat, tamen ipſam non negligat puellam:utrunq; conqueſtus eſt. Vide auaritia quid facit.] Hæc conuerſus ad circulum,& coronam circunſtantium dicit:& conqueritur.Nulla enim magis re populus cõcitatur,quàm ſi quis egenum contemnat:inde & bonis inuident,& malos extollunt,inquit Salluſtius. Vide auaritia.Proprie Vide ſtomachantibus conuenit, qui indignatione cogũtur quaſi cũ aliquo colloqui.Sic in Adelphis, Illud ſis uide,exemplum diſciplinæ. Sunt qui putent illum alicui de corona circunſtantium dicere moraliter. Si herũ inſimulabis auaritiæ.] Inſimulare eſt crimen ingerere. Si herum inſimulabis.Inſimulatio eſt,& falſi & ueri criminis incuſatio.ſic Cicero,Nihil eorum quæ Galli inſimulabant,negarunt.Inſimulo genitiuo iungitur. Male audies.] Scilicet à me. O audaciam.] Hæc exclamatio oſten-

Vide

Inſimulare

dit quòd absente patre defenderit filius. O audaciam etiam me ultro accusatũ aduenit.] Hic iam ostenditur persuasum esse Demiphoni: uim adhibitam filio suo uxorem ducere: uno, cum hunc audacem appellat: altero, quòd dicit Etiam, quæ cõiunctio & Antiphonem complectitur: & sic, accusatum. Nam iam adolescenti nihil est quod succenseam. Sic subtiliter, ac latenter purgatur à Phormione. nam cũ dicit, Nihil est quod iam succenseam adolescenti ostendit adhuc succensuisse, & inimico fuisse animo. Cum autem addit. Si illum minus norat: ostendit eum contradixisse sibi, & restitisse iudicio. & sic dicit, quòd si adolescẽs non agnoscens puellam, ueniam non meruerit: pater negata cognata ferri non possit. Ni
Succensere hil est quod succenseam. Succensere dicimus eum, qui cum amare debeat, læsus irascitur. Et uide, ut ueteratorie ostendat contradixisse adolescentem. Si illum minus norat.] Non dixit non norat: sed, minus norat: quasi & ipse nosse debuerit. Quippe homo.] Repente transit ad nominatiuum, cum suprà dixerit illum: & deest Erat. quod assumitur ab inferiore. Iam grandior.] Hic comparatiuus non habet significationem, qua magis siue minus à positiuo significet. Vt, Iam senior, sed cruda deo, uiridisq; senectus. Quippe homo iam
Grandior grandior. Argumentalis narratio dicitur, quæ nunc subiecta est ad fidem faciẽdam, & con-
Senior stituendam personam defensoris. Et grandior, non grandis: quasi dicat, qui grandior fuit,
Grandis quàm ut illum adolescens optimè nosse posset. Iam grandior. Proprie grãdis ad speciem
Opera refertur ætatis, ut grandis puer, & grandis natu dicitur. Cui opera, uita erat.] Hic ostendit
Fere quàm pauper fuerit. & Opera septimi casus est: & Vita nominatiui. Cui opera, uita erat.
Continere se Opera pro actu posuit. & opera hic ablatiuus casus est. Ruri fere.] Id est ruri opera faciendo quærebat cibum. Et bene addidit Fere. non enim semper, sed plerũq;. Ruri ferè se con-
Contenti tinebat. Expresse ostendit miseriã hominis, qui in urbe natus, interdixerat sibi accessu eius, ob pudorem inopiæ. nam hoc significat Continebat. unde contenti dicuntur, in malis durantes. Hoc autem ueteres faciebant nobiles, cum ad paupertatem redacti essent. Ruri ferè se continebat. Continere se dicitur, qui contra uoluntatem se continet. Colendum habebat.] Virgilius, Conductaq; pater tellure serebat. Sæpe interea mihi senex narrabat.] Miserabiliter, & inuidiosè positum senex. & maiore fide, narrabat dixit, non querebatur. Et ut de congestionem argumentorum. Et ordo est. Sæpe narrabat senex hunc suum cognatum se negligere. Sæpe interea mihi senex narrabat. Habet misericordiam odiosa narratio.
Se hunc negligere cognatum.] ἀμφιβολία. sed in sensu dissoluitur. Cognatum suum. Hoc crimen & caussa est, quòd cognatum addidit. At quem uirum.] Qualitas iniuriæ à dignitate
In uita personæ. multi enim tales sunt ut cognitione abdicandi sint. Quem ego uiderim in uita optimum.] Ab actu, ac moribus. Et In uita, hoc est cum uiueret, & in eo quod à uiuo fit.
Videas te, atq; illum.] Melius hoc clare dictũ à seruo accipimus, ut defendisse dominum uideretur. Quem ego uiderim in uita, optimum.] Modo in uita, in actu, in moribus.
Videas te, atq; illum, ut narras.] Hoc est parentẽ te illi existimo: atq; illum tibi. An potius seruus sciens hanc personam fingi, uel certe etiam mortuum hominem induci, male precatur parasito: ut etiam ipse, aut nusquam sit, ut fictus: aut pereat, ut mortuus: An sic accipiendum, ut seruus submissa uoce hoc per iocum dixerit, tantũ in uita te uideas optimũ, quàm fuit ille quem narras: An sic intelligendum: ut seruus hoc dicat, Si optimũ est, uictum opera quærere, & in alieno agro esse: ita te uideas, atq; illum uidisti, quem ad hunc modum narras uiuere: & alluserit ad illud quod ait, Quem ego uiderim in uita, optimum. Videas te,
In malam crucem atq; illum. Deest, uidisti. scit enim illum non uera dicere. In malam crucem.] Aduerbialiter, ut Huc uiciniæ. Nam ni ita existimassem.] Vt uita optimum iudicarem. Nunquam tam graues.] Hoc non quasi timidus, sed quasi religiosus & fidelis loquitur Phormio. Ob hanc.] Tanquam præsens sit mulier de qua lis est: sic demõstratiua particula usus est, dicendo Hanc. Ob hanc. Id est pro filia ipsius. Inimicitias caperem.] Capere dicimus, cũ id
Capere quod in nobis est assumimus. unde capere pro eligendo ponitur. Quam is aspernatur
* Quàm enim suprà reuocauit, ad puellam referens: ut, Quem regno Hesperio fraudo. Et Sallustius, Nam Syllæ dominationem audebat. Et interpositis quibusdam, Nec est
Aspernari offensus dominationem Syllæ. Quam is aspernatur tã illiberaliter. Aspernari est auerti,
Illiberaliter non solum corpore, sed etiam animo. Aspernari, recusare, auertere, nõ agnoscere. Est autem
factum dictum à sperno. Illiberaliter.] Apud ueteres illiberaliter dicebãt factum, si quis excessisset omne genus maleficij. Sic in Adelphis, Factum à uobis duriter, immisericorditerq; atq;
Male loqui etiam, si est pater dicẽdum magis aperte, illiberaliter. Vides more αὐξήσεως Illiberaliter pro magno hic ultimum poni. Pergin' hero absenti male loqui?] Male loqui, pro male dicere. Et quærit Probus, quis ante Terentiũ dixerit. Impurissime.] Improbissime. Hero absente. Argute, hero absente: ut uideatur fidelior qui defendat absentẽ: quod præstans argumentum est, id in animo habuisse Getam, etiam peregrinante domino. Dignum autẽ hoc

illo est

illo est. Non negat male loqui: sed hoc esse dignum contendit malo homine. Ain'.] ἀφόρητος φθ· nota est quæ separat c ab n, & intermittit s literæ sonum. est enim integrum, ais'ne.
Ain' tandem carcer. Non carcerarium, sed carcerẽ asperius appellauit. sic Lucilius, Carcer uix carcere dignus. Et uix pro non. Bonorum extortor, legũ contortor.] Ingeniose de ipso negotio sunt inuenta conuicia. Bonorum extortor, legum contortor. Fingit illi crimina de caussa, & de negotio. Respõde.] Timuit Poeta, ne huiusmodi uociferatio Getæ quasi ueram discordiã apud populum fingeret. & ideo facit iam à Phormione ipsum admoneri. Quis hòmo est?] Mire seruus finxit se non uidisse senem: ut ea quæ dixerit, in Phormionem syncere dixisse credatur. Et mira dissimulatione addidit Homo: ut uideat nihil de præsentia domini cogitasse. Absenti tibi.] Tunc fidelis opera est. si absens aliquis defendatur. hoc ergo confirmat, uelut indicãdo. Sic in Andria, O Chreme per tempus huc aduenis, ausculta. Secq; dignas contumelias.] Id est quas ipse debet audire. Define.] Imponit silentium Getæ: quasi ualidiora dicturus sit. & suprà, Tace dixit senex. Ohe define.] Hac uoce *Ohe*
ostendit plus iusto pro se locutum ingeri Getam. nam Ohe interiectio est satietatem usq; ad fastidium designans. A dolescẽs primũ abs te.] Est hæc autoritas in senibus, ut qui minoris ætatis fuerint, illos appellatione pueri, uel adolescẽtis, uel iuuenis etiã ostendant: ut hoc de nomine illis quidem detrahant, sibi uerò autoritatẽ attribuãt. Sic Virgilius, O præstans animi iuuenis, quantũ ipse feroci Virtute exuperas. Bona uenia.] Sine ira, sine discordia. *Mihi*
Si tibi placere potis est.] Pro potest. Mihi ut respondeas.] Bene mihi: utpote patri adolescentis, uel domino Getæ, uel etiam seni. Et uerbum est scrupulose aliquid interrogãtium. Sic Virg. Mihiq; hæc edissere uera roganti. Et, Dic mihi Damœta, cuium pecus? Quem amicum tuum ais fuisse.] Ais dicimus de ijs, qui uana loquãtur: Dicere autem dicimus de *Ais*
ijs qui ualidiora. Explana.] Manifesta, expone. Et qui cognatum.] Qui, quomodo, unde. Proinde expiscare quasi non nosses.] Proinde. Ita. Similitudinis aduerbium est modo, *Dicere*
non coniunctio. ut, Proinde tona eloquio solitum tibi. Expiscari est diligẽtissime quærere, *Proinde*
ubi nam pisces lateant. ergo uerbum est tractum à piscatoribus. Ego me nego: tu qui ais.] *Expiscari*
Subauditur ad omnia. Nosse. Eho tu sobrinum tuum.] Populari quadã, uulgariq; fatiga- *Subijcere*
tione, utpote scurra, respondit. Nomen? maxime.] Falsa non habent memoriam, hic ergo deest, nescio. uel, necessarium est. Quid nunc taces?] Vrget senex: quia intelligit eum nomen nescire. Subijce.] Suggere. Non dico. quasi non noris.] Mire. nam uidetur arte celare id, quod inuitus nesciebat. Stilpho.] σύλληψις. nam reddit ad nominatiuum, Est: utiq; Stilpho: ut rursus ad accusatiuum, Noueras, Stilphonem scilicet. Stilphonem in quã non noueras?] Figura ἐπιπροκασμὸς. est autem ἐπιπροκασμὸς uerborum super se inuicem effusio: quæ fit aduersarij caussa turbandi. Vt Virg. Nec longe scilicet hostes Quærendi nobis. circunstãt undiq; muros. Imus in aduersos? quid cessas? an tibi Mauors Ventosa in lingua, pedibusq; fugacibus istis Semper erit? Stilphonem in quam nõ noueras? Quasi dicat, Conuincam, si neges. At si talentum rem reliquisset.] ἀξιόπιστον illud fecit. At si talentũm rem reliquisset. More Romanorum, apud quos hæreditas pecuniæ erat. Talentum autem quòd dixit, more Græcorũ admiscuit. Ita ut dicis.] Ita sum inquit, ut dicis, auarus & superbus. Et uide senem de iniuria non agere: quia iustæ confidit & nitiẽ caussæ. Plerunq; enim hac cõstantia animi fulciuntur, qui iuri confidunt. at contrà, qui nullo iure freti sunt, litigãt, & ad iniurias prosiliunt: ut his saltem perturbent aduersarium qui iure nõ ualent. Condono igitur inquit, tibi omne cõtumeliæ genus. Ego tum si aduenissem.] Deest ad iudicium: ut sit Cum ad iudicium uenissem. Qui mihi cognata.] Qui: unde, quo modo. Heus noster recte.] Geta sic laudat senem, ut optet uincere Phormionẽ. Heus noster recte. Plaudit sibi Terentius, supposita persona: quasi recte dixisset. Iudicibus, quibus oportuit.] Probaui *Refellere*
iudicibus, inquit. Filius cur non refellit?] Refellere est arguendo falsum ostendere. Cuius de stulticia dici, ut dignum est.] Compendium conuiciorũ est, Nihil dignum inuenire pro magna iniuria quod respondeas. Quãdoquidem solus regnas.] Quoniam regnum solutum legibus est, & opprimens libertatem. Sic alibi, Regnum ne hic Aeschine possides?
Hic de eadem causa.] Hic, uidelicet apud Athenas, ubi leges, ubi libertas omnibus communis est. Potius quàm lites sequar, aut quàm te audiam.] Bis posuit Quàm: quod ge- *Quàm geminatum*
nus figuræ primo ζεύγματι contrarium est. ut in Heautontimorumeno, Propter quam in summa infamia sum, & meo patri minus obsequẽs. Item, Cepi rationẽ ut neq; tu egeres, neque hoc posses perdere. Id quod lex iubet dotem dare.] Id, pro ob id. Abduce hanc, minas quinq; accipe.] Modo id agit, quod reprehẽdit à filio non esse factum, Dotem daretis, quæ reret alium. Et dotem uoluit custodem esse pudoris. Hahahæ.] Hic risu destruxit quod serio intendebat senex. Homo suauis.] Præscriptio, cũ iam alterum factum sit, fieri utrũq; non posse. An, ne hoc quidem ego adipiscar.] Quia enim à lege stat, recitat tantũ id quod

Vti *Abuti* *Amittere* *Peregrinæ mulieres* *Pudicitia* *Sapio* *Ineptio* *Sine modo*

scriptum est. Itáne tandem quæso.] Maiora argumẽta sunt quæ per interrogationẽ proferuntur. Vbi abusus fis. A scripti uoluntate. Vtimur cum honore. Abutimur cum iniuria. Atq; amittere? Bene amittere, quia finis cupiditatis amissio est. An ut nequid ciuis turpe in se admitteret? Idoneum testimonium est bonorum esse natalium, ciuem dixisse. nam apud ueteres peregrinæ mulieres in meretricum numero habebantur. Sic ipse alibi, Adeóne est demens? ex Peregrina? Et alibi. Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi. Et Parmeno comprobans respondit, Potest taceri hoc. id est meretricem matrem te habuisse.

An ut nequid ciuis turpe in se admitteret. A uoluntate. Vt cum uno ætatem degeret.] Quid enim est pudicitia, nisi unius scientia uiri? Actum aiunt ne agas.] Aiũt dicimus, cũ prouerbium significamus. Acta res est, de qua sentẽtia prolata sit. Donec perfecero hoc.] Virg. Donec me flumine uiuo Abluero. Perfecero. Pro perficiam. Ineptis.] Vt à sapientia, sapis dicimus: ita ab ineptia, ineptis. Sine modo.] Hæc minãtis sunt uerba. & bene. imtatus est enim comminantem. Tuus est damnatus gnatus, non tu.] Ludit Phormio cũ dicit, non tu, & contemptibiliorem in hac caussa sibi senem, quàm Antiphonem fuisse, dicit: si mulcq; ætatem illius esse despectam. Tuus est damnatus gnatus, nõ tu. Pro uoluntate contendentis est prolatio sententiæ. Illum putato quæ ego nunc dico, dicere.] Definitiue respondit. Cum uxore hac.] Id est tali. Tute idem melius feceris.] Locus est hic, ut ostendat Phormio de compacto egisse cum Antiphone. Tute idem melius feceris. Quidam sic intelligunt: Tute idem melius feceris, ut senex potius exeat, quàm ejiciat filiũ. Artificiosè autem loquitur Phormio ut adimat suspicionem seni consensionis & conuentionis inter parasitum & filium. Sedulo.] Sine dolo, instãter. Dissimulat.] Fingit, mentit. Quin quod est ferendũ, feras.] Cur non, inquit, aecommodas necessitati uoluntatem? Quæ tuam senectutem oblectet. Non te, sed senectutem tuam. Minue uerò iram.] Contemnentis est, dissuadere iracundiã. Hoc age.] Annuẽtis est. Dixi Phormio.] Dixi solent dicere pero rata caussa. Dixi Demipho. Mire comminationem, & ferocitatem eius imitatus est simili uerbo. Si quid opus fuerit.] Hæc repentina discessio habet aliquam maiorem litigaturi denuntiationem. Et bene breuiter: ne multiloquio infringeretur superior comminatio.

ACTVS II. SCENA IIII

DEMIPHO. GETA. HEGIO, CRATINVS, CRITO ADVOCATI.

Senarij Iambici

D. QVANTA me cura, & solicitudine afficit
Gnatus, qui me, & se hisce impediuit nuptijs?
Neq; mihi in conspectum prodit, ut saltem sciam
Quid de hac re dicat, quidúe sit sententiæ.
Abi tu, uise rediérítne iam, an nóndum, domum.
G. Eo. D. uidetis quo in loco res hæc siet.
Quid agó? dic Hegio. G. ego Cratinum censeo,
Si tibi uidetur. D. dic Cratine. CRA. méne uis?
D. Te. CRA. ego quæ in rem tuam sint, ea uelim facias mihi
Sic hoc uidetur quod te absente hic filius
Egit, restitui in integrum æquum est, & bonum.
Et id impetrabis dixi. D. dic nunc Hegio.
H. Ego sedulò hunc dixisse credo. uerùm ita est,
QVOT HOMINES, tot sententiæ. suus cuique mos.
Mihi non uidetur, quod sit factum legibus,
Rescindi posse, & turpe inceptu est. D. dic Crito.
CRI. Ego amplius deliberandum censeo.
Res magna est. H. nun quid nos uis? D. feciſtis probé.

Incertior

Incertior sum multò quàm dudum. G. negant
Rediisse. D. frater est expectandus mihi: is
Quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar.
Percontatum ibo ad portum, quoad se recipiat.
G. At ego Antiphonem quæram, ut quæ acta hic sunt, sciat.
Sed eccum ipsum uideo in tempore huc se recipere.

Cura Solicitudo

QVanta me cura & solicitudine afficit gnatus.] Cura est in spe bonorum: Solicitudo in metu malorum. Quanta me cura, & solicitudine. Hæc deliberatiua est, in qua tres aduocati sunt: quorum unus suadet: alter dissuadet: tertius qui se alterutri addere debuisset, ciusmodi sententiam dicit, ut rursum deliberatione opus esse uideatur. Ego Cratinum censeo.] Potest Ego distingui: ut subaudiatur, Ego dicam? Quæ in rem tuam sint.] Bene principio beneuolentiam suam cõmendauit: & sic consilium dedit. Aequum est.] Ab honesto Et bonum.] Ab utili. Et id impetrabis.] A possibili. Et breuiter deliberatiuæ tres locos tetigit, Iustum, utile, & possibile. *Deliberatiuæ loci*

Ego sedulo hunc dixisse credo.] Artificiosè personam defendit, sententiã reprehensurus: ne si inimicus sit, adimat autoritatem sententiæ suæ. Verum ita est.] Subiunxit locum ἀπὸ ἐφίσεως oratorie: ut inuidiæ contradicturus occurreret. Mihi non uidetur.] A possibili.

Suasoriæ loci

Quod sit factum legibus.] Hic alio ordine locos suasoriæ tetigit. primum à possibili: secundum ab honesto. Et turpe inceptu est.] Ab honesto. Vtilitatem autẽ prætermisit per artem: quæ, ubi non potest fieri, frustra spectatur. Res magna est.] Caussa ampliandi sententiam. Incertior sum multo quàm dudum.] Ex tribus enim unus suasit, alter dissuasit, tertius nihil dixit. In tempore huc se recipere.] εὐκαίρως. Sallustius, Maximeq; ferocia regis Mitridatis in tempore bellaturi.

ACTVS III SCENA I

Iambici quadrati catalectici.

ANTIPHO. GETA.

A. ENIMVERO Antipho multis modis cum istoc animo es uituperandus.
Itáne hinc abisse, & uitam tuam tutandam alijs dedisse?
Alios tuam rem magis credidisti, quàm te, animaduersuros?
Nam utut erant alia, illi certè, quæ nunc domi tuæ est consuleres,
Ne quid propter fidem tuam decepta pateretur mali,
Cuius nunc miseræ spes, opesq; sunt in te uno omnes sitæ.
G. Equidem here nos iam dudum hic te absentem incusamus, qui abieris
A. Te ipsum quærebam. G. sed ea caussa nihilo magis defecimus. *Acata.*
A. Loquere obsecro, quo nam in loco sunt res, & fortunæ meæ?
Nunquid patri subolet? G. nihil etiam. A. & quid spei porrò est?
G. nescio. A. ah.
G. Nisi Phædria haud cessauit pro te eniti. A. nihil fecit noui.
G. Tum Phormio itidem in hac re, ut in alijs, strenuum hominem præbuit.
A. Quid is fecit? G. confutauit uerbis admodum iratum patrem.
A. Heu Phormio. G. ego quod potui porrò. A. mi Geta omneis uos amo.
G. Sic habent principia sese, ut dico adhuc tranquilla res est.
Mansurusq; patruum pater est, dum huc aduenìat. A. quid eum?
G. ut aiebat,

De eius consilio uelle sese facere, quod ad hanc rem attinet.
A. Quantus metus est mihi uenire huc saluum nunc patruum Geta?
Nam per eius unam(ut audio)aut uiuam,aut moriar,sententiam.
G. Phædria tibi adest. A.ubi nam? G.eccum à sua palæstra exit foras.

Cum istoc animo NImuerò Antipho multis modis cum istoc animo.] Cum istoc animo pro,hu/ius animi.Ennius,Optima cũ pulchris animis,Romana iuuentus. Itáne hinc abijsse,& uitã tuã.] ὑπουρίσ. ut, Inuidisse deos, patrijs ut redditus oris Con/iugium optatum,& pulchram Calydona uiderem? Et, Seruón' fortunas meas commisisse futili? Alios tuam rem.] Ab infinitiuo ad indicatiuum transitum fecit. Credidisti.] Pro putasti. Pateretur mali.] Legitur & potiretur.quia potiri ὑ πλεονάζ fuit.Plautus,Hostium potitus est. Spes,opesq; sunt.] Hæc quidem de his sunt,quæ aman ti * Spes,opesq; sunt.Vt,Res fidesq;. Qui abieris.] Mollius,quàm fugeris.

Confutatio Refutatio Sed ea causſa.] Quia abieris. Nunquid patri subolet?] Conuenientia sua & Phormio nis dicit. Cõfutauit uerbis.] Cõuicit:ut si diceret,refutauit.sed Refutatio in rem est: Con futatio in personam. Ego quod potui porrò.] De se mediocriter per ὑποφ, moraliter sa tis. Ego quod potui porrò.Ordine.primò dominum,pòst Phormionem, ultimum se po/suit. Huc saluum nunc patruum Geta.] Non optat saluum patruum uenire secundum Apollodorum:& ostendit non congruere salutem eius cum commodo suo.An nõ dicit ma lum esse & incommodum sibi:sed tantum magni terroris plenum aduentum patrui? A sua palæstra exit foras.] Bene palæstram eius dixit lenonis domũ,in qua est exercitus ama tor assidue,Plautus,Abstine à palæstra,ubi demens desudascitur.

ACTVS III. SCENA II

Trochaici tetrametri catalectici permixtis iambis quadratis acatalectticis.

PHAEDRIA, DORIO LENO. ANTI/PHO. GETA.

P. DOrio audi obsecro. D. non audio. P.parumper. D.quin omitte me.
P. Audi quid dicam. D. at enim tædet iam audire eadem millies.
P. At nunc dicam, quod lubenter audias. D. loquere,audio.
P. Nequeo te exorare,ut maneas triduum hoc? quò nunc abis?
D. Mirabar,si tu mihi quidquam afferres noui.
A. Hei,metuo lenonem, nequid suo suat capiti. G.idem ego metuo.
P. Non mihi credis? D.hariolare. P.sin fidem do. D.fabulæ.
P. Fœneratum istuc beneficium tibi pulchrè dices. D.logi.
P. Crede mihi,gaudebis facto·uerum hercle hoc est. D.somnium.
P. Experire,non est longum. D.CANTILENAM EANDEM CANIS
P. Tu mihi cognatus,tu parens,tu amicus,tu. D.garris modo.
P. Adeóne ingenio te esse duro, atq; inexorabili,
Vt neq; misericordia,neq; precibus molliri queas?
D. Adeón te esse incogitantem,atq; impudentem Phædria,
Vt phaleratis dictis ducas me,& meam ductes gratis?
A. Misertum est. P. hei ueris uincor. G. quàm uterq; est similis sui.
P. Neq;,Antipho alia cum occupatus esset solicitudine,

Tum

Tum hoc esse mihi obiectũ malum? A. ah, quid istuc autem est Phædria?
P. O fortunatissime Antipho. A.egóne? P.cui,quod amas,domi est.
Nec cum huiusmodi unq; usus uenit ut cõflictares malo. *In huiusmodi eliditur s*
A. Mihi ne domi est? imò,quod aiunt, AVRIBVS TENEO LVPVM.
Nam neq; quo amittam à me inuenio:neq; uti retineam,scio.
P. Ipsum istuc mihi in hoc est. A.eia,ne parum leno sies.
Num quid hic confecit? P.hicine? quod homo inhumanissimus:
Pamphilam meam uendidit. G.quid? uendidit? A.ain? uendidit?
P. Vendidit. D.quàm indignum facinus,ancillam ære emptam suo.
P. Nequeo exorare ut maneat, & cum illo ut mutet fidem,
Triduum hoc:dum id,quod est promissum ab amicis,argentum aufero.
Si non tum dedero,unam præterea horam ne opertus sies.
D. Obtundis. A.haud longum est id quod orat Dorio·exoret sine.
Idem hoc tibi,quòd bene promeritus fueris,conduplicauerit.
D. Verba istæc sunt. A.Pamphilámne hac urbe priuari sines?
Tum præterea horum amorem distrahi poterin' pati?
D. Neq; ego,neq; tu. G. Di tibi omnes id quod dignum est diunt.
D. Ego te complureis aduorsum ingenium meum menses tuli
Pollicitantem,flentem,& nihil ferentem,nunc contrà omnia
Repperi,qui det,neq; lacrumet·da locum melioribus.
A. Certè hercle si satis commemini,tibi quidem olim est dies,
Quam ad dãres huic,præstituta. P.factum. D.num ego istuc nego?
A. Iámne ea præterijt? D.non,uerùm ei hæc antecessit. A.non pudet
Vanitatis? D.minimè,dum ob rem. G.sterquilinium. P.Dorio
Itáne tandem facere oportet? D.sic sum·si placeo,utere.
A. Sicine hunc decipis? D.imò enimuero Antipho hic me decipit.
Nam hic me huiusmodi sciebat esse·ego hunc esse aliter,credidi.
Is me fefellit·ego isti nihilo sum aliter,ac fui.
Sed utut hæc sunt,tamen hoc faciam·cras manè argentum mihi
Miles se dare dixit·si mihi prior tu attuleris Phædria,
Mea lege utar,ut potior sit,qui prior ad dandum est. Vale.

DOrio,audi obsecro.] Hæc scena in petitione est, quæ sæpe admittit delibera/tiue locos. Dorio audi obsecro. Sunt qui sic legant, ut Dorio Phædria di/cat:audi, leno: obsecro, iterum Phædria. Quin omitte me.] Quin, mo/do corripiendi uel imperandi uim habet. ut, Quin age. Hei metuo leno/nem,ne quid suo suat capiti.] Deest mali.Suat autẽ, appingat, atq; affigat. Suo suat capiti. ἀποσιώπησις. Διὰ τὸν ὑφημισμὸν, Suo capiti dixit,cum dicturus esset, Phædriæ. ut,Dardanijq; rogum capitis. Fœneratum.] Ab utilit. Fœneratum istuc beneficium tibi.] Id est, mihi à te fœneratum. Verum hercle hoc est.] Bene ipse dictum suum con/firmauit. Cantilenam eandem canis.] Ita dicit,ut,Vetus & uulgata cantio. Tu mihi cognatus.] Ab honesto. Tu parens,tu amicus,tu.] Secunda ἀποσιώπησις. Phaleratis dictis.] Honestis atque ornatis:quia dixit,Tu mihi cognatus,tu parens. Et quasi le no, ir/ridet honestatem & despicit. Misertum est.] εἰρωνεία Hei ueris uincor.] Hoc sibi di/cit adolescens. Neque,Antipho alia cum occupatus esset solicitudine.] Hoc dolet Phæ/dria,quòd in eadem re laborauit Antipho,id est in amore:quodq; amare contigerit.

Neq;

Neque Antipho alia. Minore aliqua ſolicitudine quàm hæc eſt, quàm nunc gerit. An alia, præter hãc quam de me gerit. Ordo & ſenſus hic eſt, Necꝫ tum eſſe mihi hoc obiectum malum, cum Antipho alia ſolicitudine eſſet occupatus leui quapiam, non hac de nuptijs, quæ eſt grauiſſima. Vnquam uſus uenit.] Opus aut neceſſe fuit. Auribus teneo lupum.] Græcum prouerbium, τ ὦτων ἔχω ἀρ λύκον, οὔτ' ἔχειν οὔτ' ἀφέναι δύναμαι. Ne parum leno ſies.] κακὸς εἶ. deeſt enim, Vereris? Aere empta ſuo.] Bene ſuo, quaſi de tertia perſona. Conduplica uerit.] Coniunctiuum pro indicatiuo, id eſt conduplicabit. Hoc eſt aliter, Fœneratum iſtuc beneficium pulchre tibi dices. Nihil ferentem, flentem.] ὅμοιον τῷ γένῃ uſitatũ ueteribus.

Vſus uenit

Tibi quidem olim eſt dies,] Hic olim, futuri temporis. Nam leno de accipienda ab adoleſcente pecunia diem conſtituerat, & inuẽta meliore conditione anticipauerat tempus cum adoleſcente præſcriptum. Iam ne ea præterijt?] Interrogatiue pronũciandum. Non, uerum ei hæc anteceſſit.] Vrbane leno, hæc anteceſſit, ut alij putant, meretrix uendita: ut alij, dies qua lenoni conſtitutum fuit. An aperte leno perfidus mẽtitur: unde ſequitur. Non pudet uanitatis? Ergo plus eſt Anteceſſit, quàm Præterijt. Nõ pudet uanitatis?] Apparet ſuprà lenonem de perfidia anticipati temporis eſſe confeſſum. Mea lege utar,] Lenonia ſcilicet: in qua ſemper commodum eſt prius, quàm fides

ACTVS III. SCENA III

Trochaici tetrametri catalectici, permixtis paucis Iambis quadratis acatalectícis.

PHAEDRIA. ANTIPHO. GETA.

P. QVID faciam? unde ego nunc tam ſubitò huic argentum inueniam miſer,
Cui minus nihilo eſt? quòd ſi hic potuiſſet nunc exorarier
Triduum hoc, promiſſum fuerat. A. itáne hunc patiemur Geta
Fieri miſerum, qui me dudum, ut dixti, adiuuerit comiter?
Quin, cum opus eſt, beneficium rurſum ei experimur reddere?
G. Scio equidem hoc eſſe æquum. A. age ergo, ſolus ſeruare hunc potes.
G. Quid faciam? A. inuenias argentum. G. cupio ſed id unde, edoce.
A. Pater adeſt hic. G. ſcio ſed quid tum? A. ah, dictum ſapienti ſat eſt.
G. Itáne? A. itá. G. ſanè hercle pulchrè ſuades: etiam tu hinc abis?
Non triumpho, ex nuptijs tuis ſi nihil nanciſcor mali:
Ni etiam nunc me huius cauſſa quærere in malo iubeas crucem?
A. Verum hic dicit. P. quid? ego uobis Geta alienus ſum? G. haud puto.
Sed parúmne eſt, quod omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex,
Ni inſtigemus etiam, ut nullus locus relinquatur preci?
P. Alius ab oculis meis illam in ignotum hinc abducet locum? hem.
Dum igitur diem licet, dumꝫ adſum, loquimini mecum Antipho.
Contemplamini me. A. quamobrem? aut quidnam facturus cedó?
P. Quoquò hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi,
Aut perire. G. Di bene uortant quod agas pedetentim tamen.
A. Vide, ſi quid opis potes afferre huic. G. ſi quid quid? A. quære obſecro.
Nequid plus minuſúe faxit, quod nos pòſt pigeat Geta.
G. Quæro ſaluos eſt, ut opinor: uerùm enim metuo malum.
A. Noli metuere unà tecum bona, malaꝫ tolerabimus.
G. Quantum opus eſt tibi argenti? loquere. P. ſolæ triginta minæ.

Triginta

G. Triginta? hui, percara eſt Phædria. P. iſtæc uerò uilis eſt.
G. Age age, inuentas reddam. P. ó lepidum caput.
G. Auferte hinc. P. iam opus eſt. G. iam feres.
Sed opus eſt mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.
A. Præſto eſt audaciſſimè oneris quid uis impone, & feret.
SOLVS EST homo amico amicus. G. eamus ergo ad eum ocyus.
P. Abi dic, præſtò ut ſit domi.
A. Nunquid eſt quod opera mea uobis opus ſit? G. nihil uerùm abi domum,
Et illam miſeram, quam ego nunc intus ſcio eſſe exanimatam metu,
Conſolare ceſſas? A. nihil eſt, æquè quod faciam lubens.
P. Qua uia iſtuc facies? G. dicam in itinere modò te hinc amoue.

QVid faciam?] οἰκονομία ad futurum exitum comœdiæ. Minus nihilo.] ὑπερβολὴ. Adiuuerit.] Secundum u pronuntiari debet. Adiuuerit comiter.] Comiter ueteres dixerunt παρὰ τὸ κόσμῳ. Quid faciam?] Comiter, quãuis uterꝫ intelligat quid alteruter dicat, diſſimulant tamen. Ni etiam me huius cauſſa quærere in malo iubeas crucem.] Quaſi dicat, In malo aliud malum. Relinquatur preci.] Bene preci. Pedetentim.] Caute. à pedibus, & tentando. Pedetentim tamen. Hoc quidam ſic accipiunt, tanquam Getæ dicat Antipho, ut caute aggrediatur ſenem fallere. Iſtæc uerò uilis eſt.] Amatorie. Solus eſt homo amico amicus. Apollodorus μόνῳ γὰρ ἐπίστατ' φιλεῖν τοὺς φίλους.

ACTVS IIII. SCENA I

DEMIPHO. CHREMES.

D. QVID? qua profectus cauſſa hinc es Lemnum Chremes *Senarij*
Adduxti ne tecum filiam? C. non. D. quid ità non?
C. Poſtquàm uidet me eius mater eſſe hic diutius,
Simul autem non manebat ætas uirginis
Meam neglegentiam: ipſam cum omni familia
Ad me profectam eſſe aiebant. D. quid illic tam diu
Quæſo igitur commorabare, ubi id audiueras?
C. Pol me detinuit morbus. D. unde? aut quis? C. rogas?
SENECTVS IPSA eſt morbus ſed ueniſſe eas
Saluas audiui ex nauta, qui illas uexerat
D. Quid gnato obtigerit me abſente, audiſti ne Chreme?
C. Quod quidem me factum, conſiliꝫ incertum facit.
Nam hanc conditionem ſi cui tulero extrario:
Quo pacto, aut unde mihi ſit, dicendum ordine eſt.
Te mihi fidelem eſſe æquè, atquè egomet ſum mihi,
Scibam ille ſi me alienus affinem uolet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas.
Sin ſpreuerit me, plus quàm opus eſt ſcito, ſciet.
Vereorꝫ, ne uxor aliquâ hoc reſciſcat mea.
Quod ſi ſit: uti me excutiam, atꝫ egrediar domo,

Id reſtat

Id reſtat·nam ego meorum ſolus ſum meus.
D. Scio ita eſſe·& iſtæc mihi res ſolicitudini eſt·
Neq; defetiſcar unquam ego experirier,
Donec tibi id quod pollicitus ſum effecero.

Ferre conditionem

Vid·qua profectus cauſſa?] Hæc eſt narratio ſimplex. Senectus ipſa eſt morbus.] Apollodorus τὸ γῆρας ἑτέρα αὐτὸ, νόσημα. Hanc cõditionem ſi cui tulero.] ὑρῶ λογία. quia ferre conditionem alicui, dicimus. Te mihi fidelem eſſe æque.] Mire admixtum ante completam ſententiã de extraneo, Te mihi fidelem eſſe. &c. Tacebit dum intercedet familiaritas.] Incertum, quando proditum iri ſe dicat: antè, an poſt nuptias. Vt me excutiam. Legitur &, excutiat. Meorum ſolus ſum meus.] Apollodorus, ἐγὼ γὼ εἰμὶ μόνος τ ἐμαυ ἐμὸς Donec tibi id quod pollicitus ſum, effecero.] Virgilius, Donec me flumine uiuo Abluero.

ACTVS IIII SCENA II
GETA

EGO hominem callidiorem uidi neminem *Senarij*
Quàm Phormionem·uenio ad hominem, ut dicerem
Argento opus eſſe, & id quo pacto fieret.
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat.
Gaudebat·me laudabat·quærebat ſenem·
Dis gratias agebat, tempus ſibi dari,
Vbi Phædriæ ſe oſtenderet nihilo minus
Amicum eſſe, quàm Antiphoni·hominem ad forum
Iuſſi opperiri·eò me eſſe adducturum ſenem.
Sed eccum ipſum. quis eſt ulterior? atat Phædriæ
Pater uenit·ſed quid pertimui autem bellua?
An quia, quos fallam, pro uno duo ſunt mihi dati?
Commodius eſſe opinor duplici ſpe utier.
Petam hinc, unde à primo inſtituì·is ſi dat, ſat eſt·
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hoſpitem.

Hoſpes

Venio ad hominem.] Venuſte repetitum, hominem. Hunc adoriar hoſpitem.] Aſtute hoſpitem, de eo qui ſuperuenit: nomen aptum imprudenti rerum, atq; alieno ab earum ſcientia. Salluſtius, Vitam ſicuti peregrinantes tranſegere, &c.

ACTVS IIII. SCENA III
ANTIPHO. GETA. CHREMES. DEMIPHO.

A. EXPECTO, quàm mox recipiat huc ſeſe Geta· *Senarij*
Sed patruum cum patre uideo aſtantem·hei mihi,
Quàm timeo, aduentus huius quò impellat patrem.
G. Adibo hoſce·ó noſter Chremes. c. ſalue Geta.
G. Venire ſaluum? uolupe eſt. c. credo. G. quid agitur? *al. uolup*
C. Multa aduenienti, ut fit, noua hic compluria.
G. Ità de Antiphone audiſtine quæ facta? c. omnia.

Túne

G. Túne dixeras huic? facinus indignum Chreme.
Sic circumiri? D. cum hoc id agebam commodum.
G. Nam hercle ego quoq; id quidem mecum agitans ſedulò,
Inueni opinor, remedium huic rei. D. quid Geta?
Quod remedium? G. ut abij abs te, ſit forte obuiam
Mihi Phormio. C. qui Phormio? G. is, qui iſtam. C. ſcio
G. Viſum eſt mihi, ut eius tentarem ſententiam·
Prehendo hominem ſolum, cur non inquam, Phormio
Vides, inter uos ſic hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, quàm cum mala?
Herus liberalis eſt, & fugitans litium·
Nam cæteri quidem hercle amici omnes modò
Vno ore autores fuere, ut præcipitem hanc daret.
A. Quid hic cœptat? aut quò euadet hodie? G. an legibus
Daturum pœnas dices, ſi illam eiecerit?
Iam id exploratum eſt·eia ſudabis ſatis,
Si cum illo inceptas homine·ea eloquentia eſt.
Verùm pone eſſe uictum eum, at tandem tamen
Non capitis eius res agitur, ſed pecuniæ.
Poſtquàm hominem his uerbis ſentio mollirier·
Soli ſumus nunc hic inquam, ehò dic quid uelis darì
Tibi in manum, ut herus his deſiſtat litibus.
Hæc hinc faceſſat, tu moleſtus ne ſies.
A. Satin' illi Di ſunt propitij? G. nam ſat ſcio,
Si tu aliquam partem æqui boniq; dixeris·
Vt eſt ille bonus uir, tria non commutabitis
Verba hodie inter uos. D. quis te iſtæc iuſſit loquì?
G. Imò non potuit melius peruenirier
Eò, quò nos uolumus. A. óccidi. C. perge eloquì.
G. A primo homo inſanibat. C. cedo, quid poſtulat?
G. Quid? nimium·quantum libuit. C. dic. G. ſi quis daret
Talentum magnum. C. imò malum hercle·ut nihil pudet?
G. Quod dixi adeò ei·quæſo quid ſi filiam
Suam unicam locaret? parui retulit
Non ſuſcepiſſe·inuenta eſt quæ dotem petat.
Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias: *Si legas, ad pauca ut redeat, con-*
Hæc deniq; eius fuit poſtrema oratio· *ſtat uerſus forte in ad eliditur d*
Ego inquit iam à principio amici filiam,
Ita ut æquum fuerat, uolui uxorem ducere·
Nam mihi ueniebat in mentem eius incommodum,
In ſeruitutem pauperem ad ditem dari·

Sed mihi opus erat,ut apertè tibi nunc fabuler,
Aliquantulum quæ afferret,quî dissoluerem
Quæ debeo. & etiam nunc,si uolt Demipho
Dare,quantum ab hac accipio quæ sponsa est mihi:
Nullam mihi malim,quàm istanc,uxorem dari.
A. Vtrùm stultitia facere ego hunc,an malitia,
Dicam:scientem,an imprudentem,incertus sum.
D. Quid si animam debet? G.ager oppositus est pignori
Ob decem minas,inquit. D.age age iam ducat,dabo.
G. Ædiculæ item sunt ob decem alias. D.hoi hui,
Nimium est. C.ne clama·petito hasce à me decem.
G. Vxori emunda ancillula est·tum autem pluscula
Supellectile opus est·opus est sumptu ad nuptias·
His rebus pone sanè inquit decem minas.
D. Sexcentas perinde potius scribito iam mihi dicas·
Nihil do·impuratus me ille ut etiam irrideat?
C. Quæso ego dabo,quiesce·tu modo filius
Fac ut illam ducat,nos quam uolumus. A.hei mihi
Geta,occidisti me tuis fallacijs.
C. Mea caussa eijcitur·me hoc æquum est amittere.
G. Quantum potes me certiorem inquit face·
Si illam dant,hanc ut omittam,ne incertus siem·
Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare.
C. Iam accipiet·illis repudium renuntiet,
Hanc ducat. D.quæ quidem illi res uortat male.
C. Opportunè adeò nunc argentum mecum attuli,
Fructum,quem Lemni uxoris reddunt prædia·
Id sumam·uxori,tibi opus esse,dixero.

Volup
Facul
Compluria
Complure
Fugitans litium
Dari in manũ
Facessat

EXpecto quàm mox recipiat se Geta.] Ad terrorem cumulandum persona Antiphonis interponitur:ut ei adaucto metu amittendæ uxoris, maior uis fiat repentinæ lætitiæ. Volup est.] Hoc uolup nomen est,ut hoc facul. Sic enim ueteres per ἀποκοπὴν loquebantur. Compluria.] Secundum regulam locutus est. nam hoc complure,& hæc compluria. Noua hic cõpluria. Sic ueteres, quod nostri dempta syllaba complura dicunt. Sic Cato originum secundo, Fana hoc loco compluria. Cicero in Protagora, Confirmandi genera compluria. Credo:quia ueteres,hoc plure,non hoc plus dicebant. Commodum.] Commoda æstimatio est temporis * Commodum,tantum quod. Lucilius,Quod mihi commodum est, aut uda uestimenta deposueram. Is qui istam.] ἀποσιώπησις tertia. deest obtrusit nobis,aut defendit, aut quid tale. Fugitans litium.] Genitiuo casui uim nominis habet Fugitans iunctũ:accusatiuo,uim participij. Fugitans litium:Quasi quod uult in domino facere, id iam in eo esse dicit: præparans hominem ad contemptum pecuniæ quæ poscetur statim. Dari tibi in manum.] Datur ei in manum, qui seperatim accipit,sine arbitrio,aut interprete:ut prævaricator, aut iudex corruptus. Hæc hinc facessat.] Pro hinc se faciat,id est abeat:ut huc se faciat,huc accedat significat. Hæc hinc facessat. Pro cedat. aliàs,faciat. Ergo duas res significat hoc unũ uerbum. An hinc facessat,prouerbialiter,quasi hinc faciat? Plautus, Argentum hinc facite. Huc

Huc te fac dicitur,pro huc accede. Aliquam partem.] Et si nõ totum,uel aliquam partem. *Fac te huc*
Verba hodie inter uos.] Sic dicebant iurgium significantes. Proprie uerba cõmutare, est quod altercari dicimus. Quid?nimium.quantum libuit.] Apud quosdam diuersæ personæ cum uerbis singulis. Parui retulit.] Nihil interfuit,uel parum interfuit:id est nihil profuit. Non suscepisse.inuenta est quæ dotem petat.] In Græca fabula senex hoc dicit, Quid interest,me nõ suscepisse filiam,si modo dos dabitur alienæ? Sed mihi] παρένθεσις prima. *Verba commutare* *Parui retulit*
Sed mihi opus est.Indicto doli est.nam ante,quám petat,petẽdi caussam ingerit. Quæ afferret qui dissoluerem.] Quia,si opum caussa habendarum dotatam quæreret,minor esset necessitas captandæ opulentioris:æs alienum addidit,cui rei nihil opponi potest. Ab hac accipio quæ sponsa est mihi.] Mire accipio:non,accepturus sum. Et definitum modum ponit,ne de summa dotis supersit disputatio. Vtrum stultitia facere.] παρέλκον tertiũ. hoc idem enim ualet Vtrum quod An. Scientẽ an imprudentem.] ἀντίθετον secundum. nam scienti imprudentem reddidit. Quid si animam debet?] Græcum prouerbium, Θαὐτῷ τῷ ψυχὴν ὀφείλει. Ager oppositus est pignori ob decem minas.] Astute non protinus triginta minas dixit:sed paulatim colligit:ut partibus congestis in summa senex minus grauetur. nam si semel diceret,deterreret parcissimum senem. Denicq; auditis decẽ minis, statim respõdet. dabo.cõceduntur ab alio decem. de reliquis supereſt dubitatio: nam difficilis ad dandum. *Vtrum* *Animam debet*
Sumptu ad nuptias.] Opus est,subauditur. Pone sanè inquit decem minas.] Bene sanè:quasi plus quiddam exigat,sed hoc contentus sit. Sexcentas proinde potius scribito iam mihi dicas. Perspicere hinc licet consuetudinem utriusq; sermonis. nam Apollodorus μυρίας dixit pro multis. Et ut apud Græcos, μύριοι, ita apud nos sexcẽta dicere pro multis, usitatum est. Cicero, Sexcenta possum decreta proferre Mea caussa eijcitur. me hoc est æquũ amittere. Ratio cur ipse uiginti dare debeat minas,dante Demiphone decẽ. Quantum potes,me certiorem.] Festinat Geta·scit enim dixisse lenonem, Mea lege utar,ut potior sit qui prior ad dandum est. Quæ quidem res illi uertat male.] Non definit Poeta ostendere auaritiam Demiphonis,qui nec ideo libẽter fert dari aliquid Phormioni,quia sic commodum ei est. Virgilius, Hos illi,quod nec bene uertat,mittimus hœdos. Mecum argentum attuli.] Comicum argentum præsto est:& caussa additur cur præsto, & unde sit. simul iracũdiæ uxoris,& iurgio præparatur locus. Fructum,quẽ Lemni,&c.] Et Lemni,& Lemno legitur. Reddũt prædia.] χῆμα ἐπεξήγησις. Et proprie de fructu,reddũt. Id sumam.] Non fructum,sed argentum. Id sumam. Impendam. unde & sumptus dictus. Vxori tibi opus esse dixero.] Bene esse,non fuisse: ne iam repetẽdum uideretur. Opus esse dixero. Adiunctiuum pro pronuntiatiuo. ut in Eunucho, Perculeris iam tu me. *Mυρίαι Sexcenta* *Reddere* *Sumere* *Sumptus*

ACTVS IIII. SCENA IIII
ANTIPHO. GETA

Senarij

A. GETA. G.hem. A.quid egisti? G.emunxi argento senes.
A. Satin' id est? G.nescio hercle·tantum iussus sum.
A. Eho uerbero,aliud mihi respondes,ac rogo?
G. Quid ergo narras? A.quid ego narrem? opera tua
Ad restim mihi quidem res redijt planissume·
Vt te quidem omnes Dij,Deæq;,superi,inferi
Malis exemplis perdant·hem,si quid uelis,
Huic mandes,quod quidem recte curatum uelis.
Quid minus utibile fuit,quàm hoc ulcus tangere,
Aut nominare uxorem? iniecta est spes patri
Posse illam extrudi.cedò,nunc porrò Phormio
Dotem si accipiet,uxor ducenda est domum·
Quid fiet? G.non enim ducet. A.noui·cæterum
Cum argentum repetent,nostra caussa scilicet
In neruum potius ibit. G. NIHIL EST ANTIPHO,

Quin male narrando possit deprauarier.
Tu id quod boni est,excerpis.dicis quod mali est.
Audi nunc contrà iam.si argentum acceperit,
Ducenda est uxor,ut ais.concedo tibi.
Spatium quidem tandem apparandis nuptijs:
Vocandi sacrificandi dabitur paululum.
Intereà amici,quod polliciti sunt,argentum dabunt.
Id istis reddet. A.quamobrem,aut quid dicet? G.rogas?
Quot res? post illa,monstra euenerunt mihi,
Introijt in ædes ater alienus canis,
Anguis per impluuium decidit de tegulis,
Gallina cecinit. interdixit hariolus,
Aruspex uetuit ante brumam aliquid noui
Negotij incipere.quæ caussa est iustissima.
Hæc fient. A.ut modò fiant. G.fient.me uide.
Pater exit.abi,dic esse argentum,Phædriæ.

Emunctus homo

Munxi argento senes.] Mire:cum econtrario dicatur emunctus homo,elegans & facetus.ut Horatius de Lucilio,Emūctæ naris inquit. Satin' id est?] Hoc est, idne tibi uidetur satis esse ad miserias meas? An quasi εἰρωνικῶς dicit,ut dicere solemus,Bene habet nunc.aut, fecisti certe quod debuisti. Ideo autem subambigue locutus est,ut nequaquam posset aliter interpretari à Geta,qui respõdebit, Nescio hercle,tantum iussus sum. Vicus tangere.] Prouerbiale: non εἰρωνικῶς dixit. In neruum potius ibit.] Decipiet:à prouerbio tracto à sagittarijs:cum uis, conatusq; tendentis arcum non in uolatum teli,sed in ruptionem nerui expetatur. Tu id quod boni est excerpis.] Honeste excerpis dixit.& attẽde quemadmodum dicat excerpi bona quibus nõ utatur. Ante brumã.] Arte irrisit homines Terentius,quibus religio sit aggredi negotium aliquod diebus decrescentibus. Gallina cecinit.] Obstetricum est:in qua domo gallina canat,superiorem marito esse uxorem. Interdixit hariolus.] Hariolus est,qui diuina mente uaticinatur.dictus hariolus quasi fariolus.à fatis & à fando.H enim pro F, & item F pro H in multis locutionibus mutabantur.An ab halando?nã halitu solent excludere uelut mortalem animã,ut diuinã recipiant.unde & uocem eiusmodi dabant, quæ est OE. quòd OE sonus exhalandi uim præstat. Ante brumam.] Quòd ante brumam dies decrescere incipiant. Haruspex uetuit.] Haruspex ab haruga nominatur.nam haruga dicitur hostia, ab hara,in qua concluditur, & seruatur. hara autem est in qua pecora includuntur. Plautus, Rusticus hircus,hara mostellaria. Fient me uide.] Respice uultus mei fiduciã.sic Græci, (nam aliter Latini)si quidem quia nullum periculum est. Me uide. Quia in iure promittit & interponit suam fidem:quod nos dicimus,Me habes. Vide.Respice.

Hariolus

OE

Haruspex

Haruga

Hara

Me uide

Me habes

ACTVS IIII. SCENA V

Iambici quadrati acatalectici.

DEMIPHO. GETA. CHREMES

D. VIETVS esto inquam.ego curabo, ne quid uerborum duint. Hoc temerè nunc; amittã ego à me, quin mihi testeis adhibeã Cum dem.& quamobrem dem, commemorabo. G. ut cautus est,ubi nihil opus est?

C. Atq; ità opus facto est.at matura,dum libido eadem hæc manet.

Nam

Nam si altera illa magis iustabit,forsitan nos reijciat,
G. Rem ipsam putasti. D.duc me ad eum ergo. G.non moror. C.ubi hoc egeris,
Transito ad uxorem,ut conueniat hanc prius,quàm hinc abeat.
Dicat eam dare nos Phormioni nuptum,ne succenseat.
Et magis illum esse idoneum,qui ipsi sit familiarior.
Nos nostro officio nihil egressos esse.quantum is uoluerit, *al. digressos*
Datum esse dotis. D.quid tua(malum)id refert? C.magni Demipho.
D. Non sat tuum te officium feciſſe,si non id fama approbat?
C. Volo ipsius quoq; uoluntate hoc fieri,ne se iectam prædicet.
D. Idem ego istuc facere possum. C.mulier mulieri magis congruet.
D. Rogabo. C.ubi nunc illas ego reperire possum,cogito.

Libido

Vietus esto inquam,ego curabo.] Quietus,id est securus. ab eo quod præcedit,id quod sequitur. Vt cautus est ubi nihil opus est.] Consulit inquit quẽadmodum detur,ubi omnino dare non debuerit: siquidem argentum Phædriæ sub nomine Phormionis. Dum libido eadem hæc manet.] Bene libidinem posuit pro uoluntate hominis incerti ac leuis. Forsitan nos reijciat.] Mulierem scilicet.An uere nos,id est negotium & conditionem? Rem ipsam putasti.] Pro disputasti modo. Quid tua,malum,id refert?malum,interiectio.& est ordo, Quid tua id refert? Magni Demipho.] Nota responsum contra Quid refert,non ad Quid relatum.Et quære quomodo dicatur,Quid mea,quid tua.an deest Ad:ut sit,ad mea, aut ad tua? Reperire illas.] Filiam,& uxorem.

ACTVS V. SCENA I

SOPHRONA NVTRIX. CHREMES.

Senarij S. Iam.tet.cat.

QVID agam? quem amicum inueniam miseram? aut cui consilia Hæc referam? aut unde nunc mihi auxilium petam? Nam uereor,hera ne ob meũ suasum indignè iniuria afficiatur. Ità patrem adolescentis facta hæc tolerare audio uiolenter.

a postremum pertinet ad uersum sequentem

C. Nã quæ hæc est anus exanimata, à fratre quæ egressa est meo? *Troch.cata.*
S. Quod ut facerem,egestas me impulit.cum scirem infirmas nuptias *Iãb.acat.*
Hasce esse,ut id consulerem,intereà uita ut in tuto foret. *Troch.*
C. Certò ædepol(nisi me animus fallit,aut parum oculi prospiciunt)
Meæ nutricem gnatæ uideo. S.neq; ille inuestigatur. C.quid agam?
S. Qui est eius pater. C.adeóne,an maneo,dum ea,quæ loquitur,magis cognosco? *Mixtus Trochaico & Iambico*
S. Quòd si eum nunc reperire possim,nihil est quod uerear. C.ea est ipsa.
Colloquar. S.quis hic loquitur? C. Sophrona. S.& meũ nomen nominat?
C. Respice ad me. S.Di obsecro uos.estne hic Stilpho? C.non. S.negas?
C. Concede hinc à foribus paululum istorsum sodes Sophrona.
Ne me istoc posthac nomine appellassis. S.quid? non is obsecrò es, *Iamb.quad. acat.*
Quem semper te esse dictitasti? C. st. S.quid has metuis fores?
C. Conclusam hic habeo uxorem sæuam.uerum istoc de nomine

Eò perperam olim dixi,ne uos forte imprudentes foris
Effutiretis·atq; id porrò aliquà uxor mea reſciſceret.
s. Hem iſtoc pol nos te hic inuenire miſeræ nunquam potuimus.
c. Ehó dic mihi,quid tibi rei eſt cùm familia hac,unde exis? *Iamb.quad.cat.*
Aut ubi illæ ſunt? s.miſeram me. c.hem quid eſt? uiuúnt ne? s.uiuit gnata·
Matrem ipſam ex ægritudine miſeram mors conſecuta eſt.
c. Malefactum. s.ego autem,quæ eſſem anus,deſerta,egens,ignota,
Vt potui,uirginem nuptum locaui huic adoleſcenti,
Harum qui eſt dominus ædium. c.Antiphoni ne? s.hem iſti ipſi.
c. Quid? duásne is uxores habet? s. hau obſecro, nam ille quidem
hanc ſolam.
c. Quid illa altera,quæ dicitur cognata? s.hæc ergo eſt. c.quid ais?
s. Compoſito factum eſt,quo modo hanc amans habere poſſet
Sine dote. c.Di uoſtram fidem,quàm ſæpe forte temere
Eueniunt,quæ non audeas optare? offendi adueniens,
Qui cum uolebam,atq; ut uolebam,collocatam filiam·
Quod nos ambo opere maximo dabamus,ut fieret,operam,
Sine noſtra cura maxima ſua cura hæc ſola fecit.
s. Nunc quid facto eſt opus,uide·pater adoleſcentis uenit·
Eumq; animo iniquo hoc oppidò ferre aiunt. c.nihil pericli eſt.
Sed per deos atq; homines meam eſſe hanc,caue reſciſcat quiſquam.
s. Nemo ex me ſcibit. c.ſequere me·cætera intus audies. *Troch.*

AVdio uiolenter.] Quod Græci dicunt ἀγνῶς. Nam quæ hæc eſt anus.] ἀναπροφώνητον, ut,Nam quis te iuuenum confidentiſſime. Sed figura hæc apta commotis eſt aliqua re noua. A fratre.] Pro à domo fratris.ut,Iam proximus ardet Vcalegon. Egeſtas me impulit.] Venialis ſtatus. Interea uita ut in tuto foret.] Compenſatiua qualitas. Niſi me animus fallit,aut parũ oculi proſpiciunt.] Docte.nam uiſa,uel corporis,uel animi ſunt:hoc eſt rationis, uel ſenſus. Meum nomen.] *Iſtorſum* Mire ſuum nomen illa agnoſcit:hic diſſimulat. Paululum iſtorſum.] Nunc iſtorſum aduerbium eſt loci:aliàs nomen. Quem ſemper te eſſe dictitaſti.] Eſſe pro nominari, antiquorum more dixit. Concluſam hic habeo uxorem ſæuam.] Illaturus ſæuam,bene con- *Effutire* cluſam prætulit:ut ſi diceret,feram. Effutiretis.] Eloqueremini, euacuaretis.exinaniretis. ab eo quód eſt effundere.Translatio eſt à uaſe,futili nomine:quod patulo ore, fundo acuto inſtabile,nihil prorſus continet.unde futilis dicit eiuſmodi,ut nihil intra ſe contineat,& ſem- *Futilis* per inanis ſit. Ex ægritudine.] Infirmitate,ac morbo. Ex ægritudine miſerã mors con- *Aegritudo* ſecuta eſt.Bene moderatus eſt,ut neque nimis ægre ferat,neq; rurſum ἀπαθὴς ſit. Et hæc eſt οἰκονομία, ne in eadem urbe duæ uxores plus mali ex ſolicitudine afferant Chremeti, quàm ex alterius morte triſtitiæ. Neq; in comœdia poſſunt nimis miſerabiles mortes eſſe, ne res in tragœdiam tranſeat. Deſerta,egens,ignota.] Singula pronuntianda ſunt. argumenta *Compoſito* enim hæc ad uenialem ſtatum proferuntur. Compoſito factum eſt.] Sic ueteres: nos,ex *factum eſt* compoſito.ut,Compoſito rumpit uocem,& me deſtinat aræ. Quæ non audeas optare.] Pro,quæ non audeat quis.ut,Facile pro eunucho probes. Offendi adueniens.] Pro cum adueniſſem.ut,Ipſe nemus linquens patrium ſuaq; arua Latinus.Quia latina lingua deficit hac declinatione. Hæc ſola fecit.] Si hic legerimus,Antiphonem intelligimus: ſi Hæc, Sophronam. Sed per deos.] Adiurationis genus eſt.

ACTVS

ACTVS V. SCENA II

Iambici quadrati catalectici.

DEMIPHO. GETA.

D. NOSTRAPTE culpa id facimus,ut malos expediat eſſe,
Dum nimium dici nos bonos ſtudemus,& benignos·
Ità fugias, NE PRAETER CASAM, quod aiunt·nónne id ſat erat,
Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum eſt ultrò obiectum ei,
Vt ſit qui uiuat,dum aliquid aliud flagitij conficiat.
G. Planiſſume. D.his nunc præmium eſt qui recta praua faciunt.
G. Veriſſime. D.ut ſtultiſſimè quidem illi rem geſſerimus.
G. Modò ut hoc conſilio poſſit diſcedi,ut iſtam ducat.
D. Etiámne id dubium eſt? G.haud ſcio hercle,ut homo eſt, an mutet animũ.
D. Hem,mutet autem? G.neſcio·uerùm,ſi forte,dico.
D. Ità faciam,ut frater cenſuit·ut uxorem eius huc adducam,
Cum iſta ut loquatur.Geta abi·prænuntia hanc uenturam.
G. Argentum inuentum eſt Phædriæ·de iurgio ſiletur·
Prouiſum eſt ne in præſentia hæc hinc abeat·quid nunc porrò,
Quid fiet? in eodem luto hæſitas·†uorſuram ſoluis *al.uorſura*
Geta.præſens quod fuerat malum,in diem abijt:plagæ creſcunt.
Niſi proſpicis·nunc hinc domum ibo,ac Phanium edocebo,
Nequid uereatur Phormionem,aut eius orationem.

TAta fugias ne præter caſam.] Prouerbium, Ita fugito, ne præter caſam. Hoc eſt, ne prætereas caſam tuam,quæ ſit tibi tutiſſimum receptaculum. Aut ita fugias, ne præter caſam:ubi cuſtoditi magis, & prehendi fur, & mulctari uerberibus poteſt. Aut uerbum erat furem exagitantis, & interea prohibentis,ne ante caſam tranſeat: ne in prætereundo etiam inde aliquid rapiat. Queritur ſenex ſe dum auari infamiam fugeret,in ſtulti reprehenſionem incidiſſe. Dum aliud aliquid.] Ve tuſte. Modo ut hoc conſilio poſſit diſcedi,ut iſtam ducat.] Ne pœniteat dominum pecuniam dediſſe,terrorem ſeruus iniecit. Vorſura ſoluis.] Creditorem mutas. Vorſura ſoluis. Vorſuram facere dicitur, qui æs alienum ex ære alieno ſoluit. Dicitur etiam uorſuram facere,cum minore fœnore acceptam quis pecuniam,maiore occupat. Præſens quod fuerat malum in diem abijt,plagæ creſcunt.] ἀντιπροφορὰ. *Vorſura ſoluere* *Vorſuram facere*

ACTVS V. SCENA III

Iambici quadrati catalectici & acatalectici.

DEMIPHO. NAVSISTRATA MVLIER. CHREMES.

D. AGEDVM ut ſoles Nauſiſtrata,fac ut illa placetur nobis·
Vt ſua uoluntate,id quod eſt faciundum,faciat. N.faciam.
D. Pariter nunc opera me adiuues,ac dudum re opitulata es·
N. Factũ uolo·ac pol queo minus uiri culpa,q; me dignũ eſt.
D. Quid autem? N.quia pol mei patris bene parta indiligenter

Tutatur·nam ex his his prædijs talenta argenti bina
Statim capiebat·hem,uir uiro quid præstat? D.bina quæso?
N. Ac rebus uilioribus multò,tamen duo talenta. D.hui.
N. Quid hæc uidentur? D.scilicet. N.uirum me natam uellem·
Ego ostenderem. D.certò scio. N.quo pacto. D.parce sodes,
Vt possis cum illa·ne te adolescens mulier defatiget.
Iamb.quad. acat. N.Faciam ut iubes·sed meum uirum abs te exire uideo. C.hem Demipho,
Iam illi datum est argentum? D.curaui ilico. C.nollem datum·
Hei,uideo uxorem·penè plusquàm sat erat. D.cur nolles Chremes?
al.quid C.Iam rectè. D.†quin tu? ecquid locutus cum ista es,quamobrem hanc
ducimus?
al.qui C.Transegi. D.quid ait tandem? C.adduci non potest. D.† quid non
potest?
C. Quia uterq; utriq; est cordi. D.quid istuc nostra? C.magni· præter hæc,
Cognatam comperi esse nobis. D.quid deliras? C.sic erit·
Non temere dico·redi mecum in memoriam. D.satin' sanus est?
N. Hau,obsecro†uide,ne in cognatam pecces. D. non est. C.ne nega· *al.caue*
Patris nomen aliud dictum est·hoc tu errasti. D.non norat patrem?
C. Norat. D.cur aliud dixit? C.nunquámne hodie concedes mihi,
Neq; intelliges? D.si tu nihil narres. C.pergis? N.miror quid hoc siet.
D. Equidem hercle nescio. C.uin' scire? at ita me seruet Iupiter,
al.homo Vt propior illi,quàm ego sum,ac tu,†nemo est. D.Di uostram fidem·
nemo Eamus ad ipsam unà omnes·nos aut scire,aut nescire hoc uolo· C.ah.
al.parum D.Quid id est? C.itáne† paruam mihi fidem esse apud te? D.uin' me
credere?
Vin' satis quæsitum mihi istuc esse? age fiat·quid,illa filia
Amici nostri,quid futurum est? C.rectè. D.hanc igitur mittimus?
C. Quid ni? D.illa maneat? C.sic. D.ire igitur tibi licet Nausistrata.
N. Sic pol commodius esse in omneis arbitror,quàm ut cœperas,
Manere hanc·nam perliberalis uisa est,cum uidi,mihi.
D. Quid istuc negoti est? C.iámne operuit ostium? D.iam. C.ó Iupiter,
Di nos respiciunt·gnatam inuêni nuptam cum tuo filio. D.hem,
Quo pacto id potuit? C.non satis tutus est ad narrandum hic locus.
D. At tu intrò abi. C.heus,ne filȝ nostri quidem hoc rescisant uolo.

Statim AGédum ut soles Nausistrata.] Diuitis uxoris de marito licentius conquerentis hæc allocutio est,cum dispositione futurarum turbarum. Ac dudum re opitulata est. Suprà enim dixerat Chremes, Id sumam: uxori tibi opus esse dixero. Statim capiebat.] Statim,perpetuo,æqualiter,& quasi uno statu. Plautus, Ita statim stant signa. Vin' satis quæsitum.] Hoc totum pro una persona quidam legunt. Filia amici nostri?] Hoc est tua. Commodius esse in omnes.] Et circa illum qui duxit,& circa illam quæ ducta est,& circa te socerum. Perliberalis uisa est, cum uidi, mihi.] Ordo est,perliberalis uisa est mihi.

ACTVS V. SCENA IIII

Iambici quadrati catalectici.

ANTIPHO

LAETVS sum,utut meæ res sese habent,fratri obtigisse quod uolt.
Quàm scitum est eiusmodi parare animo cupiditates:
Quas,cum res aduersæ sient,paulo mederi possis?
Hic simul argentum repperit,cura sese expediuit:
Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis,
Quin si hoc celetur,in metu: sin patefit,in probro siem.
Neq; me domum nunc reciperem,ni mihi esset spes ostensa
Huiusce habendæ.sed ubinam Getam inuenire possum.
Vt rogem, quod tempus conueniendi patris me capere iubeat?

LAetus sum.] Antiphonis persona est. Parare animo.] Venustè additum est,animo. Ennius in sexto, Sed quid ego hic animo lamentor? Cum res aduersæ sint.] Cum desideratæ fuerint. id est,cum harum penuria fuerit. In probro siem.] Apud patrem scilicet. Si hoc celetur,in metu.] ἀναπόλυδον quartum. Nam cum præposuisset, Si hoc celetur: intulit, Sin patefit.

ACTVS V SCENA V

Iambici quadrati acatalectici.

PHORMIO. ANTIPHO.

P. ARGENTVM accepi·tradidi lenoni·abduxi mulierem·
Curaui propria ea Phædria ut potiretur· nã emissa est manu.
Nunc una res restat mihi, quæ etiam conficiunda,otium
A senibus ad potãdum ut habeã· nam aliquot hos sumã dies.
A. Sed Phormio est·quid ais? P.quid? A.quidnam nunc facturus Phædria?
Quo pacto satietatem amoris ait se uelle sumere?
P. Vicissim parteis tuas acturus est. A.quas? P.ut fugitet patrem·
Te suam rogauit rursum ut ageres: caussam ut pro se diceres·
Nam potaturus est apud me·ego me ire senibus Sunium
Dicam·ad mercatum,ancillulam emptum, quam dudum dixit Geta·
Ne,cum hic non uideant me,conficere credant argentum suum.
Sed ostium concrepuit abs te. A.uide quis egrediatur. P. Geta est.

ARgentum accepi.] Iactantia hic inducitur Phormionis: & quasi omnis * proueniſſe lætetur. Propria ea Phædria.] Virgilius, Connubio iungam stabili,propriamq; dicabo. Vicissim partes tuas acturus est.] Secundum illud quod dictum est, Tradunt operas mutuas. Te suam rogauit rursum ut ageres.] Partem iterum subaudiamus. & est ζυγμα à superiore.

ACTVS V. SCENA VI

Trochaici octonarij catalectici.

GETA. ANTIPHO. PHORMIO

G. FORTVNA, ó fors fortuna quantis commoditatibus,
Quàm subito hero meo Antiphoni ope uestra hunc onera-
stis diem?
A. Quidnã hic sibi uolt? G. nosq; amicos eius exoneraſtis metu,
Sed ego nunc mihi ceſſo, qui non humerum hunc onero pallio·
Atq; hominem propero inuenire: ut hæc quæ contigerint, sciat?
A. Num tu intelligis quid hic narret? P. num tu? A. nihil. P. tantundem ego.
G. Ad lenonem hinc ire pergam· ibi nunc sunt. A. heus Geta. G. hem tibi·
Num mirum, aut nouum est reuocari, cursum cum instituerís? A. Geta.
G. Pergit hercle· tu nunquam tuo odio uinces me. A. non manes?
G. Vapulabis. A. id tibi quidem iam fiet, nisi resistis, uerbero.
G. Familiariorem oportet esse hunc, qui minitatur malum·
Sed is ne est, quem quæro, an non? ipsus est. P. congredere actutum.
A. quid est?
G. Omnium, quantum est, qui uiuant, hominum homo honoratissime·
Nam sine controuersia à Dis solus diligere Antipho.
A. Ità uelim· sed quî istuc credam ita esse, mihi dici uelim.
G. Satin' est, si te delibutum gaudio reddo? A. enicas.
P. Quin tu hinc pollicitationes aufer· & quod fers, cedó. G. oh,
Tũ quoq; hic aderas Phormio? P. aderam· sed cessas? G. accipe, hem
Vt modò argentum tibi dedimus apud forum, rectà domum
Sumus profecti· interea mittit herus me ad uxorem tuam.
A. Quamobrem? G. omitto proloqui· nam nihil ad hanc rem est Antipho.
Vbi in gynæceum ire occipio, puer ad me accurrit Mida·
Ponè apprehendit pallio· resupinat, respicio· rogo
Quamobrem retineat me· ait esse uetitum intrò ad heram accedere.
Sophrona modo fratrem huc inquit senis introduxit Chremem,
Eumq; nunc esse intus cum illis. hoc ubi ego audiui, ad fores
Suspenso gradu placidè ire perrexi· accessi· astiti·
Animam compressi· aurem admoui· ità animum cœpi attendere,
Hoc modo sermonem captans. A. euge Geta. G. hic pulcherrimum
Facinus audiui· itaq; penè hercle exclamaui gaudio.
P. Quod? G. quod nam arbitrare? A. nescio. G. atqui mirificissimum·
Patruus tuus est pater inuentus Phanio uxori tuæ. A. hem
Quid ais? G. cum eius consueuit olim matre in Lemno clanculum.
P. Somnium· uti ne hæc ignoraret suum patrem? G. aliquid credito
Phormio esse causſæ· sed me censen' potuisse omnia

Intellegere

Intellegere extra ostium, intus quæ inter sese ipsi egerint?
P. Atq; hercle ego quoq; illam audiui fabulam. G. imò etiam dabo
Quo magis credas· patruus interea inde huc egreditur foras·
Haud multò post cum patre idem recipit se intrò denuo·
Ait uterq; tibi potestatem eius habendæ se dare·
Deniq; ego sum missus, te ut requirerem, atq; adducerem. A. hem
Quin ergo? rape me· quid cessas? G. fecero. A. ó mi Phormio
Vale. P. uale Antipho· bene, ità me Di ament, factum· gaudeo.

Fors fortuna.] Fortuna dicta est incerta res. fors fortuna euentus fortunæ bonus. Fors fortuna. Aliud fortuna est, aliud fors fortuna. nam fors fortuna, est cuius diem festũ colunt, qui sine arte aliqua uiuunt. huius ædes trans Tyberim est. Hunc onero pallio.] Recte: quia palliata fabula est, non togata. Pergit hercle.] Potest distingui hic, pergit: & coniuncte legi, hercle tu nunquam odio tuo me uinces. Id tibi quidem iam fiet.] Id quod sibi dici audiuit, minitatur. Et est conueniens error festinanti. Sine controuersia.] Sine ambiguitate. Si te delibutum gaudio reddo.] Ad animum transtulit, quod est corporis. Nam delibutus, unctus dicitur. Vt modo argentum.] Vide narrationem cœptam unde opus est. Mittit herus me ad uxorem tuam.] Conuersus ad Antiphonem hoc dicit. Pulcherrimum facinus audiui.] Huiusmodi locos Poetæ actoribus indulgent: quod in his actoris est commendatio. Patruus tuus pater est inuentus Phanio uxori tuæ.] Vt Sallustius in primo, Liberis eius auunculus erat.
Atq; hercle ego quoq; illam audiui fabulam.] Plautus in milite glorioso, Nam hoc cognomentum Poetæ esse audiui barbaro.

Fortuna
Fors fortuna
Delibutus

ACTVS V. SCENA VII

PHORMIO

TANTAM fortunam de improuiso esse his datam? *Senarij*
Summa eludendi occasio est mihi nunc senes,
Et Phædriæ curam adimere argentariam,
Ne cuiquam suorum æqualium supplex siet.
Nam idem hoc argentum ita ut ingratis est datum,
His datum erit· hoc qui cogam, re ipsa repperi.
Nunc gestus mihi, uoltusq; est capiundus nouus.
Sed hinc concedam in angiportum hoc proximum·
Inde hisce ostendam me, ubi erunt egressi foras·
Quò me assimularam ire ad mercatum, non eo.

Curam adimere argentariam.] Varie, pro adimendi occasio est.

ACTVS V. SCENA VIII

DEMIPHO. PHORMIO. CHREMES

D. DIS magnas meritò gratias habeo, atq; ago· *Senarij*
Quando euenére hæc nobis frater prosperé.
Quantùm potest, nunc conueniundus Phormio est,
Prius quàm dilapidet nostras triginta minas,
Vt auferamus. P. Demiphonem si domi est
Visam, ut quod. D. at nos ad te ibamus Phormio,

De eadem

P. De eadem hac fortaſſe cauſſa? D. ità hercle. P. credidi.
Quid ad me ibatis? ridiculum an uerebamini,
Ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel?
Heus heus, quanta hæc mea paupertas eſt: tamen
Adhuc curaui unum hoc quidem, ut mihi eſſet fides.
C. Eſt'ne ea ita, ut dixi, liberalis? D. oppidó.
P. Itaq; ad uos uenio nuntiatum Demipho,
Paratum me eſſe. ubi uoltis, uxorem date.
Nam omnes poſthabui mihi res, ità uti par fuit,
Poſtquàm tantopere id uos uelle animum aduorteram.
D. At hic dehortatus eſt me, ne illam tibi darem.
Nam qui erit rumor populi inquit, ſi id feceris?
Olim cum honeſtè potuit, tum non eſt data.
Nunc uiduam extrudi turpe eſt. fermè eadem omnia,
Quæ tute dudum coràm me incuſaueras.
P. Satin' ſuperbè illuditis me? D. quí? P. rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere.
Nam quo redibo ore ad eam, quam contempſerim?
C. Tum autem Antiphonem uideo ab ſeſe amittere
Inuitum eam inque. D. tum autem uideo filium
Inuitum ſanè mulierem ab ſe amittere.
Sed tranſi ſodes ad forum, atq; illud mihi
Argentum iube rurſum reſcribi Phormio.
P. Quod? næ ego perſcripſi porrò illis, quibus debui.
D. Quid igitur fiet? P. ſi uis mihi uxorem dare,
Quam deſpondiſti, ducam. ſin eſt, ut uelis
Manere illam apud te: dos hic maneat Demipho.
Nam non eſt æquum me propter uos decipi.
Cum ego ueſtri honoris cauſſa repudium alteri
Remiſerim, quæ tantundem dotis dabat.
D. I hinc in malam rem cum iſtac magnificentia
Fugitiue etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeó? P. irritor. D. túne hanc duceres,
Si tibi data eſſet? P. fac periculum. D. ut filius
Cum illa habitet apud te hoc ueſtrum conſilium fuit.
P. Quæſo quid narras? D. quin tu mihi argentum cedó.
P. Imò uerò, tu uxorem cedò. D. in ius ambula.
P. In ius? enimuerò ſi porrò eſſe odioſi pergitis.
D. Quid facies? P. egóne? uos me indotatis modò
Patrocinari fortaſſe arbitramini.
Etiam dotatis ſoleo. C. quid id noſtra? P. nihil.

Hic quandam noram, cuius uir uxorem. C. hem. D. quid eſt?
P. Lemni habuit aliam. C. nullus ſum. P. ex qua filiam
Suſcepit & eam clàm educat. C. ſepultus ſum.
P. Hæc adeò ego illi iam denarrabo. C. obſecro,
Ne facias. P. oh túne is eras? D. ut ludos facit.
C. Miſſum te facimus. P. fabulæ. C. quid uis tibi?
Argentum quod habes? condonamus te. P. audio.
Quid uos (malùm) ergo me ſic ludificamini,
Inepti ueſtra puerili ſententia?
Nolo, uolo: uolo nolo rurſum cedò, cape.
Quod dictum, indictum eſt: quod modo erat ratum, irritum eſt.
C. Quo pacto, aut unde hæc hic reſciuit? D. neſcio,
Niſi me dixiſſe nemini id certò ſcio.
C. Monſtri, ità me Di ament, ſimile. P. inieci ſcrupulum. D. hem,
Hicine ut à nobis hoc tantum argenti auferat
Tam aperte irridens? emori hercle ſatius eſt.
Animo uirili præſentiq; ut ſis, para.
Vides tuum peccatum eſſe elatum foras,
Neq; iam id celare poſſe te uxorem tuam:
Nunc quod ipſa ex alijs auditura ſit Chreme,
Id noſmet indicare placabilius eſt.
Tum hunc impuratum poterimus noſtro modo
Vlciſci. P. atat, niſi mihi proſpicio, hæreo.
Hi gladiatorio animo ad me adfectant uiam.
C. At uereor, ut placari poſſit. D. bono animo es.
Ego redigam uos in gratiam, hoc fretus, Chreme,
Cum de medio exceſſit unde hæc ſuſcepta eſt tibi.
P. Itá ne agitis mecum? ſatis aſtutè aggredimini.
Non hercle ex re iſtius me inſtigaſti Demipho.
An tu, ubi peregre tibi quod libitum fuerit feceris,
Neq; huius ſis ueritus fœminæ primariæ,
Quin tu nouo modo ei faceres contumelias:
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?
Hiſce ego dictis illam ita tibi incenſam dabo,
Vt ne reſtingas, lacrumis ſi extillaueris.
D. Malum, quod iſti Dij, deæq; omnes duint.
Tantáne affectum hominem quenquam eſſe audacia?
Nónne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier
In ſolas terras? C. in id redactus ſum loci,
Vt quid agam cum illo, neſciam prorſus. D. ego ſcio.
In ius eamus. P. in ius? huc, ſi quid lubet.

D. Assequere ac retine,dum huc seruos euoco.
C. Etenim nequeo solus.accurre huc. P.una iniuria est
Tecum. D.lege agito ergo. P.altera est tecum Chreme.
D. Rape hunc. P.it ane agitis? enimuerò uoce est opus·
Nausistrata exi. C.os opprime. D.impurum uide.
Quantum ualet. P.Nausistrata inquam. C.non taces?
P. Taceam? C.nisi sequitur,pugnos in uentrem ingere.
P. Vel oculum † exculpe,est ubi uos ulciscar,locus. *al.excludè*

Dilapidare PRius quàm dilapidet.] Disperdat. Visam,ut quod.] ἀναστώσησις secunda. Ne non id facerem,quod recepissem semel.] Et deest,Ad me:ut in Heautont. Ad me recipio:faciet. Adhuc curaui.] Τὸ ἀρχαϊσμῷ addidit Adhuc:cum potuisset sine hoc integer sensus esse. Quæ tute dudũ coram me incusaueras.] Noua locutio,coram me incusaueras:non,quæ hic incusaueras. Coram me incusaueras.Belle:ut si quid neget,contra seipsum sentire uideatur. Satin superbe illudi-
Illudo tis me?] Et datiuum,& accusatiuum casum regit illudo. Rursum iube rescribi Phormio.]
Rescribere Rescribi,reddi,seu per mensæ scripturam dari. Iube rescribi. Quoniam ad numerationem pecuniæ,antecedit scriptura:rescribere dicebant pro renumerare.Et sic infert,Næ ego perscripsi porro illis quibus debui.Hæc est ergo figura,in qua secũda de primis significantiam sumunt. Iube rescribi.Per scripturam,id est de mensæ scriptura dari.unde hodie additur chirographus,Domo ex arca sua:uel ex mẽsæ scriptura. Næ ego perscripsi.] Multis per scripturam reddidi,multis dedi.ut apud Virgilium , Deditur hic subito Troiana per agmina rumor. Quin tu mihi argentum cedo.] Hoc ab utroq; cum clamore dici accipiendum est. In ius ambula.] Ad iudicem eamus scilicet.nam ius,pro loco est. Cicero.
Ius Quin te in iure conspicio. Enimuero si porrò odiosi esse pergitis.] Vultu iuuandum est,& pronuntiatione hoc quod tam minaciter suspenditur. Enimuerò.Enimuerò,principium est aliquid per iracũdiam dicturi:ut,Hic tum alius ex alia parte. Enimuerò hoc ferret,&c.
Condonamus te.] Cõdono ablatiuo iunxit,ut in eunucho,Habeo alia multa,quæ nunc condonabitur. Indotatis.Hoc est,ut Phanio. Etiam dotatis soleo.] Vt Nausistratæ.
Condono Nullus sum.] Perij,mortuus sum. Sepultus sum.] ἀνάχυσις. nam plus est, quàm nullus sum. Quid uis tibi?argentum quod habes?condonamus te.] Vis iterum subaudiendum
Sepultus sum est:ut sit,uis argentum quod habes?& est ἀσυνδέτως inferendum,Condonamus te. Sic est illud apud Virgilium, Vultis & his mecum pariter cõsidere regnis?Vrbem quam statuo:uestra est. Malum,ergo sic me,&c.] Malum,aduerbium est interpositæ indignationis. No-
Malum lo,uolo:uolo nolo rursum.] Primo,singula separatim:deinde simul utraque pronuntianda sunt. Animo uirili.] A necessario adhortatur. Nostro modo ulciscí.] Ingenio scilicet.
Hi gladiatorio animo.] Parato ad periculum:hoc est,ita perdito,ac temerario,ut non sibi
Modo nostro caueant,dummodo uulnerent.ut Sallustius,Auidius alter alterum sauciare quàm semet te
Gladiatorius gere. Ad me affectant uiam.] Affectant uiam,plenum:quod nos ἐλλειπτικῶς. Vt placari
animus possit.] Vt,pro ne non. Cum de medio excessit.] Pro quia. De medio excessit,& ad dictum,& ad rationem dicti,comicum est. Astute aggredimini.] εἰρωνικῶς. Et proprie aggredi accedere ad dimicandum est.Bene ergo seruauit trãslationem à gladiatoribus cœptam.
Ain' tu?ubi peregre.] Modo ad Chremetem cum inuectione conuersus est. Lautũ pec-
Lautum pecatum catum tuum.] Vt laues,ut maculam. Lachrymis si extillaueris.] Stillare est guttas emitte
Stillare re ex corpore.Extillare:ipsum corpus guttatim finiri. Ergo quasi totum in lachrymas con-
Extillare uerti,& ex toto stillare corpore. Publicitus.Id est, publica cura atq; consilio. In solas
Publicitus terras?] Virg.Pastorum & solis exegit montibus æuum.Et Sallustius in primo.Solis uijs. In ius eamus.] Ad prætoris sellam.modo enim,locum significat. In ius?huc si quid lubet.] Apparet parasitum niti ad domũ Chremetis:senes uerò ad forum conari attrahere.
Etenim solus.] Etenim pro At posuit:ut turbatum ostenderet.Sic alibi, Etenim nõ sinã.
Etenim Vna iniuria est.] Id est actio iniuriarum ex lege. Altera.] Quam fecisti dotatæ uxori.
Lege agito Lege agito ergo.] Lege agito dicebatur ei,cuius intentio contemptibilis aduersario uidebatur.Plautus in Aulularia,Lege agito,ei cœnam coque. Pugnos in uentrem ingere.] Vr
Venter bane in uentrem,quasi parasito.An uentrẽ,totũ parasitũ dicit:ut Lucilius in secundo,Viui te lurcones,comedones,uiuite uentres.An simpliciter,quia qui resistit, ne sequaẽ trahẽtem collo obtorto,repandũ se facit:& uentrẽ proijcit.cũ autẽ in uẽtre feritur:curuatur, & sequiẽ.

ACTVS V. SCENA IX

Senarij trochaici,octonarij catalectici.

NAVSISTRATA. CHREMES. PHORMIO. DEMIPHO.

N. QVIS nominat me? C.hem. N.quid istuc turbæ est obsecro
Mi uir? P.hem,quid nunc obticuisti? N.quis hic homo est?
Non mihi respondes? P.hicine ut tibi respondeat,
Qui hercle ubi sit,nescit? C.caue isti quidquam credas.
P. Abi·tange·si non totus friget,me enica. *Abi corripit*
C. Nihil est. N.quid ergo est?quid istic narrat? P.iam scies·
Auscultа. C.Pergin'credere? N.quid ego obsecro
Huic credam,qui nihil dixit? P.delirat miser
Timore. N.non pol temere est,quòd tu tam times.
C. Egóne timeo? P.rectè sanè·quandò nihil times,
Et hoc nihil est,quod ego dico:tu narra. D.scelus
Tibi narret? P.ehò tu, factum est abs te sedulò
Pro fratre. N.mi uir non mihi narras? C.at. N.quid at?
C. Non opus est dicto. P.tibi quidem·at scito huic opus est.
In Lemno. C.hem quid ais? D.non taces? P.clam te. C.hei mihi.
P. Vxorem duxit. N.mi homo,Di melius duint·
P. Sic factum est. N.perij misera. P.& inde filiam
Suscepit iam unam,dum tu dormis. C.quid agimus?
N. Prò Di immortales,facinus indignum,& malum.
P. Hoc actum est. N.an quidquam hodie est factum indignius?
Qui mihi, ubi ad uxores uentum est,tum fiunt senes.
Dem ipho te appello·nam me cum hoc ipso distædet loqui· *Troch.octon.*
Hæcine erant itiones crebræ,& mansiones diutinæ *catalect.*
Lemni? hæcine erat,quæ nostros fructus minuebat uilitas?
D. Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritam non nego:
Sed eam,quæ sit ignoscenda. P.VERBA FIVNT MORTVO.
D. Nam neq; neglegentia tua,neq; id odio fecit tuo.
Vinolentus,ferè ab hinc annos quindecim,mulierculam
Eam compressit,unde hæc nata est·neq; pòst illam unquam attigit.
Ea mortem obijt·è medio abijt·qui fit in hac re scrupulus?
Quamobrem te oro,ut alia tua facta sunt,æquo animo hoc feras.
N. Quid ego æquo animo? cupio misera in hac re iam defungier·
Sed quid sperem? ætate porrò minus peccaturum putem?
Iam tum erat senex,senectus si uerecundos facit·
An mea forma,atq; ætas nunc magis expetenda est,Demipho?
Quid mihi nunc affers, quamobrẽ expectem, aut sperem porrò nunc fore?

P. Exequias Chremeti quibus eſt commodum, ire iam tempus eſt.
Sic dabo age nunc, age, Phormionem qui uolet, laceſſito.
Faxo tali eum mactatum, atq; hic eſt infortunio,
Redeat ſanè in gratiam iam ſupplicij ſatis eſt mihi.
Habet hæc, ei quod, dum uiuat, uſquè ad aurem obganniat.
N. At meo marito credo? quid ego nunc commemorem Demipho
Singillatim qualis in iſtum fuerim? D. noui æquè omnia
Tecum. N. meritóne hoc meo uidetur factum? D. minime gentium.
Verum quandò iam accuſando fieri infectum non poteſt,
Ignoſce orat confitetur purgat quid uis amplius?
P. Enimuerò prius quàm hæc dat ueniam, mihi proſpiciam & Phædriæ.
Heus Nauſiſtrata prius quàm huic reſpondes temerè, audi. N. quid eſt?
P. Ego minas triginta per fallaciam ab illo abſtuli.
Eas dedi tuo gnato is pro ſua amica lenoni dedit.
C. Hem, quid ais? N. adeóne hoc indignum tibi uidetur, filius
Homo adoleſcens ſi habet unam amicam, tu uxores duas?
Nihil pudere? quo ore illum obiurgabis? reſponde mihi.
D. Faciet, ut uoles. N. imò ut iam ſcias meam ſententiam,
Neq; ego ignoſco, neq; promitto quidquam neq; reſpondeo,
Prius, quàm gnatum uideo eius iudicio permitto omnia.
Quod is iubebit, faciam. P. mulier ſapiens es Nauſiſtrata.
N. Satis tibi eſt? P. imò uerò pulchre diſcedo, & probe,
Et præter ſpem. N. tuum nomen dic quod eſt. P. mihi ne?
Phormio, ueſtræ familiæ hercle amicus, & tuo ſummus Phædriæ.
N. Phormio, at ego ecaſtor poſthac tibi quod potero, & quæ uoles
Faciamq;, & dicam. P. benignè dicis. N. pol meritum eſt tuum.
P. Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam Nauſiſtrata?
Et quo tuo uiro oculi doleant? N. cupio. P. me ad cœnam uoca.
N. Pol uerò uoco. D. eamus intro hinc. N. fiat ſed ubi eſt Phædria
Iudex uoſter? P. iam hic faxo aderit. Vos ualete, & plaudite.

CVRA CALLIOPIVS RECENSVI.

Deliratio Timor Mi homo

QVis nominat me?] Hic uelut controuerſia eſt: in qua reus ſit maritus malæ tractationis: & eſt ſtatus qualitatis uenialis. Delirat miſer timore.] Grauiter utrunq; & delirat, & timore. nam deliratio, ſenectuti conuenit: timor, conſcientiæ. Mi homo, Diſ melius diunt.] Quærit Probus, an matrona tam familiariter Mi homo recte dicat alieno. ſed fruſtra. nam fœminarū oratio, etſi non blanditur, blandà eſt. Quid agimus?] Facete dictum. Qui mihi.] Eleganter inſertum Mihi. ut in Heautont. Is mihi ubi adbibit plus paulo, ſua quæ narrat facinora? Ad uxores uentum eſt, tum fiunt ſenes.] Eleganter fieri dixit. Et generaliter inuidioſius quàm ſi unum accuſaret ſenem. Ego Nauſiſtrata.] Qualitas uenialis à cōceſſione. Verba fiunt mortuo.] Non eſt paſſus paraſitus, ut totam ſententiam ſenex explicaret. Nam neque negligentia tua, neque odio id fecit tuō.] Locus in hac cauſſa principalis eſt, ἀπὸ τῆς συνοίας, & ideo in duo diuiſit, nec negligentia circa te, nec odio inquit factum. Præterea & πειρατόσεως addidit defenſionem; Vinolentus, ferè abhinc annos quindecim, mulierculam, & cætera. ab ætate eius, à tem-

à tempore criminis, à diminutione contemptuq; pellicis, ab euentu, ab animo facientis: quòd mortua eſt. Poſtremo & à precibus ἠπίλογον fecit admonens illam oratorie manſuetudinis ſuæ. Vinolentus. Ab imprudentia defenſio. Ab hinc annos quindecim.] A tempore defenſio. Eam compreſſit] Bene dixit compreſſit: quod interdū eſt nō amoris, ſed iniuriæ. Neq; pòſt illam unquam attigit.] Ita facti pœnituit. Hic locus ἀπὸ τῆς ὑπεβάσεως eſt, id eſt ab eo quod futurū ſit. facilius enim ignoſcitur non ultra peccaturis. Defungier.] Defungi, deſinere. Ætate porrò minus peccaturum putem?] Quia dixit, Abhinc annos quindecim. Senectus ſi uerecundos facit.] Modeſte & grauiter. Quid mihi nunc affers?] Callidius uſa eſt adultimum πάσματι conuerſo ad ipſum defenſorem mariti, de qua ui contradictionis exultat paraſitus, tanquam confecto mortuoq; aduerſario ſuo. Exequias Chremeti.] Bono ordine. primo, delirat miſer timore: pòſt, uerba fiunt mortuo: ad ultimum, exequias Chremeti. delirat, moritur, effertur. Age nunc age. Phormionem qui uolet laceſſito.] Virg. Degeneremq; Neoptolemum narrare memento. Faxo tali eum mactatum.] Pro eo quod eſt eum * ſic frequenter ueteres. Ennius, Omnes corde patrem præbent, animoq; benigno Circumfuſum. Ignoſce. orat. confitetur. purgat.] Verba uenialis ſtatus ſunt, ignoſce, confitetur. Tu tuum nomen dic.] Bene Tu pronomine utitur: quia non habet nomen. Nam potentiorum blandimentum circa inferiores hoc fuit, ut nomina eorū quærerent: & cum audiſſent, ipſis nominibus eos compellarent ſtatim. Tale eſt in Adelphis, Qui uocare? Geta, hominem maximi precij, &c. Veſtræ familiæ amicus.] Hoc propter Antiphonis amicitiam dixit. Et tuo ſummus Phædriæ.] Amicus, iterum ſubaudiendum. Me ad cœnam uoca.] Facete ex perſona paraſiti ca, beneficij optio facta eſt, quod promiſerat mulier. Sed ubi eſt Phædria iudex noſter?] Bene iudex: ad illum enim mulieris delata ſententia eſt: ut cum ita agitur, tuta ſint marito omnia. Et per εἰρωνίαν ridicule dicitur ab ea quæ irata erat. Iudex noſter. Nihil facetius, quàm iudicem capi aduerſus crimen uoluptatis paternæ & amatorem filium, & fratrem Antiphonem, cui nubet furtiua filia. Iudex noſter. Terribilis ſcilicet cenſor paternarum delitiarum. Videsigitur hic omnino ſublatam uxoris iracundiam.*

COMMENTARIORVM AELII DONATI, CORNVTI, ET ASPERI IN P. TERENTII COMOEDIAS OMNES, PRAETER HEAVTONTIMORVMENON FINIS.

INDEX OMNIVM QVAE IN HISCE TERENTII COMMENTARIIS OBSERVATIONE DIGNA NOTANTVR

AMe 257
Ab illo est 36
ab re 157. 289
ab studio studuit 334
abducere 83.229.245
abduci 99.18.323
abi 254
abite 250
abigo 230
abactores ibidem
abligurio 90
abradere & corradere 158
abradi 359
absoluere 220
absq; fores 315
abstemius 18
abstraho 269
abest 62
absente nobis 118
absurdum 229
abundare 346
abuti 2.366
Accerso 114
accersi 322
accidit & obtigit 354
accidere 31
accidere ad genua 298
accingor 148.359
accipio 83.149
acta res 366
actum agere 216
actum est 36
acyrologia 150
Ad 289
ad Dianæ 242
ad exemplum 282
ad me 245
ad se redire 46.258
ad te 327
adagia adagiones 103
adduci 322
aditus, adire 42
adesse 3.342
adesse causæ 363
adhuc 38
adiungere 265
adiuro 289
adiuto 201
adiuta eis onera 296
adiutor 192.268
adiuuare 265
adlegare 64
admittere 126.194.230
admodum 44.304.358
adoriri 49.230
adornare 114
adsolet 38
adstringere fidem 82
aduentus 91,329
aduenti genitiuus 345
aduerto 289
aduerte animum 2
aduersum, aduersus 8.21
aduersum ire 203
aduersatores 203
Aedepol 168
æger 15,90.158
ægre est 346
ægritudo 378
ægrotus 15.158
æquum bonum 204
æqualis 34
æquanimitas 334
æquè quicquã nunc quidem 34
æquitas & ius 240
ærumna aduersa 354
æstimo & existimo 166
ætas 124
ætatem aduerbium 322
Affectare 166
affectus participiũ 294
affectus nomen ibidem
affinis 266
affinis & cognatus 193
Age 44, 81.215
agere 225.280.319
ager 230
agi fabula quando dicatur. 154
agere se 52
agere ruri 230
agitare 183,280
Ain 64.196
aio 28
ait 91.365
aiunt 26.366
Alacris, alacritas 96
alià 279
aliàs ibidem
alias res agere 98
alius 15
alij, & reliqui 129
alienus 282
aliorsum 81
aliquis 245
aliter 2
alligat se furti 131
alligari ad aliquid 259
alter 10
altercor, non alterco 49
alumnus 335
Ambitio 29
amâbo interiectio 119
amare & desyderare 85
amans & amator 10
amoris quinq; lineæ 99
amator 55.83
amicus ibidem
amutto & dimitto 173
amittere 366
amoliri 52
amouere 240
ἀναδίπλωσις figura 261
ἀνακόλουθον 60
Angiportus & angiportum 135.242
animus gladiatorius 386
animũ inducere 280.290
animo male est 248
animus omissus 194
animo præsenti 126
animum recipere 225
anime mi 169
animam debet 375
annuntio 240
anteceßit 370
antehac 15
anteuertere 124
anuis 166
ἄνω κάτω 293
Apagesis 126
aperite aliquis 245
aperire se 48
ἀποσιώπησις & eius species 57
apud Antiphonem 135
apud se esse 32
apud se non esse 67
apparare 51,158
appellare 2,34
applicare 67
apprime 288
Arbiter 153.173
arbitrari 82
argumentum 2
arrabon 177
arridere 90.262
arrigere aures 67
ars 7
Asinus 265
asper 172
asperitas 15
aspernari 364
assentari 220
asserere manu & assertores 213
assis 535
astu 138
astutia 55
asymbolus 360
At 49
at uero 232
atat 12
atq; 17
atquin 282
Attellana fabula 201
ἀτενὲς 248
attendo 289
attentior 259
attica eloquentia 150
attici ibidem
attingere & tãgere 212
Au 56
audacia 166
audio pro sentio uel intelligo 279
auello 110
aufer 266
aufero 7
ausim 136
autor 266
autoritatem defugere 100.
autumare 153
ἀυτὸς 300
αὕτως 14
ἀφίωμαι 8
Babylo 264
Βάσις 82
basium 106
Bellaria 242
bellißimum ibidem
bene 12
bene audire 334
bene facis 85
bene plaustrum perculit 99
beneuolus 323
benigne 324
benignitas 84
Biduum 85
Bolus 180
bonus 234
bona uenia 565
bona uerba quæso 16
bonæ felicitates 97
bonitas 334
boues egregij 276
boues mutili ibidem
CAdaueroſa facies 301
καινόζηλον 123
cadere spe 33
cæca testimonia 67
cæsius 301
calamitas 78.272
calces 540
calleo 175
callidus 231
canis 130
canes proprie irritari 44.220
capere 564
capere arbitrum 309
capere generum ibidem
captus est 10
captus seruorum 235
caprificus 242
caput 35.218
caput festiuum, caput ridiculum 218
caput demulcere 186
caro 187.301
carnifices 301
carnifex 15.187
carum 360
carpo 242
Cato unde dictus 62
catus ibidem
cautio est 31
causſa 317
causſa liberalis 213
causſa pro occasione 143
causſam orare 356
Cedo 30.54
celo 283
cella 240
cellarium ibidem
censere 87
censores ibidem
certare 334
certamẽ & certatio 215
certe 2
certum esse, & credere 131
ceruix 167
cessare 102.171
cetarij 91
Cibus & uictus 10
circuitio 16
circunspicio 249
circumuallare 224
citharistria 342
Clam me habet 318
claudit, pro claudum est 97
clemens 203.261
clemens seruitus 7
clementia, & facilitas 179
clientela 147
Coactores 158
cocus, coquus 231
cœlebs 203
cœna dubia 360
cœp 275
cogitare 203
cogitatio orationis est 203
cognoscere 138.282
cognosci fabulam 273
cognatus & affinis 193
cogo 288
cogere & coactores 158
coire 110.360
colaphus 213
collacrimare 11
colloquium 106
collocare 114
colere 226.265
color uerus 96
Columellæ serui 356
columen ibidem
columna ibidem
comœdia 67.201
comici decorum 202
comiter 371
commeare 283
commendare 136
commentor 248
commentum 180
commereor 12.305
commereri, & mereri, & promereri 213
cõmeruisse culpam 350
cõminisci 180.248.294
commitigari 145
committo 18.136.211
commodum 61.98
commode 280
commotus 348
commune 354
commutare uerba 32
comparare 48.77.215
comparatiuus minus positiuo significans 275
compertum & exploratum 158
complexio διπλεγῆς 226
cõplure compluria 374
cõposito factum est 378
compos animi 224
comprehendo 142
comprimere 389
con 308
conari 22
concertatio 215
conciliatio 121
conciliatum ibidem
conclamatum est 98
conclaue 114.192
concludo 319
concludor 30
cõdictio & cõditio 167
conditio 10,167
condono 57.386
conficio 158.250
conficere pecuniam 335
confectus 25.186
confido 158
confidens 63.343
confidentia 64
confieri 13.266
congerro 196
congredi 360
conflictatio 10
confutatio 368
conijcere 45.157
coniectura, coniectores 157
coniuratio 285
conscidit capillo 118
conscius 345
consistere 211
conspicari 100.148
consobrini 304
constituere 284
constituta narratio 343
consuesco 310
consueui hanc rem 248
consuetudo 346
cõsultor & cõsilia 209
contaminare 2
cõtemnere 107
contemplari 179

contentus 364
continere 82
continere se 364
contigit 51
contra 103.204
contrahere frontem 259
contumax 306
contumelia 128
conuasare 349
conuenio 89
conueniunt hæc mihi tecum 204
conuentio 106
conuertere se 221
conuincere 196
copiæ 126
coquere 231
cordi 26
coràm 39.130
corrado 158.335
corripui me 297
Κόσμος 39
Credere 67.131.210.335 357
creditores 339
creditus 59
crepidata fabula 201
crepuit foris 218
crimen 325
Cuba dea 336
cuiam 67
culpa 286
cum 11.39
cum istoc animo 368
cum ratione inire 360
cum illo stare 355
cupedinis forum 91
cupedinarij ibidem
cupedinariorum nomina ibidem
cura 7.96.367
curabitur 31
curare genialia 336
curatio 7.96
curatura 96
curriculo 185
cursatio 293
DAmnum 12
damnum & malum 179
damnatum domum ducere 359
dare 16.95.136.235
dare fabulam 272
dare bibere 39
dare sese 109.259
dare uerba 124
dare fidem 148
dare operam 540
datum 102
datio 106
de 251
de die 268
de nocte 259
deambulatio 287
debere animam 375
decernere 17.20.282
decet uobis 235.265
Decidet ira 306
decrepitus 88.266
decrepiti senes 218
δεινότης 231
δεινὸς 378
dedecorari 286
dedo 9.16.181
deditio 64.106.181
deducere 91
deferre 127
deferuere 210
defessus 308
deficere 179.234
deficri 324
defraudare 217
defugere autoritatem 100
defungi 389
defunctus 75.236
deierare 97.324
deintegro 3
delator 187
deliberatiuæ loci 367
delibutus 383
deliro 266
deliratio 388
demensum 336
demiror 308
demissis humeris esse. 96
demulcere caput 188
demum 50.266.281
deniq; 13.281
depacisci 346
derepente 308
deridere 259
deriuatio 359
deserere, prodere, & deficere 179.234
desertores milites 234
desyderare 85
designare 207
designatores ibidem
designatio ibidem
designata ibidem
despondeo & spondeo 11.253
despicere 46
despicatus 100
deterius & peius 173
detinere 92
detrimentum & intertrimentum 172
deuictus 283
deuorti 357
deus quispiam uoluit. 136
Διαπόρησις 347
dica 343.359
dicaces 74
dico, cas 340
dico, cis 203.365
dico & edico 140
dicere pro intelligere 258
diceres. i. crederes 342
dictus dies 11
dictum ac factum 30
dicta & prouerbia 103
diecula 124
differre 32.153
differri doloribus 235
digamma 14.44
dij bene uertant 253
dilapidare 386
dilatio 144
dimidiũ & diuiduũ 216
diminutiua simulata 242
dimitto 173
dimittere exercitum 131
dinumero 264
dionysia 156
διάπλευρος complexio 226
dis, dites 254
ditior 335
discedere 52
disco 274
disco de illo 91
discipulus 37
disiungi 325
dispicere 46
disputare 2
dissidium 325
dissimulo 309.366
distrahere 349
distributum 229
diuersè 28
diuerticulum 117
diuiduum 216
diuinare 319
diuinus ibidem
dixi 172.314
Doceo 274
dolare 109
dolet 346
dolet mihi 220
dolor 20
dolus 109
δόλος ibidem
dolo dicere 229
dolones 109
domus 253
dono 57
donum, præmium, & munus 148
donax 129
dos 305
Δραῦμαι 201
Ducere 15.91.229
duci & abduci 99
ducere rationem 260
dudum 44
dudum & iamdudũ 186
durare 241
dure 10
duriter 10.248
EO & i cognatio 335
è re nata 222.258
Earum partim 273
Ecastor 39
ecce 355.252
ecce autem alterum 95
ecquid 196

Edico 310
edico & dico 140
edicere & iubere 114
edictum 114.131
educare & educere 161
educere 204
Edulia dea 336
Efferri 11
efficere 7.26.281
effugere 21
effutire 378
Egestas 22
ego 217
egressus 300
egregij boues 276
egregium 9
Ehem 295
eho 49.117.289
ehodum 15
Eia corrigentis 148
ἐλλίδιος 36
Elegans 102
eloqui 225
eludere 77
Emergere 113
emergi 224
emunctus homo 376
En 363
enecare 49
enimuero 17.386
Eniti 44
ἐνθυμηματικὸς καὶ προφορικὸς λόγος 203
Eò 287.346
Επαγωγὴ 208
ἐπάγγελμα 286
ἐπαναφορὰ 236
ἔπεξήγησις 57
ephebus 132
ephebia 8
epitheta tribus de causis nominibus addũtur 97
ἐπιτροχασμὸς 365
ἐπιτροπὴ 209
Erat 121
è re tua 157
ergo 241.349
eripere 359
ero eronis 343
errare tota uia 90
erratio 242
error ibidem
erumpere gaudium 112
es & esto 250
esse 340
esse opus facto 39
Etiam 11.29.39.309.327
Euadere 12.15.236
euenit 318
euenire 275
euentus 318
euge 28
eunuchi à Persis instituti 84
euocatio 128
euomere 236
Ex 139
ex animo 57.264
ex usu 309
exactus 273
exanimatus 18.297
exanimus ibidem
excarnificare 167
Excludere 304
excludi 295
excursum spatium 261
exemplum 49.140
exigo uitam 166
eximius porcus 276
eximia pecora ibidem
exin 77
existimo 166.336
exoriri 286
exoro 85
exorator 153.279
exossare 229
expecto 734.225.345
expectatio 86.274
expedire 323
expedire animum 292
expetere 168
expiscari 365
explanare ibidem
explere animum 323
exploratum & compertum 158
exponere 179.299
exporrigere frontẽ 259
expostulare 49
expostulatio 285
exprobratio 8
exprompta memoria 53
expuere 102
extillare 386
extollo 201
extorquere 235
extrema linea 117
extrudere 283
exulo 115
F & h commutatio 376
fabã cudere, batuere 99
fabula 67
fabula, et partes eius 201
fabula quomodo cognosci dicatur 273
fabula data 272
fabulam stare 154
facessat 375
facetus 103.175
facies 95
facio 2.7.26.140.230 250
facio cum ablatiuo 46
facere fabulas 2
facere facinus 118
fac te 253.259
fac te huc 375
facere uorsuram 379
facta pecunia 335
factum esse 222
facilis 261
facile aduerbium 53
facilitas 147.230.288
facilitas & clementia 179
facul 374
fallere 16
falsus 33.49
falsum 21.82
famelicus 91
familiariter 11
familia & genus 222
fartores 91
fateor 122
fatuus & insulsus 149
fatui & fauni dij, & fatuæ nymphæ ibidem
Felicitas aduersa 97
ferè 364
fermè 15
ferre 7.9.12.34.349
ferre æquo animo 344
ferre conditionem 372
feri canem foras 98
festinare 118
festiuum caput 218
festiuitas & festiuus dies 147
festus dies 115
Fiat 108
fictum 82
fides 7.53
fides & clientela 147
fidem habere 83
fideiussor ibidem
fidelis 36.275.340
fidus ibidem
fidicina 342
fiducia 46.64
fieri 222
fingere 26.192
Flagellũ, flagitare, flamma à sono ficta sunt 99
flagitium 99.192.231
flocci facere 96
Fœdum 140
fœnus & fors 217
fœneratum 215
foris nominatiuus singularis 218
foras foris locare 266
forcipes 342
forma 11.342
formosus 342
formidolosus 126
fornax 342
fors fortuna 298.383
fors fuat 313
forum 340
forte pro fortuna 255
forte fortuna 83
fortuna 298.383
Fraus 172
frequens 11
fretus uobis 148
fructus 131.359
frugi est 131
fruor, & deriuata 151
frui 158.266

frumen 131.266.359
fruges 131
frumentum ibidem
Fuat 315
fucum facere 114
fugitans litium 374
fugitiuus 186
fundere uerba 254
fungor 157
funus 1.341
furciferi 46
furtum 131
futilis 46.378

Γαλεώτης γελᾶ ibidem
ganeum 197.229
ganeo 197
gannitus 241
garrire 187
gaudere 67.189
Genialia curare 536
genus & familia 222
gerræ 196
gerro & congerro ibidē
gerundia in dum 81
Gladiatorius animus 386
gnarus & gnaritas 83
Grandis 60.249.364
grædior 36
gratia 34.560
gratiā habere, & referre 126
gratulari 67.189
gratus & memor 217
grauis 323
graues morbi 295
grex 229

H & f commutatio 376
habere 102.204.212
habere grātiam 126
habet 10
haberi 59
habere fidem 83
habetur uxor, habetur mulier 230
habita 59
habilis 96
habitior ibidem
habitudo ibidem
hærco 135
hariolus 376
haruga ibidem
hara ibidem
haruſpex ibidem
hau 121
Hei & heu 161
heluo 197
hem 15.28.33.34.36.131
hercle uerò 268
here, & heri 335
herilis filius 45
heu 161
heus 48
heus heus 220
Hic 30
hinc illinc 249
hilarus 253
hinc 12
Hoc agere 216
hoc illud 12
hodie 15.215.248
homo perpaucorum hominum 102
honeſtus 12
hortor 276
hoſtis 325
hoſpes 372
hui hem, & ſimilia 131
Hymen 264
hymenæum ibidem

IAm 15.28.211.242
iā dudū. 18.44.124
iamdudum & dudū 186
Ibi, pro tum 281
Id quod res eſt 213
idoneus 39.297
Ignauus 22
Ilicet 36.133
ilico 40.211
ille 25
illiberaliter factum 364
illi pro illic 208.280
illicere 66
illudo 386
illuuies, proluuies 166
Impeditus 46
impendio 114
impero 61.250
impersonale uerbum 12
impetro 33.100.321
implorare 235
imponere manum rebus 32
importunitas 18.187
impos animi 224
imprudēs 75.83.179.355
impulſor 192.268
impulſio 234
impurus 179.213.229
In commune 42
in diem 144
in loco 269
in ipſo tempore 317
in ipſis nuptijs 67
in malam crucem 364
in me hæc cudetur faba 99
in medio ſtare 315
in mentem uenire 119
in neruum erumpere 359
in neruum ire 376
in os laudare 220
in præſentia 274
in rem 280.328
in tempore 56
in uita 364
ἐνάμιὰ 346
incipere 147
incipio & facio 140
incipere & incœptare 177
incipere orationem 23
inclementius pro inclementer 74
incogitans 345
indicare 200.309
indicium 12.144
indicio erit 200
indigne, & indignus 224
indignum 140
indiligens 249
inducere animū 108.290
inducī 183
inductio 208
induciæ 77
indulgeo 269
indulgeo me 87
induſtria 57
in dus, da, dum terminata nomina 28
ineptio 265.366
ineptii 21.177.229.327
iners 45.107
inferare 216
infectum uelle 8
inficias ire 226
infringere 213
ingenium 36.172
ingenia pro hominibus 10
ingenua 346
ingreſſus mare 300
ingratus 87.172
ingratis ibidem
inhoneſtum 98
inimicus 325
iniquus 200
inire gratiam 113.264
initiari 336
initum 60
iniuria 212
inquam 182
inque, pro dic 188
inſanio 266
inſciens 339
inſciens & imprudens 179
inſcitia 179
inſcitum 322
inſignia 228
inſimulare 363
inſolens 66
inſomnia in plurali & in ſingulari 87
inſtigari 349
inſtat factum 13
inſula 242
inſulſus & fatuus 149
integrum 9.268
integra ab adoleſcente uirgo 282
integrare 51
intendere 54.110
inter 49.182
interbibere 78
interdico 310
interea 9.29.98.282
interea loci 91

interest 205
inter ſe amare 258
inter uias 117
intercipere 78
interloqui 182
interminari 39
interrogare 58.158
intertrigo 172
intertrimentum ibidem
interturbo 49
interuenire 230
intrita 359
inuadere 295
inuenire 26.87.147
inuenuſtus 21.329
inuertere 167
inuerſa uerba ibidem
inueſtigare 95
inueteraſcere 273
inuitus 350
inuocatus 148
inuolare in capillum 135
Ipſe 25
Ira 253
ira decidet 366
iracundia 20.253
ire 229
irritarē 44.220.354
irruere 130
Iſtorſum 378
Ita aiunt 265
ita ut 312
itaq; 42.218
item 17.204
Iubeo 100.114.234
iube 264
iudicare 309
iunceæ uirgines 96
Iuno Lucina 36
ius 212.235.386
ius & æquitas 204

LAbaſco 216
labeones 97
labia, labra & labræ 97
lacerare 276
lactare 49
lacus 242
lætari 68
lanij 91
laniſtæ ibidem
lapis 286
laterem lauare 349
laudare 9.113
lauatum 179
lautus 103.386
Lectæ oues 276
legitima hæreditas 283
lenis, acer 355
lenitas 15.230
lenonia lex 370
lepidus 68.103
lepos 68
lepus 193
leuis 323
lex 16
lege agito 386
lex lenonia 370
Libella 335
liberi, unde 204
liberi, de uno dictum 158
liberalis 234
liberalis cauſa 213
liberalitas 204
liberaliter 7
liberatio 28
liberius 8
libuit 130
libenter 130
libido 161.288
licitum 34
licia 66
ligare 259
ligurire 90.319
λιγυρόν 90
limen 115
limis ibidem
lingua hæret 142
linea extrema 117
liquet 97
liquido 54
λιτότης figura quid 325
Locus 28.89
λόγος ἐνθυμηματικὸς καὶ προφορικός 205
loco motus 334
loca 212
Lucina 36
Lucus pro luce 259
ludibrio habere 282
ludit piſcis 229
ludere ludum 114
ludus in officio militari 360
lupus in fabula 238
lupum uidiſſe ibidem

Mlitera 213
Mæ 280
macellum 91
maceries 264
magis ex uſu 149
magiſter 8.37.340
maior 59
malum 12.125.179 230.241.386
malum & damnum 12.179
male conciliatus 121
malignus pro difficili 282
manare 220
mancipium 92
mancipia & ſerui 212
mancipiorum cædendorum mos ibidem
mane aduerbium 10.157
manipulus 129
manſuetus 22
Mea & mea tu 119
mea ſententia 204
me uide 28.376
me habes 376
mecum 109
mecum gaudeo 280
mecum teſtis 226
mecaſtor 280
medicinæ 242
memini uidere 33
memor & gratus 217
memoria 53
memoriter 137
mercatus 216
mereri 26.187.213.305
mereo & mereor 158
meritum 106
meridies 259
metuere 11.39.342
metus 339
meus 263
Mi 50.51.169
mi homo 388
mihi 365
mihi crede 308
μικρὸς fabula 202
μίμησις 50.63
minus 16.160
minus feciſſe 321
minime gentium 216
miror unde 56
miſargyrides 205
miſer 144.309
miſere 250
miſereri & miſerari 175
mitto 230
mittere munera 336
miſſum face 50
Modeſtus 12
modo 48.96.221.303
modus 11.13
modo meo 138.386
modi comœdiarum agendarum 202
moleſtus 49
mollis frontis homines 131
molliter 254
moneo 276
monumentum 126
monſtrum 119
morari 158
morbi graues 295
morata narratio 89
morata uxor 318
moroſi 304.311
motorius modus agendi comœdias 202
motus loco 334
moueri 40
Mulciber 207.276
multare 207
munus, donum, & præmium 148
muſicus 153
muſſitare 213
muſtela 122
muto factum 8.321
mutatio 317
mutilare 276
mutili boues ibidem
mutire 40

mutuum 68
Myconij,calui 301
μυρία 375
N litera 359
nam 201
nanciſci 319
nares unde dictæ 230
narrare 54
narratio conſtituta 343
narratio morata 89
natus abortus 299
nata res 258
nata oratio ibidem
natalis 336
nauiter 77
Næ,pro ualde 3
ne 52
nebulo 91.129
neceſſe,neceſſus,neceſſis, neceſsũ,neceſſitas 143
nedum 172
nego 91
negatiuæ duæ & tres 16
negotium 2
nemo quiſquam 276
nemo homo 218
nemo in fœminino 40
nequeo mirari ſatis 119
nequitia 173.229
neſcio 122
neſcis 57
neutiquam 26.281.299
Nihil 16
nihil eſt 216
nihil prorſus 34
nimirum 109
nimis 250.263
Nobilis 325
nolo 35,229
nolo factum 321
nomina in dus 21
nõ pœnitet me famæ 325
noſco 8
noſcere,cognoſcere 318
noſter 96
noua fabula 275
noua forma oris 96
nouum 252
noxa & noxia 135
Nubes 318
nubere ibidem
nupta mecum ibidem
nugæ 229
nullus ſum 44.318
nullus 29.279
nunc 77.82
nunc nuper 44
nuncubi 84
nunquam 30.222
nunquam quicquam 238
nunquidnam 18
nunquiduis 98
nuntius 172
nuper 44
nupta cum illo 309
nuſquam gentium 240
Nymphæ fatuæ 149
O 22
Ò noſter 258
Ob 42.324
obfirmare uiam 303
obire mortem 17
obitus 329
obijcio 244
obiurgare 13
oblatum 222.298
oblectare 49
obnuntio 240
obolus 29
obſecro & oro 234
obſecundare 188
obſequium 9
obſequium non dictum à Terentio primũ ibid.
obſeruare, obſeruatio 13.200
obteſtari 23
obteſtatio 42.298
obticeo 132.158
obtigit & accidit 354
obtundere 28.113
obtrudere 21.292
Occidere 263
occipere 39.178.225
ocioſus 211
ocioſe ibidem
Odium 281
OE,uox haruſpicũ 376
Offendere 148.166
offerre iniuriam 322
offerre 298
officium 20.204
Oh 262
ohe 192.365
Οἰκονομία 18
Olim 293.309
ollum,& ellum 62.218
ὅλῳ ἄρρητι 107
Omen 16
omiſſus animus 194
omiſſior 258
omnes omnia 268
Omphale 145
Opem ferre 17
opera 218.286.364
opera & opus 157
operæpretium 17
opinari 29
opinari & putare 180
opitulari 17
oportet 38
oppidò 287
opportunus 61
opportune 317
optimates 342
optare 57
optatio,optari 148
opus & opera 157
opus eſt facto 39
opus illam rem 55
Orator 153.273
ordo 89.229
oriri 286
oratio 2.21
ornati genitiuus 29.90
oro 25.319
oro & obſecro 234
Os lædere 261
os durum 131
os impudens 133
os alicui lædere 261
oſcitatio,oſcitantes 15
oſculum 106
oſtendere 317
Otioſus 61
oues lectæ 276
οὕτως ἔχει 44
P Ace tua pacto 8
Pædagogus 340
palàm 39
palma 338
palmarium 138
panis ater 139
papæ 96
par ingenium 263
par referre 205
parare 276
parare animo 381
παραλειψις 346
paraſitus 360
parcere,parſi, & peperci 292
parens 305
pariter 81
paræmia quid 43
παρόμοιον quid 21
παρονομασία quid 21
partim 273
partum 336
parui retulit 575
parumper 283
pati 126
πάθος 12
passus 166
passus capillus 342
paterfamilias 222
patriſſare 241
patro 328
patronus 234
patrucles 304
pauere 293
pauliſper 204
paulum, paululum, pauxillũ,pauxillulũ 335
pax,aduerbium 182
Peccare 12
pecora eximia 276
peius 175
pendere 158
pendere pœnas 183
pendet animi 185
penus in uario genere 96
pepuli 247
per annos 265
per me 325
per tempus 57.314
percellere 99
percontari 78.95.158 279

percunctari 279
percurro 28
perditus 158
perdoluit 84
perducere 10
peregrina 13.366
perij 318
perfero 9
perfeci 273
perficere 147
pergo 193.242
periculum 339
periculum facere 43
περι ὑυναστῶν quid 238
περίσσασις 356
permanare & manare 220
pernocto 309
perparce nimium 35
perpaucorum hominum homo 102
perpetuum 69
perquàm,pro nimio 275
perquàm 241
perreptatio 251
perſequi 67.212
perſoluere 8
perſonarum in comœdijs decorum 202
perſpicere 30
perſuadere 229
perſuaſio 234
pertinacia 285
peto 33.186.196
petulantia & procacitas 187
Phalerata dicta 369
phaſma 74
φθέγγεσθαι 40
phormio unde 343
φόρμιον 334
phy 231
Piget 165.230
piſcatores 91
piſtrilla 242
pitiſſare 172
placet pro diſplicet 318
placidus 261
placitum 34
plaga 336
πλῆσις 235
platea 58
πλεονασμὸς 360
pleriq; omnes 8
pleriq; omnes & plerasque omnia 81.188
πλοκὴ 75.342
plus ſatis 81
Pœnas debere 136
pœnas pendere 183
pœnitet 144
poetæ unde dicti 2
pollicerj 183
pollicitus 46.96
pollicitatio 31.40
popularis 211.335
popularitas 211
porrò 22.44.54
porrò deinde 3.226.293
porrò autem 231
porta 242
portare 28.349
portitores 344
portus 242
poſco 53.186
poſtea 248
poſteriores ferre 261
poſtquàm 20.333
poſtremum aduerb. 3.26
poſtulare 33.49.186.190 216
poſtulatio 283
potica dea 336
potis 34
potior à potis 34
potiſſimum 35.222
Præ me 218
præ,& præut 95
præbere ſe 262
præcipito 241
prædicare 113
præmium 46.148
præparare 158
præſens,abſensq; 148
præſentes dij 360
præſentia & proxima 97
præſtolari 142
præter 54.64
præter cætera 9
præterea autem 216
præterijt 370
præteriti imperfecti uis 122
prætermitto 204
præuidere 15
prauum 230
precari & precator 195
prehendere 136
pretium 46
pretiũ pro periculo 275
primulum 221
primus 240.261
primo lucu 259
prima fabula 201
primum 225
prius 77
proh fidem,uel prò 140
pro 142
procare 161.282
procax 282
procacitas & petulantia 187
proci 282
procliue 10
prodeambulare 254
prodere 25.250.319
prodere, deſerere & deficere 179.235
producere 46.83.158
productores 158
profecto 43
proferre 26.280
profugus 175
profuit 304
profundere 209
proin 77
proinde 365
prolixe 266
prologi officium 153
prolubium 268
proluuies & illuuies 166
promereri & mereri 187.213
promittere 183
promiſſio 31
promiſſionis modus 300
promoueo 52.137
προμύθιον 89
propediem 262
propemodũ 44.86.350
προσφορικὸς λόγος 203
proprium 52.68
propter 212.241
propulſare 31
prorſum 204.293
prorſus 40.259
prorſus & prorſum 96
proruunt ſe 115
proſa oratio 96
proſpicio 249.309
proſpicere 126
protelare 350
protelum ibidem
proteruitas 187
proteruus 177.305
προτοτόκῳ 39
prouerbia & adagia 103
prouidere 17
prouiſo 68.262
prouincia 175.340
prouinciam capere 340
prouoluere 57
proximus 48
proxima & præſentia 97
prudens 77.83
prudens & ſciens 179
Publicani 344
publicitus 386
pudet 165.230
puditum 34
pudicitia 366
pudor 48
puer puellus 31.39
puera puella 39
puerpera 39
pugil 274
pugna 274
pugnus 212
pulchre ſobrius 124
pulpa 301
punctum 348
purgo 289
pus 102
puto 11.29.34.117.173 258
putare & opinari 180
putatores 258
putamina ibidem

Quà 249
quaqua 51
quærere 10.95.131.235
quærere & reperire 275
quæritare 10.228
quæritare & quærere 172
quæstus 87
quàm, geminatum 365
quàm pro quantum 317
quàm uellem 233
quando 39
quantum 17
quantum potes 226
quantum potes 62
quantum queo 135
quanti est 268
quantus, quantus 230
quatietur foras 98
qui 2.250
quid commemorem primum 147
quid est, si nõ hoc est? 20
quid facias? 231
quid hominis est? 133
quid ita? 140
quid me faciam 244
quidni 97
quid tum postea 309
quidam 107.148
quiescere 102
quin 28
quinq; amoris lineæ 99
quinq; actus fabulæ 274
quippiam 34
quiritari 211
quis 245
quisnam 245
Quoad, pro quãdiu 344
quod 25.222
quod faustum fœlixq; sit 343
quod sciam 247
quoniam 200
Quum, pro quo 13
Rapere 200
rapina, raptio, raptus 229
Recipere animum 225
recepto 194.322
recta 297
rectè 68.98.295
recte facitis 149
reddere 30.83.126.259 375.360
reddere animum 26
reddere iniuriam 322
reddi & restitui 327
redire bona 58
redire ad se 46.258
redintegratio 43
refero 59
refello 289.343.365
referre gratiam 126
refutatio 368
religiosus 179
relinquere 340
relliquum 3
remittere 157
remittere aliquid 295
remora 54
remorari ibidem
renumerare 305
renuntio 40
reperio 275
reprehendo 201
reputo 34.117.173
res 158.213.216.253.273
rem habere 83
rei seruire & res seruit 286
rescire 284.308
resciscо 286.330
rescribi 386
respipiscere 51
respicere 70
restare 266
restitare 121
restim ductare 253
restituere 83.126
restitui 327
reticeo 132.158
retinere 204
reuiso 31
reuolutum esse 319
rex 360
Rhamnus 67
Ridere 259
ridiculum 37
ringi 360
risus 126
riualis 149
Rogare 234
rogitare 10
ruere & actiuum & neutrum 225
Rursum 204.295
Saeuus 261
Sal 102
salsamenta 229
saltem 25
salue 22.142
salue mecastor 280
saluus 58
sanctum 263
sanctius 323
sandalium 145
sanè 15
sapio 366
sat habeo 26
satago 161
satis credo 147
satis pro imperio 349
satietas 142
satrapes 172
saxum uoluere 150
Sceleros us, scelestus, scelratus 118
scelus ibidem
χίμαι 115
scilicet 15.166
scire 8.69.284.308.330
scibis & scies 131
scito 276
scitus 39
scitum 322
sciens 77.179
scirpus 68
scirtus unde dictus 279
sciscitari 111
scortari 160
scortum 103
scribere 2
scriptura et scriptor 200
scrupulus 68.216
sectari & secta 91.341
secundare 269
sed 25.339
sedere 249. (366
sedulo 50.83.217.276
segnities 17
segregare 304
segregari 325
sempiternum 69
senior 364
sententia γνωμικὴ 43
sentio 64
sentus 90
sepultus sum 386
sequi 122.203
sera 126
seria 172
sermo 116
seruare 185
serui & mancipia 212
seruire rei 286
seruitus 7
seruitium 50
sexcenta, pro multis 375
Si dis placet 138
si est, ut admiserit 355
sic 14.58
sic est res 44
signum 29.64
silicernium 242
similia his & horum 106
simulare 328
simultas 353
sincerum 85
sino sui 15.357
sine comminantis 319
sine modo 366
sine 125
siquando 103
sis sciens 57
situm 225
Sobrini 58.303
sobrius 57
socordia 17
sodes 10.177
solers 107
solicito 172
solicitudo 367
solicitudo & solicitatio 21.160
solicitari 51.319
solidum 49.96.97
soluere 212
solus & soli 221
sola soli 295
somniare 85
sors & fœnus 217
Spargere 225
spatium 298
spectator 113
spectatus 60
spero 34.158.210
spero me habere 138
spes 86
spoliare 276
spõdeo & despõdeo. 11
Squalidus 90 (253
Statarius agendæ comœdiæ modus 201
stataria comœdia 154
statim 380
statura & status 115
statur 91
stat fabula 272
Stellio 122
Stilus 2
Stillare 386
Sto 51
stolidus 175
storax unde 202
Studere 385
studium 274.285
stupidus 273
Sua mater 318
suadere 229
suasoriæ loci 367
suauium 106
sub 34.173
subditus pro suppositо
subducere 137 (196
subducere rationẽ 260
subijcere 365
sublatus 360
sublimem 62
submonere 113
succedere 49
succensere 35.195.364
succenturiari 365
succus 97
succus orationis 355
sumere 20.260.375
sumptus 260.375
summus 53
superesse 340
superstes 39.196
superstitiosi 39
suppeditare 149
supplico 25
supponere 137
sursum deorsum 148
suscipi 56
suspectus 299.311
sutrina 242
synechdoche quid 218
Taberna 229
tacco, reticeo, obtitace 215.259 (ceo 132
tacere 31.132
taciturnitas 7
tamdiu 4
tandem 249
tangere 103.212
tantidem 213
tantillus 241
tantisper 258.204
tantopere 243
ταπείνωσις χήμαι 57
tardus 149
Tegere 283
temere 184
temetum 18.119
temulentus ibidem
temno temnor 39
temperans 355
templũ, unde cõtemplari
tempus 40 (179
tempore & tempori uel tendere 116 (nit 56
tenere & retinere 204
tennitur & tenditur 359
testimonij dictio est 356
testimonia cæca & manifesta 67
Timere 293 (festa 67
timere & metuere 11
timor 48.388
timidus 117.224
titubare 167
Tolerare 282
tollere 36.173
τολοιπόν 3
torquere 235
totidem 213
Tralatum 333
transcurro 126
transdere 333
transire 289
trepidatio 293
triclinium 158
tristis 62.116.261
τρόφιμος 45.335
truculentus 261
tute 54
tuber 217
tum 22.74
tundere 281
turba 140.274
turbare 317
turpari 286
tuæ istæ 259
V pro Y 280
ualeas 245
ualeant 51
ualidus 303
uallus 255
Vbi 28
Vbi ubi 51
Ve, uehemens 172
uel 39
ueneficus 118
uenire in dubium 217
uenire in mentem 119
uenter 386
uenustus 12.329
uerbenæ 54
uerbũ pro ἀξιώματι 8
uerbũ, pro prouerb. 124
uerba commutare 365
uerba 125.266
uerba ad rẽ cõferre 125
uerba dare 17.75
uerbum facere 15
ucrecundia 48
uereri 39
uerò 56.136.137.138.268
uertere 74
uertumnus 213.253
uerus 33
uerus color 96
uerum, nomen 98
ueterator 35.192
ueternosus 122
ui, clàm, precario 97
Via 34
uicinia, uicinitas 157
uictus 10.288
uidelicet & scilicet 166
uidere 29.54.284.295
uide 166.363
uidendum est 321
uiêre, uietores 121
uietus ibidem
uilla 183 uimenta 121
uimina ibidem
uiolenter 360 uir 252
uirgo 253 uirtus 334
ui coactus 350
uisa 105.295
uisere 42.284.295
uita 194.346
uita clemens 203
uitam uiuere 261
uitium 272 uitio dare 2
uituperare 2.107
uictus & cibus 172
uix 224.292
ultima platea 350
ultro 90
ultro citro 148
uncia, unciatim 335
unde unde 51
Volare 301 uolo 33
uolup 374
uoluptatis affectus duplex 261
uorsura soluis 379
uorsuram facere ibidem
Vspiam 203 usq; 300
usura 268
usus 158
usus uenit 370
Vt 2.28.32.95.245.250
ut ut 51.217.245
ut ne 51.346
uterq; parens 135
utinam 59.236
utinámne 346
utor 268.366
utantur sine 258
uti foro 340
uti 2
utrum 314.375
Vultus 11
uulgo faciunt 194
Vxor unde dicta 282

FINIS



BASILEAE, IN OFFICINA FROBENIANA PER
Hieronymum Frobenium, & Nicolaum Epiſcopium,
Menſe Martio, Anno à Chriſto nato
M. D. XXXVIII.